Les Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

Extrait de la convention établie avec les établisseıents partenaires :

- ces établisseıents autorisent la nuıérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de ıanipulation des docuıents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les iınages résultant de la nuıérisation seront dûıent référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré coııne une « oeuvre » (nuıérisation, traiteıent des iınages, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et adıinistrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est souınise à autorisation.
- toute utilisation coıınerciale restera souınise à autorisation particulière deıandée par l'éditeur aux établisseıents détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques coıpétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



Ex libris [illegible]

[illegible] Mart. [illegible] Germani [illegible]

Conventus Hasselensis

1697

In [illegible]

[illegible]

[illegible]

Rigerus Siegfiers

[illegible] Delcoswarem [illegible]

Notarius

1810.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AMBROSIVS CALEPI NVS BERGOMENSIS PROFESSOR DEVOTISSIMVS ORDINIS EREMITARVM SANCTI AVGVSTINI OBSERVANTIÆ DICTIONum latinarum & græcarum interpres perſpicaciſſimus, omniumq; uocabulorum inſertor acutiſſimus, ita ut quicquid exquiſitioris eruditionis reconditum in Nicolai Perotti Cornucopiæ, quicquid etiam penitioris doctrinæ in libris M. Varronis, Nonii Marcelli, Feſti Pompeii, Seruii, Donati, Aſconii, Vallenſis, Ioannis Aretini, diſperſum erat, in unum hoc coegerit uolumen. Suidæ quoq; & Iulii Pollucis plurimum argiuo functus officio, literariaq; palæſtra.

AD SEXTILIVM AVRELIVM RHOSELLVM, Lucij Pauli Rhoſelli Epigramma.

Sextili requies aerarum ſola mearum
Qui ſpes una mihi, qui decus omne meum es.
En nouus, & ſimilis non ulla ex parte priori
En longe melior iam Calepinus adeſt.
Hunc equidem, ut potui, tibi multis undiq; mendis
Purgaui, & placuit muneris eſſe loco.
Tu quodcunq; igitur fuerit, læto accipe uultu
Et tecum noſtri pignus Amoris habe.

CES RENAISSANCE 54098 TOURS

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AMPLISSIMO AC REVERENDISSIMO DO
mino, domino Aegidio S.R.E. tituli sancti Matthæi presbytero cardinali dignissimo. Conuen
tus sancti Augustini Bergomi Eremitarum obseruantiæ. S. P. D.

LONGVM nimis & serum merito existimari possit, si nunc demum repetamus quantum uoluptatis omnes perceperimus, cum ad summum istum ecclesiasticæ dignitatis gradum te iure extulit sanctissimus pariter & sapientissimus Pon. Leo. X. Cui ut de hominum moribus, & ingenio uerum iudicaret cum naturæ tum multiplicis scientiæ beneficio contigit, ut optimum quenq; meritis honoribus afficere posset, Diuina indulgentia concessit, ut uero etiam uellet, insita bonitas persuasit. Sed ut tunc gauisi sumus tantum honoris uirtuti tuæ ab optimo iudice, & supremo censore delatum, ita nunc quoq; gaudemus oblatam esse occasionem, qua obseruantiæ in te nostræ memoria litterarum monumentis consecrata ad posteros transeat. Id quale sit paucis intelligere ne graueris obtestamur. Ambrosius Calepinus nobilissimo apud Bergomates genere insignis, diuinaq; religionis nostræ obseruantia & solida eruditionis gloria conspicuus, subtilissimas uocabulorum interpretationes, quas summa diligentia pridem excuderat, incudi reddere necessarium putauit, cum q; multis in rebus sententiam mutauerat siue ab amicis admonitus, siue noua lectione instructus, siue etiam ab æmulis exagitatus. Neq; enim is erat qui (ut Flaccus ait) praue pudens nescire mallet quam discere. Tum uero ad id hominem illud, uel maxime impulit, q, cum eas imprimendas curasset, pessimis auspicijs in audaculum nescio quem corruptorem incidit, qui & græca plæraq; nihil ad rem facientia, & cum plura ueterum geographorum sententijs contraria adijcens totum pene opus ita infecit, ut sine studiosorum incommodo legi nequaquam possit. Quod ubi mitissimus senex animaduerat, doluit (ut par erat) & heraleo labore aduentitia omnia illa quibus opus infectum fuerat, monstra sustulit, totumq; quam diligentissima potuit lima expoliuit. Vocabula insuper amplius mille & quingenta annotatu alioquin dignissima, ad priorem cumulum superadiecit, ut iam liber hic quasi fertilissimus quidam ager & florum uarietate distinctus, & beatissima frugum ubertate refertus, habeat quod non solum grammatici & rhetores decerpant, sed plurima etiam quæ mathematicis, quæ philosophis, quæq; adeo etiam theologorum studijs cognitu necessaria sint, planeq; iam nemo sit ex omni litteratorum numero, qui non hinc plurima possit excerpere, quæ non temere alibi inuenisset. Illud nemo iure negauerit, nullum hodie uel apud græcos, uel apud latinos copiosius utilius ue lexicon inuenturi, certe non Eudemus, non Helladius, non Eugenius Augustopolites, non Zosimus Gazæus, nõ Longinus, non Lupercus Berytius, non Pacatus, non Zopyrion ac ne Pamphili quidem limon, aut Iulij Pollucis onomasticon in hanc magnitudinem excreuerit. Nostros uero quid enumerem? Mar. Varronis pauca admodum, atq; ea ipsa mutilata uix legi possunt. G. Bassi uocabulorum origines periere, nisi si quas Festus Pompeius in epitomen suam contulit. Nonij Marcelli quam multa extent norunt omnes. Seruij porro, Donati, & Asconij quæ leguntur locis dispersa sunt. Ioannes Aretinus orthographa tantum sectatur. At dicat aliquis Nicolai Perotti Cornucopiæ huic operi posse conferri, dicat sane. Sed ei copiæ quid desit, quid insit exquisitioris doctrinæ homines non ignorant. Nos illud affirmare possumus. Si quid erat in eo cornu reconditum, id in hunc librum esse collatum. Neq; ea modo quæ probe dicta fuerant ab his qui uocabularia ad hanc diem composuere hinc esse congesta, sed ex totius linguæ latinæ fertili agro messem longe uberrimam esse collectam, & in Calepini nostri horreum ad bonarum auium esam tanta quidem diligentia & labore redactam, ut præ miseratione à pertinacia illa, & iugi intentione, qui senescens impar esse iam cœperat, hominem sæpissime uocaremus, cum idem ille nobis responderet se non sibi tantum, sed & posteris esse natum, temporisq; rationem esse reddendam, atq; oportere unumquenq; in uinea domini quam posset operam præstare. Hac ille tam indefessa diligentia perfectum opus cum iam castigasset, atq; uberiorem nouæ editionis fœtum in lucem emissurus, hominem alioquin nominis tui obseruantissimum, sed in summa eruditione nimis uerecundum, compulimus, ut opus iam totus pene Europæ suffragijs comprobatum nomini tuo dicaret. Quod ille cum fecisset, non ita multo post fato functus est. Commentarij apud nos relicti nunc demum sub nominis tui umbra prodeunt, quos tu quasi præcipuum nostræ in te obseruantiæ pignus hilari fronte excipias. Et congregationem nostram amplitudini tuæ deuotissimam, qua tuos soles clementia, diligas humiliter obsecramus. Bergomi idibus Ianuarijs. M. D. XIX.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ambrosij Lalepini Bergomatis Eremitani dictionariũ, ex archetypo ipsius autoris manu paulo ante quã ex hac uita decederet longe castigatius ac locupletius scripto, quã hactenus in publicũ uenerit, cũ Cornucopiæ & cæteris oĩbus linguæ latinæ autoribus quã diligẽtissime excerptũ incipit.



Nomen est literae primæ hebræis etiam græcisq; simi liter & latinis, quæ aspirationem accipiens interiectio fit, quæ pars humanorum affectuũ expressiua est, qui fere cõtentiore uoce, quod suũ aspirationis est, efferunt. Aspiratur itaq; ah interiectio in fine, p̃ter uocalium morem, qm̃ græce ita scribit cũ φιλῶ καὶ περισπωμένη estq; particula indignantis hominis, ut Home. li. Iliad. ω. cõpagina. viii. ἀχαὶ σείλας ἐν ἀρχῇ, φωνῇ ὃς τυπτόμενος, καὶ κατὰ ἀναλίσκωσιμ ἃ ἄ ηχ ἐνίοτε σερκτικὸν μόριον ὡς ἄκλιτος καὶ ἀκοίμητος ἐνίοτε ἀυξητικὸν ὡς ἄκοιτις. Itaq; uel negatiua, ut alia græca est, ne forte latinã putares, aspirandi uero causa fuit propter afflatum pronunciandi & differẽtiam præpositionis. Et modo admirantis est, ut apud Plau. Ah qd ais. Modo dolentis seu cõmiserantis. Virgi. Spem gregis, ah silice in nuda cõnixa reliquit. Et alibi. Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. Modo ridentis. Et duplicatur, triplicaturq; interdũ. Terẽ. in Eu. Ah ah ah perii, defessa iam misera sum te ridendo. Aliquãdo dehortantis est ne quid fiat, ut est apud Hieremñ. & Ezech. prophetas. Est & a præpositio, sed sine aspiratiõe ablatiuo per appositionem deseruiens. Et ratio est, quoniã descẽdit ab græca ἀπὸ remota ultima syllaba πὸ remanet in latino psile eadem, si enim aspiraretur, esset contra græcam doctrinam. Et non solum a præpositio uenit a græco, sed etiam ab, quoniam ἀπὸ excludit o, præsertim in collisiõibus uocalium. Et remanet ἀπ id est ap, sed π tenuis uertitur latine in b suam mediam. Et dicitur ab ὁμοίως μὴ ἀφ φωνήεντος ὄντος ἐμ ἀρχῇ τῆς λέξεως, μὴ ἐκ συμφώνου παρόντος, μὴ θ' ἕθος καὶ εἰκῇ ῥῖς λατίνοις ex quã e. Et motum de loco sæpe significat, ut a summo ad imum descẽdisti. Quandoq; significat post. Plinius. Et uitus equi a coitu statim collectum, hoc est statim post coitum. Sic dicimus a partu, a tergo, a funere a commeatu, quod est post partum, post tergum, post funus, post commeatum. Sueto. in Cæsare. Plebs statim a funere ad domum Bruti & Cassii cum facibus tetendit, hoc est post celebratas exequias. Idem in Tiberio. A commeatu castra repetentes. Sic a somno id est post somnum. Dicimus quoq; hic est secundus a rege, id est post regem, ut est in libris Hester. Quãdoq; significat de. Terẽ. A uilla mercenarium uidi. Quandoq; significat q̃, ut est apud Apostolum. Existimo me nihil minus feciſſe a magnis apostolis. Sic ab, ut paulo post. Nihil minus feci ab his qui sunt supra modum apostoli. Quandoq; propter, ut Væ mundo a scandalis, id est propter scandala, uel pro scandalis. Quandoq; habet uim defensionis, & significat pro. Cice. in Bruto. Nec uero M. Cælium prætereundũ arbitror. quæcunq; eius in exitu uel fortuna uel mens fuit, qui q̃diu autoritati meæ paruit, talis tribunus plebis fuit, ut nemo contra ciuium perditoꝝ popularem, turbulentoq; demẽtiam a senatu & a bonorum causa steterit constantius. Vbi quod a senatu ait, & a causa bonoꝝ, perinde est ac si dixisset, pro partibus senatus & bonoꝝ. Sic dicimus a q̃stionibus, a testibus a uolũtate quæ locutio creberrima est apud idoneos autores. Inuenĩ etiã aliis modis positũ, ut cũ dicimus aliquem esse a studiis, intelligaĩ, qui præest studiis alicuius puta principis, utpote uir eruditissimus, cuius opera in studiis literaꝝ ũtaĩ. Cõsimiliter ab epistolis, a rõnibus, a libellis, qui epistolis, rationibus, libellis supplicibus præest. Sueto. in Clau. Super hos Polybium a studiis, Narcissum ab epistolis, & Pallantem a rationibus, quos decreto quoq; senatus, non p̃miis mõ ingentibus, sed & quæstoriis, p̃toriisq; ornamẽtis ornari libenter passus est. A secreto, siue a secretis, qui est secretarius. A cõmentariis, q p̃est cõmentariis. Hiero. in. li. ii. Re. Iosaphat erat a cõmentariis, hoc est p̃erat cõmentariis, hunc Asconius appellat cõmentariensem. A batis q p̃est mensuris, uel q annonã mensuris diuidit. Batus eñ uasis genus est, & græcũ est βάτος ἡ ἑλληνιστί, κάδος, ἢ κάδισκος λέγεται καὶ βάτιον. eo q sit portatile modo huc modo illuc eat, ab βαίνω ὄθεν καὶ ἄβατος. Non eñ a βαλίζω orthographiæ literæ declarãt si ad formationẽ uerba græca canonizent. Præterea Theodo. Gaza in pædia Cyri, a caliculis, qui p̃est caliculis, q̃ sunt uasa. A pũctis, q p̃est reddituꝰ aquariorum, ut est apud Frontonium li. ii. de aquæductibus. A memoria, cuius officiũ est suggerere principi res obeundas, & q̃ sint agenda in memoriã illius reuocare ex p̃scripto. A uoluptatibus, q studiũ habet inueniẽdi uoluptates. Nã olim Xerxes edixit se p̃miũ ei datuꝝ, q nouum uoluptatis genus reperisset. Sue. i Tiberio. Deniq; officiũ instituit a uoluptatibus p̃posito equite Ro. T Cæsonio Prisco. A manibus siue a manu dñr scribæ quoꝝ manu ad literas scribendas principes uti solent. Sueto. in Cæsa. Nunq; necare sustinuit Philomenem a a manu seruũ, q necẽ suã per uenenũ inimicis p̃miserat. Hi alio noĩe ad manũ dñr. Cice. li. iii. de Orato. Liciniũ seruũ sibi Gracchus habuit ad manũ. Similiter amanuẽses eos Sueto. alibi uocat. A pedibus quoq; uocant, quoꝝ pedibꝰ ad eundũ utimur. Ci. ad Atticũ. Pollucẽ seruũ a pedibꝰ Romã missũ. Mar. Cur nõ mẽsa tibi ponitur a pedibꝰ. Idẽ ad pedes eos appellat, cũ inqt. Illic retro flexꝰ ad pedũ turbã. Alibi. Lagenã ad pedes replet. Et sciendũ a pedibus p oẽs casus eadẽ terminatiõe dici. Recte. n. interrogaueris, qd agũt a pedibꝰ? intelligiẽ. n. ibi, serui a pedibus. Missi a pedibus. Dedi a pedibꝰ meis. Hi ẽt circũpedes uocant. Vñ ait Agretius. Circũpedes sũt obseq a seruoꝝ. Antepedes amicoꝝ. Cice. Circũpedes aũt hoĩes formosos & literatos suos esse dicebat. A pugione dr, q principis pugionẽ gestat, eiq; semper p̃sto est. Lãpridius in Com. Inter quos Libertinus, q a pugione appellatus est. Multa sunt alia hmõi noĩa quæ ut Taci. scribit, sunt summæ curæ & meditaméta. A cõposita plærunq; separationem significat, ut amoueo auello. Quandoq; priuationẽ, ut Amens, sine mente. Sciendũ est q licet a ab, & abs eandẽ habeant significationem, significant eñ id quod apud græcos ἀπὸ, in appositione tñ dicimus a domo, non ab domo, q a cõ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſonãtibus, aut uocalib⁹ uim conſonantiũ habentibus, ut a Cicerone, a Ioue, a Venere, ab uero duabus liq̃dis & i conſonanti, ut ab lege, ab re, ab Ioue, licet qñq̃, etiã apud Liui. etiã cõſonãtibus, iungaſ. Cõnectimus quoq̃ a in cõpoſitionibus cũ m & u cõſonante, ut Amolior, auoco. Ab cũ a.d,e.f.i.l.n.o.r.& u. ut Abactor, abduco, aberro. abfore, abiuro, ablacto, abnuo, aborior, abrogo, abũdo. Notanſ aufero & aufugio, in q̃bus b euphoniæ cauſa mutaſ in u. Et in cõpoſitione quidẽ ab nonnũq̃ ſignificat priuationẽ, ut Abſimilis, nõ ſimilis. Nõ nũq̃ ſeparationẽ, ut in ablacto, aufugio. Poniſ interdũ ꝑ extra, ut abduco. Et ꝑ cõtra, ut Abuſus cõtra uſũ. Ali qñ ſuperflua eſt, ut apud Liui. Flauius ſupplementũ ab Roma abduxerat. In appoſitione uero mõ motũ de loco denotat, ut ab æthere Chriſtus ꝑmicat. Mõ miſ ꝑ poſt. Iuue. Exul ab octaua Marius bibit. Abs t tã in appoſitione q̃ in cõpoſitiõe iungiſ. ut abs te, abſtineo ſeparata ẽt q̃, ut abſq̃, abs quolibet, abs quis. Terẽ. Abs quiuis hoĩe, cũ eſt opus, beneficiũ accipere gaudeas. Cõponiſ aũt cũ c, ut abſcondo, ſignificatq̃ retractionẽ in parteꝫ poſteriorẽ, ſicut in abſtraho. Et aliqñ priuationẽ ut ĩ Abſtemius quaſi ſine temeto. Ab poſita pro expo ni conſueuit. Teren. in Hecy. Ab ſeſe ſuã uoluptatẽ ut expleat. Ex abs, fit compoſitum abſq̃.

Aalma uirgo abſcondita, uel abſconſio uirginitatis in-

Aaron nomẽ ꝑpriũ fratris moyſi, interꝓtaſq̃ (terꝓtaſ mõs fortis, ſiue mõtanus, eſt etiã genus herbæ, de qua in Pandectis, ubi de rebus medicinalibus tractatur.

Abax, acis. a cuius gtõ græco formatus eſt ntũs latinus abacus abaci pe.cor. quo noĩe ſignificaſ coquoꝝ tabula, & etiã menſa, qua tã ad edendũ, q̃ ad bibendũ uaſa exponunſ. In quẽ ſenſum Iuue. dixit. Vrceoli ſex ornamentũ Abaci. Eſt & mathematicoꝝ tabula in q̃ linææ numeri & figuræ deduci ſolẽt. Perſi. Nec qui abaci numeros, & ſecto in puluere metas ſcit riſiſſe uafer. Apule. in Magia. Verũetiam abaco, & puluiſculo Deæ deciſſes. Mar. li. Geo. Abacus nuncupaſ res depingendis, deſignandiſq̃ oportuna formis. Poniſ & ꝑ calculis ſupputatoriis. Sũt ẽt abaci colũnaꝝ ornameꝫta, hoc eſt tabulæ quadræ, quæ ſupponunſ epiſtyliis λέγετω δὲ σύλος κάμαξ colũna, trabs, pertica poſtea cũ ἐστὶ. Vñ Victru. lib. iii. ſcribit, abacũ debere eſſe longum, & latũ, q̃ craſſa columna eſt. Huius diminutiuũ eſt abaculus.

Abaculus diminutiuũ ſumiſ ꝑ calculo. Pli. li. xxxvii. Veluti cũ calculi fiunt, quos quidã abaculos appellant.

Abaccidentibus, qui accidentia ſcribit, hoc eſt cui datũ eſt ut occurrentia literis mandet. Hiero. apud Eſdram.

Abarimon, ſcythiæ regio, in qua ſylueſtres hoĩes degũt, auerſis poſt crura plantis, q̃ maximã hñt uelocitatem, paſſimq̃ cum feris uaganſ. Auctor Pli. li. vii.

Abalieno abalienas, remoueo, abſtraho. Plau. ĩ cur. Nec ꝑhibere, q̃d, nec ꝑhibebit, niſi mors aĩum meũ abs te abalienauerit. Hinc Abalienatus dĩ, quẽ quis a ſe remouerit. Alienatus uero, qui alienus factus eſt.

Abana pe.cor. fluuius Damaſci in radicibus Libani exortus in ſyriæcum effunditur mare.

Abenee pe.cor. cingulũ ſacerdotale ſicut docet Hier. polymita arte ex croco, purpura, hyacynthoq̃ contextũ, ita ut flores, atq̃ gẽmæ in eo uideren ẽſſe diſtinctæ.

Abania, pĩ gratꝰ dño, uel pĩ gratificãs deum iterꝓtatur.

Abbarim pe.cor. mõs excelſus diuidẽs terrã amon, & euphratis a terra promiſſiõis cõtra Hierico Iordanẽ uſq̃ fluuiũ, ꝓtendẽs radicẽ, iſignis ẽ Moſis iclyti iudæoꝝ du-

Abba per geminũ bb. ſyra dictio ẽ, latĩe dĩ (cis mortis. pĩ, qđ apoſtol갰 expoſuit. In quo clamam갰 abba pater.

Abbas atis. ab abba ſimiliter pĩ dĩ. Quo etiã noĩe ſigñatur ipa abbatis dignitas. Sed ĩ hoc diſputatio ẽ iter doctiores linguaꝝ, q̃ unico b ſcribi oporteat, cõtra uſgi

Abbatiſſa ſæ. ab abbate. Hie. de mõ uiuẽdi, (opinionẽ. cũ a ſemitis iuſticiæ deuiãt, ipamet ẽt abbatiſſa cogno-

Abbatia æ. a recẽtiorib갰 capiſ tã ꝑ abbatis digni (ſcat. tate, q̃, ꝑ loco, ĩ quo habitat abbas, ſed qñ nimis male ſonat græcos imitat갰 ꝑ th ſcriberẽ ſemp abathia pe. lõ

Abas ãtis. p unũ b, nomẽ ẽ argiuoꝝ regis ꝑpriũ. Hic (galyncei ex hypermeſtra cõiuge fili갰 hõ bellicoſ갰, & acerrimi ĩgenii fuit. Et regnauit annis xxviii. ut inq̃t Euſe.

Abantes populi ionum inter achiuos ſicut Hiero. ſcribit

Abatos pe.cor, latine dicitur inacceſſibilis. Fit eñ ab α priuatiua & βαίνω aſcendo. Vnde abaton dicitur loc갰 ad quẽ non daſ acceſſus, loca q̃ uel exuſtione, uel aquis adiri nõ poſſunt, a græcis dicuntur abata, latini uocant inuia. Ouii. de parthis. Gẽs fuit, & terris & eqs & tuta ſagittis. Et nõ acceſſis ĩuia fluminib갰. ĩ cui갰 aoriſto eſt ſine augmẽto more ionico ἔβην βῆσο βῆ, ἔβημεν ἔβατος καὶ ἄβατος, eſt autẽ βαίνω uerbũ anomalũ multa ſignificans uado, aſcẽdo, uenio, deſcendo, & plæraq̃ alia. Quo nomine dicta eſt inſula in extremi ægypti palude Memphitica poſita, ꝙ ad illã ꝓpter limi, & papyrorum copiam difficillimus ſit aditus, ubi primum nilus magno fragore deſcẽdit, dicente Luc. li. x. Hinc abaton, quã nĩa colit ueneranda uetuſtas. Terra potens. Hoc noĩe etiã uocatus eſt locus ultra Aegyptum, & Aethiopas.

Abacti dicebanſ mgĩrat갰, q̃ coacti depoſuerãt ĩperium.

Abactores qui ſint, quære in dictione Abigeus.

Abaphus pe.cor: latine dicĩ nõ tinct갰. Sic dibapha dicũtur bis tincta ὅτι ἀ σερητικὸν μόριον καὶ βάπτω δ' λούω καὶ δ' χρωματίζω ὅθεν βαπτισὴς καὶ βάπτα ποδὶ ὧν ἀρ σοφάνης, quare baptæ ſacerdotes uel baptiſta nihil aliud ſignificat q̃ immerſores.

Abauus penul. cor. dictus eſt pater proaui, ꝙ non longe ſit ab auo. Sic abauia mater proaui.

Abaſter unus fuit ex equis Plutonis, quod ſignificat niger, Nam tribus fertur equis, ut eſt in fabulis, quorum primus Metheus dicitur, qui interpretatur obſcurus, ſecundus abaſter, tertius nonius, quod ſonat tepens.

Abdera pe.pro. urbs Traciæ, Democriti phi, & Protagoræ ſophiſtæ patria, quã Diomedis ſoror cõdidit; & a ſe cognoĩauit. De hac Oui. Aut te deuoueat certis abdera diebus. Quidã aũt autumãt dici ab Abderito Herculis delitiis a Diomedis eqs dilacerato, & humato dũ pugnaret Hercules cũ Diomede, ibiq̃ Abderã conditã ab Hercule. Hæc poſtea collapſa, Clazomene, a Clazomeniis ex Aſia uenientibus, q̃ eã in maioꝛẽ formã redegerũt, uocata eſt, iuxta quã byſtoniũ ſtagnum fuiſſe dĩ, in quo cũcta natãtia demergunſ, vñ nomẽ hẽt βυθάω neco demergo. Sciendũ ab ephoro dici abdera nũero tũ plurali ſecundũ Abderõ ſingulari. Eſt ẽt abdera nomẽ ciuitatis in Hiſpania. Hinc ſit nomẽ patrium abderita.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Abdico.as.pe.cor.expello,quaſi lõge dico,amoueo. Vnde & abdicare filium dicimus, quod eſt bonis priuare, & quaſi extra familiam abiicere,dum pater adhuc uiuit.Exhæredatio uero poſt mortẽ patrum proprie fieri dicitur.Lactan.li.ii. Quæ facta cum pater recognouiſſet,abdicauit,atq; expulit filium.Et abdicare eſt renunciare,quod pertinet ad magiſtratum. Liui.lib.iiii Dictator bello ita geſto, ut non tam fortunæ defuiſſe uideretur fœlicitatem,q̃ gloriam,maior in urbem rediit,magiſtratuq; ſe abdicauit.Item repudiare.Teren. Sed ex Glycerio natum ut uidit puerulum Chremes recuſat nuptias,generum abdicat.Item negare. Pacu.in Atlanta.Regno expellũt,conſanguineã ex ſe abdicãt.

Abdico.is.pe.pro.xi.tũ.ſignificat abnego,deteſtorq;.

Abdias nomen eſt prophetæ.

Abdo.is.didi.itum.ex ab & do,ſignificat abſcondo.Liui. li.ii. Abdito intra ueſtẽ ferro proficiſcit̃. Virgi. ꝓ includo poſuit.Sed pater oĩpotens ſpeluncis abdidit atris.

Abdo indeclinabile nomẽ prophetæ eſt,& apud nos ſeruus eius interpretat̃,debet pronũciari ſic ἄβδ ω.

Abdomen pe.pro. ſignificat pinguedinẽ q̃ ſpinæ adhæret,& in qua renes iacent,dictũ q; abditũ ſit.Iuue.Mõtani quoq; uenter adeſt abdomine tardus. Corne.Cel. li.iiii.Ipſa aũt ilia inter coxas,& pubem in imo uentre poſita ſunt,a quibus ac pube abdomen ſurſum uerſus ad p̃cordia peruenit.Plaut.in Cur. Pernam,abdomen ſuis glãdium.Quidã abdomen intelligunt ſumen, hoc eſt ſuillas cum lacte ſuo mammas a lacte iam fugato, & abdito,ex uicino ſumpta occaſione,cum abdomen interius ſit,ſumen uero exterius. Plini.li.xi. Huius & ſumen optimum ſi modo fœtus non hauſerit, eiectitiæ deterrimum,antiqui abdomen uocant.

Abduco.is.pe.pro. ſignificat inde ſeu extra duco. Saluſt. Reliquos Catilina per mõtes aſperos magnis itineribus in agrũ piſtorienſem abducit. Lactã.li.iiii. ꝓ uiolẽter ducere poſuit,atq; abigere. Poſtremo capti abductiq; Babylonẽ pœnas impietatis ſuæ graui ſeruitio ꝓpenderũt.Sic Curtius cũ ait,armẽtũ oẽ abductũ. Interdũ abducere ẽ ab loco uel a perſona abſtrahere aliena re.Q.Metel.Me interea nec domeſticus dolor nec cuiuſq̃ iniuria ab repub.abducet. Ci.li.i.Tuſ.per trãſlationẽ dixit. Magni eſt ingenii reuocare mentẽ a ſenſibus & cogitationẽ a cõſuetudine abducere. Interdũ ponit̃ ꝓ ſimplici.Li.Flauiꝰ ſupplemẽtũ oẽ ab Roma abduxe

Abecedarius qui per alphabetũ aliquid ordi- (rat. nat.Aug.in expoſitione pſal.Quod multo diligentius factũ eſt q̃ noſtri uel latine, uel punice quos abecedarios uocant pſalmos facere conſueuerunt.

Abellinæ pe.pro.dictæ ſunt auellanæ ab Abellino Campaniæ oppido ubi abundant.

Abel hebraice latine luctũ dicere poſſumus. Nam quia primus oĩm hoĩm luctũ parentibus intulit, hoc noĩe ab eis diuina quadam prouidentia fuit appellatus.

Abeo.is.iui.uel.ii.itũ diſcedo. Liui.li.i.Hæc locutus ſublimis abiit.Inde abitus & abitio ꝓ diſceſſu. Teren.i heau. Propter eã hæc turba atq; abitio uenit. Et abire dr̃ qd̃ nos paulatim deſerit.Idẽ in Adel.Menſes abierunt decem,ideſt effluxerũt.Et abi dicimus quaſi hærenti morantiq;.Idem. Vos iſtæc intro auferte, abite. Quãdoq; abire denotat motũ ad quem,quod eſt ire,q̃uis & motum de quo incluſum habeat. Hieron.lib.i.Regum Abiit ergo Dauid & uiri eius in cellam.

Aberceo.es.ex ab & arceo ſignificat prohibeo. Plautus. Atq; eam abercet domo.

Ab epiſtolis,qui præeſt epiſtolis uide in litera A.

Aberro.as.ualde erro,lõge digredior.Lactã.li.iiii.a quo hi duo riui ſi aberrauerint areſcãt neceſſe eſt. Cic.li.v. Tuſ.Sed redeat unde aberrauit oratio. Inde aberratio ꝓfugiũ. Idẽ Caſſio. Verũtn̄ aliã aberrationẽ a moleſtis

Aberũco.cas. cõponitur ex duabus ꝓpoſitionibꝰ ſcilicet e cum runco & ab cum erunco. Runcare uero eſt uellere. Nã ꝓprie de herbis dr̃ cũ euelluntur.Colu.li.ii. frequentẽ tn̄ exigunt ſarritionẽ & runcationẽ ut herbis liberentur.Erunco ſimiliter. Idẽ de Medica. Cũ ſeueris eã ſæpius irrigato.Paucos deinde poſt dies ubi cœperit fruticare oꝝ alterius generis herbas eruncato.Aberunco aũt per tranſlationẽ Cice. de fini. bo.poſuit pro auerto depello euerto.Dii maluerũt meliora atq; utinã amentiã aberũcaſſent meã.Liui.li.viii. Placuit ad aberuncandã deoꝝ irã uictimas cædi.

Abfore pe. cor. ſignificat abfuturũ eſſe. Quæ duo per b ſcribunt̃ ne ſi per geminũ ff ſcriberẽt̃ cõpoſita quis crederet ex ad,quæ oppoſitum ſignificarent, Nã ut illa nõ futurũ dicunt,cũ ab tẽpus deneget,ſic iſta cũ ad uentu rum tempus deſignant. Oui.Eſſe quoq; in fatis temini ſcitur affore tempus. Licet Sta.li.i.Theb.accipere uide atur in ſignificatione pſentis. Senſit manifeſto numine ductos affore, quos nexis ambagibꝰ augur Apollo. Sic abforẽ ꝓ abeſſem,afforem adeſſem. Vir.Atq; utinã rex ipſe noto compulſus eodẽ Afforet Aeneas,De aliis a fore compoſitis.uide in dictione Forem.

Abgrego.as.pe.cor.ab grege duco,uel ex pluribus gregibus partes ſubduco.Huic cõtrariũ eſt aggrego,qd̃ ẽ addo,& q̃ſi in gregẽ duco.Diſgrego uero & ſegrego ꝓ diſiungo poni ſolent,qbus cõtrariũ eſt Congrego.

Abhinc una pars,& cũ actõ ſignificat antehac. Teren.in An. Interea mulier quædam abhinc triennium ex Andro cõmigrauit huic uiciniæ. Sic dicimus Abhinc decem annos,pro ante decem annos.

Abhorreo.es.rui,modo cum actõ modo cum ablatiuo iungitur.Liui.li.iiii. Parum abhorrens famam amplitatam. Sueto.de.Aug. Nam pumilos atq; diſtortos, & omnis generis eiuſdẽ, ut ludibria naturæ, maliq; omĩnis abhorruit. Lactan.li.iii. Non eſt ſapiẽtia ſi cœtũm hominum abhorret.De ablatiuo abunde reperiuntur exempla. Nec mirum ſi accuſatiuum regit,& ablatiuũ quoniam eius ſimplex horreo duplici ſignificatione fungitur,hoc eſt horridus ſum.Hieron.Horrebant ſacco membra deformia. Et timeo. Vir.lib.iii.Geor.Nec uarios horret ſtrepitus. Et in altera ablatiuo, in altera conſtruitur accuſatiuo,hoc facit abhorreo,cuius ſignificatio duplex eſt, dupliciq; caſu conſtruitur. Cum eĩ actõ iungitur,in ſimili fere ſignificatione ſumitur qua horreo.Tunc enim quaſi rem proximã audire uel aſpicere id pertimeſcimus execramurq;. Cum uero ablatiuo,tunc procul nos eſſe ab eo,quod non placet, uel qd̃ refugimus demonſtramus, ut ſi dixero, hanc rem abhorreo,ſignificat execror,& pati nequeo.Abhorreo ab hac re,id eſt alienus factus ſum,uel procul eſſe uolo.A multis enim procul eſſe uolumus, ut a rebus uenereis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

licet noſtris ſenſibus plærunq; odioſæ non ſint, ſed animi moderatione ab illis abeſſe ſtudemus ne nobis officiant. Forte decepit Lau. Vallā. ab p̄poſitio, q̄ ablatiuū exigere uidet. Sed ſi hoc in plærisq; uerbis fiat, nō tū in oībus ſicut in aboleo abluo & hmōi, q̄ accuſatiuū non ablatiuū poſtulāt. Amb. li. i. offi. hoc uerbo uſus eſt abſolute cum inquit, Legimus officium dici a nobis poſſe, nec ratio ipſa abhorret. i. aliena eſt. Quandoquidem ab efficiendo dictum putamus, quaſi efficium.

Abhorreſco, ualde timeo, ſeu i horroꝝ hēo, & q̄ſi uidere nō patior. Lactan. de ira. Quē terra cōtremiſcit, cœlūq; & mare & latebræ tartareæ, & dæmones abhorreſcunt.

Abeſſa nomen eſt iudicis iſrael.

Abiathar in ſacris literis nomen eſt ſummi pontificis.

Abias nomen regis iudæ.

Abies abietis pe. cor. arbor dicta, q̄ p̄ cæteris arboribus longe eat. Hanc quidam gallicam uocant ꝓpter cādorem, Hæc arbor pulcherrima in trabibus, ut inquit Pli. li. xvi. Præcipua aūt dos eſt criſpantibus, & intorto quodam diſcurſu uenaꝝ p̄cioſis, pondus ſuſtinere in ædificiis ualida eſt. Abies etiam in tranſuerſum poſita reniti ponderi, nec temere rumpit, priuſq; carie q̄ uiribus deficit. Abies arborum altiſſima rectiſſimaq; eſt, cuius pars inferior enodis eſt, & ſapinus uocatur, ſuperior nodoſa duriorq; eſt, & fuſternam uocāt. Qñ præcipit Cato prælum ex ſapino faciendum, intelligi uult ex abiete enodi, quæ pars a terra eſt. Huius diminutiuum eſt abiecula. Græce dicitur ἐλάτη forſan ab ἐλάω, impello, produco prolongo.

Abiegnus. na. nū. qđ eſt materiatū ex abiete, ut abiegnæ

Abietarius, faber lignarius, negociator ab abi- (trabes. etibus, & aliis lignoꝝ generibus, ut apud Exod. Faciant opera abietarii. Hi etiā materiarii dñr a materie, cuius noīe ligna, q̄ ad ædificandum fulciendumq; neceſſaria ſunt, intelligenda eſſe declarat iuriſconſultus,

Abiicio. cis. pe. cor. & per geminū ii, qa mutaī a in i, q̄ tū in ptō conuertit in e. Eſt aūt abiicere a ſe longe iacere, reiicere. uilipēdere. Lactā. li. iiii. Docerētq; iuſticiā, quā popul⁹ pfid⁹ abiecerat. Vñ abiecti dñr uiles ac cōtēpti.

Abiecto. tas. frequentatiuū, ſi ſignificat frequēter abiicio.

Abigo. gis. pe. cor. ex ab & ago, ſignificat rem odioſam, moleſtam damnoſamq; a loco fugo, ut abegi canes a cœnaculo, & aues a ſegete. Qñq; abigere eſt abducere, & hoc ſiue ui, ſiue dolo fiat. Liui. Herculē in ea loca geryone interempto, boues mira ſpecie abegiſſe ferunt. Referī qñq; ad hoīes, qñq; ad res ſpirituales. Plau. Abigam ego iam illum aduenientem ab ædibus. Leo papa. Abigatur prope terrenaꝝ caligo rationum. Huic ſimile eſt amoueo, ſed mitius. Plaut. Amoui a foribus maximam moleſtiam. Quandoq; ſignificat ſimpliciter ante pellere, ut fit cum boues ad paſcua mittuntur. Var. li. ii. Itaq; greges ouium longe abiguntur ex Apulia in ſamnium æſtiuatum.

Abigeus, & abactor, utrūq; ab abigo. Et eſt abactor quicunq; greges abducit. Nam abactores uocantur pecuariorum animalium fures, latrunculiue. Abigei aūt (ut autor eſt Vlpianus) proprie dñr qui pecora de paſcuis uel ex armētis ſubtrahunt, & quodammodo deprædātur, & abigendi ſtudium, quaſi artem exercent, equos de armentis, uel oues de gregibus abducētes, Cæteꝝ ſi q̄s oūe oberrantē, uel equos in ſolitudine relictos abduxerit, nō eſt abigeus, ſed fur potius. Scribit & Claudius. Quantitas diſcernit furē ab abigeo. Qui eī unā ſuem ſurripuerit, ut fur coercebit. Qui gregem, ut abigeus.

Abigeatus. tus. ipſe abigendi actus, ſiue crimen abactionis intelligitur.

Abyla pe. pro. poteſt eſſe tū dichrona. Stephanus Byzantius multa in libro de populis & urbibus. Et Dionyſius libycus ἀλλήρι πυμάτῃ μὲν ἀγαύων ἕδρην ἰβήρων γείτων ὠκεάνοιο πρὸς ἑσπερον, ἔνθλε δὲ ἄκρη συλάων ἀβύλη κεῖται μία, δὴ λ' ὑπένερθε ταρτησσὸν χαρίεσσα, ubi multa Eustathius ſcribit. Et notandum eſt alybam dici a græcis, & non abylam, niſi dicamus eſſe metatheſin, ſed ſit ut lubeat omnino per ypſilon ſcribi oportere clarum eſt, mons eſt excelſus Calpe, qui in Hiſpania eſt oppoſitus quos ambos Herculis columnas dicunt.

Abilon proprium nomen iudicis iſrael.

Abimelech nomen eſt iudicis iſrael.

Abintegro penul. corre. ſignificat denuo, quaſi res perfecta rurſus inchoetur.

Abinteſtato aduerbium ſignificat ſine teſtamento.

Abiudico. as. pe. cor. ſignificat rem, de qua cōtrouerſia ē per iudicium, aufero, alienoue. Vnde ager abiudicatus a Liuio dictus, quem Romani per iniquum iudicium interceperant, eripuerantq;. Cice. in Ver. acti. ii. Nulla res cuiuſq̄ tam patria atq; auita fuit, quæ non imperio iſtius abiudicaretur. Huic contrarium eſt adiudico, qđ eſt per ſententiam & iudicium tribuo aſſignoue, ut eſt illud. Et adiudicauit fieri petitionem eorum.

Abiungo. is. ſeparo. Virg. li. iii. Geor. It triſtis arator Mœrentem abiungens fraterna cæde iuuencum. Huic contrarium eſt adiungo. is.

Abiugo. as. pe. cor. proprie a iugo alieno, ſed per tranſlationem ſignificat a re, cui dicatus ſum, diſiungo. Pacu. Quæ res a ſtabulis abiugat certum eſt loqui. Huic contrariū eſt adiugo, qđ eſt iuxta iugo, qđ fit cū duo boues ad unū iugū iungunt. Plau. per tranſla. dixit. Mater eſt anima, adiugat uoluntatem. Et Lactan. de opi. At eī prouiſum eſt in ſingulis quibuſq; fingendis, quatenus, & miniſterio membroꝝ ad neceſſaria uitæ uterentur & quatenus adiugatis corporibus, lata ſoboles uniuerſas generatim conſeruaret animantes.

Abiuro. ras. pe. pro. ſignificat rem mihi creditam iureiurando nego. Plau. in Cur. Egon a lenone quicq̄ mancipio accipio, quibus ſui nihil eſt, niſi una lingua qui abiurauit ſiqd creditū eſt. Et abiurare eſt cōtra ius aliqd tenere. Vir. li. viii. Abſtractæq; boues abiuratæq; rapiæ

Abiurati dñr qui uinculo quodā amicitiæ aſtricti ſunt. Hi ab aliis deuoti appellant. Plin. in. prolo. Scito conſentē me autores deprehendiſſe ab abiuratiſſimis & ꝓximis ueteres trāſcriptos neq; noīatos. i. cōiunctiſſimis.

Ablacto. as. a lacte remoueo. Hiero. in lib. i. Regum. Nō uadam donec ablactetur infans.

Ablaqueo as. a laqueis expedio, ſed in frequētiore uſu ſignificat qđ uulgo dī diſcalcio, qđ fit cum circū arbores fodimus terrā, & radices ſuperiores recidim⁹, ut magis fructificent. Colu. lib. iii. Vinea uetus, neq; ablaqueanda eſt, ne radices, quas in ſummo hēt inareſcāt, neq; aranda, ne radices abrumpantur. Palla. Ianuario menſe locis temperatis ablaqueādæ ſunt uites, qđ Itali ex-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

codicare appellant.i.circa uitis codicē dolabra terrā di ligēter aperire,ut ſolis teporibus,& imbribus ꝓuocent.

Ablatiuus caſus qñq; pro genitiuo ponit. Virgil. Illa ferax oleo eſt. Quandoq; pro accuſatiuo, ut Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus.

Ablego.as.pe.pro. Inde aliquo mitto. Liui.li.i. Pueros ue natū ablegauit. Dī & de aīalibus. Col.li.vii. Itaq; cū ablegabūt,i ea loca pducēda erūt,qb9 nullū ipaſcit pec9.

Ablepſia,ἀβλεψία latine cæcitas, & inconſyderantia, & habet accentum in penultima,λέγεται μὴ τυφλότης, ὅπερ ἀπὸ τοῦ βλέπω τὸ ὁράω

Abligurio abliguris pe.cor. liguriendo abſumo. Teren. in Eu. Itidem patria qui abligurierat bona.

Abluo.is.uide in dictiōe Lauo.as. Similiter abluo, quære in eius ſimplici luo.

Abloco.as.pe.cor. aliis afficto. Vide in dictione loco.

Abnego.gas.pe.cor. maxime nego, qđ maxime profiteri debeo,ut fidem,pietatem,& hmōi, quod uulgo renegare dī. Lactan.li.v. Nec enim poterunt retinere pietatem,qui communem omnium patrem deum tanquā prodigi,atq; rebelles liberi abnegaſſent.

Abnepos pe. cor. filius pronepotis,quaſi ſeiunctus a nepote. Eſt enim inter ipſum,& nepotem pronepos.

Abnormis,ſine norma. Hora. in ſer. Ruſtic9 abnormi ſa

Abnuo abnuis.nui.nutū,ex ab & nuo ſignifi- (piens. cat capite aliquid ſemel nego,q̄uis & oculis,& manib9 id fieri poſſit. Nuere eñ apud ueteres ꝓ uelle Ponebat. Vñ nutus & numē qđ eſt dei nutus, hoc eſt imperiū & poteſtas. Vir. Meo ſine numine uenti audetis. Nut9 uero ſignificat qđ fit oculis uel capite uel manib9. Idē,an nuit,& totū nutu tremefecit olympū. Ponit & ꝓ uoluntate,q̄ ex hmōi ſigno declinat,ſiue affirmando,ſiue negando. Liui. Sub umbra Scipionis ciuitatē dominā orbis terrarū latere, nutus eius ꝓ decretis patrū, ꝓ populi iuſſis eſſe. Pli.lib.i.epiſtolarū, docet nutū dici qñ annuimus.renutū,qñ recuſam9. Sic.n. ait. Nā ego quoq; ſimili nutu ac renutu rñdere uoto tuo poſſum. Sue. uero in Veſpa. nutū accipit ꝓ renutu cū ait. Adoleſcentulū frā grantē unguento, cū impetrata ꝑfectura grās ageret, nutu aſpernatus uoce etiā grauiſſima increpuit, Maluiſſem alliū oboluiſſes, literaſq; reuocauit. A nuo fit nuto nutas freq̄ntatiuum,qđ eſt ſæpe capite hmōi ſignū facio. Qñq; etiā nutare ponit ꝓ moueri,& q̄ſi ruinā minari,tractū a motu capitis,qđ iclinādo affirmam9, cōcutiēdo negare ſolem9, Vñ nutare ædificia dicimus cū male ſolidata ruinā minitant. Trāfert & ad aīum,& ꝓ titubare.i.dubitare ſumit in quā partē uertendū ſit.

Abnuto pe.pro. eſt ſæpe ſigno capitis uicinis quippiā nego, Plau. in Cap. Quid mihi abnutas? Contraria huic uerbo abnuo ſunt,nuo,annuo pro aſſentior,& nutu aſſenſum p̄ſto,faueo. Innuo qđ eſt ſigno aliquo uoluntatem meā oſtendo,ſiue affirmē,ſiue negē aliqd. Teren. Nihil niſi abiens mihi innuit. Renuo,refuto, Nonius inter nutare,nuere,& nictare hoc itereſſe ſcribit,ꝙ nutare capitis ſit inclinādo,aut in gyrū mouendo. Nuere narium uel labioꝝ. Nictare oculoꝝ patefaciendo eos, aut claudendo,uel utrunq;,uel alterꝝ. Plau. in Aſi. Nec illa ulli hoi nutet, nictet,ānuat,hoc é, nec capite ſignū faciat,nec facienti aſſentiat,nec oculis qcq̄ indicet.

Aboleo.es.pe.cor. leui.uel lui.etū.uel itū. ſignificat caſſo tollo,abrado,deſtruo, ut ne odor quidē eius relinquat. Lactan.lib.i. Decretum eſt ut hi libri abolerentur.

Aboleſco,ad nihilum redigor. Colu.li.iiii. Eademq; nec imbribus putreſcit,nec ſiccitatibus aboleſcit.

Abolla ueſtis ſenatoria,quaſi abulla ꝙ undiq; ſit bullata. Alii accipiunt abollā ꝓ ueſte duplici panno cōfecta ut ſcholaſtica,& græce diploide,q̄ etiā qñq; ꝓ ueſte militari ſumit,ut eſt apud Martia. Neſcit cui dederat tyriam Criſpin9 abollā. Qñq; ꝓ ueſte cynici phi. Nā græci milites,& phi palliati,ſeu chlamydati incedebāt. Vñ Martia. de cynico pho. Cætera quem nudi tegit uxor abolla grabati,q̄uis χλαμὺς χλαμύδος λέγεται ἀπὸ τοῦ χλαίνης ῥοπῆρ᾽ ὃ ἐστιν ἱμάτια τινὰ δεσμωτά. Ita ſcribit Nicolaus Actiacus & Moſchopulus,& ꝓ prie chlæna dī.i.ſagum,ſupraueſtiſq;,neq; chlamys ſignificat id genus induméti, qđ uulgus appellat zuppone,nā græci nō habebāt,nec ī græcia ēt iſtis tpib9 utūt, ut oñdit Homer9 ubiq;,& ideo uide ne erres,ſed utebāt (ut ita dicā) uno correpto,ut uidemus in græcia.

Abominor pe.cor.ex ab & ominor,de quo infra. Eſt ā ūt abominari execrari, faſtidire, & quaſi ꝓ malo omine habere. Pli. Abominamur recedente aliquo ab epulis ſimul uerri ſolū,aut bibente cōuiua menſam,uel repoſitoriū tolli inauſpicatiſſimum iudicat. Græce dicitur βδελύττομαι. Et abominari eſt exhæredare ut in Pſal. Virū ſanguinū & doloſum abominabitur dñs,ubi Augu. abominati dici ſolent exhæredati.

Aborigines pe.cor. quaſi ſine origine, dicti ſunt populi antiquiſſimi,qui tenuerunt agrū,q nūc eſt populi Romani,qa uagi,& ſine laribus erāt,aut quaſi ꝙ primi uiſi ſint,tanq̄ editi ſine patribus,aut ꝙ ex uaria gentium colluuione mixti erāt. Hi poſtea aduentu Aeneæ phrygib9 iūcti, Latini uno noīe appellati ſūt. Poſſunt tñ & aliarum urbium aborigines dici primi cultores, ac ſi ſint terra geniti homines a principio ibi commorantes ἕλληνιστὶ πρωτόγονοι καλέονται, πρότερον μὴ γενάω, λέγονται καὶ ἐγχώριοι.

Aborior.eris.ui.iris. abortiuū facio. Var. Vinū qđ ibi natū ſit in quodā loco, ſi prægnās biberit fieri ut aboriat. Gel.li.xi. Nituntur ut fœtus quoq; ipſi in corpore ſuo cōcepti aboriant. Hinc abortus,aborta,abortū, & abortus. dictus,ꝙ nō ſit tēpeſtiue ortus. Plin. Extat in monumētis medicoꝝ, & qbus talia cōſectari curæ fuit, uno abortu duodecim puerperia. Nonius. Aborior ēt abortum facit,qđ tū ab ordior magis eſt, & hāc inter abortū & aborſum ſignat diſtantiā,ꝙ aborſus ille dicendus ſit,qui eſt in primis menſibus,cū cōceptui exordiū factum eſt. Abortus prope tempus pariendi, tūc eñ morit qđ naſcit,grace ἐκτιτρώσκω dī, & ide ἔκτρωμα ἐκτρώματος abortus dī,ab ἐξ ἡ τιτρώσκω. Differt etiam abortus ab eiectiōe,ꝙ hæc grādioris fœtus ſit, abortus intra q̄drageſimū diē cōtingit,hūc græci ἔκτρωσμον.

Abortiuus,abortiua,abortiuum. pe.pro. quod abortum facere poteſt. Plini. Oſcitatio quidem in enixu lethalis eſt,ſicut ſternutaſſe a coitu abortiuum.

Abortiū idē qđ abortus. Hierony. ad Pāma. Dū crebris abortiis,& experta fœcūditate cōceptuū nō deſperat liberos,paſſa eſt aliquid de Rachelis exemplo.

Abortio.onis. idē qđ abortiuū. Gel.li.iii. Cū abortio qui buſdam non partus uideretur intēpeſtiuitas. Per trāſla

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tionem Cice.pro Cluen.posuit.Sed hæc solutio legato rum,non merces abortionis appellanda sit.

Abortio.is.iui.itum. immaturũ fœtũ edo. Colu.lib.viii. Nec tñ ea sola causa abortit,sed etiam glans, cum citra sacietatem data est.Est & abortior deponens.

Aborto.abortas.est eiusdem significatiõis cum abortio nam significat abortiuum facere. Iulius Firmicus lib. vi.matheseos.Abortauit filios geminos.

Abraam,nomen primi patriarchæ,& latine pater superoꝝ corpoꝝ interptatur,quem deus ab iis q̃ uidẽt ad inuisibilia protrahens non uocaberis,inquit,Abram, sed Abraam erit nomen tuum,quia multarum te gentium patrem posui. Secundum tñ declinationem latinam Abraamus dicitur,sed aspiratur a quibusdam.

Abrado.dis.pe.pro.de aliquo quippiam aufero.Colu.li. iii. Arida & uetera, quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito.

Abre, quasi p̃ter rem, præter rõnem, hoc est indecens p̃ter propositum sine causa. Sue.in Aug. Et q̃n ad hoc uentum est,nõ ab re fuerit subtexere, q̃ ei priusq̃ nasceretur,& ipo natali die ac deinceps euenerint.i.p̃ter propositũ sine rõne siue inconueniẽs. Liui.Hæc si ois diuini hũaniq; iuris memoria aboleuit, noua peregrinaq; oia,priscis ac patriis præferendo, haud ab re duxi,uerbis quoq; ipsis,ut tradita nuncupataq; sunt referre.

Ab re tua significat a negociis tuis familiaribus,seu contra commodum tuum. Terẽ.in Heau. Tantum est ab re tua tibi aliena ut cures,q̃ nihil ad te attinẽt.Huic cõtrarium est ex re tua, quod est ex utilitate & commodo tuo,sicut e republica, ex utilitate & commodo publico.Idem dicitur e re,hoc est ex utilitate, ut.ff. si certum peta.l.e re est &c. Vbi misere sudat interpres,dubitans an legendum sit here,pro heriliter &c.

Abrenuncio.cias.ex ab & re & nuncio,significat a me renunciando,amoueo,renuo. Et tã dtõ q̃ actõ iungit.

Abripio.pis.pe.cor.quasi aufero est. Nam de his dicitur quæ auferri possunt, ut uestis, liber,& hmõi. Cice.li.iii. offi.Qui abripiunt ab aliis ut aliislargiant. Aliq̃ abripere est ui abducere, ut uirum, mulierem, iumenta. Teren.in Eu.Ex attica hanc abreptam.Cice. ad Quiri tes.Nec patiamini me a meis liberis abstractum, a cõiuge abreptum,ab aris focisq; innocentem proiectum uitam degere in exilio.Nam ab proprie rei ablationẽ denotat.Huic contrarium est arripio, quod ex ad & rapio componitur,quæ attractionem significat. Vnde & pro accipio ponitur.Cice.in Cato.Non cani non rugæ repente autoritatem arripere possunt,sed honeste acta superior ætas fructus capit autoritatis extremos. Aliquando significat uehementer ad me rapio,ut fit cum celeri quadam animi corporisue uehementia ad nos trahimus.Liui.lib.i.Tum Tarquinius necessitate iam etiam ipsa cogente ultima audere,multo & ætate & uiribus ualidior medium Seruium arripit, eleuatumq; e curia in inferiorem partem per gradus deiicit. Aliq̃ subito eleuo.Plau.in Cur. Vix foras me arripui. Aliq̃ celeriter rapere,inuadere,Virgi.Hanc arripe uelis.

Abrogo abrogas penultima correpta,infirmo. Seruius, Abrogatur legi,cum prorsus tollitur lex,derogat cum pars sui tollitur.Cice.ad Heren. Illa defensio tenuis est cum ostenditur id factum esse quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum uel derogatum sit. Diciturus autem abrogatur legi, & abrogatur lex. Interdum abrogare est per rogationem auferre. Cui cõtrarium est arrogare. Liui.lib.iii. Vt quicquid ui tribunitia arrogatũ esset id comitiis ibi abrogaretur. Interdũ est simpliciter auferre.Cice.li.i.ad Heren.Nam & periculosum est neq̃ plus minusue dicamus, & suspicionem affert auditori meditationis & artificii,quæ res fidem abrogat orationi.Abrogati quoq; (ut scribit Gel.) dicuntur, qui cum sui iuris sunt,in alienam sese potestatem tradunt,eiusq; rei ipsi autores sunt. Sed arrogatos potius hos dicere oportet,quia & arrogatio dicitur ipsa actio.

Abrotanum pe.cor.herba calidæ uirtutis.Hora.Abrotanum ægro non audet, nisi qui didicit dare. Sed Aetius amilinus li.i.simpliciũ,multa de abrotano. & Galenus de simplici medicina,& Dioscorides.

Abrodiætus cognomen fuit Parrhasii pictoris nobilissimi quod latine significat delicatum atq; elegantem, talem aũt seipse putauit,Herculeq; Lyndi fecit,assueverans eũ a se talẽ pictũ,qualẽ sæpe in quiete uidisset.

Abrotonion nomen mulieris,ab ἁβρον & τρυφερόν.quod est glabrum siue delicatum,latine amplexibus apta dicitur.In quo uocabulo id iubetur adnotari, quæ apud græcos in on exeunt,apud nos in um exire. In um aũt exeuntia omnia esse neutra,præter mulierum propria quæ fœminina sunt,ut Glycerium,Philorcium,Eustochium,& similia licet ergo utriq; sexui conueniant, ut scortum & mãcipium, & pluralia in a pro hominibus ponant,ut seruitia pro seruis, ministeria pro ministris, Et licet fluuiorum sint,ut rhenum,crustumiũ, aut fructuum nomina pro arborum nominibus ponantur,ut poma apud Tibul. aut quamuis animalia (quæ paucissima sũt,& quæ masculina aut fœminina aut communia esse debent) significent,ut ostrea, tamẽ quia in um exeunt,aut singulariter per um terminentur,supradicta omnia censebuntur neutra.

Abrumpo, incido, interrumpo,deficio,auello. Vir.li.iii. Geor.Nec somnos abrumpit cura salubres.Vnde loca abrupta diuulsa,atq; ob id inuia esse dicuntur.Hieron. li.i.Regũ. Perrexit Saul ad inuestigandũ Dauid,etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt.Huius significationis est est prærumpo.

Abs, significat id quod apud græcos ἀπ̀. Et ut in litera a tactum est,gaudet præponi incipientibus ab q & t.Teren.Abs quiuis homine beneficium accipere gaudeas. Sic diligor abs te dicimus.

Abscedo. dis.pe.produ.ex abs & cedo significat recedo,a quo abscessus,& abscessio,quæ fere idem significant,cũ tñ accessus & accessio sæpe differant, nã accessus est aggressus, accessio instrumẽtum,& interdũ aggressio, de quibus alibi latius dicemus.Aliq̃ tñ abscessus dr concursus mali humoris in aliquam partem corporis, ex quo suppuratio fit,quam græci uocant apostema.

Abscido.dis.pe.pro.ex abs & cædo,sed æ diph. uertitur in i produ.significat inde seco,ut est illud. Et abscidit auriculam eius dextram. Quod tamẽ media correpta quidam pronunciant,tanquam ab abscindo sit præteritũ, cuius media interdum corripitur,ut Aenei.iii. Hesperium siculo latus abscidit aruaq; & urbes &c. Quin etiam frequentior est usus uerbi abscindo,cum contra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præcido frequentius,q̃ præſcindo reperiatur.

Abſcindo, abſcindis,inde ſcindo. Iuue. Quid tamen expectant phrygio quos tempus erat iam More ſuperuacuam cultris abſcindere carnem.

Abſcio,abſcis,abſcire eſt de memoria exire. Deſcire aũt (ut ſuo loco dicem⁹) ẽ ab obediẽtia prioris ducis diſcedere. Abſcondo.dis.abſcondi,abſconditũ,uel abſconſum occulto. Vñ abſconſum,abditũ,occultum.

Abſimilis,multũ diſſimilis. Col.li.iiii. Materiã fructũq; niſi q̃ duplicẽ nõ abſimilẽ minor germanæ gerit. Frequens aũt eſt hui⁹ uocabuli cũ negatiõe uſus,ut haud non,abſimilis &c. Quæ locutio figurata eſt, & fere perliptoten plus innuit,cũ min⁹ dicat,ut hic. Nõ abſimilẽ dixiſſe uidetur pro plane & multum ſimilem.

Abſentio,abſentis,abſenſi,abſenſum,ſignificat diſſentio nam qui minime conuenit diſſentire uidetur.

Abſynthiũ, herba amara,a qua populi quidã cognoſati ſunt,qui iuxta pontũ habitãt, ubi mons eiuſdẽ nois habetur. Oui.li.v.de triſti. Cana prius gelido deſint abſynthia põto. Græce ἀβσύνθιον ἢ ἀβσυνθίτις uulgo dicũt medicum,uel aſſenzo,hortorum eſt.

Abſis,abſidos, ſiue græcorum apſis fornix,& curuatura proprie in curribus. ἀπὸ τοῦ ἅπτειν. i.tangendo,licet multa ſignificet,quia rotæ cum uoluuntur contingant terram. Sed in cœlo abſides capiuntur pro circulo ἄψις ἄψιλος pro macula retis. Home.li.v.Ilia. Eſtq; curuatura rotæ .ſ. lignum ſupra rotas tenens ſcalas. Immo curuatura rotarum, in qua figuntur radii, ut lib.ii.Heſio.

ἄξονας ἐπταπόλην, μᾶλλα γὰ νύφι ἄρμενον ὧδε.
ἐς λέκυν ὀκταπόλην, ἀπὸ κὰ σφύραν γεταμοῖο,
τριςσίθαμον δ' ἄψιν τάμνειν λεκαλώρω ἀμάξης.

id eſt,& axem ſeptem pedum. Valde eũ utiq; tibi ſufficiens ſic,ſi autem octopedalem,etiam malleum abſcinderes,trium palmorum abſidem decem lignis cõpacto currui. Ita ſunt de uerbo ad uerbũ traducta, ſed qm̃ locus iſte Heſiodi eſt dubius, uideamus interpretẽ Manuel Moſchopulus interpres ibi ſic ſcribit, ἐις κατασκευὴν δ' ἄψιλος τέμνε ξύλον τριῶν σιθάμων ἕνεκα ἁμάξης λωλεκαλώρου, ἤ ἵνα ποιήσεις ἁμαξαν τοῦτ' ἔστι ὅν τρόχον τ' ἁμάξης λειλάλωρον τὴν διάμετρον ἔχοντα Sed Demetrius Moſchus dicit. Quid eſt dicere hoc? intellige aũt tu textum,qui eſt clariſſimus ſic,triũ ſpithamaꝝ latitudine diametri in circũferentia rotæ,incide curuaturam rotaꝝ,quia non ſunt graues bobus ad trahendum,incide dico currui compacto ex decẽ lignis.i. qui currus fit ex pluribus lignis, & decanus eſt numerus qui eſt perfectus,nam λοῦρα dicitur lignum, ſed dorice ſ uertitur in ω, & dicitur λῶρα lignum, quamuis ſit etiam genus menſuræ,ſpithama eſt menſura a cuſpide pollicis,ad extremitatem annularis digiti.

Abſiſto,abſiſtis,a loco ſiue inde diſcedo. Virgi. Nec prius abſiſtit, q̃ ſeptem ingentia victor Corpora fundat humi. Huic contrarium eſt aſſiſto, ſed cum locus exprimitur abſcedo tm̃ ſignificat. Idẽ li.vii. Centum ærei claudunt uectes æternaq; ferri Robora, nec cuſtos abſiſtit limine Ianus. Qñq; abſiſtere ponitur pro deſiſtere, deſinere,abſtinere. Liui.li.ix. Legatos miſere ad cõſulẽ romanũ,ut receptis eq tib⁹ qui cauſa belli eſſent, abſiſteret obſidione. Clau. Abſiſte rogari. In quorum ultimo exemplo non uidetur ita uerbi proprietas obſeruata,ut in ſuperioribus. Nam ſiſtere non eſt abſolute ſtare,aut præſẽtem eſſe,ſed facere ſtare aut adeſſe. Vnde eſt illud poetæ. Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem. Quocirca abſiſtere non tam eſt deſinere, ut in Claudiani exemplo,pro quo ſæpi⁹ deſiſtere uſurpatur,q̃ abſcedere,ut in Liuiano dicto.

Abſoleo.es.pe.cor. Abſolere eſt ab uſu recedere, unde abſoletus locus,neglectus & ſordidus dicitur.

Abſoluo.uis. quod ligatum erat non ligatum facio. Sed dicimus. A uinculis peccatorum noſtrorum abſoluat nos omnipotens & miſericors dominus. Interdum ſignificat perficio,finio. Gelli.lib.ii. Septima fere hebdomade .i.ix. &.xl. die, totus homo in utero abſoluitur. Item abſoluere eſt parcere,& precio reddito dimittere,liberare. Liui.li.ii. Latæ deinde leges, quæ conſulem regni ſuſpicione abſoluerent. i. liberarent. Sed cum de peccato,ſiue de peccati pœna agitur,genitiuum regere poteſt. Cice.lib.ii.ad Heren. Cæcilius iudex abſoluit in iuriarum illum,qui L. Actium poetam in cœna nominatim læſerat. Plini.lib.xiiii. Inuenimus Egnati uxorem cum uinum bibiſſet e dolio, interfectam fuiſſe a marito,eumq; cædis a Romulo abſolutum. Item euadere. Plau.in Amphi. Curauit uno ut fœtu fieret, uno ut labore abſoluat erumnas duas. Item expedire, ut apud eundem in Curc. Sequere hac te abſoluam,qua uenisti gratia. Et in Epi. Te abſoluam breui.

Abſonus.na.num.penul.corre. quod eſt parui ſoni, & fere ſine ſono,uel non recte ſonans,ſiue nihil congruens, ſed aduerſans. Liui.li.i. Hæc ferme Romulo regnante domi,militiæq; geſta,quorum nihil abſonum fidei. Cicero proprie. Sed ſunt quidam aut lingua ita hæſitantes,aut ita uoce abſoni.

Ad summum refertur ad numerum.Ci.pro Milo. Vnus aut ad summum duo inuẽti sunt, qui Milonis causam non ꝓbarent.i.nõ plures q̃ unus, aut duo ex pluribus.

Ad tẽpus signãt ꝑ aliqđ spaciũ tẽporis.Cic.li.i.offi. Vtrũ ꝑturbatione animi q̃ plerũqꝙ breuis est,& ad tẽpus,an cõsulto fiat iniuria.Et apud Sueto. legit, Cæsarem extruxisse porticus ad tẽpus. Hoc idẽ signãt tẽporarium.

Adualla mõs ex quo in septentrionẽ rhenus excurrit,& diuersa ex pte addua in lacũ lariũ iuxta comũ intrãs.

Adubanus,& adubanum penul.prod.fluuius, qui & Ister & Danubius dicitur.

Aduenio.nis.pe.cor.ad aliquẽ locum uenio. Cæcil. Ædepol senectus,si nihil aliud apportes tecũ, quũ aduenis. Et qñꝙ uenire incipio, quod & de inanimatis dicitur. Plautus.Aduenienti morbo succurre.

Aduento.tas.approximo.Gel.Sed postea, cum Brundusium aduentaremus,mollitiꝙ essent uenti maris,percunctatus ego eum sum, quæ nam ratio illa pauoris sui esset.Cicero. Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare,hoc est ueniendo proximum esse.

Aduentito.tas.pe.cor.frequenter aduenio.

Aduentores,qui prope peculiariter frequentant officinam quampiã ac tabernã, quos materna lingua dicimus Auentori.Plau.in tru.Si æquum facias aduentores meos non incuses. Dicti aduẽtores ab aduẽiendo.

Aduena pe.cor.q̃ nõ est ciuis, aut inquilinus,sed externus,& ꝓprie,qui ex uno longinquo loco in aliqđ oppidũ ueniunt,aduenæ dñr.Cõuenæ,qui ex pluribus locis.

Aduẽtitius,q nõ est loci illiꝰ quẽ habitat, & q casu in aliquẽ locum uenit non morandi gratia,neqꝙ consulto.

Aduenticius morbus, qui forte nulla culpa uenit.

Aduenticia bona, q̃ nõ ex recta successione, puta patris aut aui,sed ex legatis,aut aliter casu aliquo nobis adueniunt,in quibus ueniens habet usu fructum,& liberam administrationem.

Aduenticii morbi,qui fortenulla nostra culpa ueniũt.

Aduerbium quasi iuxta uerbũ dr, quia in orõne prope uerbum ponitur. Nec eñ põt uerbi uis significantius sonare nisi iungar aduerbiũ,utputa dico,nauigo.Hæc non plenæ significationis sunt,nisi adiiciant aduerbia, ut bene,male, docte, fœliciter facit, nauigat. Sic alia aduerbia iungunt ad explendã uerbi significationem, ut sunt loco⁊ aduerbia,ut hic habito,eo intro.Est aũt aduerbiũ pars orõnis,q̃ adiecta uerbo significationem explanat,atꝙ implet. Fiunt aũt aduerbia qñꝙ a noie, ut a bonus bene,a uerbo, ut a sentio sensim,tracto tractim,a noie & uerbo,ut pedetentim,a pede & tento. A participio,ut a status statim. A pronomine,ut hic illic, ab hic,& ille. A ꝓpositione, ut ab ex extra, & a sub subter.Ab aduerbiis etiam,ut a prope propius.

Aduerto.tis.ad aliquẽ locũ uerto. Terẽ.in Eu.Illa sese interea incõmodũ huc aduerterat inhanc nostrã plateã. Aduerto oculos,animum ue,aliquo cõuerto oculos uel aim.

Aduersor cum datiuo significat contrarius sum, aduersor uero detestor, abominor iũgitur cum accusatiuo. Quod fit quotiens ab aliqua re, quam odio habemus uultum auertimus,ut illud repellere uideamur. Ouid. in Fa. Officioꝙ leuẽ nõ auersatus honorẽ.Colu.Nã nec rubos auersar capra.Et in sacris literis. Gentes quas dominus auersatur. Fit aũt ab auertor,de quo infra.

Aduersarius ab aduersor,pro repugno.Nam aduersarii dicuntur sibi inuicem repugnantes.

Aduersus.sa.sum.cõtrarius.Vide in dictione auersus.

Aduersus,uel aduersum ꝓpositio significat contra,& inimicitias,dissidia,contrarietatẽqꝙ ostendit, sicut cõtra, ut aduersus,uel cõtra hostes bellum geritur. Aliquando pro erga ponitur,ut apud Teren.in Adel. Et id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam.

Aduersitores sunt serui qui eunt aduersus dominis cœnãtibus foris,ab aduersum eundo, apud Plau. in Mus. inducitur aduersitor cuius peculiare ministeriũ est ire ad herum foris cœnitantẽ,& eũ domũ reducere, ac comitari.Teren.in Adel. Neqꝙ seruulo⁊ quisq̃ aduersum erat. Vbi ait Do. proprie locutũ Terentiũ esse dicẽdo aduersum.Nam inde aduersitores dicuntur.

Adulor pe.pro. ut quidam putant, ex ad & aula, quia id aulici obseruant,au in u ꝓductã cõuersa.Oui.Agmen adulantũ media ꝓcedit ab aula. Nonius. Adulatio est

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

proprie canũ blandimentũ, quod ad hoĩes cõſuetudine tranſlatũ eſt. Vnde Speu. ſic diffinit. Adũlatio eſt cõuerſatio ad uoluptatẽ abſq; rõne mali habitus ad oblectationẽ cõſuetudinis tẽdens, mediocritatẽq; trãſgrediens. Et eſt adulari inſeruire, & captare, ut fauorẽ emeamur, uel uoce uel geſtu, tractum ἀπὸ τοῦ λούλος, dulu, quod eſt ſeruus. Eſt eñ adulari ſeruile, non liberale, & ingenuum. Apud Cic. li. ii. Tuſ. Adulat pro adulaſ ſanguiné poſitũ, hoc eſt lãbit, ebibit. Lucre. Longe alio pacto gannitu uocis adulant. Miror aũt ualde cũ a græco ueniat, qñ λούλος dicitur ſeruus, inde dulor. aris. & cum ad dicitur addulor. aris. duplo dd, quo pacto primam corripuerint aliqui uerſificatores.

Adulo. las. Lucre. Longe alio pacto gannitu uocis adulant. Sic Cice. li. ii. Tuſcu. Adulat poſuit.

Adulter, & adultera cõponi uidenẽ ex ad & alter, ſeu altera, q; ille ad alterã, & hæc ad alterũ ſe conferat.

Adulterium, quod proprie cum nupta cõmittitur, q̃uis ad alia tranſferatur.

Adultero. as. pe. cor. & adulteror. aris. ſignificat uitio, uel maculo, quod etiã ad alia tranſferẽ. Pli. Iuuat ipſa adulterare adulteria naturæ, ſicut teſtudines tingere, argentum auro confundere, ut electra fiant. Cice. per tranſlationẽ in Lelio. Simulatio uitioſa. Apoſtolus adulterantes uerbum dei. Adulteratur uerbum dei, aut aliter de illo ſentiendo q̃ eſt ſentiendũ, ut ex eo nõ ſpũales fructus, ſed adulterinos fœtus quærendo laudis humanæ, autor Grego. in mora.

Adulterinus. na. num. pe. cor. Vnde adulterina ſigna dicuntur, quæ ſunt alienis annulis facta.

Adultus, qui creuit. Vnde iuuenes dicuntur adulti, qui in flore ætatis, & incremento ſunt poſiti.

Aduiuo pe. pro. quaſi adhuc uiuo. Hiero. ad Pãma. Ipe ſi aduiueret Origenes iraſceret nobis fautoribus.

Adumbro, bras. exprimo, repſento, ſiue imitor, uti picto res, qui imagines planas adumbrant, ut ſolidæ uideantur. Aliq̃n umbram adhibeo, ſiue umbram tegẽdo facio. Colu. li. xii. Adumbrantur, uel ſtramentis, uel aliis tegumentis uuæ, ne uentis aut caloribus exareſcant. Ponitur etiam interdum adumbrare pro honorare.

Aduncus. Vide in dictione uncus. Vnde aduncо aduncas, quod eſt curuo.

Ad unguem ſignificat ad perfectionẽ. Tranſlatio ſumpta a marmorariis, q; iuncturas marmoꝝ, tũc abſolutas exiſtimant, cũ unguis ſupductus nihil offendit, uel cũ iunctura ita exactæ ſũt, ut unguẽ nõ admittãt. Perſius. Seueros excludet ungues, ſiue ab his, q; magna diligentia, & cõſyderatione aliquid faciũt, & in ipſa cogitãda ungues mordẽt. Perſ. Nec demorſos ſapit ungues. Hora. li. i. Ser. Fronteius ad unguem factus homo.

Aduno. nas. pe. p. cõgrego. Hiero. Qñ uos ad refectionẽ debita adunauerit hora i cibis ueſtris minime pfulgeat coquoꝝ iduſtria. Hĩc adunati, dñr ſimul cõgregati.

Adunum aduerbialiter ſumptum, ſignificat omnes nullo excepto, ut in Pſal. Non eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unum. Curtius. Omnes ad unum periere.

Aduoco. cas. pe. cor. ad me uoco. Ter. in Phor. Ibo. ad forum, atq; aliquot mihi aduocabo amicos ad hãc rem. Huic contrarium eſt auoco. Et aduocare eſt in ſubſidium uocare, ſeu aduocatum habere. Aug. li. ii. de ciui. dei. Vt eã honoribus talibus aduocarẽt cultores ſui, id eſt aduocatam haberent.

Aduocati dñr, q; alteri adſunt in cauſa. Plau. in Caſ. Stultus cõtriui diẽ, dũ aſto aduocatus cuidã cognato meo, quẽ hercle litẽ adeo perdidiſſe gaudeo, ne me necq; cq̃ ſibi hodie aduocauerit. Inter aduocatũ, & patronum hoc intereſſe Valla exiſtimat, q; aduocatus nomen ſit generalius, q̃ patronus, ut nõ tm̃ ſignificet eum q; alterius cauſam agit. Siquidẽ quicunq; adeſt alteri in cauſa officii gratia aduocatus appelletur, etiam ſi nihil dicat, neq; agat, ſed qui tm̃ paratus ſit defendere. Patronus, pprie, qui agit cauſam, ſed accuſati, nõ accuſantis.

Aduolo. as. pe. cor. iuxta uel ad aliquẽ locũ uolare, & cõſtruiẽ cũ actõ mediãte ad, uel in, & aliq̃n dtõ. Pli. At in agrũ Volateranũ palumbiũ uis e mari quotannis aduolat. Idẽ li. x. Platea nominaẽ aduolãs ad eas, q̃ ſe i mari mergũt. Idem Caprarumq; uberibus aduolant.

Ad uotũ aliq̃d hñe, & ex ſnĩa, licet hoc uideaẽ rõnis, illud cuiuſdam affectus, in eandẽ tm̃ ueniunt ſignificationẽ. Quintil. Habes ne uxorem ex animi tui ſnĩa. Et alibi. Ad uotum omne fluentem fortuna laſciuit ocium.

Aduſq; i. uſq; ad. Apul. Iam aduſq; amnẽ peruenimus.

A ante E

Æacus pe. cor. Iouis ex Europa ſiue ex Ægina filius, ut in Iliade inquit Homerus. Hic apud œnopiã (Sic quidẽ legiẽ, niſi apud Stra. eſt mendũ œnonã legendũ eſt) regnaſſe dĩ, quã ex noĩe matris æginã noĩauit filiꝰ, quẽ tãtæ iuſticiæ fuiſſe dĩ, ut apd̃ inferos aĩaꝝ creditꝰ fuerit a Plutõe delectꝰ iudex, cũ Minoe & Rhadamãtho, & peccantium delicta diſcutere, & p meritis pœnas inferre.

Æas æantis, fluuius Epiri ex Macedonia prius defluẽs & in mare Ionium cadens, dicente Luc. li. v. Purus in occaſum, parui ſed gurgitis Æas Ionio fluit inde mari.

Ædes tã in ſingulari q̃ in plurali, pro tẽplo. ſed fere ſemper cũ adiectione, ut ædes ſacra, uel ædes ſacræ, ædes Iouis, ædes deoꝝ, ædes pacis, & hmõi. Cice. ex eo die quo in ædem telluris cõuocati ſumus, Val. Max. li. i. Ea pontificũ admonitõe effectũ eſt, ut Marcel. ſeparatis ædibꝰ honoris, ac uirtutis ſimulachra ſtatueret, ſi uero abſolute dixerimus ædes, tm̃ domũ deſignamus, ut meas ædes non p̃ſcribam. Eapropter apud iuriſconſultos, p omni ſpecie ædificii dici inueniẽ, unde & p ſepulchro Oui. poſuit. Eſt mihi marmorea ſacratus in æde Sichæus, pro cubiculo. Cur. Excubabãt principũ liberi ſeruantis noctiũ uicibus, pximi foribꝰ ædis, in qua rex acquieſcebat. Idẽ, p cœnaculo poſuit cũ ait. Stabãt ad fores ædis eius, in q̃ rex ueſcebaẽ. Fitq; ædes, ut ſcribit Ser. ab edo, q; in ea ſacrificãtes edere cõſueuerint. Nã q̃dã ſunt noĩa, q̃ initio dipthongantẽ, q̃uis a uerbo nõ diphthongato deriuentẽ, ut ædes, æſculꝰ. Varro Ab aditu fieri putat, q; ſ. plano pede adibãt, unde etiã primã diphthongi uocalem accepit. Feſt. Edes, q; in ædito poni ſoleret, alii ædem dici exiſtimant, q; in ea æuum degatur.

Ædicula dĩ ubi deoꝝ ſimulachra ſeruantẽ. Pli. li. xxxvi. de Venere gnidia. Ædicula eius tota aperitur, ut conſpici poſſit undiq; effigies Deæ. Aug. li. ii. de ciui. dei. Nulla ædicula ſacra dignum putauerunt.

Ædificium ædis conſtructio, & ponitur pro omni ſtructura. Nam ædificii appellatione, non ſolum ſuperſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ciem signari,sed solum quoq; ipsum,cui ædificium su perpositum est Vlpianus putat.

Ædifico.as.,pprie ædē facio,q̄uis ad oē cōstructiōis gen⁹ etiā ad naues ptineat.Cice.Qui cū maximas ædificas set ístruxisſetq; classes.Vñ uidet magis sumi,p cōstruo, p̄sertim cū ei dom⁹ addit,qa aliter frustra domū iungerem⁹. Idē.Qui cū ædificasset ī palatio plenā dignitatis domū.H⁹ cōpositā sūt coædifico simul ædifico,exædifico manifeste,seu pfecte ædifico. Pli.de api.Domos primū plebeiis exædificāt,deide regib⁹.Inædifico ít⁹ ædifico.Li.li.i.Et ut libera a cæteris religiōib⁹ area esset tota Iouis,tēpliq; eius,qd ī ædificaret, exaugurare fana sacellaq; statuit.Proædifico, uñ ,pædificatū, q ueteres dicebāt, qd ex priuato loco,pcesserat ī publicū solum. R.eædifico rursus ædifico,sup ædifico.Hie.Siqs aūt sup ædificat super fundamentū hoc aurū,argentum.&c.

Ædepol pe.corre.aduerbiū iurandi,qd est quasi p ædem Pollucis.Ité pol,& perpol,quæ idem significant.

Aediles pe.pro.dicti sūt ab eo, q ædes sacras & priuatas ,pcurassent. Vel ab aditu, q facilis ad eos aditus esset. Primo ex plebe duo creati sunt ædiles, deinde ,pceden te tpe duo ex patriciis adiuncti sunt, q a solio eburno, quod eis datū est Curules dicti sūt.Officiū ædiliū erat, ludos publicos exhibere,& sacras priuataſq; ædes,pcurare,totā urbē tueri,ut cloacæ,& aquæductus, & quæq; publica ædificia munda & integra essent,loca in Theatro assignare.Si quispiā seruū aut iumētū morbosum, uitiosumue,p integro sanoq; uendidisset, edicto ædilium emptori succurrebat. Idq; edictū ædilitiū dicebatur,siue ædītiones ædilitiæ.Fiebāt & alii ædiles,qui frumento p̄erant a cæsare creati,& a Cerere cereales nominati sunt, ut scribit Pōpo.His cura rerū uendendaꝝ ne qua fraus fieret, & mēsuraꝝ commissa erat.Scribit Diony.Hali.lib.vi.anti. ad officiū ædiliū pertinuisse,ut curam haberent annonæ forensis, copiæq; cibariorū ædītiones ædi,hi apud græcos agoranomi uocantur, a foro rerum uenalium,cui regulam præscribunt.

Ædilitas ipsa dignitas. Sueto.in Cæsa. Siquidē ante paucos dies,q̄ ædilitatem iniret.

Ædilitiū idē qd ædilitas, & magistrat⁹. Cice.lib.ii.offi.P. Crassus tū cognoīe diues,tū copiis,functus est ædilitio maxīo munere,idē signat ædilitat⁹.us.Hoc tñ loco melius ē ædilitio adiectiue dictū accipe,ut quū ædilitium edictū dicim⁹.Itaq; retractamus qd in priore editione scriptū fuerat, & ædilitiū mun⁹ intelligim⁹ q ædilis fu (isset.

Ædilitatus.us.idem quod ædilitas.

Ædilitius.a.um.nomen possessiuum, ut comitia, ædilitia,in quibus creabantur ædiles.

Ædilitius ædilitii, qui ædilitate functus est.

Ædituus,ædis tutor.i.curā gerēs ab ædib⁹ sacris, q̄s tuet.

Ædituor ædem tueor. Vñ ædituētes,p ædes sacras tuētes.

Æditimus,pe.cor.Gellio autore ea forma dī,sicut finitimus,legitimus,pro eo qui ædibus p̄est,quasi ædis intimus.Sic claustritimus,qui claustris ianuæ p̄est. Augu. lib.v.confes. Siuisti eum comphendi ab æditimis fori tanq̄ furē.Cice.in Ver.Æditimi,custodesq; mature sentiunt diuersantem in quodā tugurio extra urbem.Sed pro eo nunc utimur ædituus,ut Var.li.i.de re ru. & Sementinis feriis in ædem telluris uenere rogati ab æditimo,ut dicere didicimus a patribus nostris,ut corrigimur a recentibus urbanis ab ædituo. Hos græci νεω κόρους uocant.

Ædo.is.didi.itum.ab e quod est extra,quasi extra do.Vñ ædere significat emittere,promere,in lucem dare,manifestare.Sic dicimus aliquē ædidisse librū. Vñ æditio publicatio.Et qa,q̄ generāt ī lucē ,primū,factum est, ut ædere sit gñare.Hora.lib.i.car. Mœcenas atauis ædite regibus. Et ædere est exhibere,quod est spectaculis accommodatum. Sueto.in Cæsa. Ædidit spectacula uarii generis munus gladiatorum. Vnde æditores ludorum exhibitores dicti.Sunt tamen qui sine diphthon, scribant,cū antiquitus inueniat per æ dipht.scriptum.

Aedon græce ἀηδών Luscinia.Virgi. Quodq; leues calami,quæ suauis cantat aedon.

Æditus.a.um.pe.cor.altus,& fortis dicitur. Hora.in Ser. Viribus æditior cedebat, ut in grege taurus,& ædita quoq; loca dicuntur alta, ac sese ostendentia. Scribiturq; cum diphthōgo,ut differat ab edo pro comedo.

Æditītius iudex qué una ps elegerit. Ci.,p Plan.Neq; eñ quicq̄ aliud in hac lege,nisi æditītios iudices seruatis.

Ægeus Thesei pater Athenarum rex, a quo Ægeum mare,ut quidam putant.

Ægeum mare,ut quidam dici uolūt, q Ægeus Thesei pater ex Athenarum arce illuc se deiecerit. Alii, q Ægea Amazonum regina in eo perierit. Strab. Ab Ægeis oppido in Eubœa.Pli.ab αἴγα capra deriuat,q. lib.iiii.scribit. Plurimis insulis consersum, cui nomen dedit scopulus inter Tenedum,& Chium uerius,q̄ insula αἴξ nomine a specie capræ, q a græcis ita appellat repēte e mari exiliens.Soli. Inter Tenedū, & Chiū est Claros insula,qua Ægeus sinus pandit,ab dextra Antandro saxum est,hoc eñ uerius q̄ insula cognominari meruit, id qñ uisentib⁹ ,pcul capræ sisse credit, quā græci æganuncupāt,Aegeus(inqt)ab eo sin⁹ est appellatus.Var. Ægeū īquit dictū ab insula,q in eo mari scopuli in pelago uocant a similitudine capraꝝ æges. Pacu. Æges ferme aderant æquore in alto ratibus repentibus.

Ægæ pluralis numeri,uel Ægæ.es.urbs Ciliciæ. Quo etiā nomine dicta est insula in mari Ægeo.

Ægea nomē duaꝝ urbiū,ut scribit Ptol. quaꝝ una est in Emathia,alia in Mauritania. Autor Ptolemē⁹. Sūt & Ægeæ euboicæ a quibus ægeum mare ſm Stra.dī, sūt & Achaicæ ægeæ penes quas cratinus amnis labitur.

Ægeon nomen gigantis,qui cœli terræq; filius Briareus dictus fuit.& Neptuni antiquum cognomen.

Ægiū oppidū peloponesi,quo ī loco Iouē a capra nutritum ferūt. Vñ loco nomen. æga eñ capram dicunt.

Ægialeus nomen fuit Medeæ fratris. (dis.

Ægiale.es.siue ægialea.eæ,nomē ,ppriū uxoris Diome-

Ægialus,latine dici potest littus. Quo nomine dicta est Achaia, propter urbes per ordinem in littore positas.

Aegeria nympha fuit,quæ colebatur in aricino lacu,cū qua Numa Pompi.& connubium, & colloquiū se habere simulauit super cultu religionū, quo armorū,& prædæ studio flagrantem Po. Roma.abstraheret. Vnde Ouid.Ægeria est, quæ præbet aquas, dea grata camœnis.Illa Numæ coniunx,consiliumq; fuit.

Ægis.idis.munimentum pectoris æneū cū Gorgonis capite.Quod si in pectore numinis ægis. Si ī corpore hominis lorica dī.Et a capra nomē deductū ē,quia de co

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rio eius fiebat. Et ideo Minerua habere Gorgona in pectore dr, quia prudẽtia sua, quasi alios saxeos reddit.

Ægiochus dict9 est Iupiter, p corio capellæ Amaltheæ usus fuerit pro scuto, quando contra Titanas dimicauit, ut inquit Lactantius libro primo.

Ægides pe. pro. patronymicũ est ab Ægeo Thesei patre. Oui. Perfidus Aegides ducentia fila secutus.

Ægilops, est abscessus inter nares & angulum maiorem oculo, per quẽ pituita assidue distillat, & si negligat ad ossa usq; dehiscit in fistulã. Differt ab Ægilope, id qd Crithen, hoc est Ordeum vulgo Ordeolum appellant, & Galenus posthiã. Crithe absceſſus est pusillus, oblongusq; sub ipm palpebræ torulum, hoc est, ut ait Celsus sup pilo locũ. Officit luminib9 & qd uocat Ancylops siue Ancyloblepharos, quo palpebræ coalescunt inter se, apeririq; nõ põt oculus. Cui nõ admodũ absimilis é morbus, q Encanthis uocat, in ipso angulo tuberculũ qd palpebras pa diduci patit. Sed & si membro arti culi sic hærent, uelut cõprensi, Ancyla, & ancylosis uocat. Est & ægilops apud græcos genus auenæ.

Ægina pe. prod. fuit Asopi Bœotiæ regis filia, a qua urbs Peloponeso adiacens contra Atticã Ægina uocat. Et a qua æacus, eiusq; posteri genus duxisse ferunt. De hac Oui. lib. vi. Meta. Oenopiã ueteres appellauere, sed ipse Æacus Æginã genitricis noie dixit. Hinc Æginenses dicti sunt, & æs ægineticum. Sunt qui dicant Æginam insulam pireo portui propinquam, distat enim ab eo xii. mil. pas. A qua æginitæ dicti sunt eius incolæ.

Ægineticus. a. ũ. possessiuũ ab Ægina, ut ægineticũ æs qd olim fuit ĩ põcio, ex quo eãdẽ labro supficiẽ elaborabãt.

Ægisth9 Thyestis fili9, q a capris nutrit9 fuisse phibet.

Ægle nympha solis ex Neæra filia, latine splendor dicit.

Ægloga pe. cor. capra seu rerum pastoraliũ sermo dr. Ægon. n. capra, logos sermo dr. At ecloga sine diph. electio, siue explanatio, elegãtia dr, ut iqt Pli. li. iiii. epi. & Euse. li. iiii. eccle. historiæ contra Tortellium.

Ægon nomen pastoris, & caprile significat. Quo etiam nomine promontorium Lemni dictum est.

Ægocephalus pe. cor. ut Aristote. lib. ii. de animalibus inquit auis est quæ liene omnino caret.

Ægonomus penul. corre. caprarum ductor, qui & æpolus dicitur, ὅτι αἰξὶ ἀγόσ καὶ νέμω ὃ βόσκω ὅθεν ὁ νέμοσ & νέμεσ immo locus aptus capris depascendis, id ostendit propria deriuatio.

Ægolethrõ, herba ĩ põto alba, dcã a capris interimendis ἄγα græci caprã noiant, ὀλέθειορ pnitiosũ, exitiale.

Ægoceros. otis. uel ægoceron pe. cor. animal, alio nomine capricornus dicitur. Hierony. contra Iouinia. Magna iniuria nuptiarum, ut inter scorpios quidem, & cẽtauros, & pisces, & ægocerotas. i. capricornos uxorem, maritumq; cõstituerint, λέγεται ὅτι ὁ κέρας ἀιξ, Lu. Ægoceron cancrumq; tenet.

Ægos Thraciæ fluuius, ad cuius ostia classis Athenienſium a Lysandro capta fuit. Pli. lib. ii. Idq factum interdiu in Thraciæ parte ad ægos flumen, cuius loci accolæ Ægopotamitæ nominantur.

Ægyla ĩsula, quã Pli. scribit distare a cythera. xv. mil. pas.

Ægipanes sunt nudi, leues, caprinos pedes habentes. Veteres huiusmodi monstra pro semideis, siue pro sylue stribus diis coluerunt, quem admodum Faunos, Sylua nosq; Faunos ac Satyros nemorum deos esse dicentes Panas agrorũ, Syluanos syluarum. Vide in dictiõe Satyri. Oui. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina nymphæ. Et fauni satyriq;, & monticolæ syluani. Quos qñ cœli nondum dignamur honore. Pompo. Mela scribit ultra Atlantem Mauritaniæ mõtem noctu persæpe uisa lumina, & crepitus cymbalorum, ac fistularum cantus auditos, nec die repertum quenq;. Idcirco pro constanti habitum, hos faunos esse ac satyros.

Ægio nomen proprium apud Plau. dictus ab ægizo, qd significat quatio, p multis esset concussus ærũnis.

Ægypios, & gypas græci uocant, quos latini uultures.

Æger. a. um. ab ago. is. per contrarium, p actione uacet, siue p qui morbo correptus est, grauius agitetur. Et dicimus, Hic est æger pedib9, & hic est pedibus ægris. Vale. Maxi. lib. v. dixit. Pulsu uenarum cõperit, cuius morbi æger esset. Gel. cum accusatiuo iunxit dicens. Frontonem pedes grauiter ægrum.

Ægreo. es. æger sum, a quo ægresco, quod magis est in usu, æger fio. Plin. li. x. Corui ante solstitium generant. Item ægrescunt sexagenis diebus siti maxime, anteq; fici coquantur autumno.

Ægre aduerbium significat moleste, dolenter, iniquo animo. Tere. in Hecy. Sed reprimam me, ne ægre qcq; ex me audiat. Item significat male, difficulter. Virgi. li. iii. Geor. Ergo ægre rastris terras rimant. Colu. li. i. Seruos quoq; qui secuturi patrem familias sunt, non ægre pedibus ingredi, id est inuite, uel difficulter.

Ægroto, as. pe. pro. infirmus sum, a quo ægrotatio, q̃ sic ab ægritudine distinguit, ut docet Hiero. super Ioel, p ægritudinem animi dicimus, alioqn corporis nõ ægritudo, sed ægrotatio dr. Idẽ ad Iulianũ diaconũ, q̃q; ita me iugis tã corpis ægrotatio, q̃ aiæ ægritudo consumpserit, ut morte imminente, nec mei pene memor fuerim. Cice. Sed ꝓprie ut ægrotatio in corpe, sic ægritudo in aio noat. Vñ ipse li. iiii. Tus. diffinit qd sit ægritudo. Stulta ægritudo est, qua afficiunt in malis opinatis aiosq; demittũt, & cõtrahunt, róni nõ obtẽperantes. Inuenit tñ æger dici etiã de corpe, & ægrot9 de aio. Salu. Antonius pedibus æger, qui plio adesse neqbat. Hora. in Ser. Quo me ægrotare putes animi uitio. Ab ægroto fit coægroto. Hiero. Quod si ipsa languerit coægrotandum est, & nunq; ab eius lectulo cedendum.

Ægrimonia pe. cor. idẽ est quod ægritudo. Plau. in Ru. Tantisper dum abscedat a me hæc ægrimonia.

Ægyptus regio ab Aphrica, ut Pli. ĩquit, canopico distet minatur ostio, ab Asia uero peluſiaco. Quamobrẽ quidam inter insulas ægyptũ cõputauere. Qui tñ Asiã dimensi sunt inter Asiæ regiones ægyptũ quoq; dinumerauerunt. Aphricæ proxima ab ægypto Danai fratre sic appellata, prius Aeria dicta. Hæc teste Plini. li. v. ab oriente rubro mari, Assyriæq; coniungitur, ab occasu Cyrenen, & Aphricæ residuum habet, a meridie usq; in Æthiopiam protenditur, a Septentrione habet mare Ægyptium. Eius insignes urbes sunt Thebæ, Abedos, Alexandria, Babylon, & Memphis. In hac (ut Plato inquit) nunquam uisum est pluere, sed Nili inundatione fœcundatur. Eius figura triquetra est, quam efficit Nilus, ita se diuidens. Ab ægyptus fiunt adiectiua. Ægyptius, a. um, & ægyptiacus. a. um.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ægyptini pe.pro.Æthiopes,Ægyptiis ſunt finitimi.
Ælius ſtilo nomen auctoris de quo Pli.& Sueto.hic præconinus,dictus a præcone patre.
Ælius,& Ælia noia ſunt ꝓpria.Ro.carent aſpiratione.
Ælia regio in Aſia inter myſiam,& Ioniam. Eſt & urbs quædam Calabriæ,a qua Ælianus.a.um.
Ælurus,pe.pro.latie catus,& felis dicitur. Ariſtote.lib.de animalibus.Æluri,& Ichneumones tot numero parĩunt,quot canes.Ælianus,ælurox mas quidem libidinoſiſſimus eſt,fœmina aũt amantiſſima ꝓlis,fugit coitũ cũ maribus,qm̃ ſemẽ mittũt calidiſſimũ,& quaſi ignẽ genitalia adurens. Hoc cernẽs mas cõmunem fœtum dilaniat,illa uero prolis deſyderio mares libidine ardẽtes adit rurſus.Gel.li.xix. Æluroy quoq; oculi ad eaſdẽ uices Lunæ maiores fiunt,aut minores,
Ælon græce,ſuauitas latine dicitur,ἄιλον.
Æmiliam gentem appellatã dicunt a Mamerco Pythagoræ philoſophi filio,cui ꝓpter unicã humanitatem cognomen fuit æmilius. Nã æmiliã græci ſermonis lepiditatem uocant. Hæc familia æmiliana Romæ honeſtiſſima fuit, a qua Æmilianus appellatus eſt Scipio Africanus minor,q̃ſi æmilii filiꝰ,q ꝑ adoptionẽ iſertus fuit familiæ Scipionũ.Æmilia uia ab Æmilio cõſule dicta eſt,quæ a placentia, Ariminum uſq; perducta eſt.
Æmilia regio Italiæ,q̃ & flaminia,& Romandiola ẽt dĩ in q̃ ſunt urbes Ariminum.Ceſena,Saſina, Rauenna, Fauentia, Immola, Forumliuii, Bononia,& Ferraria.
Æmiliana ædificia erãt extra Romã de qbꝰ Cor.Tacitꝰ. Plus iſamiæ id icendiũ hũit,qa ꝑdiis Tigillini æmilia
Æmochares cognomẽ Martis fuit,qua (nis ꝓperat. ſi ſanguine gaudens,αἷμα latine ſanguis dicitur.
Æmonia pe.cor.regio q̃ poſtea dcã ẽ Theſſalia,ab Æmone Deucaliõis filio,priꝰ pyrrhea dcã a Pyrrha Deucaliõnis uxore. Quidã tũ cũ aſpiratiõe ſcribũt Hæmonia.
Æmulor pe.cor. (ut Apuleius inquit) ab amo deſcendit, unde & primã uocalẽ accepit, amare ſignificat inuidere per antiphraſim.Æmulari igiẽ,inuidere eſt a cõtrario ſenſu,ut in actibus apꝛicis.Et patriarchæ æmulantes Ioſeph uẽdiderunt in Ægyptũ.In Eſaia.Effraim nõ æmulabiẽ Iudã,& Iudas nõ pugnabit contra Effraim. Aliqñ æmulari ſignificat imitari.Vñ æmulꝰ dĩ eiuſdẽ rei ſtudioſus,& ſectator, hoc eſt,q aliquẽ imitaẽ,& ſequtur qd̃ nõ niſi amore fieri põt.Cice.ꝓ Marcel.Illo æmulo,atq; incitatore ſtudioy meorum,atq; laborũ. Differunt tamẽ æmulatio & imitatio,q̃ imitatio ſimplex eſt,& liuorẽ nõ admittit,æmulatio aũt hẽt qdẽ imitandi ſtudiũ,ſed cũ malitiæ opatiõe,licet hoc ſine uitio eẽ poſſit,ut cũ meliorẽ uideamus conamur non inuidia, ſed amore ipſius uirtutis reddere nos pares,aut ſuperiores. Vñ eſt illud.Stimulos dedit æmula uirtꝰ. Aliqñ æmulari eſt ꝓticipẽ eſſe,ut Noli æmulari ĩ malignãtibꝰ.
Ænna ciuitas eſt ĩ meditullio,& umbilico Siciliæ collocata,q̃ cũ ob p̃fecti ſæuitiã a Romanis deſciuiſſet.Qui ad concionẽ cõuocatos Ænnẽſes ultima ĩterneciõe clã ſubmiſſis militibus armatis deleuit.
Aeanum,oppidum Macedoniæ quod æanus helymi filius Tyrrenorum rex condiderit,autor Stephan.a quo Aeanicus.ca.cum.
Æniẽſes, populi ab Ænia peræboy oppido,quos in Epiro græci modo αἰνιοὺς,modo αἰνιάνας nominant.
Æneas pe.pro.nomẽ uiri troiani a Virgilio celebrati dictus Æneas,ut quidã putãt,ab αἰνέω.ῶσ.qd̃ eſt laudo.Nã αἴνΘ laus latie dĩ,q tñ ꝓcedere nõ poterũt rei ueritate,ſi nõ dico citemꝰ totã græciã,ſed uſolũ uerſiculum Homeri adduxeriꝰ,quem uolo legãt τῷ ὄ χαὶ αἰνείας ὄνομ' ἐκέκτατο,κῆ τὰ λοιπά. Ab Ænea dcĩ ſũt æneadæ Tro
Ænea urbs ĩ regiõe Creſſæ.Liui.li.xl.Profici (ianiſcunt̃ a Theſſalonica Æneam ad ſtatutũ ſacrificium.
Ænea ciuitas,q̃ poſtea dcã fuit ianiculũ,cõdita a Romulo Æneæ,ut iqt Dionyſiꝰ.Ianiculũ yo dcm̃ fuit, ut Feſ. ait,qa ꝑ eũ ꝓpꝰ romanꝰ trãſire cœpat ĩ agrũ æthruſcũ. Nã & Ianꝰ ab eũdo dictꝰ ẽ.ut Ci.li.d'na.deo ait.
Ænaria inſula,a ſtatiõe nauium æneæ dicta, ut inqt Pli. Hæc & inarima pithecuſaq; dĩ, nũc Iſchia de noĩe oppidi coxendicis imaginẽ p̃ferentis in monte.
Æni ut autor eſt.Ptol.iſula eſt iuxta Arabicũ ſinum.
Ahenum genus uaſis,ab ære,qd̃ & Cacabus,ſeu caldaria dĩ. Diuidiẽ q̃ñq; diph.per diæreſim,& tũc ut Ser.docet aſpiratio interponiẽ,ut apud Hor. Sub noctẽ gelidam lignis calefactat ahenũ.Virgi. Aut foliis undam tepidã deſpumat aheni.Huius diminutiuum eſt Ahenulum.
Aheneus.a.ũ,pe.cor.Idẽ ẽ, qd̃ æreꝰ, & fiĩr diæreſim q̃ñq; patiẽ.Hor.in epiſt.Si recte facies hic murꝰ ahenꝰ eſto. Aliqñ poniẽ ꝓ forti.Hor.Incluſam Danaen turris ahe
Ænaticus.ca.cũ.ab urbe Ænea,thraciæ oppido (nea. de qua Theophra:Circa Æneã inqt ficus arbor ſcabiem nõ ſentit.Huius incolæ dicuntur Æneades,& Æneatæ.
Æneatores dicti ſunt tubicines ab ænea tuba. Amianus li.xix.Cum ſupereſſet exiguum noctis, æneatorum clãgore ductores urbem,ut mox caſuram, terribili corona cinxerunt.Et li.xxiiii.Æneatorum accentu ſigno dato progrediendi ad pugnam, ad arma concurſum eſt.
Ænobarbus dictus eſt Domitius,qm̃ Caſtor & Pollux cũ de uictoria nunciarent Domitio, ipſeq; minime credens narrantibus eſſet,malas,barbamq; manibus permulſerunt,& ex fuſca in flauam conuerterunt. Vnde a barba rutila,æneiq; coloris ænobarbi dicti. Quod poſtea Domitiorum cognomen fuit.
Ænianicus,ca.cum.fit a populis peræbiæ quos æninas & æniadas,& ænienſes uocabant,porro Æniades, per æ diph.ab œnadibus per œ diuerſi habentur, ſicut Æneades ab æniadibus.Æneades ab Ænea urbe Thraciæ qui & æneatæ nominantur.
Ænigma.atis,obſcura allegoria, uel q̃ſtio obſcura, quæ difficile intelligiẽ,niſi aperiaẽ, ut illud in libro Iudicũ De comedente exiuit cibus,& de forti egreſſa eſt dulcedo. Ab αἰνίττω obſcure loquor innuo. Innuitur enim quiddam quod pluribus explicandum eſt.
Ænigmatiſtes,qui ænigmata facit,ſeu proponit.Hieron. cõtra Ioui. Sed qd ad nim.αἰνιγματίστην ænigmatiſtẽ cuius libros multo difficilius eſt noſſe,q̃ uincere.
Ænigmaticus idem quod ænigmatiſtes.
Æolus pe.cor.Iouis filius qui in hoſpites benignus fuiſſe, liparen & æolias ab eo nominatas inſulas in ora Siciliæ tenuiſſe perhibetur,& in his ſtrongylem,ex cũius fumo quinam flatus futuri eſſent in triduo prædicebat. Vnde uẽtorum rex putatus eſt. Fuit & alius Æolus tuſcorum rex,& latine uarius,ſiue doloſus dicitur.
Æolia regio duplex eſt,Vna ĩ Aſia græcorũ colonia media inter Myſiã,& Ioniã. Alia ab Æoliis ſeptem inſulis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

intra Siciliã,& Italiã quæ noïa ſunt hæc.Hiera, Strongyle,Didyme,Eriphuſa,Phœnicuſa,& Euonymos,Strabo li.vi. Pli.li.iii.Soli.Mela.de Æoliis,quæ aliis noïb⁹ a nĩis Vulcaniæ,Epheſtiades a græcis nuncupantur. Dictæ Æoliæ ab Æolo Iouis filio. Dicit aũt Lipara a Lipparo Auſonis regis filio,qui eam ante Aeolum rexit.

Æolius.a.um.poſſeſſiuum ut

Æoliũ mare dictũ eſt,qđ Aſiatico littori adiacet ab Æoliis,pulſis olim colonis. Nã antea Myſium dicebatur.

Æon græce.Æuum latine dicitur.

Æpolus pe.cor.Caprarius.Æpoliũ capraꝝ grex.

Æpy urbs Neſtoris ĩ mõtib⁹ ſita, nã Æpy ſublime deno (tat.Æpys altus.

Æquus.a.ũ.planus,ab aqua,ꝙ æquã ſup ficiẽ hñe uideaẽ,ita ut imaginẽ tanq̃ ſpeculum reddat. Per trãſlationem ponit pro iuſto,quia nullã in partem inclinat.Equus pro animali non diphthongatur.

Æque aduerbiũ ſignãt iuſte.Sene.Iudex,q ꝑte iaudita altera aliq̃d ſtatuit,ẽt ſi æque ſtatuerit. haud æquus fuit. Interdũ ꝓcat tã,uł tñ,uel ſiñ,ẽ, ut tu es æque bon⁹ ac doctus.Sue.ĩ Cæſ.Nihil æque,ac iudicis acerbitas profuit. Vir.li.ii.geor.Negãt alios æque ſerpẽtib⁹ agros Dulcẽ

Æquo,as,explano.Pli.Æquato deinde (ferre cibum. pauimẽto infundit oleũ.Et æquare eſt cũ æquitate diuidere. Vir.Operũq; laborem partibus æquabat iuſtis. Aliqñ cõtinuare.Idẽ.Fœlix ſi protin⁹ illũ æquaſſet nocti ludũ.Huius cõpoſita adæquo.as.coæquo,exæquo, & peræquo,q̃ ſignãnt ſecundum uim præpoſitionum.

Æquamentũ æquatio eſt,qđ & libramentũ dĩ.Nã æqmẽ

Æquanimis pe.cor.q̃ eſt æqui aniq̃ (tũ aliđ ſignãt. nec,proſperis extollitur,nec aduerſis frangitur.

Æquanimitas,q̃ eſt fauor,& ꝓpiti⁹ aĩus.Terẽ.in Adel.Facite,ut æquanimitas uĩa poetæ ad ſcribendũ augeat in

Æquanimiter aduerbium,ſignificat mo (duſtriam. derate,patienter,æquo animo.

Æqui bonique facio ſignificat in bonã ꝑtẽ accipio.Apu.li. i.de aſi,Iſtud quidẽ qđ polliceris æq boniq; facio. Põt etiã accipi ꝑ nõ magnipẽdo. Ter. Cæteꝝ equidẽ iſtud chreme æqui boniq; facio.Liui.Ne ſerpat latius cõtagio eius mali nos æqui boniq; facimus.Cic.Ad Atticũ ſine copula dixit. Æqui boni facit,Honeſta locutio quã ueteres freq̃nter uſurpãt,ſine ꝑticula q;,uel ac ut bonis malis,bonũ æquũ,æq̃ boni conſulere,ac plura his ſiñia.

Æquitas mõ planicĩe,mõ iuſticiã ſignificat,q̃ ſcdm deũ bñ uiuimus,ut ĩ Pſal.Oĩa mãdata tua æquitas. Huius cõtrariũ eſt iniqtas.Eſt & æqtas pars q̃dã pietatis, quã Cic.æqualitatẽ uocat quũ oẽs coæquant. Nã deus qui hoïes generat,& inſpirat oẽs æquos.i.pares eſſe uoluit, eandẽ cõditiõem uiuendi oĩbus poſuit,oĩbus ĩmortalitatem ſpopondit,nemo apud deum ſeruus,nemo dñs, ubi non ſunt uniuerſi pares,æquitas nõ eſt, & excludit ĩnæqualitas ipſa iuſticiã,cui⁹ uis oĩs in eo eſt,ut pares faciat eos,q̃ ad hui⁹ uitæ cõditionẽ pari ſorte uenerũt. Eſt eñ æqtas q̃ ad bñ iudicandũ pertinet. Speuſippus ait Æquitas eſt iuſtoꝝ cõdecentiumq; remiſſio,mo deratio in cõmertiis, ordo naturalis aĩæ quoad honeſta, & turpia. De hoc etiam uide in dictione iuſticia.

Æquæuus,coætaneus,ab æqualitate æui dicitur.

Æqualis,planus,Vñ æqualis cãpus, Qñq; pro ſimili ponitur,& ex æquo.Pli.Cũ & ipſe æqualem fortunã expert⁹ fuiſſem.Quãdoq; pro coætaneo.Ci.in Cato. Nec cum æqualibus ſolũ,q̃ pauci admodũ reſtãt, differũt tamẽ ab inuicẽ. ꝙ æquales ſint eorũdem annoꝝ. Coætanei in eodem tpe,ſed diuerſis annis,& diſparibus, ut Cic.& Auguſtus fuerunt Coætanei, licet Cicero maior natu fuerit,ſed nõ æquales. Hinc æqualitas ſiñitudo, paritas ſeu æqtas,de qua paulo ante.Æq̃liter,ſimiliter, pariter.

Æquabilis idẽ,qđ æqualis. Cic.Et uox reducit ĩ ſonũ q̃ndã æq̃bilẽ,atq; cõſtantẽ,æquabilitas uitæ dĩ ĩ qua nulla ẽ ꝑturbatio,nõ uarietas, & diſcrepãtia q̃ſi æqualitas

Æqlaneũ,ex toto dimidiũ ꝓcat,dcm̃ a lotiõe (dicta. lanæ,q̃ dĩ æqlaneo redire cũ dimidiũ decedit ſordib⁹.

Æqman⁹ pe.cor.q utraq; manu utit̃,& ita leua operat̃,ſi

Æqlibriũ.æquatio libræ,qđ & æquamen (cut dextra. tũ,& libramentũ dĩ trutina, cũ ꝙ bilancis, ſeu ſtateræ lingua ſumit̃.Gel.Nã cui membrũ ab alio ruptũ eſt, ſi ipſe itidẽ rũpere per talionem uelit, quæro an efficere poſſit rũpendi pariter mẽbri æquilibriũ.In qua re primum ea difficultas eſt ĩexplicabilis. Quin ſi membrũ inqt,alter imprudens ruperit. Quod eñ per imprudentiam fractum eſt retaliari per imprudentiam debet.

Æquinoctiũ ex æqualitate noctium dĩ,ꝙ tũc dies,& nox horaꝝ ſpacio æquales ſint.Duo ſũt aũt æq noctia Vernale.ſ.& autũnale.Vernale fit quarto Idus Martias,uel circa viii.Cał.Aprilis, & in octaua ꝑte Arietis conficit, Autumnale xviii.Cał.Octobris ad uergiliaꝝ occaſum diebus.xl.quia annum olim in duas tñ partes diuidebant,hoc eſt,in æſtiuum,& hyemale ſolſtitium.

Æquinoctiale adiectiuum ab æquinoctium.

Æquidiale dictum ab antiquis, qđ nũc dicimus æquinoctiale,quia nox diei potius, q̃ dies nocti annumerari debet.Sic etiam æquidium,quod nunc æquinoctium.

Æquipolleo.es.per duplex ll, parem poteſtatem habeo. Vnde æquipollentia,æquiualentia.

Æquipero.as.pe.cor.ſignificat comparo,ſiue æquo.

Æquiualeo,æquales,æqualet.pe.cor.quaſi æque poſſũ.

Æquocũ pe.cor.é qđ græci dñt homonymõ, & a Martiano uocat pluriuocũ,qñ plurib⁹ reb⁹ eadẽ ẽ appellatio

Æquor ab aqua nomen deductũ ꝙ æquã ſuperficiẽ habeat cũ nõ fluctuat & ꝓprie denotat ſuperficiẽ. Amb.lib. Hex.Et cum ſit altitudo diuerſa,indiſcreta tñ dorſi ei⁹ æqualitas.Vñ & æquor appellatũ arbitror,ꝙ ſuperficies eius æqualis ſit, qa aquæ licet fluctuãtes uelut montes eriganẽ,ſedatis tñ rurſum tẽpeſtatib⁹ adæquanẽ. Hinc dicimus æquora cãpi,& æquora ponti.Cic.li.ii.Aca.ab æquo.i.plano uocabulum accepiſſe confirmat, ꝙ tam plane uidẽt,q̃ mare æquũ.De cãpo Virg.li.iii. Geor.At prius ignotum ferro q̃ ſcindimus æquor. Idẽ.De mari, æquora ponti.Nec ſolum de mari, ſed etiam de fluuio dicitur,ut apud eundem.Viridesq; ſecãt placido æquore ſyluas.Accipitur tamen quãdoq; ꝓ ipſo mari,ut Bis denis phrygium conſcendi nauibus æquor.Quãdoq; ꝓ aere,ut Aſpice biſſenos uolitantes æquore cygnos.Ab æquor fit Æquoreus.a.um.

Aer proprie dicitur medium ſpacium inter cælum & terram.Eſt enim inanitas plurimum habens admixtum raritatis,q̃ cætera elementa. Virgilius.Longa per inanes,uelut Perſius ait,Aer eſt elementum cuius omnes loci mutationes ſecundum naturam ſunt, Dictus ut q dã autumãt ἀὴρ ἀπὸ τοῦ ἀείρειν,ab eo ꝙ ferat terrã, uł qđ ferãtur.Sed credo potius dici ἀὴρ ἀπὸ τοῦ ἄημι & πνέω unde producit ultimam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ducit ultimã. Luc. li. i. Aer & longi uoluent titana labores. Hic aũt aer partim ad terrenã, partim ad cæleſtẽ materiã pertinet. Nã ille ſubtilis, ubi uẽtoſi, ac ꝓcelloſi motus nõ ꝑſit exiſtere, ad cæleſtẽ pertinet partẽ, iſte uero q uolucrib⁹ permeat, & ſtadiis quadraginta, ut Poſſido, ait, a terra diſtat cũ ſit turbulentior & exhalationibus humidis corporeſcat, terræ deputatur, quiq; ex ſe multas ſpecies reddit. Nã cõmotus uentos facit, uehementius concitatus ignem, & tonitrua, cõtractus nubila, cõſpiſſatus pluuiã, congelatis nubibus niuẽ, turbulentius cõgelantibus denſioribus nubibus grandinẽ, diſtẽtus ſerenũ efficit. Aliqñ aer dr̃ uentus, ſpũs, uel flat⁹ modicus. Vir. Aera dimouit tenebroſum, & diſpulit umbras. Aliqñ dr̃ ſonus. Var. Anima ut cõcluſa in ueſica. quando eſt arcte ligata, ſi perculeris, aera reddet.

Aeri⁹. a. um. per i, uel aereus per e, mõ ſigñat altũ, ut aeria turris, mõ qd̃ cõſtat ex aere, ut corp⁹ aeriũ, fulgor aeri⁹

Aeripes pe. cor. celer, quaſi aerios pedes habens. Quidam tamen compoſitum nomen putant ab æs æris. Virgi. ſynæreſin fecit. Fixerit æripedem ceruam.

Aerope pen. cor. Atrei uxor, ex qua Thyeſtes duos filios ſuſcepit. Et non eſt diphthongus. Nam ſcribit a græcis ἀερόπων. Oui. li. ii. de triſt. Si nõ Aeropen frater ſceleratus amaſſet. Conuerſos ſolis non legeremus equos.

Ærumna ἀπὸ τοῦ ἀίρω tollo, leuo. Alii ab ære deriuant, hoc eſt, a pecunia, q̃ æris gr̃a labores & curas ſubeamus. Vir. Quid nõ mortalia pectora cogis auri ſacra fames? Nã laborẽ & ſollicitudinẽ ſigñat. Proprie tñ erũnæ & ꝑ diminutionẽ ærũnulæ uocant̃ furcinulæ qb⁹ uiatores ſarcinas ſuas religatas tabella iterpoſita ferre cõſueuerũt. Quæ qñ a Mario inſtitutæ ſunt, Muli mariani poſtea uocati ſunt, Vñ Frõti. li. iiii. ſtratagematõ. C. Marius recidẽdoꝝ ipedimẽtoꝝ gr̃a qbus maxĩe exercitus agmẽ onerat̃, uaſa & cibaria militũ i faſciculos aptata ꝓpoſuit, ſub qbus & habile onus, & facilis reqes eſſet. Vñ & i ꝓuerbiũ tractũ eſt. Muli Mariani. Hinc factũ eſt ut labores oneroſi ærũnæ dicant̃. Cic. li. ii. de fi. Ærumnas maiores nr̃i labores nõ fugiẽdos noſ̃ uerũt. Vñ labores herculis ærũnæ ſũt appellatæ. Plau. i pſa. Superauit ærũnis ſuis ærumnas herculis. Auſo. Prima cleonei tolerata ærumna laboris. Cic. li. iiii. Tuſ. Ærũna eſt ægritudo laborioſa. Siſ̃ ærumna dr̃ miſeria & calamitas.

Ærumnatus, ærumnis uallatus. Plau. in cap.

Ærumnoſus qui eſt laboribus ac miſeriis afflictus.

Ærũnalis adiectiuũ, ut labor ærumnalis Apul. li. i. de aſi. Mox in urbe latia aduena ſtudioꝝ quiritium indigenam ſermonem ærumnali labore aggreſſus excolui.

Æs æris ſumit̃ ꝓ oi metallo, ſed ꝑſertim ꝓ eo, qd̃ ẽ coloris rubri, deductũ nomẽ putãt aliq ab auri ſiſ̃itudie. Alii a græco deriuãt ἀία terra. Var. ab aſſe, accipit̃q; pro pecuniis, qñ æs fuit in ꝑcio magis, aurũq; iacebat, ut ait Lucre. Nũc (uerſa uice) iacet æs, aurũ ſummo ſucceſſit honore. Et prio ex ære pecunia ſignata. Ouid. in Faſt. Ærã dabãt oli, melius nũc omẽ i auro eſt. Victaq; conceſſit priſca moneta nouæ. Cato. Fundũ ærib⁹ ſuis emptũ poſſidebãt. Ser. rex prim⁹ p⁹ urbẽ cõditã ſignare æs cœpit; cui⁹ i altera ꝑte nota fuit Ian⁹ geminus, ex altera roſtrũ nauis. Nã qa Saturnũ claſſe deuectũ hoſpitio Ianus acceperat, & ab illo pitiã ruris edoct⁹, ferã illã, ac rudẽ, añ fruges cognitas, uitã i meli⁹ redegerat, regni eũ ſociũ fecit, & qñ naui fuerat aduect⁹ i ſignãdo ære, ex una quidẽ ꝑte ſui capitis effigiẽ, ex altera nauis roſtrũ impreſſit, ut quãtũ i eo eẽt, Saturni memoriæ cõſuleret, ne accepti bñficii imemor eſſe uideret. Ponit̃ ẽt qñq; ꝓ tubis qñ ex ære fiũt. Vir. Ære ciere uiros. Vñ æneatores Ære⁹. a. ũ. qd̃ ex ære eſt, ſicut æneus. (tubicines dñr.

Æra. æ. numeri nota eſt, puta in moneta notabat̃ nũer⁹, quẽ ualebat. Lucil. Hæc eſt rõ peruerſa, æra nũeri ẽ ſubducta iprobe. Aſtrologi quoq; initiũ, a quo ſupputati ones incipiũt ærã uocãt. Dicta æra ex eo, q̃ ois orbis æs reddere profeſſus eſt Reip. Æra etiam græca dictio eſt, quæ apud nos lolium ſignificat, ut inquit Dioſco.

Ærineus. a. um, q̃ ex æra factum eſt. Dioſcor. Panis uero cum melle, & ærinea farina. i. loliacea.

Ærari⁹. a. ũ. qd̃ ẽ æris, ſiue ex ære. Pli. li. xxxiii. Laudationẽ eãdẽ i ærariis metallis, & ꝓximã i argẽtariis fieri cõper

Ærarii tribuni a tribuendo ære. Nã ut Var. (tum eſt. ſcribit, Tributa erat eis pecunia, quam militibus reddẽrent, idq; quod attributum, dicebatur æs militare.

Ærarii milites dicti ſunt ab ære, q̃ ſtipendium facerent, æs enim ſtipem quoq; dicebant, unde ſtipendium.

Ærariũ, æris repoſitoriũ, hoc eſt, nũmoꝝ ſimiliũq; rerũ ꝑcioſaꝝ, atq; opũ, q̃ utilitatem Reip. allaturæ erant, ſic dictum, q̃ æra in eo principaliter inferebantur.

Ære diruti milites uocabantur, quibus propter ignominiam ſtipendium ſubtrahebatur.

Æro. as. ſignificat æs miſceo, ære adultero, ſiue ære orno. Vñ æratæ fores apud Vir. Priſ. A metalloꝝ quoq; noꝝb⁹ ſolẽt naſci uerba, ut ab auro, auro. as: ab ære, æro. as. uñ aurat⁹, & ærat⁹. Hui⁹ uerbi cõpoſita ſunt, Obæro & ſubæro. Perſ. Ne qua ſubærato mẽdoſum tinniat auro.

Æroſ⁹, a. ũ. ex quo æs fit, ut lapis æroſ⁹, quẽ alio noĩe Cadmiã nũcupãt. Et æroſa ab antiqs Cyprus iſula dicebat̃, q̃ i ea plurimũ æris naſcit̃, uel q̃ prio ibi inuentũ ſit æs.

Ærificium, quod ex ære factum eſt. Varro. Politæ enim quaſi ærificio uidebantur.

Æruſcare ueteres dixerũt, ꝓ fallaciis pecunias undiq; colligere. Qd̃ facũt chaldæi q̃ diuinãdo æra lucrant̃, & cibũ q̃ſtũq; ex mẽdaciis captãt. A quo ꝙbo fit æruſcator.

Ærugo pe. pro. idẽ, qd̃ rubigo, & ꝓprie i ære, uel argento, & uirideſcit. Rubigo uero i ferro, & ſegetib⁹, de quo loco ſuo. Pli. li. xxiiii. refert, æra exterſa celerius rubiginẽ trahere, q̃ neglecta, niſi oleo pungant̃. Ærugis i medicina magnus uſus, cuius uis ẽ colyriis oculoꝝ aptiſſima. Apud Hor. & Iu. accipit̃ ærugo, ꝓ pecunia, q̃ ex ære fit.

Ærugino ſus. a. um. qd̃ eſt ærugiẽ plenũ. Sene. li. de breui. uitæ. Maiorẽ diẽꝝ ptẽ i ærugino ſis lamellis conſumit.

Æs, æris, de quo ſupra, accipimus pro omni metallo, & ꝓ pecunia. Vnde cum dicimus æs noſtrum, dicitur quod nobis alii debent. Æs alienum, quod nos aliis debemus; Æs ſuum, quod alii ei, de quo loquimur debent. Æs primus rex Ser. Tullius ſignauit nota pecudum. Vnde pecunia. Argenteus numus primo ſignatus eſt anno urbis. 585. In Cypro inſula prima æris inuentio.

Æs militare dicebat̃, qd̃ tribunis ærariis attributũ erat, ut militibus redderet̃. Plau. i Aul. Cedit miles, æs petit.

Æs ductile, quod facile ducit̃, attenuaturq; in lamiñas.

Æs caldarium, quod fundit̃ tm̃, & malleis frangibile eſt.

Æſchines pe. pro. nomen ꝓprium oratoris græci, Demoſthenis æmuli. Fuere etiã alii ſeptem hoc noĩe uocati.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Æſchylus pe.cor.nomen poetæ tragici.Horat.Poſt hunc perſonæ,pallæq; repertor honeſte Æſchylus,& modicis inſtrauit pulpita tignis.Hic cum eſſet caluus, & in apri coforte quieſceret, teſtudo ab aquila in altum delata cum deciditſet,caput eius confregit,interemitq;

Æſchrion,nomen autoris p̃ceptoris Galeni. Fuere & alii

Æſculapi⁹,græce Aſclepiades nomẽ ẽ Apol (hoc noie. linis filii,q medicinã artẽ,uel laude, uſope ampliauit. Ob eãq; rẽ i deoꝝ numeꝝ recept⁹ ferẽ,c⁹ duo filii. Podalyrius, & Machaon bello troiano Agamennonem ſecuti no mediocrem opem cõmilitonibus attulere.

Æſculus pe.cor.arbor glandifera,cuius fructu cum in primæua ætate homies ueſcerent,ab edo,pro comedo deduci putatur,q̃uis edo primã breuẽ hẽat, quidã tñ ſine diphthõgo ſcribunt, ab eſca nomen trahentes, q̃ ante uſum fruméti,hæc arbor mortalibus uictũ p̃bebat.

Æſculeus.a.um.quod eſt materiatum ex æſculo. Palla. Aſſeres quernæ cum æſculeis non miſceantur.

Æſculũ neu.ge.& ſine diphtõgo ciuitas in agro Piceno.

Æſis ciuitas umbriæ.a qua æſinates populi. Pli.li.xi. Caſeum inquit æſinatem ex umbria.Ptol.quoq; hanc urbem Æſiam ab Æſi fluuio nominat.

Æſop⁹ pe.p. Nã græci ſcribũt p ω,nomẽ fabulatoris cla/

Æſopianus.a.ũ.poſſeſſiuũ. Hie.Iuxta Æſopia (riſſimi. nã fabulã. Hic miſer uita,miſer morte,& miſer forma. uñ Maxi.Planudes.de ipſo ita ſcribit. ἄσωπος δ' μὲν γένος ἦν ἀμοιβάδ Φρυγιαστὶ τὴν ἢ τύχην γέγονε δοῦλος.ἐτύγχανε δ' ὢν οὐ μόνον δοῦλος,ἀλλὰ καὶ δύσειδέστατος τῶν ἐπ' ἀγροῦ πάντων ἀνθρώπων εἶχε. σ' γὰρ φοξὸς ἦν, σμικὸς τὴν ῥῖνα, σμικὸς δ' ἦν βάχιλον, πρόχειλος, μέλας ὄθεν ἡ δνόμας ἐτύγχε. τανδ' γὰρ ἄσωπος τῷ αἰθίοπι.

Æſtimo,as.pe.cor.ſignificat apprecio taxo, compoſitũ ab æs,& τιμὴ p̃cium,quaſi ære taxo. Et conſtruitur cũ ablt̃o,uel gt̃o horũ nominũ tanti,quanti,quantiuis,tãtidem,quanticunq;,magni,parui,pluris, maioris,maximi,plurimi,nihili,& ſi qua hmõi reperiunt. Licet etiã ablatiui hoꝝ noĩm ſine ſubſtantiuis iungi huic uerbo inueniant. Boe.i plogo.li.topi.Ingratũ quidem, ſi magna Trebatii merita,quibus ipſe uſus fuerit,paruo æſtimare uideꝫ,cũ nullam eis gr̃am reſtituendam putaret, Hie.in Leui.Si ſtatim ab anno incipientis iubilei uouerit agrum,quanto ualeꝫ põt,tãto æſtimabit. Freq̃ntius tñ cũ gt̃is iungit. Ci.li. A ca. Alia pluris eſſe æſtimãda,alia minoris. Liui. Vtrũq; caſum complexus eſt,mãcipia minora annis.xx.q̃ poſt proximum luſtrum decem milibus æris,aut pluris ueniſſent,ea quoq; decem tanto pluris,q̃ quãti eſſent,æſtimarent. Similem ſignificationẽ hũt, pendo, facio, curo, eſt, intereſt, & refert cũ p̃cium iungit, quia p æſtimo, ſiue æſtimat ponunt ut parui facio,nihili pẽdo,& hmõi. Dicitur etiã æſtimare rem alicui⁹ dignitatis facere. Seneca. Datamagno æſtimas,accerſita paruo. Et i ti.de Ira. Magno æſtimata ira deiecit. Inuenit etiam æſtimo ſine ablt̃o,uel gt̃o, Hie.in Leui. Si pauper fuerit,& æſtimationem reddere non ualebit,ſtabit corã ſacerdote,& quantum ille æſtimauerit,tantũ dabit. Sciendũ quoq; i ſacris lr̃is,ut Fulgenti⁹ docet duob⁹ modis æſtimatio poni ſolet. Nam qui aliqd certiſſime ſcit,& q putat aliqd eſſe,qd̃ nõ eſt, æſtimare dicit. Ad æſtimationẽ incerte ſciẽtiæ,ſeu cognitiõis pertinet, quod dr̃, Æſtimabat ſe uiſum uidere. Noĩe aũt æſtimatiõis certiſſima ſciẽtia ponit̃ i libro ſapientiæ,Scit ptã,de futuris æſtimat.i.certiſſime ſcit. Et apl̃us. Æſtimo q̃ nõ ſunt cõdignæ paſſiões hui⁹ tp̃is ad futurã gl̃iam.i.certe ſcio. Ab æſtimo fit exiſtimo diphthõgo i i lõgã cõuerſa,quaſi ex æſtimatiõe ſtatuo,atq; decerno. Pri⁹.n.rẽ æſtimam⁹.i.cõſyderam⁹, deide q̃lis ſit exiſtimam⁹.i.iudicam⁹. Ter. Nã ea res dedit exiſtimãdi copiã quotidianæ uitæ conſuetudinẽ. Quin, Vela uit ei caput, & ſuo cuiuſq; animo dedit æſtimandum.

Æſtimabile,quod facile æſtimari põt, cui⁹ cõtrariũ eſt i

Æſtimatio.uide in æſtimo, (æſtimabile.

Æſtas,ſigñat tp̃s,qd̃ icipit ab æq̃noctio uernali,& finitur æquinoctio autũnali,cõſtatq; ſenis mẽſib⁹,& tot⁹ annus i æſtatẽ hyemẽq; diuidit. Particulari⁹ tñ ponit̃ pro quarta anni parte,hoc eſt trib⁹ mẽſibus,q̃ icipiũt, ſole cancrũ igrediente. Nã ſole igrediente librã, autũnus, ingrediente capricornũ,hyems, igrediente arietẽ, uer.

Æſtiuus.a,um.pe.pro.quod eſt æſtatis.Greg. Æſtiuum mẽpus,quod corpori meo ualde contrarium eſt.

Æſtiua dr̃ loca umbroſa,nemoroſa, in q̃bus per æſtatẽ uitatur ſolis ardor.Sta. Et umbroſi patuere æſtiua Lycei. Q̃q; ponit̃ p ipſis gregibus in æſtiuis commorantibus. Vir.li.iii.Geor. Nec ſingula morbi corpora corripiunt,ſed tota æſtiua repente. Q̃q; æſtiua appellant̃ loca in quibus,& armenta, & greges, & milites æſtate ſunt,ſicut hyberna,ubi habitant hyeme. Q̃q; uocant, q̃ æſtate fiunt,Pli.li.xviii. Æſtiua æſtate, quæ ante uergiliarum exortum ſeruntur,ut milium,panicum.

Æſtiuo as.ſicut hyberno,& eſt æſtiuare, p̃pter æſtum eũ tandũ alicubi morari. Pli.li.xii. Intra ſepem eã æſtiuãt paſtores opacam pariter,& munitam uallo arboris.

Æſtus.us.calor,& ſolis flagrãtia. Vir.li.iii.Geor. Æſtibus i mediis umbroſam exqrere uallẽ. Ponit̃ iterdũ p æſtiuo tpe. Idẽ. Propiuſq; æſt⁹ icendia uoluũt. Inde p trãſlationẽ, æſtus q̃q; dr̃ deſyderiũ,cupiditas, libido, amor, & hmõi. Præterea,æſt⁹ uocat̃ ipetus marinus, uel cõmotio,q̃ feruore quodã id fieri uideat̃,nã eſt maris acceſſ⁹ uel receſſus.i.inquietudo. Sic ẽt dr̃ uis uentoꝝ, procella uel fluctus. Plaut.in.A ſina. Quo magis te in altum capeſſas,tam æſtus te in portum referet. Lucre.lib.iiii. Frigus ut a pluuiis,calor ab ſole,æſtus ab undis.

Æſtuo.as.ferueo,flagro. Ambro. Pſalmi de torcularibus inſcribuntur eo,q̃ in his myſteria dominicæ paſſiõis, ſpũ ſancto feruẽte,ardẽtius æſtuarũt. Aliquãdo æſtuare eſt fluctuare,agitari. Aug.li.viii.de ci.dei. Oẽs turbel las,& tempeſtates animi,q̃bus dæmones æſtuare, atq; fluctuare aſſerit,nos uera religio deponere iubet. Hui⁹ cõpoſitũ ẽ exæſtuo,quod eſt extra æſtuo exundo incremento. Vir. Fundoq; exæſtuat imo. Iuſt.li.i. Quæ materia in illis locis paſſim e terra exæſtuat. Hier. Ad coitũ ſemper exæſtuãt. Sue. Foſſas oẽs, in quas Nil⁹ exæſtuat oblimatas longa uetuſtate militari opere deterſit.

Æſtuoſus.a.um. qd̃ eſt calore plenũ. Colu.li.iiii. Cœlum neq; niuale uinea,nec rurſus æſtuoſum deſyderat.

Æſtuaria loca dicunt̃,per q̃ mare uiciſſim, tũ accedit, tũ recedit,ſiue q̃ marinis aquis referta ſunt ex inundatiõibus pelagi. Pli.lib.iii. Illyrici ora mille amplius inſulis frequẽtat̃,natura uadoſi maris,æſtuariiſq; tenui alueo intercurſantibus,claræ ante oſtia Timaui calidoꝝ fontium cũ æſtu maris creſcentiũ iuxta Hiſtroꝝ agrum.

Æſalon,pe.

Æsalon,pe.cor.genus accipitris,aliud q̃ buteo. Plin.Æsalon parua auis oua corui frangens.

Æthria,insula quam & chrysen uocatam ait Archianus, ob metallum auri quo præpollebat insula.

Antiquus,pprie uetus. Vir. Antiquasq domos auiũ,deductũ,ut Varro docet,ab ante & æuũ. Sed differũt ab inuicẽ. Nã antiquũ dicit quod est prioribus sæculis factum,uetus quia obscurũ. Plau. in mus. Antiquũ & uetus. Qñ uero quæ antiquiora sũt,fere meliora esse cõsueuerũt, ut mores,uinũ,& similia. Plau. Qui utuntur uino ueteri,sapiẽtes puto,& qui libenter ueteres expectant fabulas,Ideo factũ est,ut antiquius qñq p meli9 usurpet. Cic. in Lel. Hoc quidẽ est,ppriũ amiciciæ,sed antiquior,& magis a natura profecta. Et antiquus ponitur pro nobili,ac uenerabili. Vir. Terra antiqua potẽs armis,& exprimitur semp cũ quadam dignitate, uel cum quadam cõtumelia. Ab antiquus, fit antiquitas pro uetustate. Antique & antiquitus aduerbia.
Antiquarius,rerũ antiquarũ pitus. Iuue. Ignotosq mihi tenet antiquaria uersus. Itẽ antiquarius dr, q uerba ab usu remota,& cõmẽtarios põtificũ,& uetustissima fœdera,& exoletos scruta authores, ut ex his contrahat,quæ nõ intelligant,ut quædã solus scire uideat. Et antiquarius,idẽ qd antiquus,& qui lras antiquas scribit. Aug. sup Lucã. Quẽadmodũ q uidet lras in codice optime scripto,& nõ nouit legere,laudat qdẽ antiquarii manũ admirans apicũ pulchritudinẽ,sed nescit qd
Antiquo,as,euacuo,aboleo,Li (sibi uelint illi apices. ui. Oĩm rei causa uobis antiquãdas censeo istas rogatiões. Gel. facta mox antiquatus legis. Itẽ ãtiquare est ad statũ pristinũ reuocare. Et antiquare est confirmare. Liui. De plebeio senatus antiquabant.
Antiphates pe.cor.nomen regis Lestrigonum. De quo Virg. li. viii. Et primũ antiphatem, is enim se primus agebat. Dicitur & Antiphateus.
Antiphona,pho syllaba naturaliter pdu,sed accẽtus fit in aũpe. Cõponit emñ ex ἀντὶ καὶ φωνὴ uox,q̃si uox reciproca duobus choris alternati psallẽtib9 Antiphonas græci primi cõposuerũt,& apud latinos diuus Amb. istituit. Ex hic in cũctis regiõib9 occiduis usq9 increbuit.
Antiphrasis pe.cor.sermo p contrariũ intelligendus,ut pcæ,q a nemini parcant,ἀντὶ contra φράσις locutio.
Antistrophe ἀντίστροφὴ dicit,cũ inter cõiũcta duo,q̃ iter se pẽdeãt,sit alterna cõuersio, ut seruus dñi,& dñs sui.
Antistrephron,ἀντίστρεφον uitium argumenti.
Antiparistasis pe.cor. a græcis dr, p quã, ubi calidũ est, inde frig9 expellit. Vbi frigidũ est, inde calor expellit. Hinc putei p hybernum tempus calent,quia illo se calor contulit,cedens frigori superiora possidenti.
Antipodes pe.cor.dicunt,qui cõtra nos positi sunt contrariis uestigiis, quos tñ Aug. li. xvi. de ciui. dei,negat esse,sic scribẽs. Qui uero & antipodas eẽ fabulant. i. homines a cõtraria parte,ubi sol orit,qñ occidit nobis,ad uersa pedib9 nris calcare uestigia,nulla rõe credẽdũ é.
Antiptosis pe.pro.latine dici põt p casu. Figura, qñ casus p casu ponit,ut urbem quã statuo uestra est. Componitur enim ex ἀντὶ pro πτῶσις casus a πίπτω ἐν ᾧ πλακοῦντι πέπτωκα.
Antithesis,pe.cor.figura,cũ una litera ponit pro alia,ut olli,pro illi. Componitur enim ab ἀντὶ,quod est pro, & θέσις positio,quasi pro altero positio.
Antistœchon itẽ dr pro litera. Nam ἀντὶ pro,& στοῖχος litera,ut sella pro sedda,& magalia p magaria,l pro r, nam magal pro magar dicitur, quod pœnorum lingua uillam,designat,græce,αὐλοστοιχεῖον.
Antitheton pe.cor.obiectũ,uel cõtra positũ. Figura,cũ cõtrariis opponunt cõtraria,ut apud Oui. Frigida pugnabãt calidis,humẽtia siccis. Mollia cũ duris,sine põdere hñtia pondus,nã ἀντὶ p,uel cõtra, θέσις positum. Persi. Carmina rasis librat in antithetis doctas posuisse figuras. Aug. li. xi. de ci. dei. Antitheta,q̃ appellantur in ornamẽtis elocutiõis,sunt decẽtissima, q̃ latine appellant oppositа,uel,qd expressius dr, cõtrapositа,ut apud Apost. p arma iusticiæ a dextris,& a sinistris per gloriam,& ignobilitatem ab ἀντὶ καὶ τίθημι.
Anthypophora pe.cor. Figura, quæ fit cum tacitæ obiectioni respondetur,nam ἀντὶ contra, ὑποφέρω subduco,uel subfero,quasi contraria subductio.
Antisthenes,pe.cor. nomẽ phi,& cõtra ualentiã significat. Hic cũ gloriose docuisset rhetoricã,audisseq̃ Socratẽ. dixisse fert ad discipulos. Abite,& magistrũ quærite. ego emñ iam reperi. Statimq uenditis, quæ habebat,& publice distributis,nihil sibi,plusq̃ palliolũ reser
Antitypum,pe.cor.latine exemplar,similis (uauit. formæ,uel contrarium.
Anticyra,pe.cor,insula ad sinũ adiacẽs Maliacũ,& Oetã montem,cuius meminit Stra. lib. ix. ubi authore Plin. elleborũ tutissime sumit. Oui. li. iiii. de pon. I bibe,dixissem,purgatos pectora succos Quicqd & in tota nascit anticyra. Vñ,quotiẽs insanũ hoiem significare uolue runt, Anticyra egere scribunt. Hora. in ar. poe. Si tribus anticyris caput insanabile nunq̃ Tonsori Licino commiserit. Est & Anticyra ciuitas iuxta Cirrham in Phocide

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Phocide regione,in Corinthiũ cõuerſa ſinũ, ab anticy reo quodã Herculis ætate,Caparíſſus ab Home. dicta.
Antipater pe.cor.nomẽ poetæ Sidonii,ſeu ex tyro phœniciæ ſtoicæ ſectæ,q̃ p⁹ panætiũ de officiis ſcripſit.Hic quo die natus fuit,eodẽ ſemp febre laborauit oĩbus annis.Et quũ diu uixiſſet, poſtq̃ ætatis ſuæ tps deſtinatũ appropinquaſſet eo die,& eodẽ morbi genere cõſumptus eſt. Hic antipater nobili epigrãmate in Sappho, decimã inter muſas eam cooptat,fuere & alii antipatres,inter quos fuit caſſandri macedonũ regis filius.
Antinous ægypti ciuitas ab Adriani amaſio ſic dicta, ut ſcribit Hiero.lib.conrra Iouinianum.
Antæus gigas libycus,quẽ Hercules occidit, hũc fabulæ fingũt,q̃ſi fili⁹ terræ fuerit,ppter qd̃ cadẽs in terrã forti
Antheus cũ h,unus fuit ex (or ſoleret aſſurgere.
Aeneæ ducibus. Vir.Anthea,Sergeſtumq̃ uocat.
Antipathea,diſcordia,ſicut Sympathea cõcordia nobilium,ut docet Pli.lib.xxxiii. ὕπατος conſul.
Anthypatus,latine proconſul.
Antlia,uas ad hauriendi miniſteriũ accõmodatũ,Mar. laboratas antlia tollit aquas.
Antonomaſia,cũ accẽtu í pe.dici põt,p noĩe.i.uice noĩs poſitio.Diome.Antonomaſia eſt uocabulum,qd̃ ſine noĩe poſitũ,loco e ius fungit̃,ut eſt arma ,uirũq̃ cano, ubi itelligit̃ Aeneas. Fit aũt tribus modis. Ab animo, ut magnanim⁹ Anchiſiades.i. Aeneas.A corpẽ,ut ipẽ arduus.i.Polyphemus. Extríſecus,ut infœlix puer atq̃ impar cõgreſſus Achilli,hoc eſt Troilus,inde antono
Antiochus nomẽ ſecũdi regis (maſticos denoiatiue ſyriæ Seleuci fili⁹,ſed huius noĩs primi.Quo noĩe dicti ſũt alii ſyriæ reges.Hic dictus eſt Antiochus ſoter, & regnauit annis uiginti,ſecũdus Antiochus hui⁹ filius dictus theos,& regnauit annis xx. ueneno ab uxore Laodicea extinctus.Tertius Antiochus galericus.Antiochus q̃rtus rex cognomẽto magn⁹ regnauit annis xxxvi. dictus eſt ẽt hierax,q̃ accipitris more í rapiẽdis alienis uitã duceret hic Ptolemæũ philometorẽ plio ſupauit Quintus Antiochus Syriæ rex dictus nobilis ſiue illuſtris,qui regnauit annis xi.Hic hieroſolymã deſtruxit, & multa alia intulit iudæis. Sextus Antiochus Syriæ & Aſiæ rex dictus eſt eupator. Fuit & alius Antiochus Aſcalonita philoſophus Ciceronis,brutiq̃ p̃ceptor.
Antimetabole,latíe dici põt ex aduerſo mutatio. Figura q̃ uerba declinata repetunt̃,ut,nõ ut edã uiuo,ſed ut
Antiochia urbs in Syria,q̃ prius Metropo (uiuã edo. lis,Epiphane,Reblata,ab aliis Theopolis,hoc eſt dei ciuitas appellata.Hãc Seleucus Nicanor in ſuo⁊ memoriã cõdidit olympiade.cxix.quã Orontes fluuius interfluit ab occidẽtali regiõe lauat mœnia ei⁹ Farfar fluuius.Strabo,in ſeleucida ſyriæ quatuor inſignia ſunt oppida, ob id & tetrapolis dicta regio Antiochia epidaphne cognominata. Itẽ ſeleucia pieria.Itẽ apamea laodiceaq̃.Alia eſt Antiochia ad perſicũ littus, ab antiocho,cui ſoter cognomen fuit condita, ab Antiochia fiunt,adiectiua antiochenus,& antiochenſis.
Antiopa Nictei filia,& lyci thebanorũ regis uxor, a quo repudiata in maximis calamitatibus fuit.
Antiphium nomẽ loci dictum,quia phio aduerſum ſit.
Antirrheſis ἀντίρρησις,pe.pro.latine contradictio dr.
Antonomiã græci uocãt,quod nos cõtrarietatẽ dicim⁹.
Antonius nomen uiri propriũ,& apud romanos
Antoniorũ familia Romæ nobiliſſima, uetuſtiſſimaq̃ fuit,utpote quæ ab Antone Herculis filio, & noiata &
Antigenes pe.cor.i.ex ſe genitus. (oriũda pdit.
Anthropos pe.prod.Nã græce ἄνθρωπος ὀὰ ἄνω κῆ ϛοπή. latine homo dicitur.
Anthropophagi populi Scythiæ, qui humana carne ueſcunt̃, φάγω enim comedo ſignificat. Hi populi ſũt ad orientẽ,ac ſeptentrionẽ Maſſagetis,& circa hos triſtiſſim ſolitudo,& mare quod Tabin uocant.
Anthropomorphitæ dicti ſũt,q̃ ſimplicitate ruſtica deũ habere mẽbra arbitrant̃, vñ & Anthropomorphitica
Anthraces pe.pro.latine carbones ſunt.Sũt (hæreſis. & anthraces lapilli fulgidi atq̃ lucentes,ut inqt Hiero. quẽ nos carbunculum interptamur.
Anthraceus carbonarius. Anthracia prunã.
Anthracinus color niger a carbone, q̃ carboni ſimilis ſit,ſiue q̃ hmõi color ſit ex tritis in mortario carbonibus.Varro de ui.pa.Propinquæ aduleſcentulæ & iam anthracinis proximo amiculo nigello, capillo demiſſo,ſequerentur luctum,
Antlia,æ.machinula ad hauriendã aquã excogitata, nã ἀντλάειν latíe haurire dicit̃.Mar.Cura laboratas antlia tollit aquas,& Feſtus. Antlare haurire,a græco ἀντλάω καὶ ἐνθεν δ' ἄντλημα καλέομεν deſcendit.Liui. Florem antlabant liberi ex carcheſiis.
Antrũ,crypta,latine ſpecus uel cauerna,quaſi atrum, ut inquit Amb.li.Hexa.q̃ atro exhorreſcat ſitu, atq̃ offuſcatione tenebrarũ,nam antrum uocant ingentẽ quã dã concauitatẽ in orbẽ ductã.Sunt qui græcã dictionẽ putent, ἀντρον ἢ ἄντρος.Eſt etiã nomẽ fluminis.
Antus anĩal,de quo Pli.li.x.ſcribit,q̃ equo⁊ hinnit⁹ imi
Anthuſa,latine florens dicitur. (tetur.
Antipater nomẽ regis Macedonũ,qui filius fuit Caſſandri,fuit & alius Antipater philoſophus ſtoicus.
Anubis,pe.pro.gtiñ facit anubis,uel idis, & lingua ægyptiaca dicit̃ canis, in cuius forma colebat̃ Mercurius. ut inquit Ser. Vir.Omnigenũq̃ deũ monſtra,& latrator anubis. Ouid,ſine ti.Per tua ſacra p̃cor, per anubidis ora uerendi.Dio.ſcribit Anubim filiũ fuiſſe Oſiridis,q̃ canẽ geſtabat,tãq̃ armo⁊ iſignia,ex quo ęgyptiĩ canẽ ueneran̄t,& anubim deũ canino capite effingũt.
Anxius.a,um,pro ſollicito ponit̃ ac mœſto,ab ἄγχω, μι ἄγξω,unde anxietas.& anxietudo.Cic.Quartaq̃ anxietudo prona ad luctum & mœrens ſemper.
Anxifer,pe.cor.quaſi angorem, anxietatemq̃ ferẽs.Cice.li.ii.Tuſcu.Nunc dolorum anxiferi torquent uertices,nunc ſerpit ardor.
Anxyrus pe.cor.dr quaſi abſq̃ raſura,ab α ſine & ξυρεύω rado,nam imberbis a campanis colebat̃ Iuppiter. N. enim interponit̃ ad euphoniã,ut ἀμβρόσια.
Anxur,tam maſ.q̃ neu.gene,urbs eſt,quã olim Trachinam,nunc Tarracinã dicũt.Mar. Siue ſalutiferis candidus anxur aquis.Hora. Millia tum pranſi tria repſimus atq̃ ſubimus, Impoſitum ſaxis late candentibus anxur.Dicitur autem anxur,ut Seruius docet, quia illic colebat̃ Iuppiter anxurus,quaſi ἄνευ.i.ſine,& ξύρον nouacula,quia barbam nunq̃ raſiſſet.
Anyger,& Anygrus fluuius Theſſaliæ, de quo Ouidius. Fundit anygrus aquas.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Anypodytos, ἀνυπόδυτος græci uocãt, qui pedibus ſunt nudis.

A ante O

Aonia regio Thraciæ, ab Aone rege, Neptuni filio dicta, quẽ factiõe ſuoꝝ ex Apulia pulſum in Bœotiam tradũt ueniſſe, ac de ſuo noĩe montanã regionẽ Bœotiæ uocitaſſe Aoniam, Aoneſq; eius montes dicunt.

Aonius. a, um. poſſeſſiuũ. Ouid. Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis.

Aonides patronymicũ pro poſſeſſiuo. Iuue. Aptuſq; bibendis fontibus aonidum.

Aorſi populi nõ ꝓcul ab Iaxarte fluuio, qui in hyrcanũ mare ĩfluit, ut inqt Ptole. Alios Pli. ĩ Europa collocat Aorſos. Scribit Strabo aorſos Tanaim accoluiſſe.

Aornos, fuit Petra apud Indos ꝓceps, & inuia, monumẽtis hiſtoricorũ celebrata, quaſi auibus inacceſſa, a eĩ priuationẽ ſignificat, ὄρνις auem. Scribit Plut. Alexandrum, cũ intellexiſſet hanc petrã teneri ab hoĩe meticuloſo, dixiſſe, nũc locus iſte facillimus eſt captu.

A ante P

Apamea, inſula eſt a Tigri fluuio circunfuſa, ſic dicta, ut ſcribit Plin. ab Antiochi mr̃e. Eſt & apamea Bithyniæ oppidũ, quã Nicomedes cognomẽto Epiphanes, Pruſiæ regis filiꝰ de matris Apames noĩe, Apameã uocari uoluit, quæ Myrlea a Myrlo Colophonio ꝝ duce di

Apamia cũ i, urbs mĩoris Aſiæ eſt, & una phry (cebaſ. giaꝝ urbiũ maxĩa fuit, urbs fuit noĩe Celenis, qua deſtructa Antiochꝰ ſoter hoĩes trãſtulit in eã, quæ poſtea Apamia dicta eſt, & urbem appellauit de noĩe matris Apamiæ Artabazi filiæ, quæ Seleuco Nicanori nupta fuit. Eſt & alia urbs eius nominis in Parthia.

Apage, & apagete dictio comica, aduerbialiter ſumpta, ducta a uerbo græco ἀπάγω, quod ſignificat abduco, abigo, remoueo. Plau. in cur. Apage hanc caniculam. Apul. Apagete fœtorem extremæ latrinæ.

Apageſis pe. cor. aduerbium græcum comicũ, familiariter corripientis eſt, quod ſignificat abduc, ſi uis, & remoue. Apul. Apageſis iam cruentos deos.

Apanthropos pe. pro. latine inhumanus dicitur.

Apalectizo. as, calcibus inuado, per tranſlationem, paruifacio, cõtemno. Plau. in Epi. Auxilia mihi, & ſuppetiæ ſunt domi, apalectizo inimicos omnis.

Apedes aues dictæ a paruitate pedum, quod genus auicularum pennis plurimum ualet.

Apedibus dicunt hi quorũ pedibus ad eundũ. iiii. numero, uide in litera A. Hi etiam adpedes uocant.

Apeliota uentus, quem ſubſolanum dicimus.

Apalæſtros, græci uocant ignaros palæſtræ.

Apator ἀπάτωρ, latine dicitur ſine patre. Quo nomine dictus eſt deus pater, ꝙ ex nullo ſit procreatus.

Apathes, latine dicĩ ſine paſſionibus, ſine ulla anĩ ꝓturbatiõe, impaſſibilis. Pli. ſcribit quoſdam ſapientiæ ſectatores eſſe, toruitate quadã naturæ dura, & inflexibili ꝓditos humanis affectibꝰ caruiſſe, qui & ipi apathes noĩanť. Apathia animi tranquillitas.

Apate, genus intubi, ex Theophraſto, quam Theodorus fraudem cõuertit, quia guſtãtes amaritudĩe decipiat.

Apella dici poteſt ſine pelle, quo noĩe uocati ſunt iudæi circunciſi. Hora. li. Ser. Credat iudæus appella.

Apelles. is. uel etis. ſm Priſ. nomẽ pictoris eximii, patria Coi, q oẽs prius genitos, futuroſq; poſtea ſupauit, & picturæ plura ſolꝰ ꝓpe cõtulit, q̃ cæteri oẽs. Ferť Alexan. macedonẽ a nullo pingi uoluiſſe, q̃ ab Apelle. De hoc Oui. Si nũq; Venerẽ Cous pinxiſſet Apelles, Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis. Fuit ét Apelles q dã hæreticus, a quo apellitæ, hic duos ĩtroduxit deos. unũ bonũ,

Apenninus ꝑ duplex nn, a penna q̃ eſt (alterũ malũ, ſummitas, uel Apœninꝰ cũ œ diph. ut ſcribit Ser. quaſi alpes pœni, quẽ Annibal primus ſuperauit. Hic Italiã diuidit, incipitq; a Genua, & ſupra Carnos incumbit. Liui. xxi. Pœninum dicit diſputans.

Aper, porcus ſyluęſter, ab ἀφρός ſpuma, ꝙ ſpumã ore emittat, uel dr̃a feritate, quaſi aſper, ꝙ hirſutus ſit, ſeu ꝙ in locis aſperis habitet, ut inquĩt Var. uel a græco remota prima litera, illi enim κάπρον dicunt.

Aperio. is. ex ad, & pario, ut inqt Priſc. abiecta d, q a dſequẽte p, nõnunq̃ abiicĩ, & ſcat patefacio. Terẽ. Fores aperi. Hẽtq; a correptã. Iuue. Protulit ut mos ẽ, & apta palluit agna. Q̃q; detego. Hĩc Macro. ait Iuniores ſolitos eſſe, nõ tã honoris, q̃ ualetudinis cã, maioribꝰ caput apire. Sta. Sic fatus apto enſe uocat ſocios. Per trãſlationẽ apire ponĩť ꝓ exponere. Plau. Age iam, & hoc ænigma aperi nobis. Itẽ ꝓ nudare. Cice. Verenť. n. ne ſi quo caſu acciderit, ut ꝑtes corpis q̃dã apianť, aſpiciãtur nõ decore. Itẽ ꝓ uulnerare. Iuue. Fuſte apire caput candelã apponere ualuis. Huiꝰ uerbi cõpoſita ſunt adaperio, qđ eſt ualde aperio, a quo adapertile pe. cor. qđ aperiť uel aperiri põt, ut uerſatilis axis, qui uerſaťur uel uerſari põt. Ouidi. de triſt. Aſpicis a dextra latus hoc adapertile tauri. Exaperio, foras, uel ualde aperio.

Apeſus, untis. pe. cor. mõtis nomẽ eſt, qui Nemeæ ſuper iacet, ubi Theſeus Ioui primũ opatus crediť, ꝓpter qđ Apeſuntius quoq; dictus eſt Iupiter. Dictus ab heroe, cui Apheſas nomen erat. Pap. Moris erat audaci ſedu ctus in æthera dorſo, Nomine Iernei dicũt Apeſunta coloni, Gentibus argolicis olim ſacer.

Apes, uel poti apis in ntõ ſingłari. Col. li. x. Nã q̃to grãdior apis, atq; rotũdior, tãto peior. Ouid. li. xiii. Meta. Nõ apis inde tulit collectos ſedula flores. Hoc nomẽ cõpoſitũ exiſtimãt pleriq; ab a ſine, & pes, ꝙ ſine pedibus naſci uideaťur id genꝰ uolucris. Dicẽte Vir. Truncaq pedũ prĩo. Sed cũ nõ ſuet analogiã, ſicuti cætera cõpoſita, bipes. edis, tripes. edis, cõpes. edis. magis ſimplex iudicãdũ ẽ. Creanť apes ex bobꝰ, ſicut ſcabrões ex eqs.

Aphædãtes ppłi i mo (fuci ex mulis, ueſpæ ex aſinis. loſſis ĩqt Stephanꝰ, ab rege cui Aphædas nomẽ fuerit.

Aphratta ꝑ dup. tt. ſũt apta intectaq; nauigiã. Ci. ad at. nos rhodioꝝ aphrattis trãqllitates aucupaturi eramꝰ.

Apheteria, græcis dicunt carceres, unde equi emittunť ad curſum. Sunt & Apheteria, ut inquit Suidas organa ad expugnandas urbes accõmodata.

Aphædas nomen regis athenienſium.

Apis. idis, uel apis. Hic ét dictus eſt ſerapis, a q̃buſdã Oſiris. Aug. li. xviii. de ci. dei. Rex argiuoꝝ Apis nauibus trãſuectus in Ægyptũ, cũ ibi mortuus fuiſſet, factus eſt Serapis, oĩm maximus Ægyptioꝝ deus. Nomis aũt huius, cur nõ apis etiam poſt mortem, ſed Serapis appellatus ſit, facillimam ratiõem Varro reddit, quia. n. ar

ca in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ea ĩ q̃ mortuꝰ ponit̃,qđ oēs ĩa ſarcophagũ uocãt, σορὸς ſoros dr̃ græce,& ibi eũ ſepultũ uenerari cœperunt pri uſq; tẽplũ eiꝰ eẽt extructũ,uelut ſoroſapis,uł ſorapis primo,deide una lr̃a (ut fieri ſolet) cõmutata Serapis dictus ẽ. Apđ ægyptios ẽt apis bos dr̃, & ꝓ numĩe colitur. Luc. Et ſacer in cineres magni mactabit̃ apis. Hũc eñ ægyptꝰ mirabili uanitate decepta,ĩ honorẽ eiꝰ diuitiis affluẽtibꝰ alebat, & q̃ñ eũ ſine ſarcophago uiuũ uenerabaẽ apis,nõ ſerapis uocaẽ,quo boue mortuo, qñ q̃rebaẽ,& repiebaẽ uitulꝰ coloris eiuſdẽ; miꝝ quoddã, & diuinitꝰ ſibi ꝓcuratũ eẽ credebãt. Fuit ẽt nomẽ regis argiuoχ,q fuit filiꝰ Iouis,& Niobis phoronei filiæ. Ferunt hũc poſt cẽteſimũ annũ regnaſſe apđ argiuos,cũq; ſibi ægialeũ frẽm ꝓfeciſſet,in ægyptũ trãſfretauit, & Mẽphim ciuitatẽ cõdidit,accepta ĩ cõiugẽ Iſide. Eſt ẽt apis uicꝰ in Aphrica,q a nobilis religiõe ægypti locus eſſet.

Apianus,a.um. quod apes auide ſumunt,uñ apianæ uuæ dictæ ſunt,quas ut inquit Colu. muſcæ infectanẽ, nunc uulgo a muſcis muſcatellæ dicuntur. Græci ſtică uocãt etlã a quodã ſapore,quaſi caſtorio. Pli.li.xiiii. Apianæ apes dedere cognomen præcipue earum auidæ.

Apiarius,qui curat,ſiue q poſſidet apes. Pli.lib.xxi. Prouentum enim ſperant apiarii large florẽtẽ thymo.

Apiariũ,locus ubi apes conſident,hoc eſt,ubi aluẽi apiũ tenenẽ,quod meliſſon a meliſſis,hoc eſt apibꝰ,etiam & mellariũ noiaẽ. Colu.li.x. Nõ eſt dubitandũ,quin ædificio iunctũ apiariũ,maceria circũdemꝰ,ſed ĩ ea ꝑte,q̃ tetris latrinæ ſterqliniiq;,& balnei odoribus libera eſt.

Apicula dimi.pua apis. Pli.li.vii. quadrigã ex eadem materia,quã muſca integeret alis,fabricatã,& nauẽ quam apicula pennis abſconderet. Dr̃ ẽt apecula ab apes ntõ, quæ merops etiã uocaẽ. Vir. Meropes, aliæq; uolucres.

Apiaſtra illa auis dicitur,quæ apes comedit.

Apiũ herba folia hñs petroſelino ſimilia, ſed maiora,ex qua fiebãt apud antiquos coronæ uictoribus ſacri certaminis Nemeæ. Iuue. Gaudẽtis fœdo pegria ad pulpita ſaltu Proſtitui,graiæq; apium meruiſſe coronæ. Ab apiũ ẽtnũ corona,quã L. Apiꝰ in Achaia meruit, apioχ gentẽ Romæ eſſe cognominatã legimus. Quidã hoc nomen ab apice deducunt, q a antiqui apicem capitis apio coronabant. Vñ eſt illud dictũ, ꝓ apex hoc ferre ſolebat Victoris,uetereꝫ fieret dũ more triumphus. Ipſe ſibi talẽ prior impoſuiſſe coronã dr̃ alcides. Alii dicũt apium,ꝓ apes uehemẽter illius flores decerpant. Hanc herbam græci Selinõ dicũt,cuiꝰ multa ſunt genera,qđ eñ ſponte in humidis naſcit̃, Heleoſelinũ dr̃, ἕλος eñ dicit̃ palus,uno folio eſt, nec hirſutum. Quod in ſiccis hippoſelinũ,quo equi libenter ueſcuntur, pluribus foliis eſt ſimile heleoſelino, id & petroſelinum, & oluſatrum,ſiue olifatrũ nncupatur. Tertium oreoſelinum, quaſi montanum apium,cicutæ foliis,radice tenui.

Apias græce,latine arbor pyrus dicitur.

Apius cognomen fuit familiæ romanæ ab apii corona quã L. Apiꝰ ĩ Achaia meruit, & dici põt q̃ſi ſobrius ab ⍺ priuatiua græcoχ, & πίω ἐξ οὐ ϗ πίνω. Iñ pyra apia, uł nõ muſtoſa,uł ualde ſuccoſa. Nã a eadẽ nõ ſolũ priuatiua ẽ,ꝺ ꝓ libito auget. Apiꝰ igit̃,i. bibaculꝰ muſtoſꝰ.

Apiaſtrum herba eſt, quæ a meliſſis meliſſephylon appellatur,hoc eſt apium folium. Et a melle dicitur mel litena,nullo magis flore gaudent apes.

Apicæ oues dictæ ſũt,q̃ nõ amplo corpe ſint,nec mſtam

Apia uia romæ,ab Apio Claudio ſic uocata. (lanã hũt

Apinæ pe.cor. nuces uocantur, quæ cutem uerius q̃ pũtamen,adeo mollem habent,ut ſimul mandantur.

Apina arbor,quaſi minime pinus,q̃ pinus picea dr̃,ꝙ picea potius q̃ pino ſiłis ſit. Apina etiã,Tricaq; duo oppida Apuliæ fuerunt,q̃ Dio. euertit tanta ignominia, ut in prouerbii ludibriũ tranſierint,quotiẽs eñ rem nullius ꝑcii oñdere uolumus. Apinas & Tricas nominamus. Mar. Sint apinæ,tricæq;,& ſiquid uilius iſtis.

Apidanus pe.cor. fluuius Theſſaliæ. Luca.lib.i. It gurgite uaſto apidanus,nunq̃ celer niſi mixtus Enipeus.

Apithanon,latie inꝑſuaſibile. Aug. ad Deo gr̃as de Ionæ q dr̃ ĩ uẽtre ceti triduo fuiſſe,ꝓ ſatis,apithanõ ẽ & icre

Apex,ꝑprie uirga in ſummo flaminis pileo,in (dibile, cuius extremo modica lana eſt,qđ primũ cõſtat ad albam Aſcaniũ inſtituiſſe. Plærũq; tñ ſumit̃,ꝓ ſũma uerticis parte,ꝙ lõge ſit a pedibus. Aliqñ etiã,ꝑ cœli ſiue galeri,ſeu mõtis,aut lr̃æ ſũmitate, pro diſtinctionis nota,ꝓ honore,uel,ꝓ aliqua re, cuius ſũmitas eſt acuminata. Colu.li.v. Eiuſq; uelut apex, ꝓnus imminẽs mucro uocaẽ, Ponit̃ & ꝓ ſacerdotũ, ſeu pontificũ infula, quã uulgo mitrã uocãt. Val.li.i. At Sulpitio interſacrificandũ e capite apex ꝓlapſus eidẽ ſacerdotiũ abſtulit. Ci. uero trãſtulit ad autoritatẽ magnã. Apex.n. ſenectutis eſt autoritas,quanta fuit in M. Cæcilio Metello.

Apiculus dimi.paruus apex,qđ & apiculũ dr̃. Feſt. Apiculum filum,quo flamines uelatum apicẽ gerunt.

Apexabo,inteſtinũ ſanguine plenũ admixto pingui, ſic dictũ,ꝓ in ſũmitate qddã,quaſi in capite apicẽ hẽt.

Apion nomen fuit grãmatici celebris, qui ut Sene. ſcribit ſub C. Cæſ. tota circũlatus eſt græcia. Hũc Tib. Cæ. ꝓ contemptũ Cymbalũ mundi appellabat,qñ publicæ famæ tympanũ potius uideri poſſet,immortalitate donari a ſe ſcripſit ad quos aliqua componebãt. De hoc etiam Ioſephus ſcribit ꝙ eſſet malus, & indoctus, totiuſq; uitæ temporibus importunus calumniator omnium,cor aſini habens. Tu uide Ioſephum.

Aphæreſis,pe.cor. & antepe.cũ æ diph. dici põt abſciſio. Figura q̃ a principio dictionis lr̃am uel ſyllabã aufert, ut pone metum,pro depone, δὲ ἀπὸ καὶ ἄφορμα. εἰς φ. κατὰ τὴν δασεῖαν ἀποβολῆ τοῦ ο.

Aphrica regio,ab ⍺ ſine, & φρικὴ frigus, quaſi ſine frigore. Hanc tertiam orbis partem plæriq; dixerunt.

Aphros,latine ſpuma. Inde Aphroditẽ Venerẽ dicimus quia de maris ſpuma cõcepta fertur. Aphronitrũ ſpuma nitri, Aphrodiſia dr̃ uenereæ uoluptates.

Aplaſtos,latine dicitur ſimplex,uel ſine dolo.

Aphilos,pe.cor. dicitur qui nullum habet amicum.

Aplanes pe.pro. dr̃ nõ uagus, inerrabilis. Macro. lib.i. de ſom. Hic eñ cœlũ, qđ aplanes ſphæra uocitetur partẽ unam,ſeptẽ uero ſphæras quæ uagæ nominantur.

Applaudo ꝑcat allido. Apul.li.vi. ĩcuſſis in eã poſterioχ pedũ calcibus ꝓtinus applaudo terræ. Aliqñ applaudere eſt alicui plaudere mẽbro aliquo,uel in laudẽ,uel in uituperiũ. Hiero. Quanq̃ labia torq̃atis,trahatis capillũ,applaudatis pede fidẽ eccłiæ aptiſſime confitebor.

Applodo.is.pe.pro. Vide in dictione Plodo.

Applodere fulgetris, apud Plinium eſt fauere, teſtariq; honorem illo motu.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Apluda pe.pro.a quibuſdam interp̃tat̃ furfur, a quibuſ-
dã ſorbitionis genus liquidiſſimũ. Pli.docet Appludam
uocari purgamẽta milii,& pannici,& ſiſamæ,cũ in fru
mẽto palea dicatur.Dicta appluda ab applodendo, q̃
ppter tenuitatẽ (quia minutiſſima eſt) ſpũ deiiciatur.
Neuius. Ne hercle appluda eſt hodie,q̃ tu leuior.

Aplyſiæ uocant̃ q̃dã ſpongiæ,ſic dictæ, q̃a elui non p̃nt.
Nã dũ uiuæ,atq; illotæ ſunt,nigricans color eſt illis.

Apocrotus pen.cor.Firmi.lib.vii. Naſcentur ſerui miſeri
apocroti oligochronii & infœlices.

Apocalypſis,latiẽ reuelatio, dĩ ex ἀπὸ,quæ re in compo
ſitione ſignificat,& καλύπτω uelo.

Apocope pe.cor.amputatio,ex ἀπὸ,quæ re, uel ab,& κόπ
τω ſcindo,amputo.Figura quando ultima littera uĩ ſyl
laba tollitur,ut peculi pro peculii.

Apocopi dicti ſunt a Iul.Materno caſtratĩ,quaſi abſciſſi
amputati uirilitate.

Apocryphus.a.um,pe.cor.latiẽ abſcõdit9,ſecret9 ex ἀπὸ,
q̃ exaggerat rẽ,& κρύπτω abſcondo.Illa uero ſcriptura
dĩ apocrypha,cuius occulta origo eſt,& in qua licet in
ueniat̃ aliqua ueritas,tamen propter multa falſa,nulla
eſt in eis canonica ueritas. Qui uero ſunt apocryphi li
bri,quære in decre.di.xv.c.ſancta romana eccleſia.

Apocriſarius,latiẽ dici põt rñſalis, ex ἀποκρίνομαι, quod
ſignãt rñdeo,& ponitur pro legato.Apocriſis rñſum.

Apodexis euidens,pbatio,demõſtratio,ſiue experimen-
tum ἀπὸ τοῦ ἀποδείξειν, hoc eſt a demonſtrando,unde
Apodexes grãmaticæ uulgo dicũtur geometricæ pro
bationes. Ambro. Crudeliſſima omniũ fœminarũ ad
filiũ meũ uoluiſti apodexen tuæ artis magicæ demon
ſtrare.Gel.Apodixis,apodixim utriuſq; callens,cum ea
quæ dubia aut obſcura ſunt,per ea quæ ambigua non
ſunt, illuſtrant̃, ſed cum in lingua communi ſcribatur
δείκνυμι demonſtro per ει in principio,καὶ μ.δείξω lo-
cus ille debet emendari apodexis per ε, in penultima.

Apodyteriũ, latine ſpoliatoriũ. Locus in quo loturi,aut
ſudaturi ueſtes deponebant, quas capſarii ſeruabãt, nã
ἀποδύειν exuere dicitur.Pli.ad Apolli.Inde apodyteri-
um balnei laxũ & hilare,excipit cella frigidaria in qua
baptiſteriũ amplũ,atq; opacũ, δύνω & δύω ingredior,
quaſi ueſtẽ ingrediamur,ἀπὸ priuat.i.ex ueſte exeo.

Apologus pe.cor.fabula,in qua bruta aĩalia loqui intro
ducunt̃.Nam eſt q̃dã ex humilibus rebus cõpoſita for
ma,ac ſpecies ad uidendũ,quæ & apologatio dicitur.

Apologia reſpõſio uel ſatiſfactio,defenſio ſeu excuſatio,
q̃ & apologeticon,& apologema dicitur, unde apolo-
geticus liber.i.ſatiſfactionalis.Hiero.ad Pamma. Quis
prudentior,doctior, eloquentior Euſebio, & Didymo
Aſſertoribus Origenis inueniri poteſt, quorũ alter ſex
uoluminibus τὰς ἀπολογίας,id eſt defenſiones ſcribẽs,
ita eum ut ſe ſenſiſſe confirmat,

Apolatizo,as,ſignãt calcitro,cõtemno.Plau.ĩ Epi. Auxi
lia mihi & ſuppetiæ ſũt domi apolatizo inimicos oĩs.

Apophoreta pe.pro. munera,quæ dari ſolebant ſaturna
libus, q̃ morẽ hodie quoq; ſeruamus menſe decẽbrĩ
innatali ſaluatoris die.Sue. ĩ Domi. Dabat ſicuti ſatur
nalibus uiris apophoreta, ita per Kalẽdas Martias fœ
minis. Accipiunt̃ etiã nõ tã pro muneribus, quæ remit
tunt̃ ab his qui xenia,q̃ uaſa,& id genus alia quæ cõui-
uis apponebantur ut ſecũ poſt conuiuiũ ea auferrent,
donoq; haberent. Sic Ambro. Qui ad conuiuium ma
gnum inuitabantur apophoreta ſecum ferre conſueue
runt.Sue.in Cali.agitatori cithio commeſſatione qua
dam in apophoretis uicies ſeſtertium contulit. Dicta
ab ἀποφέρειν q̃ ab iis quos ſalutabant referrentur.

Apocleti pen.pro.ſenatores, ſanctiuſq; conſilium quod
ex delectis conſtat uiris,qui & decuriones dicuntur.De
Apocletis frequens mentio fit apud Liuium.

Apocataſtaſis græce. ἀποκατάστασις, latine inſtaura-
tio.Apocataſticus,inſtauratus.

Apophaſis pe.cor.negatio, abnuẽtia, depulſio. Ex ἀπὸ rẽ
& φάσις reſponſio.Apophatica negantia, ut cũ quis ac
cuſatus q̃ hominem occiderit. Reſpondit, Nõ occidi.

Apoſiopeſis pe.p.a Cic.dĩ reticẽtia,a Celſo obticẽtia,alii
interruptionẽ appellant,quod eſt ſileo,uel taceo,nã eſt
quaſi interceptũ ſilentiũ,figura indignantibus familia-
ris,in qua uerbũ extrinſecus ſubintelligit. Virg.Quos
ego,deeſt eũ puniã,uel aliq̃d ſimile.Quin.li.ix.Omne
in quo aliquid deeſt apoſiopeſis poterit appellari.

Apotheoſis pẽ.pro.conſecratio,ſed deificatio,ex ἀπὸ quæ
ab indicat,& θέωσις diuinitas, quaſi a diuinitate proce
dens,unde Serui.in Daphni.apotheoſin dixit relatio-
nem in deos, cum hominem inter deos numeramus,
Apotheoo,deifico.

Apodes pe.cor.aues quædã q̃ careãt uſu pedũ, alio noĩe
Cypſelli dicũtur,ex hyrundinũ genere,uolãt plurimũ, nidi
ficant in ſcopulis,atq; in edicioribus domib9, quies eis,
niſi in nido,nulla,aut pendent aut iacent. Pli.li.x.Plu-
mũ uolant, quæ apodes uocãtur,q̃a careant uſu pedũ.
Huius nominatiuus ſingularis eſt apus apodis.

Apodos pe.pro. ſcribit̃ eĩ apud græcos per ω ἀποδὸς uox
galli intẽpeſtiua ſiue imatura,& uox q̃ neq; choro
neq; fidibus concordat.Eſt etiam commune.

Apologo.gas.poſtulo.Sene.epiſtola.xlvii.Et ſæpe illum
inuicem apologauit,

Apollo Apollinis, & Apollos Apollo ſm græcam decli
nationem creditus fuit deus,quẽ græci etiã φοῖβον, hoc
eſt,ſolem appellant, cui ut Macro.inqt uariæ fuerunt
poteſtates.Nam fuit author carminis,præſes uaticinii,
ſagittandi peritiam habuit,artem medicinæ calluit,&
chordæ uocalis.Idem dicitur liber,q̃ libere uageturq;
aerem.Dictus Apollo ab a ſine, & polli multi, q̃ ſolus
ipſe luceat.Porphyrius ait eundem eſſe ſolem apud ſu
peros.Liberum patrem in terris,Apollinem apud infe
ros.Vnde etiam tria inſignia circa eĩ9 ſimulacrum ui
demus,lyrã quæ nobis cæleſtis harmoniæ imaginem
monſtrat,Grinæum quod terreum numen oſtendit,ſa
gittas,quibus infernus deus & noxius indicatur. Vnde
& Apollo dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἀπόλλειν. Euſebius de euan-
ge.præ.Apollo uocatur q̃ a pallati.i.ab ægrotationi-
bus homines ſaluat,atq; liberat, quamobrem ardenti
ſimum etiam ſolem apollinis nomine appellant.

Apollinares ludi,qui in honorem Apollinis fiebant.

Apollinaris ſubſtantiuum nomen proprium uiri.

Apollonius nomen philoſophi alabadẽſis, ſiue Tianæi,
qui rhodi uixit, unde & rhodius appellatus eſt. Hic di-
ctus eſt a Suetonio clariſſimus dicendi magiſter, ſub
quo, ut Plutarhus ſcribit Cicero, & Cæſar condiſcipu-
li fuere.Hic Pythagoricus philoſophus dum Epheſi ui
tam ageret,& forte in multitudine diſputaret,per eam
horam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

horam, qua Domitianus interficiebat, defixus, & elinguis stetit. Tum autem exclamauit, Euge Stephane pulchre, Stephane percute peccatorem, pulsasti, uulnerasti, & interfecisti.

Apollonia ciuitas Epiri, Corinthioꝝ colonia, optimis olim instituta legibus. De hac Stra. Cõdidere Apolloniá corinthii corcyræiq; ab Æante fluuio stadiis decẽ, a mari. lx. Hæc nũc æquata solo, in loco cãpestri distat a mari. iiii. mil. pas. Est & Apollonia inter insulas thraciæ, cis Istrum amnem locata. Est & Apollonia ciuitas in Creta. Alia in Syria.

Apollodorus nomen proprium pictoris excellẽtis, & nomen oratoris Pergameni.

Apolloniatæ populi Apolloniæ. Vale. Maxi. li. i. Apolloniatæ quidam pœnitentiam egerunt.

Apollydes penul. produ. latine deperditi dici possunt. ἀπόλλυμι pereo.

Aponus pe. cor. fluuius seu fons calidis a quis, haud lõge a Patauio. Vel uicus ubi balneæ sunt. Luca. li. vi. Colle sedens Aponus terris ubi fumifer exit, atq; Antenorei dispergitur unda Timaui. Apona aũt nõ tam, qa contra morbos sint, dũr, q̃ quia citra dolorem ullum afferant remedium, unde Patauini quoq; fontes appellati sunt Aponi, ut Cassiodo. placet ἀπὸ τοῦ ἀπονίζειν καὶ πόνος ὁ ἄλγος ἢ μοχθισμός.

Apophthegma. atis. breuis & acuta sñia, siue acutũ dictũ Vñ Plutarchi apophthegmata. ἀποφθέγματα. Hinc ἀποφθεκτικὸν. i. dicteriũ ex ἀποφθέγγεσθαι.

Apoplexia, siue apoplexis, subita percussio, quã sequitur mors ἀπὸ τοῦ ἀποπλήττω. μ. ἀποπλήξω ictu consterno.

Apoplectici sunt, quos dicimus attonitos, quoꝝ uidelicet, & corpus & mens stupet ictu fulminis, aut morbo. Hiero. in chronicis. Valentiniani nũ subiti sanguinis corruptiõe mortuũ scribit, q̃ græce apoplexis uocat. Persuasum aũt uulgo é, cũ qs repẽtina morte corruit, euenire id gutta sanguinis e capite in cor delata. Qd̃ qdẽ & Spar. Capitolinus ue iã tũc credi passim demõstrat.

Aporia, penuria, indigentia, nam ἄπορος indigens & pauper dicitur, aliquãdo dicitur sapientia, sed quoniam gloriam dixit esse omnium potentis, cuius gloria aporia dicitur. i. sapientia, ut ait Auguſtinus.

Aporior. aris. conuitior, & quasi pauper abiicior, sordeo, ut apud Apostolos.

Aporrhocas græci uocant defluxus quosdam aerios, q̃ ad terram labentes stellarum casus imitantur.

Apostasia, cum accentu in pe. elongatio, defectio, rebellio. Hiero. Nisi uenerit discessio primum, quod græce dicitur ἀποστασία ἀφίστημι. μ. στήσω.

Apostata, siue apostaticus, rebellis.

Apophatica græce. i. negãtia latine, ut dies ẽ, dies nõ est.

Apogæum ædificiũ constructũ sub terris. i. antrum.

Apostato. as. pe. cor. rebello. Cyp. ad Corneliũ. Interesse debet inter eos, q̃ uelut apostatauerũt, & ad seculũ, cui renũciauerant, reuersi gẽtiliter uiuũt, uel ad hæreticos trãsfugæ facti, cõtra eccleſiã pnicialia arma suscipiũt.

Apostatrix, quæ apostatauit. Hiero. in Ezechiele. Mitto, inquit, ego te ad gentes apostatrices.

Apostema. atis. pe. pro. ἀπόστημα, uomica est, quæ & suppuratio a latinis, cum concursus mali humoris in aliqua parte corporis factus est. Sed proprie ἀπόστημα spacium, distantia, ἀφίστημι. μ. ἀποστήσω.

Apostolus latie missus, siue nũcius dr̃, ἀποστέλλω mitto.

Apostrophe pe. cor. dici potest conuersio seu auersio. Figura, cum ad aliquem per secundam personam fit cõuersio, ut Te nunc alloquor Africane, cuius mortui nomen splendori, ac decori est ciuitati.

Apostrophus accentus collisiuus in fine alicuius dictionis, denotans uocalem præcedentis dictionis elisam, propter hiatum, ut ἀφ' ὧν, ἀπ' ἀμβροσίοιο καλεπήνας.

Apotheca, cella uinaria, seu statio, in qua res uenales ponunt. Pli. uina in apothecis, canis ortu mutant. Prie tñ est, in qua uinũ, & conseruat, & uendit. Idẽ, tñ pecuniaꝝ detinent uini apothecæ, nec alia res maius incrementũ sentit. Hiero. li. ii. para. Apothecas quoq; frumenti, uini, & olei, & urbes sex ædificauit. Idẽ in Esa. scribit, Apothecã esse locũ, quo seruat oĩs supellex, cuiꝰ hæc sũt uerba. Et oñdit oẽs apothecas supellectilis suæ, & uniuersa q̃ inuenta sunt in thesauris eius. Apud iurisconsultos accipit p̃ quodam obligationis genere.

Apotomia cũ accentu in pe. maior pars semitoni, q̃ a latinis discissio põt dici. ἀπὸ τοῦ τέμνω ἔνθεν τομή.

Apozima, a qua cocta cum uariis condimentis.

Apoxyomenos, græci uocant eos, qui e corporibus sordes detergunt, quasi distringentes.

Apparo. as. pe. cor. fcat ad dignitatẽ quandam, ac pompam me apto. Cice. li. iii. de ora. Illa, q̃ in apparatu fori appellantur insignia. Præparo uero, ante paro, q̃ utilia mihi fore credo. Idẽ li. i. offi. Facile totius uitæ cursum uidet, ad eãq; degendam p̃parat res necessarias. Et q̃q̃ apparatus uideat utrũq; significare, ut apparatus belli quasi p̃paratio, id tñ potius est ex quadam consequentia, q̃ proprietate, nam, ut dicimus, naues nõ modo instructas, sed etiam ornatas, quia ut instructiores ad bellum, eo pulchriores sunt, ita apparatũ belli uocamus, quæ ad bellum quodam decore, & ornatu aptantur.

Appareo. es. pe. pro. fcat uideor. Virgi. Apparet liquido sublimis in aere nisus. Et apparere est de improuiso se ostendere. Cic. Cũ equites Antonii apparuissent. Item obedire, & præsto esse ad obsequium. Vir. li. xii. Hæ Iouis ad solium, sæuiq; ad limina regis Apparent.

Apparitores dicti sunt, q̃ appareant, & præsto sint ad obsequium, qui & statores dicuntur, ut sunt hi, qui magistratibus circumstant, parati ad obsequendum. Qñq; apparitores tabellarioꝝ officio fungebãtur. Dabatur enim comes magistratibus, qui & salarium a Repub. licet paruum accipiebat. Cic. in Ver. a cti. v. Tuus apparitor parua mercede populi conductus.

Apparitura ip̃m ministeriũ, scribit. Sue. li. de grãmaticis Orbilium apparituram fecisse magistratibus, significans eum fuisse apparitorẽ, ministrũq; magistratuum.

Apparitio, ostẽsio, q̃ græce epiphania dr̃. Et apparitio p̃ ipsis apparitoribꝰ accipit, q̃ p̃sto sũt. Amb. Missa apparitiõe cũ ingẽti strepitu, suis eã tribunalibꝰ p̃cepit sisti.

Apparitorium dr̃ oẽ id qd̃ paratur, uel adiutorium.

Appello. as. nomino. Cic. P. Scipionẽ, qui primus Africanus appellatus sit. Qñq; appellare, est comiter, seu familiariter nominare, uocare. Ouid. li. i. Fast. Iamq; potens missõ genitorẽ appellat amico. Sueto. in Cæs. Appellatisq; de Rep. patribus. i. noiatis, uocatisq;. Itẽ inuitare. Vñ Vlpi. de iniuriis appellare, est blãda orõne alterius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pudicitiam attentare. Amb. Per ſeipſum,& p notos,& p affines cœpit aures uirginis appellare. Interdū p appellere. Afra. appellat huc ad mollē noſtrā nauiculam. Interdū p aduocare. i. in iudiciū uocare, uñ appellatus dī, ad quē facta eſt, puocatio. Quin. li. v. & pauperas,& tū maxie appellabaris a creditoribus. ſ. ut ſolueret debitū. Et alibi, nō debui tibi pecuniā, nunq̄ me appellaſti. Interdū eſt poſt ſniam, tanq̄ male latā, cōtra aliquē agere. Vñ Vlpi. Qui appellat, maiorē iudicē debet appellare. Dicimuſq̄, appello principē,& ad principem.

Appellare ex aduerſo, eſt nomina per antiſtrophen imponere, ut qui herbam illam omni duritia carentem holoſteon uocauit, quo ſignificatur tota oſſea.

Appellatio, aduocatio, ſiue prouocatio. Et appellatio ut ait Serui. eſt ut propria nomina, ut hic Cato, ille Brutus. Vocabulum eſt, quo res inanimales enunciantur. Nomen eſt, ut deus uel homo.

Appello. is. per geminū pp, appuli, appulſum, ſignificat conduco uel adduco, ut cum e pelagis quis ad littus accesſerit, ut ille appulit ad portū, uel in portum, uel portui. Virg. Hinc me digreſſum ueſtris deus appulit oris. Qñq̄ appellere ſcat apponere, dirigere, & aīm ad aliquid agendum intendere. Teren. Poſtq̄ poeta aīm ad ſcribendum appulit. i. poſuit. Plau. in Aſi. Argenti uiginti minæ me ad mortem appulerunt. i. adduxerunt.

Appulſus. us. acceſſus pecoris ad aquam. Iuriſconſultus. Totum corrumpat pecoris ad aquam appulſum.

Apello. is. p ſimplex p, apuli, apulſum, ex a,& pello, ſcat amoueo, ut apulſus ab urbe. i. remotus. Sunt tñ qui putent aſpello, nō apello ſcribi debere, cōponi ex abs ſeu ab, b in s mutata, ſicut fit in aſporto, qđ ſm Priſci, non ab ad cōponiť, ſed ex ab,& b in s conuertiť, ne ſi apporto,& appello dicať, cū ad cōpoſita exiſtimenť, nam ita in captiuis Plauti legiť. Hic eſt ille dies, nulla uitæ ſalus ſperabilis eſt mihi, neq̄ exiliū exitio ē, neq̄ adeo ſpes, q̄ mihi hūc aſpellat,& in Amphi. Inde optīe aſpellā uiz.

Appendo. is. di. ſum, ſuſpendo, quaſi ad aliqd pendo, ut appēdi uuā ad tigna. Pli. Atq̄ uuas iā maturas ad ſolē appendere.& appendere eſt ad ſtaterā, lancēq̄ ponderare. Cice. in Anto. Vt iā appendať pecunia, non numereť. Cōſtruiť qñq̄ cū duobus accuſatiuis. Hie. in li. Geñ. Appendit pecuniā, quā Ephron poſtulauerat q̄dringentos ſiclos, pbatæ monetæ. Itē appendere ſcat iuxta dare. Lact. li. iiii. Scilicet & auz appendere debuit, tanq̄ p mortuo Hectore. Et appēdere, adiūgere, uñ appendix.

Appendeo. es. ſignificat iuxta, ſeu ad aliquid pendeo.

Appendix dicitur, quod alii adiūctum eſt, quaſi ex alio pendeat. Cice. in Horten. Vidit, quod uidendum fuit, appendicem animi eſſe corpus. Huius dimi. eſt appendicula. Eſt & appendix genus ſpinæ

Appeto. is. pe. cor. ardēter cupio,& tam in bonū q̄ in malū, ſicut expeto capitur, niſi q̄ in expeto maior uis eſt, propter ex, q̄ maximā in ſe uim cōtinet, ut apud Curtium. Hærebat inter cupiditatē, pudorēq̄,& quo modeſtius, qđ expectabat, appeteret, puicatius oblaturos eſſe credebat. Falluntť itaq̄, q differentiā aſſignant inter appetere,& expetere qualitercunq̄. Expeto bona, ſaneq̄ honeſta. Appeto uero, ex quo appetitus, q̄ eſt īmoderata cupiditas, qđ cōſtat falſum eſſe in utroq̄, qñ oñdere licet,& appeto ad bona, atq̄ honeſta autores uſos fuiſſe,& expeto ad inhoneſta, atq̄ mala. Cic. Caſſio. De his q̄ ppoſueram, cōfirmatio noſtræ amicitiæ, de qua pluribus uerbis nihil opꝰ eſt, tu puer me appetiſti, ego aūt ſemp ornamento te mihi fore duxi. Idē li. iiii. Tuſ. Qm̄ q̄ ut bona natura appetimus, ſic & a malis natura declinamus. Et Aug. lib. ii. de ciui. dei. Non deoz p̄cepta ſunt, ſed hoīm inuenta, q utcunq̄ conati ſunt ingeniis acutiſſimis p̄diti, rōcinando inueſtigare qd in reꝛ natura latitaret, qd in moribus appetendū eſſet, atq̄ fugiendū. Hiero. contra Vigil. Rara uirtus eſt, nec facile a multis appetiť. Cypri. ad presby. Quid cupidius appetere, quid magis uelle, ac tenere nos conuenit, q̄ ut radicibus fortius fixis,& domiciliis noſtris ſup petrā robuſta mole ſolidatis, incōcuſſi ad, pcellas & turbines ſeculi ſtemus? Idē ī malū. Nec periculum ſui appetat, q̄ ad meliora,& diuina ſe ſeruat. Qđ aūt expeto etiā ad uoluptates,& qñq̄ ad maximū malū p̄tineat, Cice. oſtendit li. i. offi. Expetunť diuitiæ, tū ad uſus uitæ neceſſarios, tū ad pfruendas uoluptates. Aug. Nouimus q̄ mēs humana in diuerſis mūdi huius illecebris,& cōcupiſcētiis deuicta fugit laboē, expetit uoluptates. Ad maximū malū. Cice. in Piſo. A me q̄dem etiā pœnas expetiſtis, q̄bus coniurato z mētes mortuoz expiaretis. i. requiſiſtis, ſiue flagitaſtis. Hier. ad Euſto. Et deuorato Iuda, ad cribrandos apoſtolos expetiuit poteſtatē. Nam expeto, quod eſt maioris uis, ſi in malā ſumaſ parte, eo magis a rōne deficit,& capiť p ſumo ſiue requiro. Ideo cū ablto conſtruiť, ſicut apud Quinti. li. x. Ex cognitiōe rez exemplorūq̄, q̄bus in primis inſtructus debet eſſe orator, ne oīa teſtimonia expetat a litigatore. Aliq̄ tñ pro requiro ſiue deſydero, ſolo accuſatiuo cōtentū eſt. Plau. in Caſi. Nos, poſtq̄ populi rumorē intellexerimus ſtudioſe uos expetere Plautinas fabulas. Appeto uero, p̄ter eā, quā p̄diximus ſignificationē, poniť pro adeo, q a ſicut dicimus adeo p̄torē, ita appeto p̄torem. Interdū appetere ſcat inſtare, appropinquare. Caſar li. vi. Dieſq̄ appetebat ſeptimꝰ, quē ad diē Cæſar ad impedimenta reuerti conſtituerat. Liui. Vbi nox appetit prope riuos aquaz; ſine munimēto paſſim ferax; ritu ſternunť. Idē. Iam uer appetebat. Interdum uulnerare. Idē. li. vii. Leuans ſe alis, os, oculoſq̄ hoſtis roſtro,& unguibus appetit. Hiero. cōtra Ruffi. Ab alio appeteris,& illi tergum obuertens, quieſcentem contra te prouocas. Idem ad uitalem, appetere pro amare poſuit, cum inquit. Impendio precor, ut in amore quo nos appetere cœpiſti, ad finem uſq̄ perdures.

Appetitus, appetentia,& appetitio, pro deſyderio. Plin. lib. xix. A ſtomacho faſtidium auferunt, cibiq̄ appetentiam faciunt lactucæ.

Applico. as. pe. cor. aui. atum.& applicui. citum. ſcat appello, adiungo, adnecto,& cōſtruiť cū dtō uel actō mediante ad. Iuſti. li. ii. Igiť cū Hercules ad littus Amazonum applicuiſſet. Vir. Quæ uis īmanibus applicat oris Tranſferť ad alia. Cice. Apio Pul. Oēs uires ciuitatis ſe ad Pompeii ductū applicauerūt. i. adiūxerunt. Idē li. i. offi. Itaq̄ ſe alii ad pīham, alii ad ius ciuile, alii ad eloquentiā applicāt. i. apponunt, uel cōferunt. Col. li. v. Poterit ad hoc uniuerſa uinea ſub iugū mitti, ſi tñ prius trūco eſt applicitus. i. adiūctus. Ci. li. ii. ad Herē. Qui in itinere ſe tam familiariter applicauerit. i. ſe ſociauerit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Teren.in An. Tum ille egens forte applicat primũ ad Chrysidis patrẽ se.i.reducit,uel recipit.Hiero.in li. Re. Et applicuit Samuel oẽs tribus Israel, & cecidit sors super Beniamin,quod est,quasi ad se uenire fecit.

Appositus.a.um.qđ est iuxta,uel ad aliqd positus.Cice. in arte ue.Gladiũ ꝓpe appositũ e uagina eduxit, & illũ alterꝝ occidit.Aliqñ sumit̃ ꝓ eo, quod est cõueniens, & propositũ.Idẽ in eodẽ.Eã ipsam scripturã,in qua inerit illud ambiguũ,de quo quærit̃,totã oĩbus partibus pertentare,si quid,aut ad id appositũ sit,qđ nos interꝑtemur,aut ei,qđ aduersarius intelligat, aduerset̃. Et li.i. offi. Officium eius facultatis uidet̃ dicere appositе ad psuasionẽ.Alias significationes,q̃re in dictione Pono.

Aprutiũ Italiꝫ regio ĩter Apuliã,& Picenũ,q̃ & Samniũ dicebat̃, ubi multi ppli erãt.In ea sunt ciuitates Aqla, Adria,Sulmo,Ortona,Arpinũ,Aquinũ,& multæ aliæ

Apprime pe.p.aduerbiũ ab apprimis,qđ est lõge primꝰ ut scribit Gel.Vñ apprime ſcat in primis,egregie,ualde.Terẽ.in And. Id arbitror in uita apprime utile esse.

Approbus penul.corre.ualde probus. Gelli. Et in uersu est Cæcilii poetæ Comici. Hierocles hospes est mihi adolescens approbus.

Apricus pe.pro.locus soli expositus, quasi sine frigore a græco φρίκη qđ horrorẽ significat,uñ etiã putat̃ Aphricа dici.Varro.Aprica sit terra,ubi seras uiolã,& hortos facias,ꝙ ea sole nutricant̃,sed φ aspirata cõuertit̃ in π suam tenuem.Apricus hõ & aprica auis,q̃ sole gaudet. Virg.Et apricis statio gratissima mergis.

Apricari est in aprico loco esse,uel aeris amœnitate uti, uel calescere.Var.in ministeriis. Licet uidere multos quotidie in hyeme,in sole apricari.Pli.lib.xxxvi.de columbis.Apricant̃ aliæ scalpẽtes sese.Ci.in Cato. ubi.n. põt illa ætas,aut calescere, uel apricatione melius, uel igni,aut uicissim umbris,aqsue refrigerari salubrius.

Aprilis mensis dictus,quasi aperilis, ꝙ terram aperiat, quia uerna temperie plantarum germina aperiuntur Vel dicitur aprilis,quasi aphrilis, ab ἀφρος spuma, cũ ex maris spuma nata sit Venus.

Appronare in genua dictũ est ꝓ eo qđ est ingeniculari, ut antiq dicebãt.Apul.li.i.Planiorẽ ripæ margine, cõplicitus in genua appronat se auidus affectãs poculũ.

Aprosopos pe.pro. latine impersonalis dicitur ὁ πρόσωπον persona græce appellatur.

Apsorus insula in mari Adriatico adiacens Liburniæ, in qua ciuitas eodem nomine,ut Ptole.li.i.scribit.

Apsis.idis.curuatura rotæ.Vide in dictione Absis. Dicit̃ & absida.æ. Aug.ad Max. In futuro christi iudicio nec apsidæ gradatæ nec cathedre uallatæ adhibebunt̃.

ἄψυχον latine inaiatũ,qđ ẽ sine aĩa,& spirare nõ põt.

Aptera neu.generis urbs in Lycia, & oppidũ in Creta a Syrenibus uocatum, ꝙ uictæ ibi cãtu a musis præ mœrore exutæ pennis in mare desiluissent.

Aptus.a,um,sicut lib.iiii.con.docet Aug.dĩ, quod ad alĩquid accõmodatũ est.Persi. Nõ ego cũ scribo, si forte quid aptius exit.Interdũ aptũ dĩ necessariũ. Cice.li.iii. de fi.Itaq; natura sumus apti ad totius consilia ciuitatis.Interdum elegans,ut apud eundem li.ii.de ora. Ita porro uerbis est aptus,& pressus, ut nescias utrũ res oratione, an uerba sententiis illustrent̃.Et de offi.Vt enim pulchritudo corporis apta cõpositione membrorum mouet oculos.Interdum connexum.Virgi.lib.iii. Geor.Ipsos e torquibus aptos iunge pares.Interdum adeptum.Varro.Ea omnibus ostẽdat,quæ bella aptus est Huius compositum,& contrarium est ineptus.

Apto.as.conuenienter aliquid rei alicui iungo,seu accõmodo,& construitur cum dtõ uel actõ mediãte ad. Cice.lib.i.Phil.Cuius deniq; fortunæ studia tam laudi,ac gratulationi tuæ se non aptarint.Amb. Ita ad mensuram corpusculi eius aptauerat indumentũ, & tam nimio fulgore conspicuum,ut nullus dubitaret,hoc nisi manibus angelicis præparatum. Huius composita sunt,adapto & coapto.

Aptotum pe.pro.dicit̃ sine casu ab ἀ sine πτῶσις casu ἀπὸ τοῦ πίπτω.μι. πεπτῶμαι πέπτωκα.

Apulia,Italiæ regio,mari Adriatico contermina,Inter Dauniã & Calabriam,q̃ & Iapygia a Iapyge Dædali filio, qui eam regionẽ tenuit usq; ad Dauniã, dicta est. Huius noĩs prima cor.licet Appulus illã ꝓducat, & ob id ꝓ duplex ppscribit̃. Apulia ꝓ simplex. Et secunda in Appulus sit breuis,& in Apulia ꝓducta. Iuue. Vendit agros,sed maiores Apulia uendit,ubi & prima producitur.Lucil.lib.v.Appulus hadriacas exit Garganus in undas.Horatius tamen produxit secundam. Sed prius appulis iungetur caprea lupis.

A punctis dĩ q̃ ꝑest reditui aquarioꝝ,uide in lĩa A.

A pugione significat eum qui principis pugionem gestat,eiq; semper præsto est.

Apud,ꝓpositio est,q̃ nunq̃ cõposita reperit̃,appositа uero casualibus,qñq; locũ denotat,ut apud Mantuã hæc scripsi.Qñq; personã,ut apud regẽ. Qñq; loci,& psonæ coniunctionẽ,ut cœnaui apud Põpeium. Sed cum ad psonã refert̃,plærunq; familiaritatẽ ſcat,nõ dñium,ut fui apud te.i.tecum,uel domi tuæ. Melius locis seruit, ut apud foꝝ te uidi.Ponit̃ interdũ ꝓ in. Teren.in And. Apud foꝝ mõ ibo.Penes uero,& potestatẽ,& psonã,& dominiũ.Oui.li.i.Fasto.Me penes est unũ uasti custodia mundi.Qñq; etiã sine dominio,ut fides penes autores est.i.apud.Relatũ ad psonam etiã interdũ denotat uituperationẽ.Quint.Culpa uideat̃ penes patrẽ.Interdũ laudẽ.Cic.Penes quos laus adhuc fuit. Interdũ cõmodũ & incõmodũ.Liui.Penes eosdẽ pericula belli,penes quos ꝓmia essent.Seruit etiã loco.Cic.ad Herẽ. Ita petulans est,atq; acer,ut ne ad solatiũ qdẽ,ut mihi uidet̃,sed penes scænã,& in eiusmodi exercitatus sis locis .i.apud scænam.Dicimus etiam penes te est laus mea, quasi in manu tua,arbitrium uitæ meæ,penes te est.

Apud se aliquando dicitur esse,dum omissis negotiis in secessum recipit.Cice.lib.i.de ora. Marcus uero Scaurus, quem non longe ruri apud se esse audio.

Apyrena,alii apyrina,mala dicuntur punica,siue granata proprie dulcia.Sene.ad Lucil. Sic imperturbatus sapiens dicitur,quomõ apyrena dñr,non qbus nulla duritia est granoꝝ,sed quibus minor.Dicunt̃ aũt granata a granis.Punica a regione, Aristo. tamẽ in fine li.ii. meteorologicoꝝ ἀλλ' ἴσως τοὐναντίον ἡ πυκνότητος ἀναγκαῖον γίνεσθαι τὴν ἐκθλῖψιν, ὅτιον ὅτι πυρῆνες οἱ ἐκ τῶν δακτύλων πηλῶντες.i.ad contrariũ inspissationis necessariũ est fieri extrusionẽ,quẽadmodũ ipsæ baccæ ossa cerasoꝝ ex digitis exilientes,sed sunt Aristo.traductiones mendosissimæ,forsan tñ ꝓ quandã similitudi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nem grana, quia ignita pomoꝝ illorum dicuntur, & ꝛ modo priuat, modo auget significatum.

Apyrotus pe. pro. gẽma cui ignis non nocet. Apyroton etiã græci uas frigidarium, qd Home. apyron lebetem dixit. Apyrasta carbunculus, ꝙ ignem non sentiat.

Aqua, componi uidetur ex a & qua, quasi a qua uiuimus Estq; elemẽtum, quod ab æqualitate dicitur, nihil est enim illa, dum quiescit æquabilius.

Aquula diminu. Cice. lib. de Ora. Quæ mihi uidetur nõ tam ipsa aquula, quæ describitur, quam Platonis oratione creuisse, & lib. ii. ubi non secluſa aquula teneatur sed unde uniuersum flumen erumpat.

Aquagium, quasi aquæ agium. Est enim aquæductus.

Aquarius, aquarii, undecimum signum zodiaci est, post capricornũ. Hic fert Ganymedes, qui pocula diis ministrat, ꝙ quẽ Ianuariũ intelligimus. xv. Calen. Feb. incipit exoriri. Hunc Iupiter eius pulchritudine captus ab aquila in cælum raptũ, ministrũ suũ fecisse existimat.

Aquarius. a. um. quod ad aquam pertinet, ut cos aquaria, res aquaria. Gel. Re aquaria defectos. Pli. li. xxxiiii. Quippe cum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant, oleo delicatior fiat acies. Aquarius sulcus, qui aquam educit. Colu. lib. ii. Crebrosq; sulcos aquarios, quos & nonnulli elices uocant.

Aquarium, siue aquariolum locus, in quẽ sordida aqua iactatur, qui & lauatrina a lauando appellatur.

Aqueus. a. um. quod ex aqua est, ut color aqueus.

Aquatus. a. ũ. qd est aqua infusum, ut aquatũ uinũ. Hie. Vinũ si aquatius bibit, calix frangit, mẽsa subuertit.

Aquaticus. a. um. quod in aqua degit, sicut terrestris, qui in terra uiuit. Pli. terrestres, & aquatici pisces.

Aquatilis pe. cor. idem quod aquaticus. Aug. lib. viii. de ciui. dei. Qui tũ longe præponit animalibus aquatilibus, cum ipsas aquas terris præponat Plato.

Aqualis gene. mascu. genus uasis ad aquam tenendam, quo aqua manib⁹ datur, quod & matula dicitur. Plau. Date isti sellam ut sedeat, & aqualim cum aqua.

Aq̃licus pe. cor. aluus, ubi sordes defluũt. Apici⁹. Reples aqualicũ, sicut laxamentũ hẽt, ne dissiliat in coctura.

Aqualiculus dimi. ab aqualicus, uas uocat, in quo porci sorbent, ꝓ translationẽ ꝓ uentre, siue aluo sumit, tã occulta, q̃ apparente, in qui sordes fluũt, de hoie dr. Persi. Nugaris cũ tibi calue Pinguis aqualiculus ꝓpenso sesquipede extet. Hier. Alius tumet aqualiculo mortem parturit, alius elinguis, & mutus. Idẽ. Protẽsus est aqualiculus, insurgunt humeri, turget guttur.

Aquilex pe. cor. qui aquã colligit, uestigat, & ducit. Var. At hoc pacto utilior te Thuscus aquilex. Plini. subesse aquis credunt, & hoc habent signum aquileges.

Aqlegiũ aq̃ collectio. Plau. Si pluet, aqlegio me iuuabo

Aqualiciũ dr, cũ aqua pluuialis remediis qbusdã elicit.

Aquileia urbs Carnoꝝ metropolis, iuxta quã defluit Timauus, a legendis aquis dicta. Mar. Et tu ledæo fœlix aquileia Timauo. Pli. Aquileiã collocat in decima regione Italiæ. Fuit aũt Romanoꝝ colonia. xii. mil. pas. a mari sita. Ad eã flumine aduerso, onerariis nauigat nauibus, ꝙ Natisonẽ fluuiũ. Ex hac orti sunt Chromatius ad quẽ Hiero. sæpe scripsit, & Rufinus græce, latineq; eruditus, q Iosephum conuertit in latinum, cuius originalis est Mediolani in sancti Ambrosii fano, longobardis characteribus cariosissimus.

Aquitania regio, & tertia Galliæ pars, ab obliqs aqs ligeris. Hæc a Circio oceanũ hẽt, q aquitanicus sinus dr. Ab occasu Hispaniã. A septẽtrione Lugdunẽsem ꝓuinciam. In ea Lugdunum, & Burdegala ciuitates. Hinc aquitanus na. num. Vnde aquitani populi.

Aquiminaria dñr oĩa uasa, deferendis aquis deputata.

Aquor. aris. aquam haurio, siue aquam defero, eo per aquam. Curtius. Cum miles aquatum profectus esset Virgi. Sub mœnibus urbis aquantur.

Aquosus. a. ũ. qd copiã aquæ hẽt, ut hyems aquosa. Colu. li. iii. de ficis. Locis, inqt frigidis, & autũni tpibus aquosis ꝓcoques ferito. Hui⁹ cõpositũ & cõtrariũ est inaquosus, ut in euãge. Ambulat ꝓ loca arida & inaquosa.

Aquæ. arum. urbs galliæ cisalpinæ, iuxta quã sunt aquæ calidæ, quæ ægros curare solent.

Aquaintercus, aquæ intercutis, hydropũ morbus, quasi aqua inter cutẽ. Cic. li. iii. offi. Si quis medicamentum cuipiã dederit ad aquã intercutẽ. Nã intercus dr aqua, quã græci hydropa uocant, ut ait Prisci. Aqua eñ inter cutẽ male habet autore Celso, qui morbus acutus est. Pli. hunc morbum aquæ subter cutem fusæ nolat.

Aquilus color fuscus, & subniger ab aqua. Nã cũ antiq duos oĩno naturales colores noscerent, albũ. s. & nigrũ, interuenerit aũt is quoq; q ita neutri similis esset, ut tũ ab utroq; proprietatẽ trahat, potissimũ ab aqua eum nominauerunt, cuius incertus est color.

Aquilius, cognomen factum a colore subnigro.

Aquila, auis ab aquæ colore, siue ab acute uidẽdo dicta. Ferunt cum senuerit aquila, grauãtur pennæ, & ipsius oculi, quæritq; fontem, & erigit pennas, colligit in se colores, & sic oculi eius sanantur, & in fontem se termergit, & ita ad iuuentutem redit.

Aquiliferi dicti sunt signiferi in Romana militia, ab aquila, quã Romanis legionibus Marius in secundo consulatu suo ꝓprie dicauit. Habuerũt & Romani quatuor alia signa, uidelicet lupos, minotauros, equos, apros, q̃ singulos ordines anteibant. Scribit Vege. primũ signũ totius legionis esse aquilam, quã aquilifer portat. Idẽ draconarios appellat signiferos, a draconibus, qui per singulas cohortes ferebantur ad prælium.

Aquilo uentus dictus, a uehementissimo uolatu instar aq̃læ. Et boreas græce dr, siccus & frigidus. De quo Ouidi. li. vi. Meta. Apta mihi uis est, qua tristia nubila pello, Et freta concutio, nodosaq; robora uerto, Induroq; niues, & terras grandine pulso, Idẽ ego, cũ fratres cælo sum nactus apto (Nam mihi campus is est) tanto mo limine luctor, Vt medius nostris concursibus insonet æther, Exiliãtq; cauis elisi nubibus ignes. Idẽ ego, cum subii conuexa foramina terræ, Suppositiq; ferox imis mea terga cauernis, Sollicito manes, totũq; tremorib⁹ orbẽ. Flat ab æstiua, & solstitiali plaga orientis. Aquilones etiã dñr uenti, qui octo ferme diebus exortũ caniculæ antecedunt, & perflant diebus. xl. quos uocant & Etesias, & prodromos, quasi præcursores.

Aquifolia, arbor ex genere ilicis, quam græci similacem uocant.

A quæstionibus significat eum, qui est pro quæstioni-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus,quasi sit defensor quæstionum.
Aquo. Vide in dictione Adaquo..as.

A ante R

Ara,quasi ansa (ut Varroni placet) dicta est. Vasa eñ erant,quæ tripodes dicebant, q̃ essent necessarium a sacrificantibus teneri,ansis aũt teneri uasa solere,manifestũ est. Qñ uero q̃ immolabant,nõ mõ deos uoce precabantur,sed etiã manibus aras apphendebãt, primo ansæ dictæ, deinde cõmutatiõe lr̃æ,aræ uocari cœptæ. Hinc Vir. Talib⁹ oranté dictis,aras q̃ tenétẽ. Sũt q̃ aras ab ardẽdo deriuẽt, q̃ in his uictimæ adolerent. Alii ab ἀράομαι uerbo græco,qd̃ est oro,& ἀρὰ oratio dr̃, q̃ in sacrificãdo oret,& hẽt primã pdũ. Alii a p̃cibus q̃s græci ἀρὰς dicunt. Vñ contra impr̃catio κατάρα dr̃. Est etiã Ara ciuitas Arabiæ regia,necnõ & insula Arabiæ adiacens,ut scribit Ptole. Hara uero cũ h hẽt primã cor. & ſcat porcoꝝ seu auiũ stabulũ. Ouidi. Tertius ĩmundæ cura fidelis haræ. Quidã etiã aiunt harã significare auẽ quandã auguralẽ,unde deducant hariolus,hariolor,haruspex,haruspicium,haruspicina,& haringa.

Arachosia,regio maioris Asiæ, in qua Alexandria,& Arachotus ciuitates.

Arabia regio inter Iudæã & Ægyptũ, ab Arabo Apollinis ex Babylone filio. Soli. Arabiã interptat sacrã. Est aũt triplex Arabia (s̃m Pli. li. ii.) una fœlix, altera pętræa,alia deserta. Quidã Arabiã,Panchaiã,& Sabæoꝝ gentẽ eandẽ esse existimãt,in qua thus nascit. Virg. Solis est thurea uirga Sabæis. Idem Totaq̃ thuriferis Panchaia pinguis arenis. In ea mõs Syna,q̃ & Oreb, in quo Moses legẽ accepit. In ea phœnix auis nascit, & sardonyx gẽma. Ab Arabia fiũt adiectiua arabs,arabi⁹, arabus,arabic⁹ p eo q̃ est ex arabia. Vir. li. vii. Hyrcanisue Arabisue parãt. Prop. Nec si qua arabio lucet bombyce puella. Et alibi. Et domus in terris te tremit Arabiæ ubi uidetur, q̃ debeat scribi per geminum rr.

Arabice olere significat bñ olere & odoribus arabicis.

Arabarches,arabũ princeps,uel ex primis arabiæ, sicut libyarches Libyæ princeps. Iuue. Atq̃ triũphales, inter quas ausus hr̃e Nescio quis titulos Ægyptius, atq̃ arabarches; nam in Arabia plures erant præfecturæ, quæ suos archontas,id est,præfectos habebant.

Aragus pe. cor. fluuius a caucaso fluens,in albaniã tẽdit.

Arachthus fluuius molossoꝝ cuius meminit Strabo.

Arachne nomẽ mulieris lydæ, q̃ de lanificio ausa est cũ Pallade certare,sed uictrix dea arachnẽ pcussam radio in araneã cõmutauit. Hoc a poetis fictũ est, cõstat eñ (autore Pli.) Arachnẽ linũ,& retia inuenisse,cuius filiꝰ Cloſter fusos in lanificio inuenit. Est etiã hoc noſe (ut scribit Liui.) ciuitas Thessaliæ,cur aũt dicat, & qd sit, magnis rõnibus,nixiq̃ rex̃ pprietatibus accõmodauerunt denominationes nõ aũt ad placitũ. Vnde Suidas ita scribit, ἀράχνειον νῆμα. καὶ μῖτος ὁ λεπτότατος, καὶ ἀράχνη θηλυκῶς. ὁ ὕφασμα, ἀράχνης δὲ ἀρσενικῶς. ὁ ζῳύφιον, παρὰ δ' ἀραιὰ ἰσχνὴ ἔχειν.

Araneus masculini generis aĩal. Aranea fœ. retia, q̃ araneus facit. Catul. Furi cui neq̃ seruus est neq̃ arca, nec cimex,neq̃ araneus,neq̃ ignis. Oui. li. iiii. Meta. Stamina nõ summo,quæ pendet aranea tigno. Reperit q̃q̃ tñ aranea p aĩali. Vir. li. iiii. Geor. Laxos in foribus suspendet aranea cassẽs. Et Ouid. lib. vi. Meta. Stamen,& antiq̃s exercet aranea telas. Hinc & aragne ut arachne dr̃ ab ἀράω, qd̃ est cõpono,apto,congruo,uel ut supra. Multa sunt aũt araneoꝝ genera, omnesq̃ græco uocabulo, sed apud latinos usitato phalangia dr̃. Vnũ est genus formicæ simile,sed multo maius,ruſo capite,rẽliqua parte corpis nigra,albis guttis respersum, uiuit maxie circa furnos,& molas. Secundũ phalãgii genus lupũ uocant. Tertiũ lanuginosum,capite magno, quo dissecto inueniunt duo uermiculi, qui cõceptũ impedire dr̃ alligati mulieribus ĩ pelle ceruina ante solis ortum, ꝓpterea Atocius dr̃. Græci ἀτόκιον, παρὰ δ' τίκτω, τέξομαι, ἔτεκον uocant omne medicamentum, quod sterilitatem inducit. Alia sunt etiam araneorum genera, de quibus apud Sipontinum abunde tractatur.

Araneolus cũ accẽtu in antepe. dimi. est ab aranẽ⁹. Vir. de culi. Atq̃ ut araneoli tenuẽ formauimus orsum.

Araris pe. cor. & per apocopen arar, fluuius Galliæ Narbonensis a monte Vogeso per fines Heduorum, & Sequanorum in Rhodanum fluens. Luca. lib. vi. Rhodanumq̃ fluentem præcipitauit Arar.

Ararus penultima correpta Scytharum fluuius.

Araxes Armeniæ fluuius. Luc. li. vii. Armeniũq̃ bibit romanus Araxem,ibi arcam Noe post diluuiũ resedisse ferunt, hic ab eodẽ monte, quo Euphrates descẽdit, q̃ plane mons a Strabo. Abon,siue abam,a Pli. agam uocat. Armeniã & Atropatiã disterminat.

Araxum (ut inquit Pli.) promontoriũ est Peloponesi.

Aracynthus mons Ætoliæ,Mineruæ sacer,ut testis Plin. uel ut Martianus,Acarnaniæ illum tribuit.

Aratrum pe. prod. dictum ab eo, q̃ eruat terram. Sed & græci ἄροτρον dicunt,uel ab aro uerbo,sicut a lauo lauacrum,& a simulo simulacrum.

Arationibus dicitur ille,qui præest rationibus faciendis Vide in litera A.

Arath,regio Armeniæ cãpestris,p quã araxes fluit incredibilis ubertatis,ad radices Tauri mõtis,q̃ usq̃ illuc ex

Arabis,siue arbis,fluuius esse uidet,q̃ apud Pli. (tendit. li. ii. Sarbis scribitur,qui ab Arrianis mõtibus, p Drangas,& Gedrosios in oceanum defluit.

Arbea ciuitas Iudææ sic dicta,quia ibi tres patriarchæ sepulti fuere,& quartus Adam.

Arbiter pe. cor. iudex,nõ a lege,sed ab his,q̃ litigant,electus, q̃ totius rei hẽt ptãtem, dict⁹ ab arbitrãdo. i. existimando. Eius officiũ est existimare, nõ ꝓut iuris sit,sed prout ipse æquũ esse existimet. Iudex uero ex officio dictus est. Aliqñ arbiter dr̃ speculator. Plau. in Aul. Hinc ego,& huc,& illuc potero,qd̃ agãt, arbitrarier. Et ĩ Ge. Accidit aũt,ut Ioseph opis q̃ppiã absq̃ arbitris faceret.

Arbitra. æ. Amb. lib. i. offi. Conscientia,quæ innocentium & flagitiosorum merita discernit,uera,atq̃ incorrupta pœnarum,præmiorumq̃ arbitra.

Arbitrium sententia,q̃ ab arbitro statuit. Interdũ dr̃ potestas arbitro data,uñ arbitriũ suscepisse dr̃, q̃ uim iudicis susceperit. Interdũ opinio,ut oĩa p meo arbitrio facio. i. ut mihi uidet,& ut opinor faciendũ. Interdum dr̃ speculatus. Apul. li. ii. Nã & pueris extra limẽ, credo, ut arbitrio nocturni gannitus ablegarentur. Idem. sub arbitrio luminis recognoscit omnia.

Arbitramentũ usurpat p arbitrio hoc est p arbitri sñia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Arbitrarium dr̃ cũ adhuc res apud arbitrũ agit̃,uel cum in ptãte arbitri seu iudicis est ꝓ arbitrio.i. ꝓ opinione sua iudicare.Vñ arbitraria pœna dr̃,quæ non lege statuta est,sed iudicis arbitrio relicta.Martianus. Quam celebrem cuperet fictor arbitrarius uariabat.

Arbitror.aris.existimo ut est in frequentiori usu. Qñq; inspicio & speculor,qa.s.arbitrat̃.i.explorat diligenter controuersiam litigatorum.Apul.lib.iii. Ipsaq; per rimam hostioꝝ quanpiam iubet arbitrari quæ sic gesta sunt.Aliquando auscultoꝝ.Et apud iurisc̃ultos arbitrari pro iudicare ac sententiam dicere ponitur.

Arbor & arbos in ntõ a robore,ut quidam putant dicta est,cuius appellatione continẽtur uites, arundines, & hmõi.Sed cum planta adeo tenera est,ut herba potius uideat̃,arboris loco haberi non debet.

Arborem fici sicut arborẽ ficũ dici posse oñdit Col.li.vi. cũ ait. In scrobẽ fici arbusculã deponito, & paulo post Tum arborem fici detrunca,quod est contra Lau. Val. Diminutiuum ab arbos est arbuscula.

Arbore⁹.a.ũ.qd̃ ẽ arboris. Vir.li.i.Ge. Arborei fœt⁹ alibi.

Arboretum. Vide in dictione Arbusta.

Arborator nomen uerbale ab arboro.as. & significat eũ qui arbores putat, qui & frondator dicitur. Pli.li.viii. Frondem medio die arborator ne cædito.

Arborescere,arborẽ fieri,uꝫ in arborẽ crescere. Pli.li.xix. Tradũt autores i Arabia maluas vii.mẽse arborescere.

Arbutus pe. cor.arbor folio citro simili,sed raris frõdibus. Vir.Et q̃ uos rara uiridis tegit arbutus umbra.

Arbutum pomũ rubrũ syluaꝫ, qd̃ Pli. orodon uocat,ꝙ asperitate sua plura edi non possint. Vir.li.ii.Ge. Dant arbuta syluæ.Alio nomine dicit̃ unedo,& a græcis comarus,tam pro arbore q̃ pro fructu.

Arbusta sunt loca uitiferis arboribus cõsita,in qbus extenduñ & maritanꝫ uites.Sene.epla. lxxxvii. Illud etiã uidi uitẽ ex arbusto suo annosam transferri.Colu.Qui uineã uel arbustũ cõstituere uolet, seminaria prius facere debebit. Et li.iii. Arbustũ inter q̃dragenos pedes disposituꝫ esse cõuenit. Sic em̃ & ipsæ arbores & apposi tæ uites melius cõualescũt.Et arbustũ locus in quo sũt arbores ad fructũ cõsitæ,sicut Salicetũ in quo sunt salices. Qd̃ & arboretũ ab aliquibus dr̃,ut ait Gel.

Arbustiuũ genus uitiũ,qd̃ arboribus applicat̃.Palladius Locũ,quẽ arbustiuis uitibus destinabis implere.

Arbusto.as.agrum arboribus consero ad maritandas uites.Pli.Transpadana Italia, præter supra dicta, cornu, populo,tilia,acere,orno,carpino arbustat agros.

Arceo.es.cui.citũ.ſm analogiã cõpositoꝝ facere debuit qm̃ coerceo,coercitũ,exerceo exercitum,sed arcitũ in usu nõ est,sicut nec arcitus, nec arciturus, & nihilominus ꝓ mẽbro artus, & arctus adiectiuũ ꝓ strictus, a quo formatũ esse cõuenit,arcto.as.aut certe arcto,tanq̃ frequentatiuũ ab arctũ,q̃si supino uerbi arceo, ut arctũ, uel arcitũ fecerit,licet neutrũ eoꝝ reperiat̃, nã arceo ꝓ stringo in usu est,ut apud Vir. Teneras arcebant uincula palmas. Ita,ut nõ miꝫ sit, si arctũ eius supinũ fuerit, arcitũ uero facere debere,eius cõposita declarãt. Interdũ etiã arcere cõtinere est. Vñ coercere, cõtinere dicimus,& arcus in ædificiis,ꝙ se ipe cõtineat. Interdũ procul,siue de lõge uetare,ne accedant q ueniunt. Vñ arx dicta est,ꝙ ꝓcul a se hostes remoueat. Transferẽ etiam ad incorporea. Cice.in Para. Quæ uis est,q̃ magis arceat hoies ab improbitate,q̃ si senserint nullũ in delictis esse discrimen. Differũt aũt inter se Arcere. Prohibere, Inhibere, Abigere, & Vetare. Nã arcere, ꝓcul pulsare est,uel obsistere,ne aduersarius nocere ꝓpe queat. Liui.lib.i. Ad arcendũ uim aduenaꝫ armati ex urbe atq; agris concurrunt. Prohibere est de loco, uel de re aliq̃ detrudere,uel amouere dicto siue facto, ne quis obtineat,qd̃ uult. Inhibere est aliqd cõcessum uꝫ ꝓmissum reuocare,uel incœptũ uetare,ne ꝓgrediat̃. Abigere,de loco fugare,uel pecora & hmõi abducere. Vetare, ꝓcipere,uel minari,uꝫ facto ꝓhibere ne qd fecus dicat̃, aut fiat q̃ ipse uult,& gñale est significatione uerboꝝ ꝓdictoꝝ. Ponit̃ tñ qñq; arcere ꝓ fugare. Colu.li.i. Sic emunita sola & latera horreoꝝ ꝓhibent curculionẽ,qd̃ genus exitii,cũ incidit multi opinant̃ arceri posse. Sciendũ est,ꝙ arceo ultra accusatiuũ nõ solũ ablatiuũ cum ꝓpositione,sed etiã sine ꝓpositione reqrit, metri uel ornatus causa.Liui.li.i. Cæteros metus, nõ curia mõ, sed etiã foro arcebat. Et in eodẽ. Inde ad leuam uersi, quia dextra Tyberis arcebat,cum magna trepidatiõe agrestium populabantur. Huius uerbi composita sunt aberceo,coerceo,exerceo,& perarceo.

Arcesso.is ab arceo nascit̃,& accuso, siue ad accusandũ eo fcat, et em̃ accusare aliũ, est a maleficiis eũ arcere, & hoc mõ construit̃ cũ gtõ & abltõ. Cice.li.i.ad Heren. Arcessit̃ Cæpio maiestatis. Idẽ li.ii. Atq; etiã hoc præceptum officii diligẽter retinendũ est, ne quẽ unq̃ innocentẽ iudicio capitis arcessas. Est & arcesso ꝓ aduoco, siue ad uocandum eo. Ab arceo d in r mutata,antiqui enim teste Prisciã.d literam mutabant in r,nos in c. Interdum arcessere est præoccupare,uel ante tempus distrahere. Cice. Quando arcessent̃,quo genere uecturæ.

Arca dicta ẽ (ut inqt Var.) qꝙ ab ea clausa arceãt fures

Arcula dimi.parua arca,a quo arcella,sed in frequentiori usu est arcula. Cice.li.ii.offi. Præmittebatq; de stipatoribus suis,qui scrutarent̃ arculas muliebres, & ne qd uestimentis telum occultaretur,exquirerent. Est & arcula auis,quæ in auspiciis aliquid fieri uetabat.

Arcanus.a.um.dr̃ secretũ,absconsum. Ab arca,in qua q̃ clausa sunt tuta manẽt. Potest & ab arce dici, quæ tutissima pars urbis est. Lact.li.iiii. cum oia sic futura ut facta sunt arcanæ illorum literæ continerent.

Arcera,ab arca deducit̃,& fcat plaustrũ tectũ undiq; ex tabulis,q̃si arca q̃dã magna uestimẽtis istrata, ut inqt Asco. Quo uehiculi gñe senes & ægroti cubãtes uectant.

Arcesilas,& arcesilaus,pe.cor.nomẽ phi,ppriũ, (banꝫ qui ex Pitane Æolica ciuitate ortus,relicto genitali solo,Sardis prexit,mox Athenas ꝓfectus,in Academiã se ad Crantorem cõtulit,quẽ Platonicã phiam oĩno cõmutasse,nouãq; quandã cõstituisse ferũt,cauillator uocabat̃,q cum nihil se scire diceret,nec alios scire quicq̃ patiebat̃, oẽs turbans sophismatibus. Obiit,cum meꝫ immodice hausisset,de hoc Persius. Non ego curo esse quod Arcesilas, ærumnosiq; Solones.

Archarius præfectus,& moderator dicit̃. Paulus.ad Romanos. Salutat uos Erastus archarius ciuitatis.

Archos,latine princeps dicit̃, a quo fiũt multa cõposita ut patriarcha princeps patrum.

Arche nostris principiũ,a quo ἄρχω impero præsum:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Archias nomẽ poetæ, quo latine ſignificat principatus de quo extat Cice. orõ. Alter fuit Tarẽtin⁹ phus pythagoric⁹, floruit Platonis tpe. Alius Mitylenæus muſic⁹. Ali⁹ de agricultura ſcripſit. Alius epigrãmatũ ſcriptor.

Archiater medicoꝝ princeps ἰατρὸς medic⁹ archos princeps, q & protomedicus dr. Archiater dictus eſt Æſcula pius, tanq̃ pſes, deuſq; medicoꝝ eſſet. Vñ ab Hiero. dictus é archiater ſeruator nr̃, q medicus eſt chriſtianoꝝ & languentiũ aiaꝝ pſentiſſimus opitulator. In codice impatorio legimus priuilegiis impatoriis archiatros decorari. Caſſio. ait. Archiatros eſſe ſalutis magiſtros.

Archontici hæretici quidam a principe appellati, uniuerſitatem quam deus condidit, opera eſſe principum dicebant, & negabant reſurrectionem carnis.

Archigenes pe. cor. princeps gñationis dr. Eſt & nomen celeberrimi medici. Sed p græculis uel ſiſibus poni cõ ſueuit, q ſe p oĩbus ſui generis ſciolos oſtendunt.

Archigrammatei dicti ſunt ſcribarum principes. Vnde ſcribit Plutar. Eumenem Cardianũ fuiſſe archigrammatea Alexandri Magni.

Archimedes pe. pro. nomẽ ꝓprium uiri ſyracuſii, q geometricæ, ac machinalis ſyderaliſq; ſcientiæ cõſultiſſimus fuit, & celeberrim⁹, teſtimonio Liuii, Plinii, & Plu. Hic ueluti deus terren⁹, mechanico artificio ſphærã ui treã fecit, in q̃ mira cõuerſione diſſimili motus circuloꝝ uiſebant. De q̃ ſic ſcribit Claud. Iura poli, rerũq; fidẽ, legẽq; deoꝝ, Ecce ſyracuſius trãſtulit arte ſenex. Percurrit ꝓpriũ mẽtitus ſignifer annũ, Et ſimulata nouo Cynthia mẽſe redit. Marcellus in expugnatione ſyracuſaꝝ interdixit, ne archimedes unus uiolaretur. Verũ cum ſyracuſæ caperentur, & ipſe animo, ac oculis in terra defixis formas geometricas deſcriberet, ab ignaro milite, quis eſſet, interfectus eſt.

Archilochus pe. cor. nomẽ poetæ Lacedæmonii, floruit Romæ regnante Tullo hoſtilio, in quo, ut Quin. inqt, ſumma uis elocutiõis fuit, de quo Hora. Archilochum ꝓprio rabies armauit iambo. Ali⁹ fuit Archiloch⁹ Neſtoris fili⁹, q patrẽ i expeditiõe troiana ſecut⁹, a Mẽnone interfectus é. Ali⁹ fuit ſiculus, q Aricĩ urbẽ cõdidit.

Archetypus pe. cor. latine dr exẽplaris, ex ἀρχὴ & τύπος, q̃ eſt principalis, & τύπος figura, q̃ ſi ex pricipali & naturali figura trahat, nã eſt quodcunq; ita primũ fabricatũ eſt, ut exẽplar reliqs ſit. Pli. ad Antonĩ. Vt em̃ pictores pulchrã, abſolutãq; faciẽ raro, niſi in peius effingũt, ita ego ab hoc archetypo labor, & decido. Aug. li. xv. de ci. dei. Huic primo exẽplo, & ut græci appellãt archetypo, q̃dã ſui gñis imago rñdit. Sũt q exponãt archetypos ꝓ antiqs, ab eo q archæos antiquus dr, & typos forma. Mar. Si tanq̃ tabulas, ſcyphoſq; Paule, oẽs archetypos habes amicos. Nec refert q ſecundã ſyllabã Archæus, pducat & eandẽ archetypus corripiat, cum in pleriſq; aliis idẽ ſoleat inueniri, ut in geometria, & acheronte.

Archelaus phus Athenienſis, ſeu Mileſius, q patrẽ habuit Apollodoꝝ, & fuit auditor ſucceſſorq; Anaxagoræ, a quo Socrates phiam audiuit. Hic phyſicã phiam, exIonia Athenas inuexit, eſtq; phyſicus appellatus, q in eo defecerit phia naturalis, Socrate ethicẽ introducente, q̃q̃ ne hic qdẽ ethicæ rudis fuit, q de legibus, de honeſto, & de æquo philoſophatus eſt. Fuit & alter archelaus Antenoris troiani filius, qué Homerus ſcribit rei militaris peritiſſimũ fuiſſe. Alius fuit geographus, q terrã oẽm ab Alexandro pagratam deſcripſit. Ali⁹ de reꝝ naturis carmine ſcripſit. Alius oratoriam docuit.

Archeptolemus, filius Iphiti, auriga Hectoris, Enipeo interfecto, a Diomede interfectus.

Archimandritæ pe. pro. dñr ꝓpoſiti cõſectaneæ turbæ, haud longe diſſimiles, cũ epiſcopali dignitate, q principes mandræ & agminis ſint. Mandra eĩ̃ ueterinoꝝ, & animãtium brutorum agmen dicitur. Martia. Nec datur obſtantes muloꝝ ſcandere mandras.

Architectus, & architector noĩa cõpoſita, ex ἄρχος princeps, & τέκτων, faber principalis, q fabricandi artẽ hẽt, uel q ſtructuris ædificioꝝ ꝑeſt, & q fabricãda ꝓſcribit. Architectus, ut inquit Plato li. de regno, manuũ miniſterio nõ utĩ, ſed utẽtibus ꝓſidet. Vñ Victruuius librũ de architectura condidit i. de ædificiis cõſtruendis. Et q̃cquid ita excellit hoc noĩe nuncupat, ut Ariſt. Architectonicã in ethicis uocat cæteris eminentẽ, fabri autẽ q aliqd manu faciũt in ædificiis, alteri iũgunt ĩgenio, alteri opa ualẽt. Cic. Var. Si qs adhibere uolet, nõ mõ, ut architectos, uerũ et, ut fabros ad ædificãdã rẽpublicã.

Architector. aris. compono. Cic. li. ii. de fi. An q ita claſſidas, ut optime poſſit architectari uoluptates.

Architectura ædificãdi ſciẽtia, græce architectonice dr.

Architriclinus pe. pro. q principalis eſt in aula diſcũbentiũ. Cõpoſitũ nomẽ ex ἀρχὴ & τρῆς & κλίνη, q̃ lectũ ſcat. Nã in aula tres toros in trib⁹ aulæ dimenſiõibus collocabãt, ubi cõuiuantes diſcũbere cõſueuerũt. Iuue. Tertia ne uacuo ceſſaret culcitra lecto. Architriclini erat curare, ut eduliũ uarioꝝ fecula ſeriatim, & in tpe conuiuis exhiberentur, ut recte omnia diſpoſita eſſent.

Archimagirus pe. pro. princeps & magiſter coquoꝝ, qui coquinæ præeſt, μάγειρος enim latine coquus dicitur. Iuue. Pariter librarius archimagiri.

Archytas pe. pro. Tarentinus philoſophus pythagoricus. Fuere & alii hoc nomine uocati.

Archiuũ pe. pro. armariũ liboroꝝ. Seu locus publicus in quo acta urbis & ciuiũ recõdi cõſueuerũt, ſicut Romani tabulariũ dicũt. Ioſephus li. ii. poſt qd ignẽ archiuo intulere, uolentes oĩa creditoꝝ documẽta diſperdere, ne eſſet uñ creditæ pecũiæ rõ pateret. Et li. vii. Archiua monumẽtoꝝ publicoꝝ receptacla exuſta eſſe ſcribit.

Archidamus pe. cor. nomẽ uiri ſpartani. Hic rogãtibus ſociis, quantũ pecuniaꝝ foret ſatis ad bellũ peloponeſiacum, ſcienter reſpondit, Bellũ ordinata non q̃rit.

Archippus nomẽ phi, qui Thebis ſcholas habuit, ut ſcribit Hiero. & Pythagoræ auditor fuit.

Archemolus pe. cor. Rheti regis Marubiorum in Italia filius, de quo Virgi. Et Rheti de gente uetuſta Archemolum thalamos auſum inceſtare nouercæ.

Archemor⁹ pe. cor. Lycurgi thracũ regis fili⁹, q a ſerpẽte occiſus fuit, ut apud Sta. li. Theb. ſic dictus, q futurum apud Thebas regibus oñderit exitiũ. Hic Hypſipylẽ nutricẽ habuit, q̃ cũ ſitientibus, q ad thebaicã expeditionem ꝓficiſcebant, langiã fontẽ oñderet, Archemoꝝ puerum ſup uiridi herba depoſuit, q a ſerpẽte uulneratus periit, uñ fons ille archemorus uocitatus eſt, & annuus agon in pueri illius memoriam celebrari cœptus.

Arcadia, Peloponeſi regio, & Achaię pars a mari undiq; remota. Sic appellata ab Arcade Iouis filio ex Caliſto/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ne lycaonis arcadiæ regis filia. Hæc ut Eusta. refert aliqñ dicta est pelasgia a Pelasgo rege, magno & sapiẽte uiro, q uitæ cultioris autor eis fuit, & uictũ ex stirpibus herbaꝝ arborũq; frondibus trãstulit ad glandẽ, maximeq; phagineã, Aliqñ etiã lycaonia. Aliqñ gigãtida, & aliqñ parrhasia. Arcas aũt cũ pelasgos in deditionẽ redegisset, eoꝝ regionẽ Arcadiã nominauit. Scribit Pli. hanc totã montuosam, in qua sunt asini cæteris maiores ac præstantiores. In ea Erymanthus fluuius, Lernea palus, & lapis asbestos inextinguibilis.

Arcas. adis. nomẽ ꝓpriũ Iouis filii. Et arcas q ex arcadia ẽ

Arcadicus. a. um. quod est ex arcadia, ut arcadici mores.

Archander, Danai socer, nomen proprium.

Archon summus principarus athenis, sicuti summus romæ dictator, enumerabaꝫ aũt iter Thesmothetas hoc est, legum cõditores, qui erãt sex. Inter hos archon, rex & polemarchos. i. imperator. Spartianus in Hadriano, athenis Archon fuit. Trebellius pollio. Galienus apud athenas archon erat. i. summus magistratus.

Arctomys, aia l hñs sĩlitudinẽ muris & ursi ab arcto ursa.

Arctos latine ursa, q̃ qa in modũ plaustri uertiẽ, nostri eam septentrionẽ dixerũt, & inde arctous septentrionalis, borealis. Et arcticus polus. i. borealis, de quo Ci. li. ii. de na. Hunc circũ Arcti duæ ferunt nunq̃ occidentes. Ex his altera apud graios Cynosura uocaꝫ, altera helice. Nã helice maior ẽ ursa, quæ & Calisto uocata fuit. Cynosura uero minor arctos. Vñ Ouid li. iiii. Fast. Esse duas arctos, quarum Cynosura petaꝫ Sydoniis, elicen graia carina notet. Artos uero sine c, panis dr.

Arctophylax pe. cor. arcti siue ursæ phylax. i. custos. Cic. Arctophylax, uulgo q dr esse bootes. Nã adhibitus ut quidã custos ursæ uideꝫ. Bootes ideo appellaꝫ, ꝙ i modum bubulci plaustrum sequatur, quem rustici septentrionem uocant. Magnus syderis ambitus, aliis ad Icarum, aliis ad arcadẽ Iouis filiũ referentibus. Arctos sydus, in quod Calisto lycaonis filia migrauit ex ursa, in quam Iunonis indignatione, cuius erat pellex, mutata dicitur. Effigiatur autem. xiiii. stellis.

Arcturus pe. pro. stella in signo bootæ, post caudam maioris ursæ, cuiꝰ ortus, & occasus tẽpestates facit, & dicit ursæ cauda. Oriꝫ a canicula, fere post diẽ quinquagesimum, dicta arcturus, quasi ἄρκτου οὐρά.

Arcton mons qui imminet Cyzico a Iouis nutricibus, quas illic in ἄρκτους. i. ursas migrasse tradunt.

Arctous, ab arcto, idem est quod septentrionalis.

Arcticus similiter latine dicitur septentrionalis.

Arctus. a. ũ. strictus, ut arcta est uia, q̃ ducit ad uitã, ab arceo. es. Col. li. iii. In tribulũ, fictile, uel cornu arcte iserito.

Arcto. as. frequentatiuum est ab arceo. es.

Arcus, ab arceo pro contineo, fornix ædificii est, ꝙ se ipse contineat, q̃ uis ab ope erigẽdo in altitudinem qdam dici uelint. Cice. Iam enim atriolum & arcus duos absoluerat. Et arcus iris cælestis, & tam secũdæ q̃ quartæ declinationis est in utraq; significatione. Cice. de natu. Cur aũt arci species non in deoꝝ numero reponaꝫ. Hiero. in Ezech. Vidi uelut aspectũ arcus, cum fuerit in nube in die ꝓpluiæ. Ennius gene. fœmi. protulit. Formaꝫ aũt arcus cælestis hoc modo. Dum enim sol in nubibus rarescentibus ex aduerso refulserit, radiosq; suos directa linea humori nubilo transfundens impresserit, fit repercussio splendoris eius in nubibus, ex quibus fulgor emicãs arcus specie format. Sicut enim impressa cæra annulo imaginẽ exprimit, sic nubes ecõtrario ex rotunditate solis figuram sumentes orbem efficiũt, & arcus effigiem fingunt. Apparet aũt hoc non semp, sed cum rarescunt nubila cæli. Nam rursus cum coeũt in se nubes atq; densant, confestim arcus forma resoluit. In nubium enim densitate arcus imperfecto gyro cõplectiẽ. Deniq; sine sole & nubibus nunq̃ apparet arcꝰ. Quadricolor aũt est, quia ex oĩbus elementis in se rapit species. De cælo eñ trahit igneum colorem, de aqs purpureum. de aere album, de terris colligit nigrum. Arcus uero quo sagittæ iaciũt, quartæ tñ decli. est, ab arceo, cum significat a longe ueto, ꝙ missis sagittis nõ sinat hostem accedere. Quod nomẽ etiã per q, apd antiquos scribebaꝫ, arquus. Vñ arquites, arcu præliantes qui & sagittarii dicuntur. Græce aũt ὁ τόξον latine dicitur arcus. Inde ἀργυρότοξος Apollo, argenteũ arcũ gerens, & hippotoxotæ equestres sagittarii. Accipiꝫ qñq; arcus pro membro uirili, ut illud. Cuius in indomito constantior inguine neruus.

Arcuatus. a. um. quod est in modũ arcus curuatũ, ab arcuo. as. Pli. li. xxix. Illã aũt q̃ arcuaꝫ, græci sepam uocãt. Liui. li. i. Ad id sacrariũ flamines bigis curru arcuato uehi iussit. Hiero. in prologo Iosue. Vnde cesset areuato uulnere contra nos insurgere scorpius. Hinc arcuatim aduerbium significat more arcus.

Arcatus ab arcus arci, q̃ si in modũ arci factus. Oui. li. xi. Meta. Iris, & arcato cælum curuamine signans.

Arquatus ab arquus, & is dr, cui color & oculi uirent a colore. f. arqui cælestis, quem morbum quidam appellant dæmoniacum, quidam aquarium, quidam auruginem, quidam regium, quidam ictericum.

Arculus dimi. ab arcus, a quo fit aliud dimi. arcellus, & arculus dictus est deus, qui tutelam gereret arcarum. Itẽ arculus dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad sustinenda commodius uasa, quæ ad sacra publica capite portabantur apud Athenas.

Arculata circuli, qui e farina in sacrificiis fiebant.

Arcirma, genus modici plaustri, quo homo gestari solet.

Ardeo. es. si. sum. qd & ardo. is. dr notæ significatiõis est. Vir. Nãq; uolans liquidis in nubibus arsit arũdo. Et in euangelio. In ignẽ mittent, & ardet. Per translationẽ ardere ponitur ꝓ ardenter, seu impatienter amare, & sic mõ cum actõ, mõ cũ ablto construiẽ. Vir. Corydon ardebat Alexim. Hora. Nõ aliter samio dicũt arsisse Batillo Anacreõta Teum. Interdum pro festinare. Vñ ardens ꝓ festinante, ingenioso, acutoq; ponitur, ꝙ instar ignis omnia penetret, sicut ecõtrario segnis dr tardus, quasi sine igne. Virg. Instant ardentes Tyrii. Interdũ ꝓ fulgorem emittere. Idẽ. Tyrioq; ardebat murice lana. Vñ & ardens ꝓ candido, a cãdore flammæ. Idẽ. Ardentesq; auertit equos. Interdũ præ dolore irasci. Vir. li. x. Proxima quæq; metit gladio, latũq; ꝓ agmen Ardens limitẽ agit ferro, te Turne superbũ Cæde noua quærẽs Interdũ ꝓ consumi. Cice. Qñ nimio uidendi te desyderio ardebam. Interdum ꝓ optare. Pli. Ardeo te uidere. Virgil. Patriæq; mori ꝓ mœnibus ardens. Huius composita sunt exardeo, inardeo, & perardeo, in q̃bus præpositio auget uim significationis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ardesco,is.ardens fio,Greg. Sed ad hæc audita inardescit aĩus,iãq; illic cupit assistere, ubi se sperat sine fine
Ardelio hõ inquietus,& huc atq; illuc semper uolitans,saliens,& oĩbus negociis sese immiscens. Mar. Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.
Arduus,a.ũ.altus & difficilis.Oui. Ardua prĩa uia est.
Ardea auis q̃dam,quasi ardua,qm̃ uolando alta petit,a græcis dr ἐρωδιός. Vir. Atq; altã supra uolat ardea nubem.Huius dimi.est ardeola. Est & ardea nomẽ urbis in latio,a feruore regionis sic dicta,quæ xviii.milliario ab urbe est posita.Mart. Ardea solstitio, pestanaq; rura petantur,Quiq; Cleonæo sydere feruet ager. Dicta quoq; ardea a Danae perſei matre, uel a Dauno Pilumni filio,qui eam condidit ut q̃dam existimant.
Ardeates populi qui ardeam incolunt,habet pe.pro.
Area dr locus purus in urbe sine ædificio, quẽ græci plateã dũt,dicta area,q; ardore solis fcã sit arida,& nõ possit q cq̃ generare,qdã ab ara deducũt, q; sicut hæc ara pura ẽ,ita areæ in urbe,sine domo loca pura sunt.i. sine ædificio. Vel q; sicut aræ flãmis, ita areæ solis ardore torreãt. Valla. Campus ẽ planities ampla,& grãdis, iõq; spaciosæ plateæ,areæue cãpi nomẽ accipiunt,uñ Romæ cãpus martius,nã locus hmõi uocat area. Sue. tñ in Cæs. posuit areã p loco puro, accõmodato foro extruẽdo,cũ inqt.Forũ de manubiis inchoauit, cuius area sup sestertiũ millies cõstitit.Itẽ area dr solidũ terrenũ planities glabra.i. locus purgatus, coæquatusq; & cylindro consolidatus, plateis amplitudine sĩlis,ubi frumẽta arescũt.& terunt,de qua Virgili.li.i. Ge.Area tũ primũ ingẽti est æquãda cylindro. Col.lib.iij.Area quoq; si terrena erit, ut sit ad triturã satis habilis, primũ radi.Et area, & p diminutionẽ areola subacta est terra p be,atq; sata,seu serẽda,q̃les sunt in hortis,in q̃bus quadrata q̃dã,& bñ subacta,atq; coæq̃ta spacia,in q̃ mox semĩa iaciant.Col.Areæ sic informãdæ sũt, ut facile runcãtiũ manus ad dimidiã partẽ latitudinis pueniãt.Col.li.6. Crebro putrẽ terrã duos alte digitos insternem9,& modice rigabim9, stramẽtisq; areas eo opiemus. Ex hmõi areis locatis magnã puentus capiebãt.Ci.in Par. Etem̃ si isti callidi reꝝ æstimatores prata & areas q̃sdã magni æstimãt, q; eius gñi quasi nocerẽt,nihil põt &c. Apd Geometras area sumitur pro illo spacio uacuo in aliqua figura,ut in triangulo,uel quadrangulo. Item area uocat morbus ĩ capite, cũ capillo ꝝ profluuio. Eius duæ sunt spẽs. Alopecia quæ fit in capillo & barba. Altera a serpentis similitudine appellat ophis,incipit ab occipitio duoꝝ digitoꝝ latitudinẽ non excedens. Item area siue aria media producta insula est in Ponto uersus Colchos Marti sacrata.
Areola cũ accẽtu ĩ añpe. di. ab area. Col.li. vi. Cũ terrã bñ subegeris,areolas facito. Hie.ĩ cañ.Genæ illi9 sicut areolæ aromatũ cõsitæ a pigmẽtariis. Aliter accipit a
Areator,q; areã purgat,& in ea frumẽtũ (Geometris. triturat. Col.li.ii. Atq; hoc supmũ areatoris emolumẽtũ percipiendoꝝ seminum,quæ terræ crediderat.
Aridus.a,um.pe.cor.siccũ, qd naturalẽ humorẽ amisit. Ambr. Arida terra dicta est, nõ solũ ad genus, sed ẽt ad spẽm terrarum referẽ,ut sit utilis,sicca, habilis, & apta culturis. Arida aũt exp̃sio naturæ est. Terra appellatio q̃dã simplex negocii. Interdũ aridũ ponit pro puro & lucido.Plaut.in Ru.Argẽto arido. Interdum pro horrifico,acuto, cũ de sono loq̃mur, q̃a ea quæ arida sunt, cũ frãgi cœpint, nimiũ atq; horrificũ sonũ edũt, Vir.li.i.Geor. Et aridus altis montibus audiri fragor.
Aridulus diminutiuum est.
Ariditas,quæ & aritudo dicitur,pro siccitate. Var. Frigus calore atq; humore aritudinem miscet.
Areo,ares,arui,aridus sum.Plau.in Rud. Vtinam fortuna nunc anatina uterer,ut cum exissem ex aqua arerẽ tñ.Quidã hoc uerbum ab ara deducunt, in qua q̃ diis ĩmolabant,torreri solebãt.Alii uero ab ara,sed p contrarium sensum,ἀπὸ τοῦ ἀρδεῖν, qd significat irrigare, q; aridũ minime sit irrigatũ. Huius composita sunt adareo,exareo,inareo,obareo,perareo,& subareo.
Areta fuit aristippi ph̃i filia,q̃ ei successit in schola,summũ bonũ ĩ uoluptate,q̃ maxie sensũ moueret posuit
Arege.i.post regẽ, ut iste est sedus a rege.i.post regem.
Aresco,is.aridus fio.Cic.li.ii.ad Heren. Nihil lachryma citius arescit.Adaresco p be aresco,sicut exaresco.Cato de re rusti.Vestimẽta ne tineæ tangant, amurcam decoquito ad dimidiũ,& ungito fundũ arcæ, & extrĩ secus,& pedes,& angulos,ubi ea adaruerit, uestimenta condito,Inaresco intus,siue penitus aresco. Colu.li. i.Deiñ cũ prædictũ tectoriũ inaruit.i.aridũ intus, penitusue factum est.Obaresco circum siue oĩno aresco. Lact.li de opifi. Acies.i.membrana illa perlucens,quã siccari, & obarescere non oportet, nisi humore tersa pure niteat, obsolescit.Perareſco ualde aresco.
Arefacio,aridũ facio.Cuius passiuũ ẽ arefio, p exiccor.
Arelate ciuitas in mediterraneo Narbonensis Galliæ, a Plinio dicta colonia Sextanorum, qm̃ ex sexta legione coloni deducti sunt.
Ares græce ἄρης quatuor significat ferrũ.ſbellũ, aliqñ uulnus,sæpenumero Martẽ,quo noĩe, & nos ferꝝ, & bellũ & uulnus significamus.Ab ἄρης aries q̃si martialis,sicut a Marte martius, nam ẽt mathematici dicũt Martis eẽ domũ arietẽ,& scorpionẽ,ut ẽt ob conueniẽtiã ifluxus,dicat aries a Marte, a græcis tñ deducẽdo.
Arete græce ἀρετὴ,latine uirtus, unde Philaretus p priũ nomen,& significat amatorẽ uirtutis.Est etiam Arete nomen uxoris Alcinoi regis Phæacum.
Areopagus,pe.p.nã pagus primam produ. Oui.in Fast. Pag9 agat festũ, pagũ lustrate coloni Et date paganis annua liba focis,nã ἄρεος Martis πάγος uicus,nã uicus erat athenis a tẽplo Martis sic cognoĩatus,ubi primũ iudicium capitis actum fuisse,dicit Pli. li. vii. Et inde
Areopagitæ pe.p.illi dicebant, q̃ in tẽplo Martis iudicabãt, qd iudiciũ exq̃sitissimũ habebat. Nã cũ mars q; græce dr ἄρης homicidii crimĩe reus fieret, iudicantibus duodecim diis,in eo pago sex sentẽtiis absolutus ẽ,ut Step. Byzãtius docet,& multi alii græci,ueꝝ quid ageret in areopago. Iulius Pol.li. viii.scribit, de mgĩatibus Athenienſiũ & eoꝝ locis. Areopagitaꝝ mgĩatus erat iudicare de cæde, & de ſtatu Reip. prouidere, unde ait, οἱ δ' ἐννέα ἄρχοντες, οἱ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν μετὰ δ δύνατὰς ἐυδύνας ἀεὶ τοῖς ἀρεοπαγίταις προστίθεντο ἀναθήσοι λέ ἐδικάζοντο τοῦ φόνου, sed multa essent dicẽda, q̃ Pausanias scribit de græcia illustrata,& alii.
Arethous rex fuit in Arna urbe Bœotiæ.
Aretalogus pen.cor. Porphy. teste, garrulus, & loquax

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dr̃ i oſtẽtatiõe uirtutis, uñ nomẽ deducit, ἀρετή. n. græce uirtus, & logos ſermo, ſiue uerbũ, ſnĩa, ratio, pſa, cura, ſtudiũ, & multa alia. Iu. Vt mẽdax aretalogus, aretalogus ẽt dr̃, q̃ fingẽdis mẽdaciis auditores mouet arte uerboꝝ. Sed tũc eſſet cõtra Porphy. Nõ eñ ab ἀρέτης, ſed ab ἀρέσκω placeo, fit ἀρετός. i. placitus & logos ſermo, q̃ſi aretalogus, uir placiti ſermonis, blandus multa delectatione, affabilis, mitis, & dulcis.

Arethuſa pe. p. uirgo uenatrix, dianæ comes ab Alpheo amata in fontẽ Siciliæ apd̃ ſyracuſas cõuerſa eſt. Vir. Et tandẽ poſitis uelox Arethuſa ſagittis. uñ & Syracuſæ arethuſides dictæ ſunt, ab arethuſa fonte, forma patronymica fœminina. Oui. li. iiii. Faſt. Vtq; Syracuſas Arethuſidas abſtulit armis Claudi⁹. Fuit & arethuſi⁹ fons Smyrnæ, tertius in Chalcidia, quartus in Ithaca. Redditur & in Euboea, & i Boetia, ppe Thebas. Didymus octo memorat, ut epitheton putet̃ eſſe cuiuſcũq; fontis, ab ἀρέω frequẽtatiuo, qd̃ ſcat irrigo. Eſt & Arethuſa locus Syriæ munitus iuxta Emeſam ſexdecim millibus paſſuũ, a qua Arethuſii, ut inquit Strabo.

Aretium ciuitas Thuſciæ, a græcis condita eo tpe, quo populus Iſrael ſub iudicibus regebatur.

Aretiſſa. lacus maioris Armeniæ, de quo Pli. li. vi. Tygris influit in lacum Aretiſſam, oĩa illata pondera ſuſtinentem. Soli. uocat eũ Arethuſam, Strabo Arſenẽ.

Arena tenuiſſimus puluis arid⁹, ideoq; ab ariditate deductũ nomẽ q̃dã exiſtimãt, caret eñ oĩ humore & ſucco, unde & plurimũ a quæ ebibit, & ita ſine aſpiratiõe ſcribi dẽt, Nec quenq̃ moueat, q̃ arena habeat primã breuẽ, areo uero, p ductam, cũ deriuatiua, nõ ſemp primitiuoꝝ naturã ſeruẽt. Alii ab hærẽdo, q̃ ſibi inuicem ꝓpter tenuitatẽ cohæreat, uſq; cũ calce parietibus inhæreat, ſicut in fabricis uidem⁹, & ſic cũ h. ſcribũt. Ei⁹ uero tres ſunt ſpẽs, ſcilicet foſſitia, fluuiatica, & marina. Inter quas groſſior ſabulũ nuncupat̃. Q̃q; tñ arena ponit̃ pro loco, in quo pugnabãt gladiatores. Sue. in Aug. Quodã aũt muneris die Parthoꝝ obſides, tũc primũ miſſos per arenã mediã ad ſpectaculũ induxit. Hic arenarii dicti ſunt gladiatores, q̃ in arena depugnant. Q̃q; foꝝ arena dr̃, quia illic ſic depugnãt actores cauſaꝝ, ut in arena gladiatores digladiant̃. Sene. Hoc ita habitum eſt, ſcholã q̃ſi ludũ eſſe, foꝝ arenam Hinc Pli. arenã ſuã appellat centũ uiros, qñ in iudicio centũuirali certabat frequenter telis oratoriis. Hoc nomen licet pluralem numerum non habeat. Vir. tñ dixit, q̃ multæ Zephyro turbantur arenæ.

Arenaceus, a. um. quod ex arena eſt.

Arenarius, a. ũ. qd̃ ad arenã ꝓtinet, ut Iuppiter arenari⁹

Arenarius, ii. qui in arena depugnat. Vide in Arena.

Arenoſus, a. um. qd̃ arena abundat, Pli. Littus non arenoſum, ſed alga, & fluuiorum ſordibus plenum.

Arenatus, a. ũ. qd̃ ex calce, & arena factũ ẽ, ſicut marmoratũ, qd̃ ex marmore. Pli. In græcia tectoriis ẽt arenatũ, qd̃ ducturi ſunt prius in mortario ligneis uectibus

Arenula dimi. ab arena, q̃ eſt tenuiſſima. (ſubigunt. Pli. li. xxx. Arenulæ q̃ inueniunt̃ in cornibus cochleaꝝ, cauis dentium inditæ ſtatim liberant doſore.

Argathon mõs in myſia, ubi raptus hylas, iuxta Cium pruſiada uocatã, dict⁹ ab argathona Rheſi cõiuge, cui & Argathon, ut mõti quoq; nomẽ fuit. Vnde poſſeſſi.

ἀργαθώνιος ut a Citharõe citharoneus, auctor Steph.

Areopolis, cĩtas arabiæ, q̃ alio noĩe dr̃ moab, de q̃ in di

Areopolitæ pe. p. q habitãt areopolim. (ctiõe Moab.

Arguo, guis. gui. tum. ĩputo, ſiue accuſo, & cũ gtõ ſæpi⁹ q̃ ablto conſtruit̃. Curt. Orſinem mõ auariciæ, interdũ & defectiõis arguebat. Cic. li. ii. ad Heren. Vt ſi q̃ſq̃ furti arguat, dicat eũ eſſe hoĩem improbũ, auaꝝ, fraudulentũ. Siñ q̃ ſcat reꝑhendo cum rõne & argumentis, ut in Geñ. Certe mendacii nos arguere nõ poterit Plau. in am, Et eccũ uideo, q me miſerã arguit ſtupri dedecoris. Si uero id quo qs arguit̃, nõ exprimit̃, actñ tñ hẽt. Lact. li. iii. Tui ergo te libri arguũt. Proprie tñ arguere ẽ oñdere. Virg. Degeneres aĩos timor arguit. Aliq̃n in diſcrimẽ uocare, Feſ. Argutũ iri. i. ĩ diſcrimẽ uocari. Hui⁹ cõpoſita ſũt coarguo, & redarguo. Sal. Lẽtulũ diſſimulãtẽ coarguũt ſmonib⁹, quos ille hoſtes oderat. Sciẽdũ ẽ q̃ licet arguo argutũ ſupinũ faciat, ex quo argut⁹ ꝓticipiũ, tñ futuri tpis ẽ arguitur⁹, Salu. li. ii. hiſ. Quos aduerſum multi ex Bithynia uolẽtes occurrere falſũ filiũ arguituri. Nã (ut docet Priſc.) q̃dã ſũt uerba ĩ utũ ſupinũ formãtia, quoꝝ ꝓticipia futuri terminãt ĩ iturꝰ, & uerbalia ĩ itio, ut argutũ, arguiturꝰ, tutũ tuiturus, ſputũ ſpuiturus ſpuitio, plutũ pluiturus

Argutus, a. ũ. participiũ, Plau. in Pſeu. Argu (pluitio.

tus maloꝝ facinoꝝ. Q̃q; uero ẽ nomẽ, mõ ꝓ malitioſo & falſo, q cũ lepore quodã, q̃ cupit dicit facitue, q̃ſi arguens acute, & inueſtigãs. Mõ ꝓ canoro reſonãtiq; ut arguta hirũdo, Et arguti hoĩes, q. multũ & celeriter loquunt̃ ab argo naui, q̃ a celeritate dicta eſt, ἀργός. n. uelox dr̃. Virgi. Argutos inter ſtrepere anſer holores. Mõ pro exili, breui, & q̃ſi acuto. Idem lib. iii. Ge. Argutũq; caput, breuis aluus, obeſaq; terga, unde dicta ſunt argumenta, arguere enim eſt acute oſtendere.

Argutia, æ. dicitur acute, & malicioſe dictum, uel factũ Plau. in Muſ. Exi a culina ſis foras maſtigia, qui mihi inter patinas exhibes argutias.

Argutor, aris. pe. pro. deponẽs, ab argutus fit, & ſcat pro caciter loquor. Neuius. Q̃n ad ludos uenit, alii cũ tacerent, totum diẽ argutat̃, quaſi cicada. Eſt & argutari ſubſilire. Titinnius. Terra hæc ẽ noua, quaſi ubi tu ſolitus argutari pedibus cretã dũ cõpeſcis, ueſtimẽtaq; lauas. Reperitur & arguto in eadem ſignificatione.

Argutulus dimi. contemptui deriuatum, & non blandiendi cauſa, ut homunculus, & homulus.

Argumentũ (ut a Quin. diffinit̃) eſt rõ, ꝓbationẽ pſtans qua colligit̃ aliud p aliud, & q̃, quod eſt dubiũ, ꝑ id, qd̃ dubiũ nõ eſt, cõfirmat. Sumit̃ interdũ etiã pro materia. Ci. Q̃n nullũ ſcribẽdi argumentũ mihi relictũ eſt. interdũ pro cõiectura. Interdũ ꝓ ueriſimili, ꝓbatiõe, ut ſunt argumẽta comœdiaꝝ. Interdũ ꝓ ſumma uerſibus expoſita. Itẽ pro ſnĩa ab arguo demonſtro. Cic. li. offi. Tabulæ uero nouæ quid habent argumenti, niſi ut emas mea pecunia fundum. Oui. Qui latus arguerẽt corneus arcus erat, Similiter argumentum dicitur artificium, unde rotarum argumenta.

Argumẽtoſus, ſa. ſum. qd̃ eſt factũ magno argumento. Nã in picturis quoq; argumẽtoſa opa uocam⁹. i. ingenioſa. Et de diua Cæcilia legimus, q̃ſi apis argumẽtoſa dño deſeruiret, q̃ miro artificio aĩas lucrabat̃, quæ Tiburtinã & Almachiam ad martyriũ cõcitauerit.

Argimiſſæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Argimiſſæ,ſunt tres inſulæ paruæ añ Aſiã,ppe Mitylenẽ & Lesbũ cõtinenti ꝓximæ, ut inquit Strabo li. xiii.

Argyra ciuitas Siciliæ, unde ſe Diodorus ſiculus oriundum facit, a qua Argyrini.

Argumẽtatio ẽ explicatio,& enarratio argumẽti. Accipiẽ & pro eo qđ mente concipiẽ. Amb. Cognito ꝙ Heliſeus ẽet, q cõſiliis & argumẽtatiõibus eius obuiaret.

Argumentor,rationibus nitor ad aliqđ probandum.

Argemiſſa,uł argemuſſa,inſula ad cõtinẽtẽ Troadis ppe argenicũ ꝓmontoriũ locata,iuxta quẽ locũ Alcibia/

Argenos latine dr albus,ſplendi (des extinctus eſt.

dus. Feſtus. Argenũ argentum percandidum,ἀργυρος

Argetos ꝺcat uelocẽ,& candidũ,ſplendidũ,& ſtrenuũ.

Argus nomẽ regis argiuoꝝ,q fuit filius Apis,ex cꝰ noĩe Argi,argiui appellati ſunt, Quo regnãte cœpit uti frugibus Græcia,& hr ſegetes in agricultura delatis aliunde feminibꝰ. Et poſt obitũ deus hri cœpit,tẽplo & ſacrificiis honoratꝰ. Argus quoꝙ phryxi filiꝰ fuit. Fingitur ẽt a poetis Argus totus oculeꝰ. i. oculis plenus, cuſtos adhibitꝰ Iunonis impio Inachi filiæ, eius deæ pelici in bouis ſpẽm cõuerſæ. De quo Oui. Centũ lumini bus cinctũ caput argus hẽbat. Hũc poſtea a Mercurio interfectũ ferũt. Myſtice ãt argus eſt cœlũ ſtellaꝝ luce diſtinctũ,qbus ineſſe q̃dã ſpẽs cœleſtiũ uideẽ oculorũ. Et argus uocatus fuit argo nauis architectus. Item argus albus dr & celer. Vñ argiphõtes Mercuriꝰ dictꝰ ẽ,ꝙ cãdida & apta oĩa faciat oĩone. Et ꝙ ſit celer deoꝝ nũcius a poetis cõfingiẽ, potiuſq̃ ut Argi dicaẽ inter/

Argus adiectiuũ, idem eſt qđ argiuus,ut (fector. apud Plau. Natus Amphitryo argis ex argo patre.

Argo gñis fœ. nauis quã Iaſon duxit,ab Argo architecto,de quo Flaccus Ad chaꝝ Tritonia deuolat argũ, molliri hunc puppẽ iubet, & demittere ferro robora, ſeu ab argon,qđ eſt uelox, ut inqt Diod. Iñ arguti (ut ſentit Probus) dicti ſunt. q multũ & celeriter loquũtẽ. Alii autumant argo noĩatam ab argiuis,hoc eſt græcis. Qđ ſentire uidetur Cice. li. i. Tuſc. cũ ait. Et eas anguſtias per q̃s penetrauit ea,q̃ eſt noĩata Argo, qa argiui in ea delecti uiri uecti petebant pellẽ inauratam arietis. Inde argonautæ dicti ſunt,eſt & ſignum cœleſte argo nauis. Oritur pridie Idus Martias.

Argos in ſingu. eſt ge. neu. in pl̃i maſcu. ut hi argi. Horat. Aptũ dicit eqs argos,diteſq; mycenas, Vir. li. x. Herculis Anthorẽ comitẽ, q miſſus ab argis. Eſt aũt Peloponeſi ciuitas nobiliſſima,qđa ſiti diſpoſion dictũ ẽ, apud quos erat magna ſocietas iter eos, q uno puteo utebãtur. Vñ & fratrias dixerũt ἀπὸ τῶν φρέατος, q̃s tribus uocamus. Cuiꝰ rex primus Phoroneus fuit, dicta argos ab argo rege,ut ſcribit Augu. li. 18. de ci. dei. Hinc argiui græci dicti ſunt. & Argolicus ſinꝰ. & argolici duces, & argolica regio. Alia ẽ ciuitas argos theſſaliæ,qđ pelaſgicon dñt a pelaſgis. Luc. ubi nobile quondã nũc ſup argos arãt. Alia in achaia nõ lõge a Mycenis,q̃ & hippion uocaẽ. Et in Acarnania Amphilochicũ, qđ Alcmæon eiuſq; liberi cõdidere,ut inqt Stra. Sũt & aliæ ciuitates hoc noĩe q̃s exponit Stephanus. Eſt & Argos q̃dã regio,ps græciæ. Necnõ & oĩs littoralis ora dicebaẽ argos,ab Argia mr pelaſgi,q ei i mpauit. Eſt Argos in Italia, quã Diomedes ædificauit,q̃ primo Argi,poſt Argyrippa, poſt Arpi dicta fuit. Aliqñ argos canis nomẽ apud Homerũ,qui fuit Vlyſſis. Item Argos Agenoris equus, a quo argos Iaſonis ciuitas dicta fuit,ut inqt hellanicus. Præterea argos dr tardus ſegnis, unde & cynos argos intẽperãs putẽ p q̃dam appellatus,a quo locus dictus, in quo ocioſi & intẽperantes hoies ſolebant conuenire,uñ & prouerbiũ. Ad cynos argos. Inde ut Ci. lib. de fato inqt. Argos logos. i. ignaua rõ. Hinc iocus in hẽdecaſyllabo Mar. Nõ nautas puto uos,ſed argonautas. Vbi alluſio eſt ad famigeratos nautas,& intelligi tamen uult pigros nautas.

Argis aduerbialiter in loco. Pli. li. xvi. Argis ẽt olea du/

Argæus,a. ũ. idẽ qđ argiuus. Hor. li. iiii. Car. (rare dr. Tibur argæo poſitum colono,ab argos urbe. Et argeus mons eſt, ab una parte Cappadociam cingens.

Argei (teſte Var.) dicebanẽ ſcirpeæ effigies,q̃ p uirgines ueſtales iacebanẽ ſingulis annis in Tyberim p põtem

Argia pe. pro. nomẽ Adraſti regis Argi (ſublicium.

uoꝝ filiæ,quam cõuerſam ferunt in fontem ſui noĩs.

Argolicus,a,um,idem qđ argiuus,ut regio argolica.

Argonautæ dicti ſũt heroes illi, q cũ Iaſone in colchos ꝓfecti ſunt, ex qbus ꝓcipui fuere Caſtor & Pollux. Telamon. Orpheus. Hercules. & Hylas puer,ſic cognoĩati a naue,quã innauigauerũt,q fuerũt ſupra quinq̃ginta,ut Orpheus li. i. & Apollonius in catalogo heroum.

Argiletum,ab argo dictũ,ꝙ is eo uenerit,ibiq; ſepultus ſit,nam Argolus, ſiue Argus dux argeoꝝ apud Euandrũ hoſpitatus eſt. Cũ in ſuſpitionem regni ueniſſet. clam noctu ab arcadibus eſt interfectus, ut uolunt inſcio Euandro,Cui Euander tumulum fecit,& loco nomen impoſuit a letho. i. morte argoli,ſiue argi,argiletum. Varro ſcribit argiletum ẽt dici ab argilla. i. creta cuius copia illic erat. Erat aũt argiletũ locus in urbe ꝓpe palatiũ,ubi tabernæ bibliopolaꝝ erãt, q̃ argiletanæ dicebãẽ, Mar. Argiletanas mauis hĩtare tabernas.

Argilla ẽ terra cretoſa & candida q̃ figuli utunẽ ad uaſa facienda. Iuue. Argillam atq; rotam citius properate.

Argema,morbus oculoꝝ cum ulcus circulũ oculi infeſtat,quem græci Irim dicunt. i. arcus cœleſtis, dicitur extra rubens intra candidum. Latine albugo uocatur & leucoma etiam græce a cãdore. Videtur eſſe idem fere,quod leucomata. i. albugines a candore.

Argyrippa ciuitas in Apulia, quam Diomedes ædificauit,a qua argyrippini dicuntur.

Argyrion,latine argentum,a quo argyrocopus.

Argyrocopus latine argentarius ἀργυροκόπος.

Argyrologus,quæſtor q̃rens argentum, ἀπὸ τοῦ λέγειν.

Argyrondes Ætoliæ fluuius,ppter argenteũ aq̃ cãdorẽ.

Argyraſpidas dicimus eos,q argentea ſcuta ferunt. Vnde (ſicut refert Lamp.) Alexander imperator Romanus,non ſolum fecit argyraſpidas,ſed & chryſaſpidas, ita ab aureis clypeis nominatos ἀπὸ.

Argyrotoxos,argenteum arcum gerens, quo nomine dictus eſt Apollo ἀπὸ τοῦ τόξου, id eſt arcus.

Argyrodamas,lapillus quem & Androdamanta uocãt, qñ impetus hoĩum,& iracundias domat.

Argentũ pꝰ auꝝ ꝓcioſiſſimũ ẽ, ur ãt a græco ẽe. Illi. n. ἀργύριον dñt. Gignitur ex argento uiuo & ſulphure albo, balſamũ & iaſpidis uĩ uehemẽẽ cõfuat. Eiꝰ ſpuma uulnera ſanat, neq; ſinit ſupfluas carnes excreſcere, & ſordes cordis mũdificat. Argẽtũ prio ſignatũ ẽ ãno urbis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bactrianum regnū, olim mille urbibus inclytū fuiſſe ferunt. Huius gentis primus inſtitutor fuit, ut Ioſephus ſcribit Geter filius Arā. Similiter Bactri iidē dñr. Hier. Bactri canibus ad hoc ipm nutritis obiiciunt ſenes.

Bactrianus. na. num. qd eſt ex bactris, ut bactrianus populus. bactrianæ mulieres pſtanti ornatu atq; unguentis utunt, q̄ ab ancillis & ſeruis multomagis q̄ eaꝝ mariti cultæ, ſingulari quadam pompa equitantes exeūt auro, atq; lapidibus ornatæ, nec caſte uiuunt, ſed tam ſeruis, q̄ conuenis permiſcentur, nec a uiris accuſantur, quum eorum dominari uideantur.

Baculus. & baculum utroq; modo dī, nam apud græcos bactron neu. ge. dī. Oui. li. xv. Meta. Eſſe ſolet, baculūq; tenēs agreſte ſiniſtra. Hinc bacillus aliud diminutiuū.

Bacillus & bacillū diminutiuū a baculus & baculū. Cic. lib. ii. de fi. bo. Bacillū aliud inflexū & incuruatū, aliud ita natū. A bacillus fit imbecillus. a. um. & imbecillis & hoc imbecille. Vñ imbecillitas pro infirmitate.

Badius equus dicitur, cui eſt phœnicis color.

Badizare ſignificat ire. Plau. in Aſi. Demam hercle iam de hordeo tolutim ni badizas.

Belua, immanis fera a uaſtitate, ſeu a ualentia, uel a balatu, a quocunq; ſit primam uocalem trahit a principali, quidam a bellum deriuant.

Beluinus. a. ū. pe. p. qd eſt beluæ, ut belūina rabies. Amb. Tū ipſa habitudo corpis ſuauis & grata, ut neq; beluina uaſtitas horrori ſit, nec gracilitas infirmitati.

Belutus. a. um. pe. pro. quod eſt beſtiæ ſimile.

Beluata dicta ſunt tapetia a Plau. beluarum figuris picta intextaq;.

Beluoſus. a. um. quod abundat beluis. Vnde oceanus dictus eſt beluoſus a beluarum multitudine, & magnitudine quæ ibi ſunt, nam inter beluas marinas ſunt balænæ, piſtris, Phyſeter, & orcæ.

Benacus pe. pro. lacus Ciſalpinæ Galliæ, cuius littori Sa lundiū Brixianū oppidū adiacet. Hunc aiunt aureas arenas euoluere, & ex eis nutrire piſces, quos indigenæ carpiones uocāt, nuſq̄ alibi reptos. Ex hoc Mincius fluuius excurrit in Padū. De hoc lacu Vir. lib. ii. Geor. Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino.

agous lingua perſica ſpado dī. Oui. Quē penes eſt domina ſeruandi cura bagoe. Suidas aūt noſter affert rationem βαγώας ὄνομα κύεσιν ὁσ ἦν εὐνοῦχος.

Bagrada pe. cor. fluuius qui iuxta Vticam labitur, apud quem ab Attilio Regulo & a toto exercitu cum baliſtis, & catapultis ſerpens centum & uiginti pedes longus occiſus eſt.

Bahal numero ſingulari inquit Hiero. Bahalim plurāliter eadē idola nominant ge. maſc. Vbi eñ in fine hebraici ſermōis im ſyllabā legim9, nūero plurali eſt ge. maſ. Vbi aūt oth. nūero plurali ge. fœ. Ergo cherubim & ſeraphim plurali intelligimus nūero ge. maſ. Interpretat aūt bahalim apud nos aſcendētes, uel ſupiores, Tñ. xii. cōpoſitores Suidę ſcribūt ſic βάαλ ὑψίων ἢν θεός.

Baiæ. arum. ciuitas Cāpaniæ, ſecus Campanū mare ſita a Baio Vlyſſis ſocio illic ſepulto. In huius agro aquæ calidæ ſunt, & ad uoluptatē, & ad uarios morbos cōmodæ. Silius. Primores adſunt Capuæ, docet ille tepentes Vnde ferunt nomen Baiæ, comitēq; dediſſe Dulichiæ puppis ſtagno ſua nomina monſtrat. Hora. Nullus in orbe locus Baiis prælucet amœnis.

Baianus. a. um. quod eſt baiarum, ut ſinus baianus, qui Hinc Miſſeno monte, illinc puteolis clauditur.

Bayæ, cum y græco, palmaꝝ folia dñr. Hiero. Cubile eis de foliis palmaꝝ, quas bayas uocāt, contextū erat.

Baiulus pe. cor. operarius, & pprie q uecturas oneꝝ corpore ſuo uictus q̄rendi gīa portat. Forte baiulo indę dictū, qa nutricius bailus, & nutrix baila uulgo dñr, & merito, quia baiulant ulnis quos nutriunt.

Baiulo. as. porto. Plau. in Aſi. Ego baiulabo, tu ut decet, domum ante me ito inanis.

Balius color a quibuſdā accipitur pro uario, a quibuſdā pro ſpadice, hoc eſt palmeo, qualis eſt equoꝝ, nam & baius uulgo dicitur is, quoniam ſpadices, hoc eſt palmaꝝ cum fructu ſuo termites græci uocant βάϊα.

Balanitæ uuæ a magnitudine.

Balanus pe. cor. genus glandis. Acron dicit eſſe herbam unguētariā, & ab Hora. pro unguēto myrobolano poſitam. Mar. Hoc ex unguēto cōſtat, & ex balano. Hinc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fit balanatus.a.um.Perſi.Tu cum maxillis balanatum gauſape pectis.Balanus etiam a glādis ſpecie dī id genus alui ſubducendæ, qđ clyſteris loco ſubdiť, conſtabat (ut Iul.Pollux inquit) ex adipe,ac nitro parte plurima.Item Balanus nomen eſt urbis in Epiro.

Balaninū unguentū,qđ fit ex glande myrobalani.

Balæna cū diph.belua marina,quam alii piſtricem,alii cetum appellant. Græci φάλαιναν phalænam dicunt, quaſi conſpicuam beluam,cōuerſa φ in β, Iuue. Quantum delphinis balæna Britannica maior.

Balauſtium flos mali punici,utilis, non modo medicinis,ſed etiam tingendis ueſtibus, quæ ſibi concolores fiunt.Et color ipſe dicitur balauſtinus.

Balauſus herba,non multum diſſimilis narciſſo.

Balbus.qui uitio linguæ non bene poteſt exprimere uerba,& obſcure loquitur Perſi. Rancidulum quiddam balba de nare locutus.

Balbutio.is.pe.pro.iui.uel balbutii.itum. Et eſt balbutire quadam linguæ hæſitatione,& confuſiōe trepidare. Hora.in Ser. Balbutit ,Scaurę prauis fultū male talis Hiero.Experiar,quæ hortamini affectu infantiū more balbutientium, qui quodcūq audierint fari geſtiunt, cum necdum poſſunt ad plenum uerba formare.

Balbucinari ſignificat lingua balba loqui, ſicut ſenes,ut Cice.in Cato.de Metello.

Baleares duæ inſulæ in Hiſpania funda bellicoſæ,a teli fundæq iactu,qđ græce βάλλειν dicimus appellatæ,uel a Baleo Herculis comite ibi relicto.Græci Gymneſias dixerunt. Has uulgus Maioricā, & Minoricā appellat. Apud quas primū inuēta eſt funda, ut inqt Vege. Vñ Vir.li.i. Ge. Stupea torquentē balearis uerbera fundæ.

Balare ꝓpriū eſt uocis ouis.Hiero. uero in Tobia etiam hædis dedit. Cuius cum uocē balātis uir eius audiſſet, dixit Videte ne forte furtiuus ſit,reddite eū dñis ſuis.

Balneū,& balnea dñr in priuatis.In publicis uero fœ.ge. & numero plurali tñ,licet & balnea legať,& balnearia. Cic.Eo latere, quod proximū eſt balneariis columnas poſuerat.Sunt.n.aquæ calidæ,q̄ cū aliæ ad aliū morbū idoneæ eſſent,qbus utebanť, multitudinis potius q̄ ſingulari uocabulo appellarūt.Differuntq balneæ a thermis,ꝙ thermæ dicanť quæ natura ſunt calidæ,balneæ quæ a nobis calefiunt igni, & in eas deſcendimus, ut lauemur,nā thermæ dñr a græco θερμὸν,qđ calidū ſignificat.Ea quippe,quæ aut calentibus aquis, aut ſi forte igni calefacto,lauandi ſudandiue uſibus deputata, Thermas uocauere.Thermæ, balneæq apud Romanos uoluptatis,& mundiciæ cauſa cōſtitutæ ſunt tam publicæ q̄ priuatæ. Balneis autem nomē inditum eſt, quia græci balanion dixerunt,ꝙ anxietatem pellat ex animo,auctor Augu.lib.ix.confeſ.

Balineæ ab antiquis balneæ dicebantur. Nam & græci βαλάνειον uocant.

Balneator ge.com.q̄uis & balneatrix inueniatur,qui curam habet balnearum,qui & mediaſtinus dicitur.

Balneatorius.a.um.qđ ad balneandū ptinet. Martianꝰ Iuriſcon. Inſtrumēto balneatorio legato balneatores continenť, qñ ſine his balneæ uſum ſuū p̄bere nō p̄nt.

Balneolum cū accētu in antepe.dimi.eſt. Iuue. Cū iam noti,celebreſq poetæ,balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos,tentarent.

Balnearia dñr generaliter omnia ad uſum balneorum pertinentia ut ſtrigiles, ampulla olearia, lintea. Apul. lib.iii.Milo iuſſis balnearibus aſſequi. Balnearia ſubſtantiuum ſumitur pro balneis.

Balnearius.a.um.idem quod balneare. Vnde ſcribit Vlpia.fures balnearios extra ordinem eſſe puniendos, id eſt,qui in balneis aliquid furantur.

Balliſta, p geminū ll, tormētū muros cōcutiēs, a βάλλω iacio,uulnero,Oui.li.i.de triſt.Quā graue baliſtæ mœnia pulſat onus.Luc.,p inſtrumēto haſtā quandam iaciente poſuit. Neq.n.ſolis excuſſa lacertis Lancea, ſed denſo baliſtæ turbine rapta Haud unū contenta latus tranſire quieſcit.Vale.Maxi.li.i. in fine accipiť ꝓ ſaxo maiori,quod machina mittiť,cū inqt, ad ultimū baliſtæ tormētis undiq petitā,ſilicū crebris & ponderoſis uerberibus ꝓcubuiſſe lectū eſt,etiā baliſtas talentarias eſſe.i.lxx.librarę ſaxa. Nonius baliſtā appellat,qua ſaxa maiora iaciunť.Cice.li.ii.Tuſc. Vt em̄ baliſtæ lapidū, ita reliqua torméta telorꝫ. De hąę baliſtarę confectione ſcribit Vege.li.x.ꝙ ea magnitudine formēť,ut lapides.cxx.pondo eiaculenť.Sciendū ergo eſt, ꝙ baliſtarę quædā maior dī,q̄dam minor. Baliſtā maiorē priſci dixere trabē ualidā,ita libratā, ut cū pars denſior ponderibus attracta deſcenderet,eleuata ꝓceritas ſua funiculis,quos haberet alligatos funda ſaxū maximi pōderis longe emitteret,eiq maxie Bricolæ nūc eſt appellatio,quanq̄ onagrū maiorē ipſam machinam dixere, hanc baliſtam inuenerunt Phœnices,ut docet Pli.Baliſta minor,q̄ & manubaliſta dicta eſt, aliq̄n Scorpio, quæ haſtā iacit manu tractabilis eſt,& ſubtilibus, paruiſq ſpiculis ſcorpionis inſtar infert morte.Hinc exbaliſto.as. De his duobꝰ baliſtarę generibus ſic ſcribit Vege.lib.de re mil. Baliſta,funibus,neruis, chordiſq tenditur, quæ quanto prolixiora brachiola habuerit hoc eſt quanto maior fuerit, tanto ſpicula longius emittit,quæ ſi iuxta artem mechanicam temperetur,& ab exercitatis hoibus, qui mēſuram eius ante collegerint dirigať,penetrat quodcunq ꝓcuſſerit.Onager aūt dirigit lapides,ſed pro neruorꝫ craſſitudine, & magnitudine ſaxorꝫ pondera iaculať.Nā quāto maior fuerit,tanto maiora ſaxa fulminis more cōtorquet. His duobus generibus nulla tormentorꝫ ſpecies uehemētior inuenitur. Baliſta etiam dictus eſt mons apud Ligures.

Baliſtarii artifices baliſtarum dicuntur.

Baliſtarium locus,ubi ſita eſt baliſta. Plaut.Intenta eſt baliſta probe,quā ego haud multū poſt emittā e baliſtario.Vbi etiam baliſtam accipi uideť pro telo.

Ballote latine marrubium. Dioſco. balloten Romani μαρρούβιον appellant.

Baltheus, & baltheum in ſingulari, in plurali neutrum tantum militare cingulū,uel zona bullis ornata.Varro ait. Qui gladiatores baltheum cingulum ex corio habebant bullatum baltheum dictum.

Balſamum,arbuſcula ſola uni terrarum Iudææ quondam conceſſa neu.gene.uiti ſimilior q̄ myrto. Naſcitur in loco qui dicitur, oculus ſolis. Seritur malleolis, ut uitis & colles implet uinearum modo, ſuſtinēs ſeſe ſine adminiculis. Intra tertium annum eſt fructifera, proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Opobalſamum ſuccus collectus ex arbore, nam ὀπὸς dicitur ſuccus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præfertur oĩbus odoribus. Xylobalſamũ lignũ balſami ξύλον enim lignũ. Incidiť eiũ uitro, lapide, oſſeiſue cultellis, & ſuccũ emittit, quẽ opobalſamũ dicunt eximiæ ſuauitatis. Summa opobalſami, ꝓbatio eſt, ut lac coagulet, & in ueſte maculas non faciat. Hiero. tĩ pro arboris ſucco balſamum dixit. Et quaſi balſamum nõ mixtum odor meus. Carpobalſamum fructus balſami. Carpos enim latine fructus.

Bambatium, ſeu bambitiũ Cottonũ illud albiſſimũ, qđ nent mulierculæ ad telas texendas. Hoc fiunt ueſtes, q̃ uulgo bonbycinæ appellanť, q̃ uis ξύλινα ſiue groſſipinæ, uel graſſampinæ dici debeant a frutice, qui id fert, qui ξύλον groſſipion, ſeu Croſſipinus uocatur.

Bambilius aĩal uolatile, qui uulgo barbellus dĩ. De quo Amb. li. Hexa. Fertur hic corniger uermis conuerti primũ in ſpeciem caulis, atq; in eã mutari naturam, inde proceſſu quodam fieri bambilius, nec eam tĩ formam figuramq; cuſtodit, ſed laxis, & latioribus foliis pinnas uideť aſſumere. Ex his foliis mollia illa Seres depectũt uellera, q̃ ad uſus ſibi ꝓprios diuites uindicauerunt.

Banauſus dĩ artifex, qui apud ignẽ operať. Baunos eñ Caminus eſt, & qui ex hac artis uenditione parat ſibi uictum banauſus uocatur. Viles homines græci βαναύσους, noſtri mechanicos uocãt, & opifices omnes qui in politica ſunt contemptibiles. Ariſto. lib. iii. poli. Optima ciuitas non fert banauſum, id eſt uilẽ artificẽ ciuẽ Banauſus etiã ſeruus dicitur. Sed ĩter ſeruũ & banauſũ idem. li i. poli. hoc intereſſe ait, q̃ ſeruus ſit qui natura ſeruit, banauſus qui mercede.

Banchus piſcis aſelli genus alterum, in cuius cerebro lapillos molari forma contineri Plini. ſcribit. & banchus inter mugiles minimus quem Ariſto. Chelonẽ uocat.

Baphia dicuntur loca tĩcturæ, in quibus tinguntur panni, noſ tinctoria dicimus. Lam. in Alexan. ſcribit Probum fuiſſe baphiis præpoſitum. Bapha dicuntur tincta, unde dibapha bis tincta uocantur.

Baptiſmus, & baptiſmũ, & baptiſma. atis. latine ĩmerſio uel intinctio dicitur a uerbo græco βάπτω immergo Grego. Baptiſma græco eloquio dicit, quod latine tinctio, quia ibi homo ſpiritu graciæ in melius immutať & lõge aliud q̃ erat efficit. Priꝰ enĩ fœdi eramꝰ deformitate pctõz, in ipa tĩctiõe reddimur pulchri de albatiõe

Baptæ dicebantur uiri tincti, fucatiq; (uirtutum. qui ſacris intererant inſtar mulierum, βάπτειν enim inficere, tingere, fucare. Prætererea baptæ fuit nomẽ comœdiæ ueteris ab Eupolide editæ.

Baptiſterium, in quo quis lauatur, quaſi lauacrum, & tĩctorium, & piſcina ipſa, nam baptiſteria in domibꝰ ſũt ueluti lacus quidam ex ligno, aut lapide ædificati, in quibus lauandi gratia immergi ſolet. Hæc in cælis. i. in locis ſecretioribus ſolent conſtitui, quarum aliæ caldariæ ſunt, in quibus calda lauamur, aliæ frigidariæ, in quibus lauamur frigida. Plini. ad Apollinarem. Cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum atq; opacũ Idem ad Gallum. Inde balinei cella frigidaria, ſpacioſa, & effuſa, cuius in contrariis parietibus duo baptiſteria, uelut eiecta ſinuãtur abunde capacia. Hæc eadem piſcinæ dicũtur latine, & natatoria, & natationes Sido. Piſcina ſeu ſi græcari uolumus βαπτιστήριον.

Barach, nomen uiri ꝓpriũ, & apud nos ſignificat fulmẽ.

Barachias, nomen proprium uiri, & benedictus, ſeu fulgur domini interpretatur.

Barabbas per duplex bb. Et eſt ſyra dictio, ſicut & præcedentes duæ, qua apud nos ſignificatur filius patris Componitur enim ex bar, quod apud illos filius dicitur & abba pater, Sedulius. Tunc coluere baal, tunc elegere barabbam.

Baratro, luxurioſus dicitur, uel guloſus, qui in baratrũ gulæ mittit totum patrimonium.

Barathrum, immenſæ magnitudinis nomen eſt, quia βάραθρον id eſt graue in aſpiciendo. Nam barys athrin aſpicere. Ponitur pro loco immenſæ profũditatis apd inferos, & pro loco præcipiti, unde quis emergi nõ poſſit. Diome. docet eſſe proprie locum Athenis, unde dã nati præcipitabantur. Tranſfertur quoq; ad alia. Mar. Barathrum fœmineum pro locis muliebribus dixit. Idem ſtomachi imum hiatum appellauit baratrũ, cũ ait Extremo ructꝰ ſi uenit a baratro. Hora. in Ser. uſur pat pro ingluuie & uoragine. Sunt qui dicant barathrum profunditatem eſſe, a ſimilitudine loci qui eſt in Aegypto profundiſſimi, cui nomen eſt barathrum. Apud Demoſthenem Ponitur pro pernicie.

Barba utroq; numero, non ſolũ hoĩm, ſed etiam brutoz quoq; & alioz quadrupedũ eſt. Hora. li. i. Ser. Vtq; lupi barbam, uariæ cũ dẽte colubræ. Pli. li. xxx. Cum geminos trãſit ſol criſtis, & auribus, & unguibus gallinaceorum, ſi luna raſis barbis eoz. Idem lib. xxviii. Afferunt & magi ſua cõmenta, primum omnium rabiem hircorum, ſi mulceať barba, mitigari. Silius numero plurali de homine etiam dici poſſe oſtendit lib. xiii. Indociles, nũc propexis in pectora barbis uerrere humum. Huius nominis compoſita poſſunt declinari ſm tertiam, & ſecundam declinationem, ut Imberbis, & hoc imberbe, & imberbus. a. um. quod eſt ſine barba.

Barbatus. a. um. qui barbam habet.

Barbitium ponitur pro barba Apul. Hircino barbitio philoſophum mentiebatur.

Barbo genus piſcis, q̃ geminam barbam habeat in inferiore labro. Alio nomine mulus dicitur. Hinc Cice. in Paradox. Barbatulos mulos nuncupauit. Græce Trigla uocatur, in uiuariis non creſcit.

Barbio. is. barbam emitto.

Barbitos, pe, cor. gene. maſcu. fœmininiq;, & hoc barbitum inſtrumentum muſicum, quod pulſatur plectro uel calamo. Horati. Age dic latinum barbite carmen Lesbio primum modulate ciui. fœmini. autem genẽ. Sappho ad Phaonem. Nõ facit ad lachrymas barbitos ulla meas, neutro Auſo. Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde. Græce βάρβιτος dicitur.

Βαρβαλλὼθ υἱὸς λύπης ὡς φόβος θῦ ἄρεως.

Barbari factitio nomine, inquit Strabo, dicti ſunt ab initio, qui difficulter, aſpere, atq; duriter loquebanť quaſi dutiloqui, & craſſilingues, quemadmodum bleſi, atq; balbi dicuntur, qui lingua impediti ſunt. Omnes igitur qui craſſe loquuntur, barbari dicuntur, quales ſunt omnes gentes præter græcos. Plini. Plautus credo Neuium poetam latinum barbarum dixit. Nunc etiã ad eos tranſlatum eſt hoc nomen, qui non ſunt latini, q̃ hi mitiorem linguam habeant, ac magis cultã. Quinetiã inter hos, ſi quis non recte proferat, barbare loqui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicitur. Et per metaphoram barbari dicũtur illiterati, malis moribus, feri, crudeles. Interdum barbarus sumitur pro horrido feroq; intuitu. Plini. de quodam myrrhæ genere. Troglodytica myrrha aspectu aridior est, sordidaq; ac barbara, ab uoce βάρβαρος, quoniam in græciam aduentantes eam uocem facerent, cum pronunciare græce non possent.

Barbaculus pe. cor. diminutiuum est a barbarus.

Barbaria pe. cor. barbaroꝝ regio, & qñq; accipiť ꝓ gẽte ipsa fera, Hiero. cõtra Ioui. Arabes & Sarraceni, & oĩs eremi barbaria camelorꝝ lacte, & carnib⁹ uiuit. Hoc ẽt noĩe dicta est insula gãgetis Indiæ fluuii, ut ait Ptole.

Barbaricus. a. um. pe. cor. eiusdem significationis est, cũ barbarus, hoc est ferus & malis moribus. Apul. Feris, ac barbaricis moribus.

Barbaricum neutri generis, clamor exercitus dicitur, q̃ eo uociferandi genere barbari utantur.

Barbaries ad imitationem pertinet, & significat inciuilitatem feritatemq;.

Barbarica pauimenta sunt, quæ & subtegulanea uocantur ex testis tusis, rudere, & calce, in Italia uero festucæ subiiciebantur, propter quod carnea uocitata.

Barbarismus est contra Romani sermonis legem, aut scripta, aut ꝓnunciata uitiose dictio. Fit eñ in una parte orationis tñ, latine dissonans dĩ, & proprie in soluta oratione fit, apud poetas metaplasmus, id est transformatio uocať. Fitq; barbarismus duobus modis scripto & pronuntiatione, Et hoc quadrifariam, adiectione, detractione, mutatione, transmutatione literæ, syllabæ, temporis. Adiectione literæ, ut relliquias danaum pro reliquias, syllabæ, ut Mauors ꝓ mars, tẽporis, ut Italiã fato ꝓfugus, ubi prima syllaba cũ corripi debeat producť, Detractione literæ fit barbarismus, ut Infatibus pro infantibus. Syllabæ, ut salmentũ ꝓ salsamentũ. Tẽporis, ut feruere leucaten, auroq; effulgere fluctus. Mutatione lĩæ fit barbarismus, ut olli pro illi. Syllabæ, ut Pernuces pro pernices. Tempore, ut Vnius ob noxam Transmutatione literæ fit barbarismus, ut Tymbre ꝓ tymber. Temporis, ut Dominus pe. pro.

Barbaralexis dictio peregrina est, ut gaza, & magalia.

Barbaricarii textores, artifices q; linteæ uestis qua ex auro, & coloratis filis effigies hoĩm, & aĩaliũ exprimunť.

Barce, urbs in arida Libya, quam Libes Metropolim habuerunt sic dicta a regina eoꝝ Barce, a qua Barcæi dicti sunt eius incolæ. Hiero. ad Dar. Lateq; uagãtes Barcei, a Barca oppido, qd̃ in solitudine sitũ est, quos nunc corrupto sermone Aphri Baricianos uocãt, hi sunt, q ꝓ locorum qualitatibus diuersis noĩbus appellanť, & a Mauritania ꝓ Aphricam, & Ægyptum, Palæstinãq;, & Phœnicem, Cœlesyriã & Osroenem, Mesopotamiã, atq; Persidem tendũt ad Indiam, Barce etiam ciuitas Pentapoleos, quæ hodie Ptolemais dicitur.

Bardesanes nomen proprium historici Babylonii, qui in duo dogmata apud Indos Gymnosophistas diuidit quoꝝ alteꝝ appellat bragmanas, alteꝝ Samaneos, q tantæ continentiæ sint, ut uel pomis arboꝝ iuxta gangem fluuium, uel publico orizæ, & farinæ alanť cibo. Et cũ rex ad eos uenerit, adorare illos solitus sit. Hic doctrina cælestiũ oĩm chaldæoꝝ excellẽtissimus. Cuius mẽtionem facit Eusebius lib. vi. præparationis.

Bardus stultus a tarditate ĩgenii. Cæcil. nimis audacem nimisq; bardum. Gallice uero dicitur cantor, qui uirorum fortium laudes canit, a gente bardorum de qbus Luc. Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Bardiacus uestis est. Mar. Lassi bardiacus qd̃ euocati.

Bardocucullus, genus uestis omni tempore cõmodæ, cui qua etiã cubare soliti erant imbriũ tpe in castris milites, & ĩ agris rustici. Mar. Gallia santonico uestit te bardocucullo Cercopithecoꝝ penula nup erat. Sunt q dicant bardocucũllũ esse tegmen capitis uillosum, cuius usus translatus sit a populis Galliæ qui dñr Bardi.

Bargylia urbs in Caria a Bellerophontis comite Bargylo quem Pegasus occiderit. Vñ Bargylitici campi.

Barrhus elephas, a cui⁹ ossis similitudine dẽtes barrhi dñr. Hora. Quid tibi uis mulier nigris dignissima barrhis.

Barrire dicuntur elephantes, cum uocem emittunt.

Barrhitus. us, pe. pro. ipsa uox barrhi elephantis. Barrhitus etiam dicitur Romanoꝝ clamor militum, fit, cum utræq; acies se iunxerint, autor Vegetius.

Baro uir fortis, a quo fit diminutiuum barunculus.

Baris. idis. lingua Ægyptia significat cymbam, quæ uectat cadauera ægyptia ad sepulchra. Proper. Baridos & contis rostra liburna sequi. Alio noĩe dĩ Epibathra. Baris etiã dicta est ciuitas Phrygiæ. Ptole. ait esse oppidum in Pisidica Pamphiliæ præfectura. Significatq; id nomen apud græcos habitationum frequentiã, usurpantq; id sacræ interdum literæ pro ædibus eburneis. Nam & poetæ elephantos barrhos uocant. Præterea quidam Indiæ fluuius barrhis dicitur.

Bariona pe. ꝑ. dictio syriaca q̃ significať filius colũbæ.

Bariciani, Vide in dictione Barce.

Barnacida. æ. uestis genus, quã nũc Guarnaciã dicimus, forsan qñ βάρνη υἱὸς ἀλόμβου inde puer uerna.

Bascãda uas britannicũ. Mar. Barbara de pictis uenit bascanda britãnis. Sed me iã mauult dicere roma suam.

Bastazontas græci uocant baiulos & gerulos.

Basia pudicorum affectuũ sunt, oscula officiorum. Suauia libidinum uel amorum.

Basis a nostris dici potest sustentamentum. Sunt eñ bases sessiones columnarum, statuarum seu fabricarum quæ a fundamento consurgunt, & suppositæ fabricæ sustinent pondus, a qua similitudine orbiculi illi, quibus uasa in mensis collocantur, ne toralia polluantur, uocari solent. Treba. Iuriscõ. de lega. li. iii. Cui Corinthia uasa legata essent, & bases huic quoq; hoꝝ uasoꝝ collocandorum causa paratas deberi respondit. Est & Basis figura in narrationibus, cum oñia pedetentim insinuandi gratia proferuntur, ut apud Teren. in Eu. Matri mercator dono dedit, mater ubi accepit &c.

Basilica proprie locus, in quo negotiationes, consilia, & iudicia exercebantur, quasi regia. Græci enim βασιλικὴν basilicen regiam uocant, Nam ut Victru. li. v. scribit. Debent basilicæ adiunctæ esse foro. Sene. Fremitu iudiciorum basilicæ resonabant. Pli. in epist. Descenderam in basilicã Iuliam auditurus, quibus proxima cõperendinatione respondere debebam. Iurisconsulti de uerbo. signi. basilicam publicis usibus accommodatam esse demonstrant. Quidam basilicam accipiunt pro loco domi ampliore, in quo dominum expectant salutatores, clientes patronos, serui dominos, in quo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

etiã choreæ,& cõuiuia maiora fieri ſolent. Apud eccleſiaſticos baſilicæ dicunt ſacella numinibus dicata, qa ibi regi omnium deo cultus,& ſacrificia offeruntur.

Baſilicon. Plau. in Epi. uocat ueſtimẽti genus regiũ, cũ ait. Supaꝛ ſubminiũ,ricam,baſilicũ,aut exoticũ. Plin. Genus nucum, quod optimũ eſt & quaſi regiũ uocari ait baſilicã. Eſt eũ baſilica nux, quã alio noĩe iuglandem appellamus, Vide in dictione iuglans. Celſus Emplaſtrum,ob excellẽtiam,baſilicon dictum ſcribit.

Baſilicus.a.um.regius,ſiue regalis dicitur, Vnde Plau. in Cap. Baſilicas edictiones, atq; imperioſas habet. Et in Pſeu. Baſilicus ſtatus,& baſilicus uictus.i. regalis,& excellens in Perſa. Et baſilica facinora, pro regia. Idem. Baſilice ornatus incedit, & fabre ad fallaciam, id eſt, regie & excellenter.

Baſileus ſuſtentamentum populi dicitur. Nam baſis ſedes & laos populus ꝙ in rege populi animus conquieſcat, quanto enim quis magis præponitur, tanto amplius pondere laborum grauatur.

Baſilicanus, dicitur cuſtos baſilicæ.

Baſiliſcus genus ſerpentis, ꝙ in capite album habeat in ſtar diadematis, uel ꝙ reliqua ſerpentium genera eius uirus fugiãt. Hunc regulum uocãt, qui teſte. Pli. li. viii. in ſolitudinibus Aphricæ habitat cum cãdida in capite macula, uelut quodam diademate adornatus, acutiſſimum habet caput, rubeos oculos,& colorem ad nigredinem uergentem.

Baſilia inſula in Oceano ſeptentrionali, immenſæ magnitudinis, quæ diſtat a Scytharum littore tridui nauigatione, ut ait Plini. lib. iiii.

Baſterna uehiculum itineris, quæ mollibus ſtramentis cõpoſita a duobus aĩalibus deportaſ. Et ꝓprie matronaꝛ erat, Ammianus. Matronæ cõplures optis capitibus,& baſternis ꝑ latera ciuitatis cuncta diſcurrunt.

Baſternæ populi ultra Danubium.

Baſilidii ſunt populi Scythiæ Europeæ, ut Pompo. refert, qui ab Hercule deſcenderunt.

Baſſaris.is.uel.idis. Bacchi ſacrificula, a Baſſareo Bacho, qui Baſſareus dictus eſt a ueſtis genere, qua induebatur, quæ baſſaris dicebaſ, ut inquit Porphy. quæ plane ueſtis uſq; ad pedes fluebat. Statius. Si decet aurata Bacchũ ueſtigia palla Verrere. Et a baſſareo lydiæ loco cognoĩata eſt. Hora. li. car. Nõ ego te cãdide Baſſareu inuitũ quãtiã. Rurſus baſſaris uacca mulſaria dĩ. Perſi. Et raptũ uitulo caput ablatura ſupbo Baſſaris.

Baſilides nomẽ ꝓpriũ cuiuſdã hæretici ꝙ trecẽtos ſexaginta quinq; cælos eſſe credebat, quo die& numero annus includiſ. Cuius ſectatores dicti ſunt baſilidiani.

Baſan regio trans iordanẽ eſt, quã duæ & dimidia tribus poſſederũt,& q̃ interpretaſ uberrima, & pinguis.

Bathauia Germaniæ ꝓuincia, q̃ nũc Bauaria dĩ,& Batauiũ oppidũ a βάθυ, qd̃ altũ ſcat. Hinc bathauus.a.um pe. indifferente. Luc. li. i. Vangiones, Bathauiq; truces quos ære recuruo Stridẽtes acuere tubæ. Cor. Taci. de ſitu Germaniæ. Oĩm haꝛ gentium uirtute præcipui Bathaui non multũ a ripa inſulam Rheni colunt. Hos auricomos Sili. appellat.

Batrachus pe. cor. rana, & nomen proprium ſculptoris & quidam Cyrenaicus portus.

Batrachomyomachia, ranarum & murum pugna.

Batris genus uaſis longioris manubrii, qd̃ alii Trullam appellant.

Batus, ut ſcribit Hiero. genus menſuræ eſt, quæ apud hebræos dĩ Bath, decima pars chori eſt,& de ſpecieb9 tñ liquidis dĩ, uini, olei,& hmõi. Idẽ in Eſaia dicit batũ cõtinere tres amphoras. Ser. li. de ponde. Cõtinet amphoram unã. Et batus nomen uiri ꝓpriũ, eius q Cyrenem cõdidit, qd̃ lingua libyca regẽ ſcat. Itẽ Batus apud Pli. nomen piſcis. Itẽq; Batis quam nos raiam uocamus.

Batis genus herbæ aculeatæ ſponte naſcentis, q̃ & marina eſt & hortenſis. Et batis inter aues numeratur.

Battologia a noſtris multiloquium dici poteſt.

Battus per duplex tt, nomen eſt paſtoris.

Batuo.is. uirgis uerbero. Plau. in Caſi. Qui quæſo potius q̃ ſculponeas, quibus batuatur tibi os ſenex nequiſſime. Sueto. de Cali. Mirmillonem e ludo rudibus ſecũ batuentem, & ſponte proſtratum, confodit ferrea ſica. Cice. Pæto, Tranſtulit ad rem obſcœnam, cum inquit Equidem iam etiã non obſcœna uerba, pro obſcœnis ſunt. Batuit enim impudenter, depreſſit multo impudentius, Atqui neutrum eſt obſcœnum.

Batillus, quoddam ignis receptaculũ ferreum, quo pruna colligitur ad ſimilitudinem palæ, uulgo bernacius dicitur, hoc enim cinerẽ e foco tollere ſolemus, ut alio tranſferamus. Apitius de Petaſone, Et armillam, inqt, illius candenti batillo uris, & melle contegis. Et de diuo Laurentio ſcribitur. Allati ſunt batilli cum prunis. Hiero. lib. Nume. genere neutro uſus eſt. Ignium receptacula, fuſcinulas,& tridẽtes, uncinos, ac batilla. Item batillus ſignificat fere bracteam,& laminam, unde nos uulgo quoq; ferrum tali forma nominamus batillum ferreum inſtrumentum, quo ad ſulcos foſſaſq; faciendas ruſtici utuntur.

Bathyllus cum th, aſpirato,& y græco, fuit nomen adoleſcentis. De quo Hora. in Epo. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teium.

Bathynon pe. cor. interpretatur profundum.

Bathyochus profundus. Nam bathy profundum ſignificat,& ἔχω habeo.

Battalus pe. cor. fuit cognomen Demoſthenis, qd̃ ſcat mollem & odioſum,& turpẽ a battalo quodã libyco.

Baubare, factitiũ uerbũ a uoce canũ, cũ latrãt, bau bau faciẽtes. Lucil. li. v. Et cũ deſerti baubanſ in ædibus oẽs.

Bauli, uillæ nomen eſt, quæ inter promontorium Miſenum, Baiarumq; lacum flexo mari alluitur. Ser. cauſam nominis inde factam memorat, ꝙ olim Hercules iuxta Baias fecit caulam bobus,& eam ſepſit. Qui locus primo Baulia dictus, mox dici cœpit Bauli.

Baxeæ ſunt crepidæ,& calciamẽta,& ꝓprie calcei phoꝛ, ut oñdit Apul. li. ult. de aſi. qui ait. Necq pallio baculoq;,& baxeis & hircino barbitio phum fingeret.

B ante D

Bdellium arbor nigra magnitudine oleæ, folio, & robore ſimilis caprifici. Naſciſ in Bactrianis, ut Plin. lib. xii. ſcribit. Cuius etiam ſuccus bdellium dicitur.

B ante E

Beatus ab habendo dictus eſt. Qui ſint dicendi beati, Sene. lib. vi. epiſto. declarat his uerbis. Hoc nos doce bea-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tum non eum esse, quem uulgus appellat, ad quē pecunia magna cōfluxit, sed illū cui bonū omne in aīo est erectū,& excisum,& mirabilia calcantē,qui neminē uidet,cū quo se cōmutatum uelit, qui hoiem ea sola parte existimat,qua homo est,qui natura magistra utitur ad illius leges componiē,sic uiuit quō illa p̄scripsit, cui bona illa nulla uis excutit,qui mala in bonum conuertit,certus iudicii,inconcussus,intrepidus, quem aliqua uis mouet,nulla perturbat,quem fortuna,cum in eum quod habuit telum nocentissimum, ui maxima intorsit,pungit,nō uulnerat.Cic.li.v.Tus.Hos existimo beatos,qui sint in bonis nullo adiuncto malo. Apul.lib.de philosophia.Illum omnibus beatū uideri, cui & bona suppetūt, & quemadmodū carere uitiis debeat callet. Fœlices dñr bonoꝝ oīm cōpotes. Aliæ quoq; res beatæ fœliceſq; dici possunt,ut uox beata.i.plena,ac perfecta.Et uocis fœlicitas apud Quinti. Interdum ponitur beatus pro nobili.Hora.li.car.Nescias an te generum beatæ Phyllidis flauæ.

Beatulus diminutiuum.Persi. Tandemq; beatulus alto compositus lecto.

Beatitudo ut inquit Speusippus est bonū, & bonis oībus accumulatū,potestas ad bene uiuendū seipsa sufficiēs, perfectio ſm uirtutem,sufficiens uitæ cōmoditas.

Bebryciū,siue bebryacū,uicus est inter Cremonā & Veronam, q uulgo diciē Labina, clarū duabus cladibus romanoꝝ.In eo Vitel.cum Othone conflixit. Cor.Taci.Eo die quo Bebriaci certabatur auem inusitata facie apud regium lepidi celebri luco consediſſe in colle memorant, nec deinde cœtu hominum aut uolantiū alitum territam,pulsamue,donec Otho seipse interficeret.Hinc bebryacenses dicti sunt eius incolæ.

Bebrycia regio,quæ ut Salu.docet, maior Phrygia dicta est. Soli. in Ponti exordio Thraciam ab oriēte tangit prius Bebrycia, inde Mygdonia, postremo a rege Bithynio Bithynia.Hinc

Bebrycius.a.um.& Bebryx. ycis. pe. indifferente. Vale. Flac.li.ii.Bebrycis,& Scythici procul inclementia saxi. Luc. lib. vi. Pinguis Bebrycio discessit uomere sulcus. Sili.li.iii.Possessus Baccho sæua bebrycis in aula.

Becher.eris.pe.prod.& prima breui,natio Scythica,quæ quum ad Italiam ueniſſet cum Attila,uinumq; gustaſſet,omnium bibaciſſima facta est.

Beelzebub idolum fuit Accaron,quod in regum uolumine uocaē idolum muscæ.Beel ipse est bel,siue baal, zebub musca.& interpretatur uir muscarum.

Beelphegor interpretatur uir habens hiatum, uel deus hians,uel simulachrum ignominiæ. Idolum fuit Moab,uocabulo baal, siue beel, super montem Phegor, quem latini Priapum ferunt.

Beelsephon,uir habens arcana, uel dominus aquilonis, seu uetustus deus habens speculam.

Beemoth,ex hebræa uoce latine animal significat.Ideo autem diabolus beemoth.i.animal dicitur, q; de excelsis ad terrena decidit,& pro merito suo,ut animal brutum effectus sit.Ipse est & Leuiathan.

Belbina pe.pro.insula Æginæ proxima. Fuit & in continenti Laconiæ agro belbina,ut inquit Strabo.

Belial diabolus dicitur & interpretatur apostata præuaricator & absq; iugo,uel absq; domino.

Belgæ Galliæ populi per.xv.gētes diuisi intra Rhenum ac ligerim uergentes in oceanum, a quibus regio belgica dicta est, quasi bellorum gens, ubi uehicula quædam primum inuenta fuere,quæ esseda dicuntur.Virgi.Belgica uel molli melius feret esseda collo.

Belus,per simplex l nomē proprium regis Assyriorum & pater Nini.qui primus regnauit, & postea dictus est Bel.Vnde Beelzebub,nam eorum lingua sol bel dicit, unde & helios.Ergo addita digamma,& facta deriuatione a sole,regi nomen impositum est.Hoc etiam nomine dictus est fluuius Syriæ, ubi primo compertum fuisse uitrum,Plin.scribit lib.vi. Iosephus li.ii.belli Iudaici,Stadiis ait duobus a Ptolemaide belum amnem distare, iuxta quem sepulchrum Memnonis sit, & uitrea in rotunda ualle arena, quam uenti ex circundatis iugis conuehant inexhausta sæculis ui, sed ante oia mirabili natura mutandi alia quoq; in uitrum,quæ attigerit metalla. Nascitur e palude quæ uocatur candebea in ea parte Syriæ quæ Phœnice dicitur finitima iudææ intra montis Carmeli radices.

Bellus.a.um.per duplex ll,diminutiuū est a bonus. Var. Ita cum eis bellum geras,ut bella omnia domum auferas,id est,bona omnia.Idem Bellior pro melior posuit. Venio nunc ad ultimum testamentum , quod dicitur physicon,in quo græci belliores,q; Romani nostri. Et quoniam bonum quandoq; pulchrum significat,ut apud Teren. Forma bona fortasse, Bellum quoq; pro pulchro accipitur,ut bellus puer, bella puella , bellum corpus.Martia.Bella es nouimus, & puella uerum est. Hinc belli homines aliquando boni,& prudentes, aliquando formosi , atq; elegantes dicuntur . Et bellissimus optimus,uel pulcherrimus.Terenti.in Adel. Ego iam prospiciam mihi atq; unumquodq;,quod erit bellissimum carpam.

Bellulus.a,um.dimi.formatū a dimi .i. pulcherrulus,a quo aduerbiū bellule. Plau. Nā nurus bellule se hēbat.

Bellatulus.la.lū.uocabulū blā diētis eiusdē significantiæ cū bellulus.Plau.Cū imus ergo cubitū bella bellatula.

Bella.æ.oppidū Cāpaniæ.Vir.li.vii.Mœnia bellæ.

Bellum proprie dissensio hostilis,p quam arma mouentur,& significat totum tempus in quo sunt in militia homines,prælium certamē ipsum, Pugna etiam citra arma fit nudis uerbis. Vir.exemplū de bello, & p̄lio posuit. Infantem fugiens media iter p̄lia belli . Et Liui.refert populum Ro.nullo bello multis uero p̄liis uictum esse.Aliq̄n tñ bellū capiē pro p̄lio.Salu.In eo bello trecenti milites desyderati.Dictū bellū, ut Prisc.ia. sentit, ab eo, quod est bonum p̄ antiphrasim dimi. q; minime bonum sit.Alii non per contrarium a bono deducunt, q; boni gratia bella olim susciperentur,nec ad inferendam,sed ad ꝓpulsandam iniuriā pacēq; parandā. Quapropter hostes etiā ab æquando dicti sunt. Alii a Duello deriuāt abiecta d,& digāma in b conuerso. Festus a beluis,quia beluarum pernitiosa sit dissensio.

Bellicus.a.ū.pe.cor.qd ad bellū p̄tiner, ut arma bellica.

Bellica.æ.dicebaē columella illa ante tēplum Bellonæ, sup quam iaciebant hastam cum bellū indicerent.

Bellicosus ferox. Salust.in Iugur.Lybes,q; Getuli minus bellicosi erant.

Bellax adiectiuum,idem quod bellicosus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bello,as.oppugno,bellū gero,confligo.pli.Romana arma primū Claudio principe in Mauritania bellauere Ptolemæū regē a C.Cæsare interēptū.Est & bellor,aris deponēs.Vir.Et pictis bellā ē Amazones armis. Cōposita sunt debello,& rebello,primū ſcat expugno, unde Debellatos hostes dicimus uictos. Alterꝛ repugno, uñ

Bellator non mō qui bellū gerit, ut est (rebelles. homo,sed etiam per quē bellum geritur, ut equus.Virgi.li.x. Bellatoris equi caua tempora coniicit hastam

Bellatrix,quæ bellum gerit, seu bellicosa est. Idē. Aurea subnectens exertæ cingula mammæ bellatrix.

Bellarius,a.um.quod bello aptum est, ut arma,sagittæ, & huiusmodi,quasi instrumenta bellica.

Bellaria uero dñr res bellis aptæ, utpote arma, sagittæ & ſiſta, q̄ſi bellia instſa. Itē bellaria cibi ſcdæ mensæ a bonitate(ut Do.) ad irritandā gulā, q̄ tragemata, aut pemmata græci,ea ueteres nīi bellaria dixere, ut inqt Gel.q̄ mellita ēe cōsueuerūt.Macr.in Sa.Adhuc dicente Furio ſcdæ mēsæ illata bellaria nouo ſmoni principiū dedere. Vina quoq; dulciora est iuenire in comœdiis antiqorib⁹ hoc uocabulo appellata, dictaq; ēe ea

Belligero,as.bellum gero. Plau. (Liberi bellaria. in Cap.Belligerant Ætoli cum Aulidis.Hinc belliger. Vnde Mars belliger dicitur a bello gerendo.

Bellipotens cum accentu in antepe. qui bello pollet.

Bellona pe.pro.bello ꝛ dea, Martis soror, q̄uis quidam Palladem dicant, cui proprio sanguine sacerdotes sacrificabant,ante cuius templū colūnula erat, quæ bellica dicebaſ.Hæc alio noīe Enyo a poetis uocatur.

Belone p simplex l.piscis est,q alio noīe dī acus,siue acicula ab acu.græci.n.βελόνω πρὸ βάλλω, acū noīant Pli.Acus siue belone unus piscīū dehiscēte,ppter multitudinem utero parit, a partu coalescit uulnus qd & in cæcis serpentibus tradunt. Vulgo angusigula dicīt.

Bellerophontes, seu bellerophon, tis. fuit Glauci regis Ephyræ filius inclyto decore cōspicuus & uirtutis maximæ.Hic cū a Stenobœa uxore Prœti de coitu interpellatus eēt, uerit⁹ hospitalis Iouis irā,lasciuā fœminā repulit. Vñ exardens repulsa mulier, uiro innocētem hospitē accusauit,q hospitii iure mot⁹ illū domi iterfi cere nō sustinuit, sed datis codicillis ad Iobatē socerū illā in Lyciā misit. Lectis ergo codicillis Iobates in ultionē criminis ad Chimærā & Solymos domādos Bellerophōtem misit, ut sub p̄textu memorabilis pugnæ interiret.Sed Chimæra,& Solymis deuictis laudē retulit maximā.Hic primo Hipponus, post ab interfecto Corinthio Bellero, Bellerophontes dictus est, primæ decli. sicut Anchises.Hinc bellerophonteus,a.um.Proper. Bellerophontei qua fluit humor equi.

Belos,latine sagitta ἀπὸ τοῦ βάλλω, quod ſcat iacere.

Bellouaci pe.cor.populi Galliæ,qui belli gloria Belgas omnes superarunt,quos Cæsar duce eorum interfecto in potestatem redegit.

Belon per simplex l. urbs & nomen fluuii in Hispania.

Belbus animal,alio nomine dicitur Hyæna.

Beblosis βεβλωσις dicitur prophanatio.

Bembina, Nemeæ uicus, unde Nemæus leo a poetis bembinatis est dictus. Plau. in Mi.Bembinatidis beluæ instar, hoc est Nemæi leonis instar.

Bene aduerbiū a bonus formatū,ut deus oīa bene fecit. Aliqñ ponit̄ p cōmode,ut bene habito.Interdū p prudenter,pulchrē,probe, ornate,honeste, p̄spere, p loco. Nōnunq̄ p ualde, ut bene numatus.i.pecuniosus. Cic. Habetis orationē bñ longam. Nā bonus pro magno & multo quandoq; capitur. Similiter male pro ualde Cic.in Bru. Credebat ſcriptores illos male mulctatos.

Bene iudico,censeo,opinor,existimo,ad meip̄m referūtur,rectūq; cōsiliū oñdunt,& econtrario. Male iudico.

Bene cogito,uel male cogito referunt̄ ad alterꝛ, ſcantq; bñficiū,aut pernicīē.Pli.Hoc tuo studio bñ de te cogitantē liberaliorē reddes.Ci.Carthaginē diu male cogitantē,nō prius timere desinam q̄ excisam cognouero.

Bene uiuere, est in utilitatē uertere, sicut male uertere ē

Bene uertere inquit Aug.li.de mori- (in pernicīē. bus eccleſiæ, est ad beatitudinem uiuendi tendere.

Bene uolo tibi,amo te.Hinc beneuolus & beneuolentia quæ est inclinatio animi cū desyderio benefaciendi.

Benedico,laudo,bene loquor. Ter.in Phor. Benedictis si certasset, audisset bene. Et cōstruitur cum datiuo, sicut maledico quādo est una dictio, hinc Benedīcus, qui benedicit & laudat, a quo aduerbium benedice. Plau.Cum illiciebas me ad te blande,ac benedice.

Benefacio,non indicantis,sed gratias agentis est. Terē. in Eu. Benefacis, merito te amo.

Beneficus,pe.cor.liberalis,qui beneficium præstat,& cōparatiuum habet, & superlatiuum aliqñ etiam suum, ut beneficentior beneficentissimus, & beneficissimus, ut M. Cato,de Ptolemæo rege optimo,& beneficissimo.Hinc beneficentia,liberalitas.

Beneficiarius, qui bñficium accepit. Vñ & a ueteribus beneficiarii dicti sunt illi quos impator suo beneficio promouisset in militia.Cæsar.li.i.Petreius uero nō deserit sese,armat familiā,cū hac & p̄toria cohorte cetratoꝛ barbarisq; equitibus paucis beneficiariis suis.

Benignus a bonus deducīt̄, & pprie q bonis & dignis largīt̄,cōposita dictio ex bono & digno.Vñ benignā terrā dicimus, fructus abunde reddētem. Pli.de Ægypto. Nulla est benignior tellus, nullus ager feracior. Terē. in Hecy.Benigne p̄beatur,hoc.n. est gratius,non solū præbere,sed ēt large.Dona. Benignitas est in quantitate rerum, aut in facilitate præstantis. Nā plærunq; ingrata dona sunt in quibus benignitas non apparet.

Benna lingua gallica, genus uehiculi. Vnde Combennones in eadem benna sedentes.

Beneuentum Campaniæ urbs, cum eo colonia deduceretur boni hominis gratia uocari cœptum, nam antea Maleuentum uocabatur. Hæc urbs a Diomede condita fertur, apud quam. xxx.millia Samnitum cæsa fuerunt,Sulpitio & Petilio consulibus.

Beo, as. consolor, & btñ gloriosum facio.Plaut.in Tru. Hoc me beat saltē,qm̄ perduellis uicit,& domum compos laudis reuenit.Hinc beatus,beatior beatissimus.

Berecyntus sine h. mons Phrygiæ est,& nomen oppidi, in quo Cybele mater deum priscorum ritu colebatur. Vnde berecyntia dicta est. Addimus autem aspirationem quotiens montem Deli cynthum dicimus.

Beronice, uel berenice, es pe.pro, regina Aegypti soror Ptolemæi,& Cleopatræ,a qua Beronice urbs in maiori syrte creditī appellata. Fuit & alia Beronice hērodis Agrippæ Iudæoꝛ regis filia, de qua Iu. Deiñ adamas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

notiſſimus,& Beronices in digito factus p̃cioſior, hũc dedit olim barbarus iceſtæ dedit hũc agrippa ſorori.

Beryllus cũ y. græco, lapis pallidus tranſparens, ex quo pocula fiebãt,ge.maſc.& fœ.Priſc.in periegeſi. Berylli gẽmas glauci,nitidũq; adamanta. Gignit̃ in India ſiſis Smaragdo,ſed cũ pallore,ſempq; berylli ſexangula figura artificum ingeniis poliunt̃, qm̃ hebeſcũt,niſi color repcuſſu angulox excitet̃. Orpheus in lib. de gemmis,de beryllo nil meminit, ſed Euſta. multa in enarratione Dionyſii libyci,qui ait. μὴν καὶ χρυσοῦ φέρειν χθὲ ειέστερον ἄλλο, ὑγρῇσι βηρύλλου γλαυκὸν λίθον.

Berytus cum y. pe. prod.urbs eſt Phœnices Syriæ, a qua Berytia uua qualis hodieq; nominatiſſima eſt.

Beroſus hiſtoricus fuit, q hiſtoriã lĩis chaldæis ſcripſit.

Berſabeæ urbs in terra Iuda,q̃ ẽt puteus iuramẽti uocata eſt, qa cũ ibi habitaret Abraã cũ Abimelech datis ſeptẽ ouibus in fœdus,mutuo iurauerũt.Hæc termin9 fuit terræ,pmiſſionis poſſeſſæ a pplo Iudæox, poſtq̃ reuerſus eſt ex Ægypto,& tendit̃ uſq; ad Dan ſpacio in lõgum.clx.milium,ſicuti ſcribit Hiero. ad Dardanum.

Bes,is.unciæ octo ab aſſe, ex eo q; bis triens ſit, q̃uis dura compoſitio. Ser. Duos trientes beſſem uocabis. Antiqui Des dicebant dempto triente.i. octo.

Beſſi populi Thracum,de quibus Oui.li.iiii.triſt. Viuere q̃ miſerum eſt,inter Beſſoſq; Getaſq;.

Beſtia crudelitatẽ uidetur exprimere,belua magnitudinẽ & quaſi monſtruoſitatẽ, fera opponit̃ cicuri. Vlpi. Beſtias accipere debemus magis ex feritate, q̃ ex animalis genere,quæ proprie morſu, uel unguibus ſæuiunt,ut pardi leones, tygrides a uaſtando.

Beſtialis & hoc beſtiale, quod eſt beſtiæ. Ambr. Ipſum uidetur beſtialis naturæ poteſtati eſſe ſubiectum.

Beſtiarii dicebantur,qui cũ beſtiis depugnare damnati erant.Hinc a Señ. ludus beſtiariox nuncupat̃, quo beſtiarii depugnabant.Tertu. Iuppiter eſt Romæ,quem ludis ſuis ſanguine proluunt beſtiariorum.

Beſſygа pe.cor,emporium in India, ubi & amnis Beſſygas. Vñ beſſygitæ populi, q humana carne ueſcuntur.

Bethacarma,uicus inter Hieroſolymã,& thecuã in mõte ſitus,compoſitũ nomen ex lingua ſyria & hebræa.

Beta litera græca ,pxima primæ q̃ in b. a latinis trãſfertur,aliqñ in u. ut bition uitia.Eſt etiam hoc nomine herba,quæ & bleta dicitur,& betatius,& betatium.

Beto,is.ſignificat uado,quaſi bene ito. Var.Mulierem, q; parere ea non poterat,foras betere iuſſit.

Bethania, uilla ſecundo milliario ab Hieruſalem in la-

Bethel,urbs Samariæ, quam (tere montis oliueti. Iebuſei condiderunt,quæ prius uocabatur Luza.

Bethleem,nomen ciuitatis Dauid, quæ alio uocabulo dĩ Euphrata, nunc uiculus eſſe dĩ, qui ab Ioppe, xlvi. milibus diſtat. In hac ciuitate ortus atq; conſumptus eſt Dauid. Ibi ẽt dñs noſter ex ſpũ ſctõ genitus, natus eſt. Ibi Rachel occubuit, ubi & ſepulchrũ Ieſſe patris Dauid oñdit̃. Eſt aũt hic locus in tribu Iuda, ſexto ab Hieruſalẽ miliario poſitus contra meridiẽ in itinere, quo pgit̃ hebron. Qñ ãt Iacob ibi pecora ſua pauit loco Bethleẽ nomen impoſuit,qd̃ domus panis interp̃tat̃,ppter eũ panẽ,qui ibi de cœlo deſcẽdit. Hinc Bethlemitæ pe.pro.dicti ſunt,qui eius incolæ ſunt.

Bethſamis pe.cor.nomẽ urbis Galileæ,ubi dñs perhibetur multa ſigna feciſſe,a qua Bethſamitæ populi.

Bethſaida,piſcina in Hieruſalẽ,q̃ uocabatur Probatica & a nobis dici põt domus pecudũ,ſiue pecualis,qa hoſtias in ea quondã ſacerdotes lauabãt.Eſt & nomen ciuitatis galileæ,a qua Petrus & Philipp9 ortũ habuere.

Bethſura,& bethſuræ tm̃ plr pe.pro.Hie.li.ii. Macha. Et bethſuræ, qd̃ erat Iudeox munitũ p̃ſidium,caſtra admouebat. Idem in eodẽ. Itex rerũ ſermonẽ habuit cũ his,q erant bethſuris.Et interp̃tat̃ domus muri, uel do-

Bethphage pe.pro.Syrum nomen, (mus acerba. quod interpretatur domus oris,uel maxilla.

Bethys fluui9 Hiſpaniæ ulterioris,a quo Bethica Hiſpaniæ regio dicta eſt, q̃ ab accolis Tudertana uocat̃,incolæ Tudertani & Turduli dñr. Ea nunc granata dĩ,a grano qd̃ græci coccũ uocant, nã in Bethica fere tota copioſum coccũ gignit̃. Accipit̃ ẽt pro hiſpania,q; Bethys eam diuidat.Hic fluuius occidit in oceano occidentali, dictus Bethys πρὰ ὃ βάθυς α ἐισι qd̃ eſt profundũ. In quo lanas pulchro colore tĩgi oñdit Mar.cũ ait.Bethys oliuifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis uellera tingis a quis, ſed tñ quotquot græcos uiderim, ſcribũt p æ. diph.in prima, ut Stephanus Byzantius noſter, & Euſtathius in commentariis Dionyſii,ſed mihi uiſus ſum ſequi aliam opinionem.

Betula pe,cor. genus arboris eximii candoris,ex qua fieri ſolent circuli uaſis uinariis idonei.

Betulus hiſpaniæ fluuius eſt, cuius aqua ad ferri temperamenta fertur aptiſſima.

B ante I

Bianor nomẽ uiri, qui & Ocnus dictus eſt,filius Mantus fatidicæ & Thuſci fluminis qui Mantuam a noie matris dixit.Fuit & alius Troianus princeps.

Bias,antis,nomẽ phi Prienẽſis, q fuit unus ex ſeptẽ græciæ ſapiẽtib9.Hic Laer.teſte,uir fuit tot9 regi9,& ciuiũ ſuox princeps,quos diu aduerſis piculis tutat9 ẽ.Sed tãdem capta pria cũ fugiẽtibus cũctis onuſtis ſarcinulis p̃cioſarum rex ſuax,& ipſe interrogaret̃,cur ex bonis ſuis ſolus nihil ſecũ ferret, rñdit, oĩa bona mea mecũ porto.Suidas. βίαντος θεμιστέως δὲ κὴ, οὗτος εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, λέγεται δὲ εἶσι τὰς δίκας λιμότατος γεγονέναι ἐπὶ τοῦ ἐπ' ἀκαθοῦ μεμνῆται τῆ τῶν λόγων ἰσχύϊ ἐχρῆτο.

Bibo,is.bibi,itũ.potũ haurio.Et ea oĩa dñr bibẽr, q̃ hauſtus hñt. Virg. xi.ẽt his iunxit, quæ non hñt hauſtum. Haſta ſub exertã donec perlata papillã Hæſit,uirgineumq; alte bibit acta cruorẽ.Hui9 cõpoſita ſunt,Adbibo,quod ſcat iuxta, ſeu ẽt bibo. Terẽ.in Heau .Is pater mihi ubi adhibit plus paulo,ſua q̃ narrat facinora.Cõbibo ſimul bibo,Plau.in Cur. Foribus dat aquã,cõbibant,uñ & cõbibones dicunt̃.Cic.Pæto.In his cõtrouerſiis,quas habeo cũ tuis cõbibonibus epicureis,optima opera uti eius ſoleo.Ebibo,extrabibo,exhaurio. Plau. in Am.Factum illud eſt, ut ego illic uini hyrneam ebiberim meri.Præbibo ante bibo.Hie. Nec uenena iam metuã,cũ Antidotum p̃bibero.Per tranſlationem ebibere ponitur,p conſumere. Idem in eadẽ. Non ego cũ uino ſimul ebibi imperium tuũ,Imbibo,inſumo,intus concipio.Cice in Ver.An nunq̃ iſte bonam de ſe ſpem habuiſſet, niſi de nobis opinionem imbibiſſet.Augu.

Vt poeta optimus maximus teneris ebibitus annis,

non facile

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non facile memoria aboleret. Perbibo multum bibo. Lact.li.ii.Infecti sunt.n.psuasione,ac penitus eox mentes succũ stulticiæ perbiberũt.Subbibo parũ bibo.Sueto.in Ner.Si paulum subbibisset, aliquid se sufferri tinniturum græco sermone promisit. Et hæc omnia habent pe.cor.Inuenitur etiam passiuũ huius uerbi bibo in tertia persona Iuue.Sed nulla aconita bibuntur.

Bibax qui est bibendi auidus,uel nimius potator.

Biboſus,idem quod bibax. Laberius. Non mammosa, non annosa,non biboſa,non procax.

Bibulus,a.um.pe.cor.quod facile sorbet.Vir.ad Messalam.Inuerso bibulum restinguens lumen oliuo, qa lumen bibit oleũ.i.ardendo consumit.Vnde & bibulox cognomen dictum est, & bibula papyrus, quæ sorbet atramentũ.Luc.Conficit bibula memphitis charta papyro.Horatiꝰ passiue dixit.Et poteris,bibuli media de nocte falerni Oderunt porrecta negantem pocula.

Bibaculus potest esse dimi. a bibax, quo noie uocatus fuit poeta, quem Hiero. in Chronicis Cremonæ natũ scribit,paulo minorem Cicerone.

Bibliolathas dictus est Didymus,qm̃ mille quingentos libros scripsit.

Bibile quod facile bibi potest.

Biblos,latine papyrus,iuncus,liber,cuius diminutiuum est biblion,libellus. (γεάφω.

Bibliographus, librarius, bibliacus librosus βίβλιον χω

Bibliopola pe.pro. qui libros uendit. Mar. Non habeo, sed habet bibliopola Tryphon. Cõponitur autem ex βίβλιον, quod est liber, πωλῶ uendo.

Bibliotheca tã librox p se magnus numerꝰ, q̃ locus ubi libri sunt appellat,ut li.3 z.digestox scribit Vlpia.Auso. Emptis cp libris tibi bibliotheca referta est. Nã biblos liber est,& theca repositoriũ, a latinis librariа dr. Gel. Forte in libraria ego, & L.Paulꝰ poeta uir memoria nr̃a doctissimus cõsederamus.Est & bibliotheca titulus, siue inscriptio, q̃ Diodorus historiã suã noiauit. A græcis inflectit bibliothece,es.Pli. Apud græcos desiit nugari Diodorus,& bibliotheces historiã suam inscripsit.Bibliothecæ,ut inqt Victr. ad orientẽ spectare debent,usus.n. liborx matutinũ expostulat lumen.

Bibliothecalis, & bibliothecale, quod est bibliothecæ, ut apud Martianum,bibliothecalis copia.

Biblia uxor Duilli romani,q primus romæ nauali certamie triũphauit,q̃ tantæ pudicitiæ fuit, ut illo sæculo p exẽplo fuerit,quo ĩpudicitia mõstrũ erat,nõ uitiũ

Biblio,lis. factitiũ est a similitudine soni, qui fit in uase. Neuius. Biblit amphora.

Bis aduerbiũ, fcat id qd̃ græci dũt λις, & multa habet

Biceps,quod habet duo capita. (composita.

Bicorpor,quod habet duo corpora.

Bicliniũ duo lecti ex latino & græco uocabulo, bis latinũ κλίνη græcũ,qd̃ fcat lectũ, dictũ, q clino simplex ĩ usu sit apud græcos, sicut apud nos declino,& inclino.

Cayſter fluuius Lydiæ Sardib⁹ proximus ἀπὸ τῆ καϋστρου hoc eſt ambui, qm̃ propinquus ſit catacecaumenæ, q̃ pars ē Epheſiæ prætorridæ, & deuſtæ, fertilis nulla præter uitem arbore, ſed uino præſtãtiſſimo, quod uictruuius & Plinius catacecaumenitem ex hac origine denominant. Hinc Cayſtranus campus. Stra. Poſt egreſſum cayſtri amnis lacus eſt Selenuſius cognomine, in alterum ſtatim lacum interfluens.

Cayſtrus fœ.ge. urbs eſt Ciliciæ mediterranea.

£ ante £

Ce ſyllabica adiectio. Quære infra in dictione Met.

Ceus.a.um. poſſeſſiuum. Vide in dictione Cea.

Cecrops, primus Athenienſium rex, qui annis quinquaginta regnauit, hic Athenas inſtaurauit.

Cecropius.a.um. poſſeſſiuum. Vir. li. iii. Geor. Cecropias innatus apes amor urget habendi.

Cecropis penul. corre. idis. patronymicum fœmininum Et cecropidæ Athenienſes dicti ſunt, Suidas noſter, κέκροψ, αὐγύπιος ὢν τὸ γένος, ὤικησεν τὰς ἀθήνας, ὅθεν καὶ κεκροπίδαι οἱ ἀθηναῖοι

Cecryphalea, promontoriũ, ſeu inſula in Pelopõneſo, ubi Athenienſes ab Æginetis prelio ſuperati fuerunt.

Cedo.is.ſſi.ſſum. Vide ſupra in dictione Cædo.is.

Cedrus arbor maxima, q̃ in ædificiis utilitatẽ pſtabat, eo q hmõi materies, & pcera ſit, nec oneroſa parietibus. Ei⁹ folia ad cupreſſi ſimilitudinẽ reſpõdent, lignũ iucundi odoris eſt, & diu durans, nec a tinea unq̃ exterminaf. Vir. li. ii. Ge. Dãt alios aliæ fœt⁹, dãt utile lignũ Nauigiis pinos, domib⁹ cedrum atq; cupreſſos. Ex hac arbore naſcitur oleum, quod cedreum dicitur, ut Victru. ii. inquit. Quo reliquæ res cum ſũt unctæ, uti etiã libri, a tineis, & carie non lædũtur. Iuxta quem ſenſum Perſi. dixiſſe uidetur. Et cedro digna locutus. Scribit Theophraſtus lib. iii. Cedrum eſſe iuniperi non abſimilem, ſed foliis maxime diſtare.

Cedrinus.a.um. pe.pro. quod eſt ex cedro.

Cedria primus ſudor, qui defluit in canali, dum pix fit, cui tanta eſt uis, ut in Ægypto corpora hominum defunctorum ea perfuſa ſeruentur.

Celena pe.pro. locus campaniæ Iunoni ſacer. Virgi. lib. vii. Atq; arua celenæ.

Celenæ pluralis numeri tm̃, fuit urbs Phrygiæ. Luc. Lugent damnatæ Phœbo uictore Celenæ. Poteſt tamen declinari ſingulari numero Celena.æ.

Celæno cum diph. fuit una ex harpyis, & atrum, ſeu tenebroſum ſignificat, græce κέλαινος.

Celebris & hoc celebre pe.cor. adiectiuũ eſt, & diſtinguitur a frequẽti, q frequens dicaf creber de loco, ſiue de re animata, ut frequens miles, frequens ſenatus. i. creber, copioſus, multus, freq̃ntes domus. i. crebræ, multæ Aliq̃n dr̃, q ab aliis frequentaf, ut frequens locus, frequens tẽplum, in qd multi cõueniũt. Et infrequens parum frequentatũ, ut infrequẽs forũ, in qd pauci, uel raro conueniũt. Phœnix infrequẽs auis. i. q̃ rara reperif. Cice. Rei militaris te infrequentẽ tradidiſti. i. fugientẽ a ſignis, & raro ĩ pugna intereſſentẽ. Celebris uero proprie dicif uelox. Actius. Celebri gradu celeraſſe decet. Qm̃ uero accelerare gradũ frequentare eſt, factũ ẽ, ut celebre, p frequẽtato accipiaf, & q in oim ore uerſaf. Et hoc paſſiue tã ad rem, q̃ ad ſonã relatũ. Cice. lib. ii. ad Herẽ. Locus quæritur celebris ne ſit, an deſertus. i. q celebraf. Hinc celebritas freq̃ntia. Quinti. Ante oĩa futurus orator, cui in magna celebritate & in media Rep. uiuendũ eſt, aſſueſcat a puero nõ reformidare hoĩes.

Celebro.as. frequento. Var. Cui nõ tã cura erat, ut tẽpla deoꝝ, q̃ ut popinas celebraret. Per trãſlationẽ tm̃, qm̃ q̃ freq̃ntamus, etiã colimus, celebrare, p colere, & uenerari poniſ, & celebritas, p cultura atq; honore. Hinc celebrare laudib⁹, & uirtutũ celebritatẽ dicim⁹. Itẽ celebriorẽ, & celeberrimũ, p honoratiorẽ, & honoratiſſimũ.

Cedar regio Arabiæ ut apd Eſaiã, Auferef oĩs gloria cedar. Nã ut inqt Hiero. Ex Hiſmaele cedar, & Aggareni, q̃ puerſo noĩe ſaraceni uocanf, eſſe gñatos dicim⁹.

Cedrium oleum quod naſcitur ex cedro.

Cedrides, pe.cor. fructus cedri.

Cedropolis, oppidum in Caria, a quo Cedropolitæ.

Cedreas aliud oppidũ Cariæ, a quo cedreatæ cedreiq;.

Celebriter aduerbium ſignificat cum cultu, & honore.

Celebreſcere eſt celebrem fieri. Actius. Et qualiſcunq; fama celebreſcat tua.

Celetes pe.pro. græce ὁ πελεύω κέλητος, uocanf equi, q ad curſum ſoli adhibenf, ſiue bigis, uel quadrigis, ẽt nauigia, ut hiſtoꝝibus fieri ſolet. Nã q bigis, quadrigis ue adhibebanf ad curſum deſultorii dicebanf. Pli. antiqui celetas tm̃ dicebant in ſacris. Poſtea uero & q bigis uel quadrigis uiciſſent, latine dr̃ deſultorii, q ex his facile deſiliaf. Celetes etiam teſtudines dicuntur.

Celer idem eſt quod uelox, a quo celerrimus & celeriſſimus fiunt ſuperlatiua ſm Priſcianum.

Celero.as. pe.cor. celeriter aliquid facio, a quo Accelero as. fit compoſitum.

Celeuſma.atis. clamor nautaꝝ, & alioꝝ, cũ uno aliquid iubente oẽs uniformiter rñdent, quaſi ſibi inuicem iubẽtes. Hiero. apud Hiere. Celeuſma, quaſi calcantium concinetur aduerſus omnes habitatores terræ.

Cello.as. abſcondo, ſiue ſciri nolo. Et conſtruif mõ cum uno dũtaxat actõ. Lact. li. v. Vtrũ ne, pfitebif fugitiuũ ſe, uel peſtilentẽ domũ uendere, an celabit emptorem. Modo cũ duobus. Plau. in Bac. Ædepol feciſti furtum ætati malũ, cũ iſtec flagitia me cellauiſti, & patrẽ tuũ. Mõ cũ abltõ mediãte ppoſitióe. Cic. Treb. Sed Baſſus noſter, de hoc me libro cellauit. At cũ paſſiue ponitur res, ſiue pſona, p quã quis aliquẽ cellauit ponif in ntõ Teren. in Eunu. Vbiubi eſt diu celleri nõ poteſt.

Cello.is. quo ueteres utebãf p cedo, nũc cõpoſitis tm̃ utimur excello, & pcello, qd eſt excedo & antecedo.

Cellus a cello, altus, ſublimis, excellens. A quo celſitudo, pro excellentia.

Cellatim aduerbium ſignificat abſcõdite. Gel. Quã maxime cellatim poterat in inſidiis duo diſponit.

Cella dicta eſt, q in ea celenf, quæ eſſe uolumus occulta Græci apothecam dicunt, in qua res eſculentæ, & poculentæ reponunf, q̃uis, pprie apotheca cella uinaria ſit. Capit aũt cella ſignificationẽ, ut illi adiectiua iungunf, ut cella uinaria, cella carnaria, cella olearia, cella farinaria, cella pomaria, cella lignaria, cella libraria, cella caſcaria. Et oĩs locus, in quo quid reponif cella dr̃. Vñ Virgi. Fauoꝝ cauernas cellas uocauit, cũ ait, Diſtendunt nectare cellas. Itẽ loca, in quibus lauamur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aut ungimur in domo,cellæ dicũtur, & loca,quo religiosi se ad quiescendũ conferunt, cellæ uocanť. A quo noie Hiero.formauit dimi. Vnaquæq, inquit, cellulã adeat benedictione matris suscepta. Et cella, pars templi erat sacratior, in quã ingredi fas nõ erat. Vñ apud Gelli. legiť Scipionẽ in capitoliũ ueniſſe, iuſſiſſeq, cellã Iouis optimi maximi ſpiri, ibiq, ſolũ demoratũ fuiſſe. Li.li iii. In cella Iouis optimi maximi habitaret exul.

Cellariũ uideť ea figura dici, qua granariũ, panariũ, ut, p cella, ac repoſitorio accipiať. Sed eſt paucoχ dieꝝ, penus longi tẽporis. Hanc cellã promptuariã, ſeu prõptuariũ appellãt, in quo condunť, & ex quo promunť ad uictũ neceſſaria. Hiero. conſyderate coruos, qbus nõ eſt cellariũ, neq, horreum, & deus paſcit illos. Vñ in ſacris literis cellaria, p ſepulchris poni ſolent, ut eſt illud propheticũ. populus meus intra in cellaria tua, aliquantulum, donec ira mea tranſeat, ubi Hiero. Cellaria ſepulchra ſignificant, de quibus hoc utiq, pfertur, qď conditum fuerit. A penore etiam is locus penarium, & penuaria, ſeu penaria cella nuncupatur. Cice. in Ver. M. Cato ſapiens cellam penuariam Reip. noſtræ, nutricem plebis Romã. Siciliam nominauit.

Cellariolum diminutiuum paruum cellarium. Hiero. Sunt & culinæ in templo, ſunt & cellariola.

Cellarius, qui i cella p̃poſitus eſt, ut rõnes ſaluæ ſint, aut penoribus recõdendis. Col. Vt cibus, & potus ſine fraude a cellariis p̃beatur. Plau. in Cap. Prome quiduis, te facio cellariũ. Idẽ cellarios promos, & condos uocat, q, & deintus promant, & intus cõdant. Ait enim in Pſeu. Prom9 & cõdus ſum, procurator peni. Auſo. Promus q̃

Cellula diminutiuum. Hiero. Vna condus magis. quæq, cellulam adeat benedictione matris ſuſcepta.

Cellaria, locus, ubi conditur uinum. Plau. in Mil. Ego eii ciar cellaria. Et cellaria quæ præeſt in cella. Idem in eadem. Succenſet Cellaria.

Celox genus nauiculæ breuis a celeritate. Apul. li. de Repu. Qui celocẽ regere nequit, onerariã petit. Hanc & celotim uocant, & oxiam. Hanc Rhodii inuenerunt.

Celtæ populi Galliæ, qui cũ ueniſſent ad Ibeꝝ Hiſpaniæ fluuiũ, ibiq, cõſediſſẽt retẽta primi noĩs parte, & aſſumpta parte fluminis, iuxta qď conſederant, Celtiberi dicti ſũt, & regio eoχ celtiberia. Vñ Luc. li. iii. Profugiq, a gente uetuſta Gallorum celtæ miſcentes nomen Iberis. Vnde Sirius. Venere & Celtæ ſociati nomen Iberis. Luc. Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberis. Strab. Quadrifariam diuidit Celtiberos.

Celtiberi populi in Hiſpania a celtis gallis & hiberis hiſpaniarum conſociati dicti ſunt.

Celtibericus. a. ũ. nomẽ poſſeſſiuũ, ut bellũ celtibericũ.

Celticũ promontoriũ Hiſpaniæ in oceanũ pcurrens.

Celiaci dñr, q, uẽtris fluxũ patiũť. Var. Qui ex floribꝰ nucis græcæ, & cornu fiũt celiacas fieri, atq, urina pota reſici.

Celydrus, ornatꝰ muliebris. Iu. Donat arcana celydros.

Celſus, altus a κέλσω, qui ſublimis equo uehitur.

Celtiberia dicta eſt celtiberorum regio.

Cemellio oppidũ Liguriæ i alpibꝰ ſitũ, qď a Ptole. cemeleon dr, q̃ſi a Cemeno mõte uideri põt appellatum.

Cemenos græci eos mõtes uocãt, quos noſtri Gebenna, longe ab alpibus ſummotos. A cemeno alpiũ monte Varus amnis in narbonenſem uerſum delabitur.

Cenchris auis genus, & latine tinnunculus dicitur a tinnitu uocis, ex accipitri genere, quẽ Ariſto. li. vi. de animalibus, ſolũ ex aduncо genere quaterna, & eo plura ouа parere dicit. Dicta cenchris, quaſi miliaria. Plin. Fimũ cenchridis albugines extenuat, eſt & cenchris, ut inqt Hiero. locus corintho uicinus, immo portus ipſius Corinthi, ut eſt illud Apoſto. Cõmẽdo uobis Phœbenſorem noſtrã miniſtrã eccleſiæ, quæ eſt cenchris. Plin. li. iiii. Lecheæ hinc, cenchreæ illinc anguſtiaꝝ termini. Et cenchris genus ſerpẽtis maculis plenæ, thebano marmori ſimilis. Luc. Et ſemper recto. lapſurus limite Cenchris, pluribus ille notis uariatã tingiť aluum.

Cenchron græce, latine milium.

Cenina ciuitas Italiæ, a qua ceninenſes populi.

Cenomani pe. pro. fuerunt populi Galliæ ciſalpinæ, quorum caput urbs Brixia fuit.

Cenos latine uacuus, unde cenodoxia inanis gloria. Nã canodoxia cũ æ diph. noua gloria, καινὸς. n. nouum dicitur, δόξα gloria. Cœnodoxia cõmunis gloria.

Cenotaphium uacuum ſepulchrum, ὅτι κενὸς λέγεται καὶ τάφος ἀπὸ τοῦ θάπτω. ſepelio. ſunt enim, ut capſa, quæ ponitur in templo ad officia mortuorum.

Cenſeo. es. ſui. cenſum, & Cenſo. is. cenſui, cenſitũ. pe. pro. ſignificat exiſtimo. Liui. li. vi. de bel. pu. Cẽſent eo uenturum obuiam pœni. Itẽ conſtituere, deliberare. Nam ſenator cenſet, cũ ſententiam dicit de eo, quod ſibi uidetur. Aſſentiť cum alienã approbat. Vnde dicimus Senatus aliquid cenſuit, vñ etiã cenſoris nomẽ tractum uideť. Itẽ in aſtimatione & precio eſſe. Sene. Virtus ſuper iſta conſiſtit, ſuo ære cenſeť. Boe. in Topi. Qũ faciendi liberi tres partes ſunt. Vna quidẽ ut cenſu libertiat. Cenſebanť. n. antiquitus ſoli ciues romani. Aliqñ ſignificat ſuccenſere. Var. Ne uobis cenſeam ſi ad me referretis. Huius cõpoſita ſunt accenſeo percenſeo, qď eſt perfecte cenſeo, nũero. Colu. Ruſticationis magna & diffuſa materia eſt, parteſq, ſi uelimus eius pcenſere uix numero cõprehendimus. Recenſeo & ſuccenſeo.

Cenſeo. is. cenſiui. itũ. pe. pro. a quo recenſeo. Oui. Priſca recenſitis euoluere ſæcula faſtis.

Cenſor qui cenſuram gerit. Cenſores magiſtri morum erant a cenſendo. i. arbitrando dicti, q, illis ſummũ arbitrũ erat alioχ moχ. Varro. Cenſor, ad cuius cenſionem. i. arbitriũ, cenſereť populus. Feſt. Cenſores dicti, q, quiſq, tanti ſua æſtimaret, quantum illi cenſuiſſent, qď non abſurdũ uideť, quia & rerum & moχ cenſores erãt. Vnde Plu. in Æmilio. Cenſura maximæ oĩm magiſtratuum reuerentiæ, plurimæ poteſtatis, tũ in aliis rebus, tũ maxime ad moχ emendationẽ. Nã ſenatores eſſe natu remouere põt, equitib. equos adimere, ex plebeis ærarios facere, notare infamia, cẽſum agere, luſtrũ cõdere. Erãt aũt duo cẽſores, q, qnto quoq, anno creabãť.

Cenſorius uir, qui cenſor fuit, uel qui dignus eſt ut cenſor ſit, propter moχ grauitatem, qui alios iudicet. Frequenter tñ iungitur rebus, ut cenſorium dictum, quod eſt cenſoris, ſeu quod ad cenſorem pertinet.

Cenſuales qui cenſoribus aſſiſtunt, & famulantur. Sido. ad Namatium. Miſtus turmæ cenſualium, æmulatorum conſulis proxime proximus eram.

Cenſio, caſtigatio, unde cenſionem facere dicebantur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

censores, cum mulctam equiti irrogabant.
Censura censoris dignitas, sicut a prætore prætura, sicut cum dicimus Censor, qui gerit censuram. Accipitur interdum pro severitate, correctione, decreto, & lege.
Census. us. annuus redditus, & quicqd fortunæ aliquis habet. Quint. Abiere uires, census, mens. Vñ qui centũ milia æris in professionem detulissent, censi dicebant. Census equestris constabat ex sestertiis. cccc. Item census dicebatur æstimatio rerum, ac bonorum facta, ꝑm quam tributa pendebant. Vñ censum agere est recensere hominum facultates. Et census dicebatur, quod principi aut ærario soluebatur uiritim.
Census censi, significat eũ, cui bonis factus est census. Vnde capite census & capite censi.
Censum Euboeæ promontoriũ in septentrionẽ directum.
Centauri Thessaliæ populi, secus Pelium montem habitantes, qui a poetis finguntur esse media parte uiri, & media equi, originẽ ab Ixione trahentes, agrestes admodum, qui primi pugnare ex equis cœperunt, & a stimulando calcaribus equos centauri dicti sunt ἀπὸ τοῦ κεντεῖν, quod est pungere, & stimulare, quia furentẽ taurorum gregem telis confecerunt, propter quod hippocentauri. i. equi stimulatores appellati sunt. His proximi erant Lapithæ iuxta Othryn montẽ eiusdẽ prouinciæ, cum quibus bella gesserunt. Cẽtauros ab Hercule uictos, interfectos ostendit Diodo. Dicti sunt nubigenæ quasi filii nubis, quoniam in castello habitauerunt nomine nephele νεφέλη. quod significat nubem. Centauri a latinis breuitatis causa dicti, nam hippocentauri dici debuerunt. Mam hippos equus, κεντεῖν pungere ῥοδὰ rota calcaris, quia cum superius essent homines, inferius erant equi. Sed diuus Hiero. de Paulo primo eremita ostendit, Centauros aĩalium gña esse, cum inqt. Etiam media dies coquente iam sole desup feruebat, nec tamẽ a cœpto itinere abducebat, dicens. Credo in deum meum, ꝙ seruũ quẽ mihi promisit ostẽdet, nec plura his, conspicit hominẽ equo mixtum, cui opinio poetarum centauro uocabulũ indidit. Quo uiso salutaris signi armat frontem. Et infra. Verum hoc utrum diabolus ad terrendũ eum simulauerit, an ut solet eremus monstruosoꝝ aĩalium ferax, istã quoq; gigneret bestiã, incertũ habemus. Centaurus etiã ge. fœ. genus est, ut apud Vir. li. v. Centauro inuehitur magna.
Centaurea, siue centaurion genus herbæ, cuius duæ sũt species, maior & minor. Nascit in fine ueris. Ambæ calidæ & siccæ cõplexionis in secundo gradu. Actius aũt græcus medicus κενταυρέα τὴν μεγάλην ῥίζαν, & subdit, ἀποτρέπουσι καταμήνια, καὶ ἔμβρυα νεκρὰ κατασπῶσι, κενταυρέα δὲ μακρὰν ῥίζαν ξηραντικὴν, & multa alia.
Cento uelum laneum, quod lana, aut tomẽto consertũ, ut ictus nulles patiat. Cæsar. Eamq; tabulationẽ sum mam lateribus, lutoq; constrauerunt, ne quis ignis hostium nocere posset, centonesq; iniecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationẽ pfringerent, aut saxa ex catapultis lateritiũ discuterent. Quidã centonem, pro stragulæ gñe, super quo cubare solent. Cato lib. i. de re rust. Centonẽ posuit pro uestimento rustico, hoc est ꝑ interiore uestimẽto, quod sup subucula superindui solet, bombyce inserta. Tres inquit centones quæris, sex culcitras, nouẽ instragula. Similiter & Macro. dũ scropham sub centonibus iacere scribit, rusticam uestem esse declarat. Fieri aũt centones cõstat ex pannis diuersoꝝ colorũ, uel lanis in unũ condensatis, atq; consutis.
Centrum punctum sphæræ, aut orbis mediũ certissima obseruatione distinguit. Nã in omni orbe, uel sphæra medietas centrũ uocat. Aug. li. xiii. de ciui. dei. Hãc animã Plato ab intimo terræ medio, qd geometræ centrũ uocãt, ꝑ oẽs partes eius, usq; ad cœli sũma diffundi, & extẽdi ꝑ numeros musicos opinat. Apul. in Cosmo. cardinẽ mundi. Sic. n. dixerim centrum habet tellus.
Centralis adiectiuum a centrum. Pli. li. ii. Quin decies & pluribus suberit, q̃ terra centralis interueniat.
Centum, nomen numerale, & indeclinabile, ultra centũ uariat, ut ducenti, trecenti, quadringenti, quingẽti, sexcenti, septingẽti, octingẽti, noningẽti. Hinc cẽtenus. a. ũ ut cẽtena milia, sic ducẽtenus, trecẽtenus, quadringẽtenus, quingẽtenus, sexcẽtenus, septingẽtenus, octingẽtenus, noningẽtenus. Centuplus, ducẽtuplus, trecẽtuplus, & reliqua. Cẽtesimus, & deinceps. Centies quoq; aduerbium, ducenties, trecenties, quadringenties, quingenties, sexcenties, septingenties, octingẽties, noningẽties. Centenarius, ducentenarius, & reliqua.
Centuria in re mili. centum continet hoĩes, qui sub uno centurione sint, quoꝝ cẽtenarius iustus est nũerus. Hiero. li. i. Reg. Satrapæ Philistym incedebant in cẽturiis, & millibus. Cẽturiæ in agris signant ducẽta iugera. Cẽturia a centum iugeribus uocabat, sed mox duplicata nomẽ retinuit, ut inquit Colu. li. vi. Sicut tribus dictæ primum a partibus populi triptito diuisi, quæ tamen nunc multiplicatæ pristinum nomen possident.
Centurio, qui & cẽturionus dĩ, q centum peditibus ꝑest, quia singulæ centuriæ cẽtum militibus cõstabant. In exercitu. n. miles cẽturioni, Cẽturio Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Consuli obediebat. Sed seorsum magister equitũ solũ dictatori obtẽperabat. Cẽturio autẽ dicebat primipilus. Liui. Centurio erat, quẽ nũc primi pilum appellamus. Veteres cum uiderẽt cõmisso ꝓlio acies facile turbari, ut hoc incõmodum euitarent, cohortes in centurias diuisere, & in singulis cẽturiis singulos centuriõnes ꝓfecerunt, q primo centurioni uocabant, quẽadmodum a decuriones, decurioni. Cohortes in exercitu decẽ erãt in singulis legionibus, sed prima reliquas & numero militũ, & dignitate ꝓcedebat, aquilam habebat, quod ꝓcipuum erat signum Romanoꝝ. Centuriones huius cohortis cæteris centurionibus digniores habebant. Prima cẽturia Primipilũ uocabat, ꝙ circa signa grauis armatura constituta erat. Cẽturio ipe primipili cẽturio dicebat, & primipilus uocabat. Hic nõ mõaqlæ ꝑerat, sed q̃tuor cẽturias, hoc ẽ, q̃dringẽtos milites ĩ prĩa acie gubernabat, & tãq̃ princeps totius legiõis merita consequebat & commoda. Mar. Grata pudens meriti tulerit cum præmia pili.
Centum capita, herba, quam græci hecatoncephalon nominant ex aculeatoꝝ genere. Et alio nomine Eryngе alba, siue Eryngin.
Centones, stragula grossiora uillis passim pendentibus, tomento uel lana infarcita, quibus lecti uilissimarum personaꝝ sternunt, & tabernacula oĩsq; castrensis suppellex pluuioso tẽpore uelant, a uilloꝝ multitudine numerus finitus pro ĩfinito. Vel q a cẽto græce significat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pungo. Plau. in epi. Tu aliũ quæras, cui centones ſarci as. Sunt etiã ueſtes groſſiores ac uiliores ex pannis diuerſorũ colorũ in unũ cõſutis, quarũ uſus in re militari apud ueteres fuit frequentiſſimus, ad arcendum incendium. Vñ Vege. lib. iiii. ꝓcipit turres & uineas centonibus eſſe extrinſecus operiendas, ne ĩmiſſo incendio cõcrement. Cæſar in. ii. conſcribit in oppugnatione Maſſiliæ turrim a ſuis ſtructã fuiſſe, cui cẽtones inſup iniecerunt. ne aut tela tormentis miſſa tabulationẽ ꝓfringerẽt, aut ſaxa ex catapultis lateritiũ diſcuterẽt. Siſen. lib. iii. hiſto. Aceto madefactis centonibus integunt, quos ſupra ꝓpetua claſſi ſuſpenſa cilicia obtegunt. Cato. li. i. de re ruſt. poſuit centones ꝓ ueſtimẽtis ruſticis, hoc eſt ꝓ interioribus ueſtimẽtis, q̃ ſup ſubucula ſupindui ſolent bombyce inferta, & q̃ fieri ſolẽt ex ueſtimentis familiæ ueteribus, cũ ait. Quotienſcũq; tunicã aut ſaga familiæ dabis, prius uetere accipito, uñ centones fiant. Macro. li. i. ſatur. accipit centones pro ueſte ſtragula & lecti operimento, cũ inquit. Scrophæ cadauer ſub centonibus collocat, ſup quos uxor cubabat. Apud Iuue. capit ꝓ ueſte familiari craſſa & ſordida. Intrauit calidũ ueteri centone lupanar. Et apud grãmaticos cẽtones dñr uerſus Homeri uel Virgilii hinc inde excerpti, & in unũ opus coacti. Vñ homerocentones & Virgiliocentões, quales fecit Proba Falconia. Definit Auſo. poeta q̃d ſit cento. Variis de locis ſenſibuſq; diuerſis q̃dam carminis ſtructura in unum ſolidat uerſum ut coeant, aut cæſi duo aut unus & ſequens cum medio. Nam duos iunctim locare ineptum eſt.

Centunculus, dimi. pro uili ac ſordida ueſte. Sene. lib. xi. epiſt. Diurnum accipit, in centunculo dormit. Liui. & Fronti. ãccipere uidentur pro dorſualibus & inſtratis iumentorum a ſimilitudine ueſtis centunculi.

Centunculus. herba, quam Pli. penulã uocat li. xxiiii. his uerbis. Itali centunculum uocant roſtratis foliis ad ſimilitudinem capitis penularum iacentem in aruis.

Centipellio uenter uocatur quartus uenter, qui & abomaſus dicitur, quod genus edulii ſuli. Pollux Taconas a Cratete comico putauit appellatum.

Centurio. as. in centurias ordino, ut ager centuriatus, q̃ in ducenta iugera definitus erat. Romulus. n. centenis ciuibus ducenta iugera diſtribuit. Et milites centuriati q̃ in centurias ordinabant. Liui. li. xxix. Scipio poſtq̃ in Siciliã traiecit, uolũtarios milites ordinauit centuriauitq;. Centuriata comitia, ut Aſco. ſcribit, dicunt cũ ex ſexu & ætate ferẽt ſuffragiũ, qa ꝓ cẽtenas turmas diuiſus erat populus Ro. Hinc ſuccenturio, a quo ſuccenturiati dñr milites, nõ primæ ſed ſcdæ cẽturiæ, ubi ad inſidiandũ maxĩe collocabant. Ex quo in ſuccẽturiis, q̃ſi in inſidiis quẽpiã poſitũ appellamus. Teren. in Phor. Nunc prior adito tu, ego in inſidiis ero hic ſuccẽturiatus, ſi quid deficies. Proprie aũt ſuccẽturiare ſignificat explendæ centuriæ gratia, numerum ſupplere.

Centuriatim ſignificat ꝓ centurias, ſiue abundanter, copioſeq; a centuriis, q̃ in comitiis ferebant ſuffragia.

Centũuiralia iudicia dicta ſunt a cẽtũ uiris. Nã cũ eſſent Romæ. xxxv. tribus, q̃ & curiæ ſũt dictæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandũ, q centũuiri appellati ſunt. Et licet quinq; ſupra centũ fuerint tamẽ, quo facilius numerentur, centumuiri dicti ſunt.

Centuſſis, a decẽ decuſſibus dr, q̃ ſunt libræ centũ, uel a centum aſſibus, q erãt nũmi breues ex ære, ut centuſſe liceat, ideſt centum libris uendit per auctionem.

Cephalea morbꝰ, quo totum caput infeſtatur. Nam hemicranici ab hemicrania ſunt dicti, qui dimidia parte capitis laborant. Sed & celſus cephaleã acutũ quoddam, peſtilenſq; malum appellat. (pitalis.

Cephale, ſiue cephalis pe. cor. ſcat caput. Cephalitus ca.

Cephalus pe. cor. nomẽ uiri, & nomen piſcis. Amb. Ille ſinus maris cephalos alit, lupos ille, ille ſaxatiles.

Cephalene, ſiue cephalenia cũ e poſt. I. inſula Ionii maris a Cephalo Amphitryonis ſocio, uel a Cephalo deionei filio dicta. De hac Strab. li. x. Non dubitauere pleriq; cephaleniã eandẽ & dulychium appellare & taphium. Alii taphios & cephalenios eoſdẽ dixere Teleboas & aduerſꝰ illos Amphitryonẽ exercitũ ductaſſe, aſſumpto ſocio deionei filio cephalo ex Athenis ꝓfugo. iſula deide Amphitryonẽ potitũ eam cephalo tradidiſſe, ab eoq; nomẽ habuiſſe inſulã. Hĩc ppꝛi cephalenes. Home. Veꝛ magnanimos cephalenas agebat Vlyſſes.

Cephiſus pe. pro. fluuius Bœotiæ, q magna ex parte torrentis inſtar labitur in Phalerium pelagus. Ouid. li. iii. Me. In uada cephiſi panopeſq; euaſerat arua.

Cephiſia Attica regio. Nã Cecrops Athenaꝛ conditor, oẽm eius regiõis multitudinẽ in. xii. urbes digeſſit. Sed Theſeus poſtea has oẽs in unã Athenienſiũ ciuitatẽ cõgregauit. Dicta cephiſia a Cephiſo amne. Eſt & cephiſia fons atticæ, ſicut calliroe.

Cepos latine hortus, & urbs boſphori ut inquit Suidas, κῆπος πόλις κατὰ βόσπορον. ἡ κῆπος ἐΐδος κεραίας, δύο ἢ εἴσὶ κεραὶ, σκάφιον καὶ κῆπος. ὁ μὲν οὖν σκάφιον, ὁ ἐνχῶν ὁδὶ κῆπος, ὁ πρωμετώπιον κέκοσμημένον. Vnde apparet in uocabulario græco nõ eſſe bñ interꝓtatã hãc dictionem.

Cepuros, hortulanus. Græce κηπουρὸς. (nẽ σκάφιον.

Cephalocruſtes, uermis q in foliis perſici inuoluitur.

Cepio nomẽ Romani ciuis, q cũ Druſo inimicitias habuit, uñ origo ſocialis belli & exitia rerum, ut Aſcon. & Valẽ. Max. teſtant. Fuere & alii Cepiones. Nã & Catonis uticenſis frater Cepio dictus eſt. Et Cepio Seruiliꝰ, is, cuius culpa Ro. exercitus a cimbris deletus eſt, & exilio periit. Fuit & Q. Seruilius Cepio, q de Cilicibus triũphauit, ſed poſtea reus damnatuſq; in gemoniis ſcalis manu carnificis laceratus traditur a Vale. Maximo.

Cephiſſodorus fuit Praxitelis filius, qui & ipſe pictor. Cuius meminit Plinius.

Ceramicus locus erat Athenis, in quo interfecti in bello ſepeliebant, de quo late Suidas, eius meminit etiã Pli. cuius ex trigeſimo ſexto uerba hæc ſunt. Opa Praxitelis ſunt Athenis in ceramico. Põt aũt uideri ex eo deriuatum quod κέραμος tegulam ſignificat.

Ceraſtis dicta eſt Cyprus, quũ hoies ceraſtas cornibꝰ inſignes olim tenuiſſe quidã ſcribũt. Alii q̃ ꝓcurrentibus promontoriis uelut infeſtis cornibus aſſurgat.

Cercitã Pauſa. grãmaticꝰ ait uocari temonis genꝰ, a populis inuẽtoribꝰ, q cercitæ appellabant in terra India.

Ceratinæ apud Quin. ſpẽs ẽ rõcinationis ſexplicabilis dictæ a cornibus, hoc eſt a materia ipſa, qua uterenẽ uecboꝛ, ut apud Sene. li. v. epiſtaꝛ. Sederẽ ociоſus, & ciuſmodi quæſtiunculas ponerem. Quod non perdidiſti habes, cornua non perdidiſti, cornua ergo habes.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cerealia,orum.dies Cereri dicatus.
Ceruchus pe.pro.latine dī cornut⁹,ponit⁹q; ꝑ cornib⁹na ualib⁹.i.extremis anténis,q̄ ī utrūq; ueli lat⁹diffundūt, de q̄b⁹ Virg.Cornua uelata⁊ obuertimus antennarū. Quidā ceruchos accipiūt ꝑ cauea illa, q̄ in faſtigio na uigii ſuſtollit effigie corniculata.Vale.Flac.li.i.Argo. Temperet ut tremulos zetes fraterq; ceruchos.
Cæroferarii dicti ſunt a deportandis cæreis quando le gendum eſt euangelium.
Cæroferariū,inſtrumētū quo cære⁹ fixus cōtinet.In de cretis canonicis di.xxiii.Acolyt⁹ accipiat cæroferariū cū cæreo,ut ſciat ſe ad accēdēda lumīa mācipari. Sed hæc uidēt ſcribi debere cū diph.qm̄ a cæra deducunt.
Ceſſim ire,ſcat regredi,retrocedere.Iuſt.li.ii. Cōmiſſo p̄ lio ite ceſſim,ihibēte remos,& a bello diſcedite. Et apd̄ legis cōſultos.ti.ad legē Aquiliā.Interim ſuperius plau ſtrū ceſſim ire cœpit.Fit aūt a cedo, & cæſim a cæden do.i.feriēdo,cōtrariū aduerbio pūctim, ut cæſim feri re,hoc eſt per aciem gladii cæſim, potiuſquam pun ctim ferientes Romani ſolebant illudere.
Ceſtus ceſti.Vide ſupra in dictione Cæſtus.
Ceſtron,inquit Suidas genus erat teli ꝑſico bello inuēti. Ceſtron quoq; herba betonica a uarietate remedio⁊ & efficacia,genus miſſilis qd̄ græci ceſtron appellant noſtri uiriculum,Nam & terebram ita uulgo dicim⁹.
Ceſtram Sophocles dixit pro ſtimulo ſiue ſtilo. Autor Iuli.Pollux.Sphyrenam quoq; piſcem Attici Ceſtram uocant,latini Sudin,quia roſtratus ſit & ſimilis belo næ,ut inquit Athenæus.
Ceſtreus dictus eſt a græcis mugil piſcis,quia teli mō pu blica Athenienſium pœna intret adulteros.
Cepurica græci appellāt,q̄ nīi hortēſia holera,ſ.q̄ in hor to ſerunt. Vñ Sabinus Tyro librum cepuricon ſcripſit hoc eſt hortenſium,quem Mœcenati dicauit.
Cepheus (teſte Oui.) Æthiopū rex fuit, Andromedæ pr̄ quā ceto ꝓpoſitā fabulæ dixerūt.Hāc aūt Perſeū a peri culo liberatā uxorē duxiſſe.Itaq; ut totū hoc gen⁹ ꝓpe tuo maneret,ip̄m Cephea inter ſydera collocatū eſſe ꝓdiderūt una cū uxore Caſiopeia,& Andromeda filia & genero Perſeo. Oritur Cepheus in.xv. parte Capri corni.Hoc ſydere nati erunt ſeueri,ſicut Catones.
Ceraſtes latine cornutus,genus eſt ſerpētis, qd̄ teſte Pli. lib.viii.quadrigemina cornua ꝑfert ſimillima arietū, nam κέρασ.ατος.ſimili mō ceruus dī. In gtō ceraſtis & ceraſtæ.Luca.Spinaq; uagi torquente ceraſtæ.
Ceraſphoros pe.cor.a noſtris corniger dicitur.
Ceraſus,ceraſi pe.cor.arbor nota,a Ceraſunte Ponti ci uitate ſic dicta.Quā cū Lucull⁹ deleuiſſet,inde illā tran ſtulit,& a ciuitate Ceraſum appellauit.Sane arbor ce raſus,pomū uero ceraſum. Oui,de nuce. Audiat hæc ceraſus,ſtipes inanis erit,dī & ceraſum ꝑ arbore.Colu. Ceraſa,& tuberes,& armeniacæ,atq; amygdalæ,q̄ pri mæ florent,poſſunt inſeri cōmode. In plurali ceraſea, ceraſeo⁊.Pli.li.xiiii.Ceraſeo⁊ Aproniana maxime ru bent.Inter ceraſa principatū obtinēt Duracina. Actia nigerrima ſunt,& Iuliana tenerrima.
Ceraſus.untis.& ceraſunta,ſeu ceraſuntia ꝑ urbe in Pon to.Hiero.ad Marcel.Accepimus,& caniſtrū ceraſis re fertum,talibus & tam uirginali uerecundia rubentib⁹ ut ea nūc a Lucullo delata exiſtimarē.Siqd̄ hoc gen⁹ pomi Pōto,& Armenia ſubiugatis,de Ceraſūte prim⁹ Romā ptulit.Vñ & de patria arbor nomē accepit. Pō po.Raræ urbes Ceraſunta,& Trapezus maxīe illuſtres
Cerates genus pōderis,quod eſt medius obulus.
Ceraunus pe.pro.cognomē cuiuſdā.Quo noīe ſignificat fulmen,quod græci dicunt κεραυνὸς.Vñ ceraunii mon tes ſunt Epiri,a crebris fulminibus. Plini. in Armenia maiore ꝑ illis accipit, q̄ Caſpius & Niphates a Ptole mæo noīāt, q̄b⁹ uidelicet ab ortu ſolis finit Armenia Huius rei cauſa eſt, q̄ Taurus mons ſimulatq; frangi cœpit,& innumeras obire gentes ceraunus in uniuer ſum uocat,etiam ſi nominibus populo⁊,ꝑ quos meāt laciniæ diſtinguitur.Alio nomine dicūtur acrocerau nia.Hora.Infames ſcopulos acroceraunia. Sic Iupiter dictus eſt Ceraunius,q̄ fulgura emittat.
Ceramicū,latīe tegulariū,uel figulariū,nā deriuat a κέ ραμ.ις q̄d eſt tegula.Erat locus Athenis,de quo Pli.lib. xxxvi.Opera Praxitelis ſunt Athenis in ceramico.
Cerberus pe.cor.interpretat terra,q̄ oīa cōſumit inferni cuſtos,q̄ſi κρεοβόρος.i.uorās carnē, κρέας.n. græci carnē dicūt,βόρουτα edacē.Canis triceps.Cerbe⁊ ab iferis tra xiſſe Herculē ī fabulis ē.Ferē q̄ hic fuerit ſerpens in Tæ naro Laconiæ,p̄mōtorio,cui⁹ ueneno mortales extin guebant.Et q̄m̄ in Tænaro ad inferos dī eſſe adit⁹,Di tis canē dixerūt,quē cū Hercules trucidaſſet,nata eſt fa bula canē tricipitē ĩteremiſſe,q̄a oēs cupiditates,& cun cta uitia terrena contēpſit,ac domuit.Cerberus etiā di ctus ē canis Alexādri epiroticus,leonibus cōgrediens,
Cercopithecus pe.pro.nomē cōpoſitum ex κέρκος, quæ dicitur cauda & πίθηκος ſimia, quaſi ſimia caudata, quem maimonem uulgo dicimus.Pli.li.viii.Cercopi thecos nigris capitibus,pilo aſinino, & diſſimiles cæte ris uoce ſunt. Mar. Callidus emiſſas eludere ſimius ha ſtas,Si mihi cauda foret cercopithecus eram.
Cercyra pe.cor.olim Phæaciæ nomen fuit,nunc autem uulgo dicitur Corfu corrupte.
Cerdos latine dī lucrū.Vñ cerdones dicti ſūt lucriones. Sunt artifices ſordidi,quo⁊ frequens mentio apud po etas & oratores.Vulgus cerdonem uocat ſutorē uete rum calceo⁊,qui a Suetonio ueteramentarius appel laſ.Cerdo etiā fuit nomen hæretici,a quo cerdoniani, q̄ chīm nec natū a fœmina,neq; habuiſſe carnem,nec uere mortuū,uel q̄q̄ paſſum,ſed ſimulaſſe paſſionē.
Cerdiſtos latine ſcat acutiſſimū pindeq; prudētiſſimū.
Cerion κηρίον græci dicūt fauū.Vñ & ꝑ ſuaui, & iucūdo
Cerebrū inquit Pli.eſt uiſce⁊ excelſiſſi (poni ſolet. mum,proximūq; cœlo capitis,ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus.Hic hēt ſenſus arcem, hic culmen altiſſi mum,hic mentis eſt regimen.Auicenna ait cerebrum eſſe principiū uirtutis ſentiēdi & mouendi. Amb.li.vi. Hexa.Initium inquit neruo⁊,& oīm ſenſuum uolunta riæ commotionis cerebrum eſt, a cerebro proficiſcit ſomnus.Quæ cerebrum non habent,nō dormiunt.
Cerebellum dimi.ſignificat paruum cerebrum.
Cerebroſus dī homo ad inſaniā facilis,cui cerebrū mo ueat,uel a puerſo cerebro,q̄ totus ſuo cōſilio hæret, & obſtinatus a nemine perſuadetur,& qui eſt ſui capitis. Plau.in Muſ.Hic cerebroſus eſt certe,& iracundiæ ob temperans,ſine rōne ferē.Hora.li.i.Ser.Donec cerebro ſus proſilit unus.Dicitur & de brutis.Colu.lib.ii.Quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eo tempore ſatum pecori ſit noxium, & præcipue bobus, quos pabulo ſuo cerebroſos reddit.

Ceres dea frugũ putabaſ, a creãdo dicta, Saturni & Opis filia, uñ alma Ceres, q̃a nos alit, uel ut Cice. lib. de na. deo. ſcribit, Ceres dicta eſt, tãq̃ geres a gerẽdis frugibus caſu prima lĩa imutata, a græcis Δημήτηρ q̃ſi γημήτης hoc ẽ terræ mr̃, ꝙ cũctaꝝ frugũ creatrix ſit, & aliměta largiaſ. Vel ut Fulgẽtius ait. Ceres ex eo dicta ẽ, ꝙ græce χάρα gaudiũ dr̃. Et iõ illã frumẽti deã haberi, ꝙ ubi plenitudo fructuũ ſit, gaudia ſemp ſupabundẽt, neceſſe eſt. Proſerpinã uero q̃ſi ſegetẽ. i. terrã radicib⁹ ꝑ ferpentẽ, q̃ & hecate dr̃. Hecaton. n. græce centũ. Et iõ hoc illi nomẽ ĩponũt, q̃a cẽtuplicatũ ceres ꝑferat frumẽtũ. Hæc q̃ñꝙ luna dr̃, ſicut liber ꝑ ſole. Vir. Vos o clariſſima mũdi Lumina labẽte cœlo q̃ ducitis annũ, Liber & alma Ceres. Ponit interdũ Ceres ꝑ ipõ pane, ſicut Liber ꝑ uino. Terẽ. Sine cerere & baccho friget uenus.

Cereale. quod ad Cererem pertinet, ut cerealia arma.

Ceritus pe. pro. quaſi cereritus, hoc eſt cereris ira, & indignatione uexatus. Nã in cereris ſacris furore corripiebanť. Et ſicut a Baccho bacchantẽ dicimus, ſic a cerere ceritũ. Hora. in Ser. Ceritus fuit, aut cõmotæ crimine mentis. i. inſanus & furioſus. Vñ q emotæ mentis ſunt, ceriti nuncupari ſolent. Plau. in Amp. Tu certe laruat⁹ es, aut ceritus. Idẽ, Iube hanc ꝑ cerita circũferri.

Cerus genus arboris glandiferæ, a quo cereus. a. um.

Ceretũ pe. pro. oppidũ Vmbriæ inter Spoletũ & Nurſiã, a quo ceretanus. a. ũ. nomẽ poſſeſſiuũ. Nã illa uidenť ꝑ digialiter ĩ nr̃is ceretanis accidiſſe, ut aliqua uitis apd̃ te excederet uuaꝝ numeꝝ duoꝝ milium.

Cerinthe. es. genus herbæ, mellis cũ cera mixti ſaporem hñs. Vir. li. iiii. Ge. Et cerinthe ignobile gramẽ, hẽt foliũm candidum incuruum cubitalis, capite concauo, c⁹ floꝝ auidiſſimæ ſunt apes, a cæra deriuatur.

Ceretani populi Hiſpani, ut autor eſt Plin. & Stra. apud quos generoſa uina naſcebãť, q̃ ceretana dicebãť. Mar. Ceretana nepos ponat, ſe tina putabis. Sunt & ceretani populi, ex Cereto Vmbriæ oppido, qui totum orbem uino quodã, ac turpi ſupſtitionis genere ludificant.

Ceroſtrotum pe. pro. cõpoſitũ a græco. Nã κέρας latine cornu, στρωτὸν ſtratus dr̃, & eſt picturæ genus, cũ ex cornibus ramenta tinguntť uariis coloribus, deinde uermiculatim ligno inſeruntť. Prĩcipio hoc ex ligni bracteis fieri cœptũ. Poſtea cœpere tingi aĩaliũ cornua, dentes elephantoꝝ ſecari, lignũꝙ ebore diſtingui, mox totũ operiri. Pli. li. xi. Nũc tincta, nũc ſublita, nũc q̃ ceroſtrota picturæ gñe dr̃. Proprie tñ dr̃ ceroſtrota, cornib⁹ ſtrata, ſicut lithoſtrota lapidibus ſtrata.

Cerno. is. creui. & ſm aliquos cerni. Li. li. vii. Et qd̃ haud minus timendũ erat, ſtolide ferocẽ uirib⁹ ſuis cerneret ſupinũ cretũ facit, & ſcat uideo. Fitꝙ a creo, q̃a cũ qd creatũ eſt, tũc denicꝙ uideť. Vir. Cernim⁹ aſtãtis neq cq̃ lumine toruo. Q̃ñꝙ cernere ẽ cõſyderare, ut cerno, ꝙ ppſus iſte duræ ceruicis ſit. Q̃ñꝙ iudicare, ſtatuere, deliberare. Cice. li. iiii. de legi. Qd̃cunꝙ ſenatus creuerit, populusue iuſſerit, tot ſunto, regio impio duo ſunto. Luc. Poſtq̃ p̃ſidium caſtris educere creuit. Pacu. Et æquũ, & rectũ eſt, qd̃ poſtulas, iurati cernãt. Q̃ñꝙ diuidere, ſeccrnere, cribrare, qd̃ & incernere dr̃. Vñ & incernicula cribros uocam⁹. Pli. li. xviii. Rurſ⁹, q̃ trãſit arctiore cernť Vñ & crines dicti ſunt, ꝙ ſint diſcreti. Q̃ñꝙ dimicare. Plau. Pro patria Amphitryo dũ cernit. Q̃ñꝙ cedere. Vñ cernere hæreditatẽ filii parẽtibus dicti ſunt, hoc eſt cedere. Actius, regnũ tibi ꝑmitti malũt, cernã tradam exercitus. Cõpoſita huius uerbi ſunt cõcerno, qd̃ Aug. lib. v. cõfeſ. pro cõiungo poſuiſſe uideť, cũ inqt. Talem naturã naſci nõ poſſe de Maria uirgĩe arbitrabar, niſi carni concerneret. Concerni aũt, & nõ coinquinari nõ uidebam, ꝙ mihi tales figurabam. Decerno, diſcerno, excerno, incerno, ſecerno, & ſuccerno, quod eſt ſubdiuido. Pli. Farinario cribro ſuccernunt.

Cernulus a cerno formari uideť, quaſi dimi. a cernus, qd̃ nuſq̃ legi. Hiero. cõtra Ruffi. Quanq̃ tu occupatus in ſenſibus, & ad inſtruendam mihi calũniam cernulus, grammaticoꝝ & oratoꝝ præcepta contemſeris.

Certo. as. ſcat altercoť, cõtendo. Inde certamẽ, & certatio. Interdũ ꝑuoco. Terẽ. in Phor. Bñdictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Hinc cõponunť decerto & concerto.

Certatim aduerbium ſcat ſingulariter, unũ cũ altero, quiſq̃ ꝑ uiribus ſtudioſe inter ſe contendentes, a ſtrido luno de laltro, fare chi ne po piu. Vir. li. viii. Tunc lecti iuuenes certatim araꝝ ſacerdos, Viſcera toſta ferunt taurorum. Sue. in Aug. Senatus, & in funere ornãdo, & in memoria honoranda eo ſtudio certatim progreſſus eſt. Hiero. lib. Iudi. Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes ſequebantur ducem.

Cere oppidum fuit Tuſcorum, non longe a Tarquiniis a græcis cerea. Vide in dictione Cærete.

Certamen conflictus, qui fit inter duos aut plures. Græca certamina celebratiſſima, qui & ludi funebres dicti ſunt, hæc fuerũt, Olympia, Pythia, Iſthmia, & Nemea, in quibus græci magnos honores conſtituerunt uictoribus athletis. Nam Olympica, quæ in olympo Arcadiæ monte, iuxta Piſam, & Helidem quinto quoq; anno, in honorem Olympii Iouis celebrabantur, & qui uiciſſet corona oleagina donabatur. Inſtitutaq; ſunt anno mundi quadringenteſimo ſupra. iiii. milia, in eoq; certamine Hercules primus coronatus eſt. Pythia Apollini ſacra erant, quorum uictor poma referebat. Iſthmia ab Iſthmo parte Arcadiæ, ubi celebrabantur in honorem Palemonis, quem latini Portunum dicunt, & qui uiciſſet coronam ex Apio reportabat. Nemea a Nemea ſylua in memoriam Archemori Lygurgi filii fiebant, quorum uictores pinu coronati abibant. Hæc certamina, etiam ludi plurali numero dicuntur; & ſpectacula.

Certus, pronitur pro claro, & indubitato a cerno prouideo, q̃a ea, quæ cernimus clara, & indubitata ſunt. Vñ facio te certiorem dicimus, hoc eſt declaro & affirmo tibi ita eſſe. Gel. Certi ſumus non ignorare te, quid una appellaſ. Hinc fit incertus, dubius, Incerto incertas. Certitudo. Interdum certus dicitur cõſtitutus, hoc eſt tantus, ac talis, quantum, ac quale uolumus. Vnde certum uulnus feciſſe aliquẽ dicimus, cum nec plus, nec minus fecit q̃ uoluit. Martialis. O q̃ certa fuit librato dextera ferro. Sic certa manus dicitur, cuius ictus non aberrat, ſicut incerta quæ non ſemper ferit. Quint. lib. iiii. Vt certa manus uno telo poſſit eſſe contenta, incerte plura ſpargenda ſunt. Apul. li. iii. Certa manu pcuſſum fœliciter ꝑſterno. Interdũ diſcret⁹. Hinc certos ſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re numero plurali dicimus, p eo qđ eſt quoſdam, q̃ſi a cæteris diſcretos. Cic. Is. n. cũ certis aliis ad Cæſarem miſſus, pauloante diſceſſerat. Sal. Apud latera certos locauit. Itẽ certus firmus, non uacillans. Oui. Da mihi quod petitur certo contingere telo. Et certũ dicimus deliberatũ, in quo plærũq; adiungiť dtũs cum infiniti uo, ut Certũ eſt mihi in Aſiam nauigare. Vir. Certum eſt in ſyluis, inter ſpelea ferarum Malle pati.

Certe aduerbiũ qđ cũ affirmatiuũ ſit, aliq̃n ét pro ſaltẽ ponit. Cic. Marcel. Victi ſumus igit, aut ſi uinci dignitas non põt, certe fracti & abiecti, iungiť q̃nq; cum &, ſemperq; affirmat. Cice. Et certe contra Cæſarẽ, & ingreſſus armatus. Si aũt iungať cũ uerbo ſcio, uel ſimilibus, e in o mutari ſolet. Cice. Et ſi certo ſcio.

Certiſſo, as. certus fio, Pacu. Vocãt cocos, uñ certiſſent.

Cernuus, pprie inclinatus, quaſi qui terrã cernat. Vir. li. x. Erectoq; incũbit cernuus armo, Cernuus equus qui cadit in faciem, quaſi in eam partẽ quã cernimus.

Cerui aĩalia, q̃ magna cornua gerãt, quaſi gerui, g. in c mutata. Vel ἀπὸ τῶν κεράτων, hoc eſt a cornibus, q̃ primũ binis oriunt, ſimplicia quidẽ & recta ad ſubularũ ſimilitudinẽ, quãobrẽ ſubulones p id tps appellantur. Hic ceruinus, a. um. Mar. Ceruinus gelidũ torquet ſic halitus anguẽ. Et cerui dñr furcæ, q̃ ad caſæ ſuſtentationem figuntur ad ſimilitudinem cornuũ cerui. Vir. Atq; humiles habitare caſas, & figere ceruos.

Ceruiſia decoctio ex fermentis, & ſorbis cõfecta, quam Bacchus inuenit. Virgi. Et pocula læti fermento, atq; acidis imitantur uitea ſorbis.

Ceruix poſterior colli pars, q̃ ab occipitio incipit, & tendit ad ſpinã, nã quæ anterior eſt, gula dr. Ceruicis hæc cõmoditas eſt, ut ad dexterã, ſiniſtrãue priorſum, retrorſumq; uertať. Conſtat. n. ex oſſibus orbiculatim uertebratis, ex q̃bus fit ad circunſpectũ facilis. Hinc eſt q̃ qui flecti, nec cogi poſſunt ceruicis duræ perhibenť Vnde dicimus hoiem duræ ceruicis, quaſi indomabilem, & contumacẽ. Antiqui uero (ut Quint. ait) ceruices dicebãt, primuſq; Hortenſius ceruicem dixit. Cic. in Vati. Inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti. Cato. Si caput, aut ceruices dolent, ea lotio caldo lauito. Ambr. de diua Agnete. Quomodo poſſum ad iniuriã ſummi dei ceruices meas lapidibus inclinare.

Ceruicoſus pro duro, & inexorabili ſumitur.

Ceruicale, & p apocopen ceruical pe. pr. denoĩatiuum a ceruicibus, ſignificat ceruicis ſuſtentamentũ, & munimentum. Hoc erũ inſtrumento delicatoq; ceruices confouenť. Iuuen. Conducit comites, ſellam ceruical amicas. Mar. Tinge caput nardi folio, ceruical olebit.

Ceruſa pe. prod. eſt quam græci pſymithion uocant, ex plumbo in acuto aceto ſoluto comparať. Victr. docet quo modo fiat, dicens. Rhodii doliis ſarmenta collocantes, aceto ſuffuſo, ſupra ſarmenta collocant plumbeas maſſas, deinde ea opculis obthurãt, ne ſpiramentum obthurata emittãt. Poſt certũ tps aperientes inueniunt e maſſis plũbeis ceruſam. Eadem rõne lamellas æreas collocantes, efficiũt æruginẽ, quæ æruca appellať. Ceruſa uero cum in fornace coquitur, mutato colore ad ignis incendiũ, efficiť ſandaraca. Id aũt incẽdio factũ eſt caſu, didicerunt hoĩes ex eo multo melioré uſum pſtari q̃ quæ de metallis per ſe nata fodiť. Vtcũq; igiť ita ceruſa cõpareť, neq; acutũ, neq; lacinãs quicq̃ hẽt, neq; diſtrahens, ſed emplaſticum, ac refrigerãs. Vſta ãt, inqt Actius, pura ceruſa mutať in id, qđ ſyricũ nuncupať, quẽ medici ſandica uocant. Hic. ad Furiam. Quid faciat ceruſa in facie chriſtianæ.

Ceryx, latie præco, & caduceator. Vñ Euſe. ſcribit a Nerone ceryces fuiſſe certamine ſupatos. Sen. ad Serenũ Non uis, niſi conſul, aut prytanis, aut ceryx, aut ſuffes adminiſtrare Rẽp. hoc eſt caduceator, & magiſtratus ad Rẽp. gerendã. Eſt aũt græcũ κῆρυξ ἐκ τοῦ κηρύσσειν, ἢ κηρυκεύω. Suidas. κήρυξ ἐν πολέμῳ, πρέσβυς, ἐν εἰρήνῃ.

Ceſſo, as. abſtineo, ab ope uaco. Ceſſant. n. hi q̃bus a laboribus ociũ eſt. Vir. Et ſi qd ceſſare potes, requieſce ſub umbra. Itẽ, Ceſſare eſt tardare, remorari. Idẽ. Ceſſas in uota ꝓceſq;. i. tardus es in uota faciendo. Ter. in Eu. Paululum ſi ceſſaſſem pithias, domi non offendiſſem. Et Ceſſare dicimus eos, quoꝝ officiũ deſyderam⁹ Gel. Amici iſti magnam in partẽ ceſſatores ſũt. Hui⁹ compoſitũ eſt Conceſſo. Plau. Poſtq̃ aurora eſt nunq̃ conceſſauimus lauari, aut fricari, aut ornari.

Ceſſare agrum dicitur, cum non laboratur.

Cæſitium lintheolum purum, & candidum. Vide ſupra, quia ſcribitur cum diph. Cæſitium. (thongatis.

Cæſa, cæſius, & cæſtus, & cæſitium. Vide ſupra in diph.

Cetus ceti ſine diph. piſcis maximus in Atlantico marĩ Hie. Sicut fuit Ionas in uentre ceti. Amb. li. Hexa. Virtute mitigauit mare, diſciplina ſtrauit cetos. Dicitur aũt Cete, neu. gene. & numero plurali. Hier. in Gene. Creauit deus cete grandia. Vir. lib. v. Æñ. Immania cete. Sunt aũt cete maiores piſces, nõ ouum ſed animal gignentes tantæ magnitudinis, quæ ſi qñ ſupernatãt fluctibus, annare inſulas putes, mõtes altiſſimos ſummis ad cœlũ uerticibus eminere. Hi etiam teſtudines marinæ dicuntur a diuo Hiero. in epiſt. ad Preſidium diaconẽ, ſicut in dictione teſtudo uidere potes, Cœtus cum œ. diph. conuentũ, ſeu congregationé ſignificat, a coeundo. i. conueniendo in unum. Sene. li. iii. decla. Qui cœtum fecerit capitalis. Qui eleganter ait cœtũ nomen eſſe magnæ multitudinis coeuntis ex conſenſu quodam. Suidas. κῆτος, θαλάσσιον θηρίον πολυμεγέθες. ὃ δὴ λέων, ζύγαινα, πάρδαλις, φύσαμος, πρῆστις, ἢ λεπὶς μεγίστη μάλιστα ἐν ἀνταγωνίσει ὄφεως. καὶ κῆτος, ἰχθὺν ἐν χέρσῳ ζῶον.

Cetarii dicuntur maiores piſces capiẽtes, ſeu uendẽtes, dicti ab eo q̃ cete in marĩ maiora ſunt piſciũ genera Col. li. ix, Salſamentoq; oĩm purgamẽta, quæ cetariorũ officinis euerrunť, præberi cõuenit. Var. Aduertis cetarios, cum uidere uolũt in mari turmas aſcendere in malum alti, ut penitus per aquam perſpiciant.

Cetariæ loca iuxta mare, ſtagnãte lacu, in q̃bus Thynni & alii hmõi piſces capiũť & ſaliunť. Pli. Carteiæ in cætariis aſſuetus Polypus exire, atq; ibi ſalſamẽta ppſtari.

Cetra ſcutum breue loreum, quo (Ser. auctore) utuntur Aphri & Hiſpani. Virgi. Leuas cetra tegit. Hinc cetrati dicti ſunt milites cetris muniti, de quibus fit mẽtio apud Cæſarem & Liuium.

Ceuere, pe. pro. eſt clunes mouere, quod fit aut adulando, aut in re uenerea turpia operando, & proprie de maribus dicitur. Criſſari uero de mulieribus. Perſius. An Romule ceues.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ceuetes auctore Probo, molles & obscœni dicuntur.
Cetus mons inter Noricum & Pannoniam.

Chabrias Athenienſis philoſophus, & imperator inclytus. Hic dicere ſolebat terribiliorem eſſe exercitum ceruorum duce leone, q̄ leonum duce ceruo.
Chære, ſalue. Hoc Syro Hebraicoq; ſermone appellatur Solomlac ſiue Solomalac. i. pax tecum. χαῖρε.
Chalaſis pe. cor. tunicæ genus, quod χλαϛὰν uocant a laxitate, uſ ut q̄dam dicunt, modus tunicæ muliebris, quo connexa, circa ceruicem tunica ſummittitur.
Chalaſtra urbs ad Termeū ſinū inq̄t Stra. a Chalaſtra ꝓximo portu dicta hinc chalaſtricus, a. um. adiectiuū.
Chalepi, græce χαλεποὶ, dicuntur duri, aſperi ac prolatu difficiles, qualis é uerſus Virgilian⁹. Quadrupedā/te putrem ſonitu quatit ungula campum.
Chalaza. collectio ſub cute, buboni & Ægyptiæ fabæ ſimilis, doloré ſi tangaſ, afferens. A latinis grando dr̄.
Chalceutice χαλκευτικὴ æraria fabrica. χάλκος æs dr̄. Vñ chalceus faber ærarius excuſſorq; latine appellaſ.
Chalcedonia, ſiue Chalcedon urbs fuit in Aſia iuxta Boſphoꝝ Thracium, ex oppoſito ad Byzantium. Hāc Megarenſes condidere, cæci appellati, qui non potius oppoſitū littus elegere, in quo iacet Conſtantinopolis, optimo loco. Hic olim magna ſynodus celebrata eſt, quæ inter octo numeratur, quibus Romana eccleſia præcipuum impartitur honorem.
Calcis uel chalcis, idis. urbs Metropolitana in Euboea regione, inſula, iuxta Euripum. Vnde chalcidicus, a. um. Alia eſt in chalcidica regione Syriæ, Alia eſt in Ætolia. Eſt & chalcis auis.
Chalcidius, a. um. nomen gentile. Chalcidius etiam nomen philoſophi.
Chaldæa cū æ, diph. Aſiæ maioris regio. Arabiæ cōtermina, plana, fontium indiga, in qua Babylon ciuitas magna. Chaldæos Arphaxat iſtituit, & a ſe arphaxateos noīauit, ut inq̄t Ioſephus. Chaldæi Aſſyrioꝝ magi ex gentis uocabulo dr̄, q̄ diuturna obſeruatiōe ſydeꝝ ſciam putanſ effeciſſe, ut p̄dici poſſet, q̄d cui euētuꝝ, & quo quiſq; fato natus eſſet. Chaldæoꝝ aſtronomicorū multa ſunt genera. Nā q̄dam Orcheni dr̄, q̄ dā borſipeni, & alii cōplures, qui p ſectas diſtincti ſunt. Hi Genehtliaci quoq; appellantur & mathematici.
Chalix lapidis genus, ex quo deducitur ignis.
Chaleſtra urbs Theſſaliæ littoralis, iuxta quam Axius fluuius in mare Ægæum deſcendit.
Chalame ciuitas perſidis, q̄ nunc appellaſ Ætiſiphon.
Chalybes cū y. cor. ppſi in Ponto, iuxta Thermodontē fluuiū, ſicut Stra. & Pli. teſtanſ. Hi ferrū nudi effodiūt, dicente Vir. India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi. At Chalybes nudi ferrum. Callimachus ſcribit hos primos ferrum inueniſſe, & primos ferrum fabri caſſe, ut inquit Arrhianus. Ponitur tamē q̄ñq; chalybs pro ipſa ferri materia. Oui. li. iiii. Faſt. Æs erat in precio, chalybis iam maſſa placebat. Q̄ñq; pro inſtrumēto ex chalybe facto. Virg. Vulnificuſq; chalybs. Luca. Chalybem frenoſq; momordit. Eſt & chalybs fluuius in Hiſpania, ut ait Trogus, qui ſui nominis populos aluit, qui cæteros ferri præſtantia ſuperat.
Chamus genus freni dictus, q̄ ſit breuis, χαμὸς eñ breuis dicitur. Hiero. in ps. In chamo & freno maxillas eorum conſtringe.
Chamædracontes genera ſerpentium ſunt.
Chamæciſſos genus hederæ, quæ nūquam ſe ab humo attollit, compoſita dictio ex chamæ χαμαὶ, quod eſt infimum, & κισσὸς hedera. (tis.
Chamæplatani uocāſ hūiles platani & coactæ breuita
Chamedaphne puſilla laur⁹, ſic chamæcerafi breues cerafi. Sūt aūt eius duo gña, ut ait Pli. li. xvi. c. ſy lueſtris frutex, & Alexandrina, ut intelligas duo eſſe genera. Alterum eſt chamædaphne quam latini laureolam appellant. Alterum laurus alexandrina.
Chamelus per ſimplex l. ge. cois aīal q̄ drupes, q̄d crura prolixa, collū longū hēt. Sitim ſuſtinet p triduū. Sed cū inuenit aquā tm̄ bibit, ut ꝓteritæ & futuræ ſiti ſufficiat. Hie. in Ge. Sepauit chamelos fœtas, cū pullis ſuis Bactri chamelos mittūt, & Arabia. ut ſcribit Diod. ſed in hoc differunt, q̄ arabici bina in dorſo hñt tubercula, hos dromedarios uocāt, ſingula Bactriani. Chamelus uero p funē nautico, quo nautæ marinas anchoras ligāt, gen. maſc. eſt, ut apud euangeliū. Faciliuſ eſt chamelum per foramen acus intrare, quā diuitē &c.
Chamæleuce herba quæ fuſſilago dicitur.
Chanan dicta eſt Arabia, a Cham q̄ in ea conſedit, a q̄ Chananei, hæc fuit prima gens q̄ deū ignorauit, q̄m princeps eius & cōditor cultū a pr̄e nō accepit maledictus ab eo. Itaq; ignorantiā diuinitatis minoribus re
Chaonides dicti ſunt lupi ceruarii. (liquit.
Chananitis pe. prod. genitiuum idis. adiectiuum eſt a chanaam, ut regio chananitis.
Chamæleon, tis. q̄ſi paruus leo, aīal diuerſa uarietate cōſperſum, ut pardus, & ad colores, quos uidet cōuerſiōe facillima uariaſ. Naſcit in India, figura & magnitudo é lacertæ niſi q̄ crura hēt recta, & excelſiora, latera uentri iungunt, ut piſcibus, & ſpina ſimili modo eminet, roſtroꝝ ſimile ſuillo, cauda p̄longa in tenuitatē deſinens, & implicans ſe uiperinis orbibus, ungues aduci, motus tardior, ut teſtudini, aſperoꝝ corpus, ut crocodilo, habet oculos corpi concolores, nunq̄ eos operit. Solus aīalium nec cibo, nec potu aliſ, nec alio q̄ aeris alimento, latet hyeme ut lacerta. Ab Auicenna diciſ ſtellio, ſed diuerſum eſſe Hiero. in Leui. oſtendit, cum inquit. Megale chamæleon, & ſtellio. & lacerta & talpa, oīa hæc imunda ſunt. Eſt & genus herbæ a folioꝝ uarietate, mutat. n. cū terra colores, ad ſimilitudinem chamæleontis aīalis. Hāc q̄dam buphonem uocant.
Chameteræ quæ & chameteridæ a græcis humiles, & depreſſæ imagines. i. pediſſequæ & quaſi ſeruæ a pedibus. Chamæ eñ græcorum aduerbiū, latine ſignificat humi. Scribit Pli. li. xxxvi. Scopam feciſſe Apollinem Palatinum, Veſtam ſedētem laudatam in ſeruilianis hortis, duaſq; chameteras circa eam.
Χαμὼς θεὸς ἦν τυείων καὶ ἀμεμίτων, ὥσπερ ἡ ἀσπέρτη θεὸς σιδονίων ἢ ἐλάφηβολος σολομών.
Chamelopardalis pe, cor. animal, cuius ad magnitudinem chameli proceritas, color, pelliſque pantheræ maculis ueluti florentibus uariata, poſtremæ infra aluum partes humi ſubſident, ſicuti in leonibus uidemus, humeri, pedeſq; priores, atq; item pectus, præter cæterorum

cæterorum membrorꝝ racionem procera, tenuis cervix, chamelo caput simile. Est aial collo similis equo, pedibus & cruribus boui, capite chamelo, albis maculis rutilum colorem distinguentibus.

Chananæa habet diph. in pen. Est aũt Chananæa Syria regio a Chananæo filio Cham, qui eam regionẽ, quæ nunc Iudæa nuncupatur inhabitans, a se Chananæã nuncupauit, ut li. i. antiqui. Iosephus refert.

Chaonia pars alpestris Epiri, licet qñq; sumatur pro tota Epiro. Hinc Chaones populi a Troiano Heleni fratre Chaone nomiati. Hi Molossi etiam, ut scribit Stra. appellati sunt a Molosso Pyrrhi filio. Vir. Chaoniãq; omnem, Troiano a Chaone dixit.

Chaos Hesiodus omnium rerum initium uocat, ꝙ añ oñes deos, de asq; natum sit. In theogonia. l. & Orpheus in principio argonauticorum.

Ἀρχαίου μὲν πρῶτα χάους ἀμέγαρτον αὐάγκην,
Κρόνον τε ὦκα τοῦ ἐλόχευσεν ἀπειρεσίοισι σὺν ὁλκοῖσ
Αἰθέρα, καὶ δνοφῦ τροφόωσεα κυλινδόμενα ἔρωτα. Et itẽ appellat cõfusam q̃ndam ab initio unitatẽ hiantẽ, patẽ temq; in profundũ. Alii appellant materiã cœli & terræ cõfusam atq; informẽ, quæ primũ ex nihilo facta est, de qua postmodũ oĩa sigillatim ꝓ spes uarias, formasq; ꝓprias prodiderũt, de qua scriptura loquit̃. Qui fecisti mũdum de materia informi. Lact. uero sic habet. Chaos est rudis, iordinataeq; materiæ cõfusæ congeries. Nec audiendi sunt poetæ, qui aiunt chaos in principio fuisse. i. confusionẽ rerꝝ atq; elementorꝝ, postea uero deũ diremisse oẽm illã congerie, singulisq; rebus ex cõfuso aceruo sepatis, in ordinẽq; descriptis, instruxisse mundũ pariter & ornasse. Oñia. n. deus fecit ex nihilo. Sinplicius in cõmentariis de cœlo. Aristotel. ἀκούω δ' ἐγὼ σὲ μὲν ἀιγυπτίους ἀρχαιοτέρους ἡμῶν ἐλαττόνων ἐξήκοντα μυριάδων, & multa alia. Est aũt hoc nomen græcũ quod declinat̃ prima declinatione cõtractorꝝ hoc mõ ὁ χάος τοῦ χάεος καὶ χάους τῷ χάεϊ καὶ χάει τὸν χάος ὦ χάος. Et apud latinos chaus chai chao, sicut Prisc. declinauit. Vir. li. iiii. Geor. Atq; chao densos diuum narrabat amores, Oui. li. xiiii. Met. Et noctẽ noctisq; deos Herebiq; chaoq;. Dictum chaos a χέω fundo ꝙ fuerit fusio. i. confusio elementorum omnium.

Characias genus thytimali, herba ramis digitali crassitudine, cuius semen cũ melle decoctũ in usu est ad catapocia, hoc est pilulas faciẽdas soluendi alui gratia. hanc medici corrupto uocabulo cataputiã uocant.

Charchesia genus poculi apud græcos, forma procera, & circa mediã partẽ cõpressa, ansata mediocriter, ansis a summo ad imum pertingẽtibus. Et tribuit̃ Ioui, sicut scyphus Herculi, cantharus Libero. Vir. Hinc duo rite mero libans carchesia Baccho. Hoc genere poculi aurei donata ẽ Alcmena a Ioue, ꝓ precio cõcubitus & a Plaut. patera dr. Æsclepiades aũt uir inter græcos apprime doctus, charchesia a nauali re existimat dicta. Ait. n. Naualis ueli partẽ inferiorẽ paternã uocari At circa mediã fere partẽ trachelon dici, summã uero partẽ charchesiũ noiari, & inde diffundi in utrũq; uelli latus, ea q̃ cornua uocanẽ. Sunt etiã qui putẽt charchesia esse foramia, q̃ in summo malo funes recipiũt. Catul. Lucida qua summa splendent charchesia mali.

Charta cum ch. aspirato. Est eũ dictio græca, & ꝓprie fit ex papyro. Apud græcos ꝓ eo poni cõsueuit, quod nos libꝝ dicimus. Oui. li. iii. de tri. Nullꝰ i hac charta uersus amare docet. Ponit̃ q̃q; ꝓ foliis seu philuris i qbus scribimus, seu sint papyracea, siue mẽbranæ, aut ex pgameno, aut ex alia materia. Quint. Cũ apto codice chartas explicaret. Vñ Sue. in Nero. Plumbeam chartã supino pectore sustinuit. Vide supra in Carta.

Chartaceus, a. um. quod est ex charta. De lega. li. iii. Qd si in codicibus sint membraneis uel chartaceis, uel ẽt eboreis, uel alterius materiæ.

Chartula diminutiuum. Hiero. Volo in chartulis meis ineptias scribere.

Characatæ uineæ. i. pedatæ, uallatæ a græco χάραξ, κος. uallum χαράττω sculpo, signo, fœ. gene. duntaxat pedamentum uitis significat. Col. li. vi. Quæ defixis arũdinibus circuniũctæ per statumina calamorum, materiis ligatis in orbiculos, gyroscq; flectuntur, eas nonnulli characatas uocant.

Character latine notamẽ, uel liniamẽtũ, ul' litura, signũ figura, stilus dicendi. Vnde literæ characteres dicunt̃.

Characterismos designatio dicitur, ut apud Iuue. Et cal uo seruiret Roma Neroni. Figura qua orator uitas eorum de quibus loquitur deformat.

Charadrus, auis maritima magna & ingluuiosa, quam aspicientes icterici liberantur, si Suidæ creditur, cum Plinius de ictero aue hoc affirmet.

Charybdis, & Scylla. Vide in Charybdis.

Charopus pe. cor. latine amabilis, blandus, gratiosus dicitur a χάρις gratia ὤψ, ὀπὸς aspectus.

Charisius nomen cuiusdã grammatici quem Prisc. allegat. Est & panis seu ut Suidas ait placentulæ species.

Charis latine gratia, a quo charisma, atis. in eadem significatione.

Charisma, atis. idem quod gratia.

Charites gratiæ tres fuerunt. Aglea. l. Talia, & Euphrosyne tres Iouis filiæ.

Charisteum genus marmoris, a χάρις gratia, ꝙ eius color gratus sit aspicientibus.

Chariophilon genus aromatis, & nascitur in India grãdius, & fragilius granis piperis, ut testat̃ Pli. habetq; capitella dentata, ac odoris, medicinæq; gratia ad nos aduehitur, a χαρίζω gratiosum, & φιλὸν amicũ chaꝝ.

Charientismus dici põt gratificatio. Nam a χαρίζω. qd est gratum uel gratiosum. Figura est cum dura dictu mitius & gratius proferunt̃, uel dictio per ea quæ grata sunt auribus, aliud significans, ut cum interrogam⁹ hominem quis nos quæsierit. Et respõdet, bona fortuna. quo intelligitur, neminem quæsisse.

Charistia neu. gene. & numeri pluralis festa uocabantur, quibus cognati conueniebant, & munera mutuo mittebant. Oui. li. Fast. Proxima cognati dixere charistia, a χάρις gratia. Et charistia latine etiam dicitur gratificatio. Vale. li. ii. Conuiuium solenne maiores nostri instituerunt, idq; eucharistiam appellauerunt.

Charitas, Vide in dictione Caritas.

Charon. ontis. a poetis dicitur, q tria inferni flumina, Acherontẽ, Stygem, & Cocytum obsidet, qui & defunctorum animas ad aliam ripam deuehit.

Chartophylacium latie scrinium dicitur. Nam φυλακὴ custodia, φυλάσσω custodio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Chaſma,atis,latine hiatus, fiſſura, rictus ἀπὸ τοῦ χάω ἔνθεν καὶ χάσμα, χαίνω eſt hio. Fit aũt chaſma non ſolum in cœlo,de quo Pli. Fit & hiatus cœli,quem uocant chaſma, ſed etiam in terra. Vñ ait Iuriſcõ.ti.de cenſibus. Si agri portio chaſmate perierit,debebit per cenſitorem releuari.Ammianus eleganti uocabulo chaſmaticum appellat terræ motũ, quo patefactis ſubito uoratrinis,terrarum partes per hiatum abſorbentur.

Charmaſynũ genus ſerici,ex eo q̃ aſpicientes delectet.

Charunda nomẽ uiri,q̃ atheniẽſibus leges dedit,q̃ a Catana ciuitate,uñ originẽ habuit, Cataneus eſt appel/

Chanona.i.placenta. (latus.

Chelæ,ſcorpionũ & cancroꝝ brachia,tñ græce χηλὴ dr̃ ungula.ſed ſciſſa,ut Theo.Gaza li.ii. pediæ Cyri. Vir. Qui locus Erigonẽ inter,chelaſq̃ ſequentes. Amb.de cancro loquẽs. Et piculoſum eſt,inq̃t, ſi chelã eius includat.Chelæ ſignũ ẽ cœleſte, & dñr prima ps ſcorpii.

Chelys aĩal,teſtudo eſt ꝓprie, ſed capiẽ pro cithara , ex qua mercurius eã fecit,ἀπὸ τῆς χελώνης, hoc eſt a teſtudine. Nã ex teſtudie primo facta eſt cithara a Mercurio, cõſumpta iã carne, ſed ſuperſtitibus neruis,ꝓprie ergo chelys teſtudo,chelyon operimẽtum teſtudinis.

Chelydros teſtudo marina q̃ſi cherſidos , quia in aquis & terris ḍegit. Nã cherſum terrã ὕδωρ aquã dicimus, q̃dam accipiũt ꝓ ornatu,quo donabãt mulieres. Iuue. Donat arcana chelydros.Ita.n.exponiẽ ab eruditis, q̃uis nõnulli legãt cylindros,cũ cylindrus aliud ſignĩcat

Chelidonia.de quo infra.herba uiſui ſaluberrima ab hirundine mõſtrata,a græcis χελιδών,& a nr̃is hirundo transferẽ,a qua chelidonia herba dr̃, q̃ eo auiũ genere adueniente,naſcaẽ,& diſcedẽte extinguaẽ,ſiue q̃ hirundines reſtituãt oculos pullis ſuis excæcatis ea herba. Item Chelidonia uocaẽ Fauonius uẽtus ab octauo Idus Martias flans ab hirundinis uiſu. Chelidonia ẽt eſt oculus indicæ teſtudinis,q̃ eſt lapillus. Item genus eſt ſerpentis,ſeu aſpidis,ut Galenus auctor eſt.

Chelone,græci χελώνη,a latinis dicitur teſtudo.

Chelonophagi pe.cor.teſtudinũ comeſtores, Nam χελώνη teſtudo dicitur.φάγοι comeſtores, Sunt aũt populi Carmaniæ ut inquit Soli . qui non alia q̃ teſtudinum carne uiuũt.Et eaꝝ ſuperficie caſas tegũt, tantæ apud illos magnitudinis reperiuntur teſtudines.

Chenotrophia χηνοτροφία nantium uolucrum auiaria.

Chenoboſcion locus,ubi anſeres aluntur. Nam χὴν. χηνὸς anſer dicitur.

Chenopus latine anſeris pes dicitur . Quo nomĩe dicta eſt herba,quæ habet effigiem anſerini pedis.

Cherroneſus ἀπὸ τῆς χέρρου, ἡ νήσου dr̃. Eſt aũt χέρρος terra.perinde ac χέρσος.Scribitur igit̃,ꝓ duplex rr.unũ.ſ. terra eſt undiq̃ fere mari cincta,νῆσος inſula dr̃.Et ob excellentiã ponit̃ pro Peloponneſo.Dicit̃ & cheronea q̃ fuit Plutarchi patria,clade totiꝰ Græciæ clariſſima Veꝝ totius Cherroneſi triplex ptitio uidetur.Prior & nobilior ps eſt Aſia,q̃ ab Helleſpõto,uſq̃ ad Halyn & Cappadociã porrigit̃,& a mõte Tauro i ſeptentrionẽ uerſa ponto,ꝓcumbit Euxino.Altera eſt Cappadocia q̃ incipiẽs ubi Aſia deſinit,orientẽ uerſus,ad euphratẽ uſq̃ ꝓcurrit, & ab Euxino uſq̃ ad Taurũ,& Amanum montẽ in meridiẽ extendit̃.Tertia eſt oĩs plaga,quæ a ſummis tauri iugis, uſq̃ ad mare in Auſtrum uergit.

Cherſoneſus idem quod Cherroneſus. Nam χέρσος terra manufacta, νῆσος inſula.

Cherſydros ſerpens,qui tam in aquis,q̃ in terris moratur,nam componitur ex χέρσος terra,ὕδωρ aqua,quaſi uiuens in terra,& in aqua.

Cherubin generis neutri, & pluralis nnmeri pro illo angelorum choro.Cherub uero, ſeu cherubim per m.tã maſculini,q̃ neutri generis eſt.

Cheruſci populi Germaniæ.

Cheramides,genus lapilli præcioſi,qui ut Strab: refert in mauritaniæ campeſtribus naſcitur.

Cheoſpes Ægypti rex, qui celeberrimã illã pyramidem ſtruxit,habuitq̃ in ea tam multa hoĩm milia opus illic tot annis facientium,ut pro apio cepa allio expenſa fuerint mille & ſexaginta talenta. (gypti.

Chennis inſula eſt. ut Pompo. ſcribit ĩ quodã lacu Ae/

Cheniſcus pars proræ a qua dependent anchoræ q̃ carinæ ſit principiũ. alii puppis faſtigiũ appellãt,dcũs cheniſcus qñ anſeris caput armãtis nauiũ fabricatores ipſi faſtigio poſuerũt, uel boni augurii gĩa nauẽ anſeri aſſimilãtes cheniſcũ appellarũt, q̃ ũdis more ãſeris nõ madefcã ſupnatet.A pu. Et puppis itorta cheniſco.

Chidnei populi iuxta Pontum.

Chidorus Macedoniæ fluuius.

Chilias,adis.numerus q̃ mille continet.Chilia mille.

Chiliarchus,latine millenarius , q̃ præeſt mille hoĩbus. Curt. li. ix. Noũẽ q̃ fortiſſimi iudicati eſſent ſingulis militũ milibus ꝓfecti erãt,chiliarchas uocabãt. Sedĩ Roma.hiſtoriis ꝓ tribuno militũ,ita ſemp accipiẽ,ut Demarchus ꝓ Tri. plebis. Nam autore Ioſepho ordo in Roma.militia hic erat,ut milites ad cẽturiões, illi ad tribunos,quos græci chiliarchos uocant,manecõ uenirẽt ſalutatũ,Hecatontarchos ſupra centũ.Penthecoſiarchos ſupra q̃ñq̃genos, Decaſiarchus ſup̃ denos.

Chilon unus ex ſeptẽ ſapientibus,dicunt græci labium.

Chilos latine labrum.Inde chilones, qui labia impropiora habent.Vide in dictione Cilones.

Chimæra cũ æ diph.cuius prima corripiẽ,latiẽ capella mõs in Lycia,leonibꝰ & ſerpẽtibus inhabitabilis, q̃ẽ flãmã ad modũ æthnæ ĩ Sicilia emittit e ſummo uertice . Qd̃utiq̃ dedit cãm fabulæ, ut chimæra monſtꝝ dicaẽ tria capita hñs,unũ leonis,aliud chimæræ,aliud draconis,cuius capita ignẽ efflãt.Lucr.Prima leo,poſtrema draco,media ipſa chimæra.Ouid. li.vi. Metam. Quoq̃ chimæra iugo mediis in partibus hircum,Pectus,& ora leæ, caudam ſerpentis habebat. Heſiod. θῆλ' ὑνοφεῖς κεφαλαὶ, μία μὲν χαροποῖο λέοντος.

Chimerinos pe.cor.unus ex cœli circulis,q̃ capricornũ contingit,in quo cũ ſol ẽ,dies breuiſſimi ſũt,& hyemalis interpretaẽ.Mar. Si daret autumnus mihi nomen, oporinos eſſem. Horrida ſi brumæ ſydera, chimerinos. Duæ etiam ſunt plagæ orbis habitabiles. Quæ a nobis habitatur, θεωνὴ a ſcriptoribus noĩatur. Alterã quã incolunt Antichthones, Chimerine, a nobis hyemalis,quæ ad auſtrum deflexa,auſtralis quoq̃ nuncupatur,cum noſtra ſeptentrionibus ſuppoſitaſit.

Chimum appellant decoctum,qd̃ per uenas diſcurrens in id membꝝ conuertiẽ, cui adhæret, & reſtaurat qd̃ inde ex calore perierat. Nã alimentũ quod ſumimus quarto intra nos decoquitur.Primo in ſtomacho. Secundo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cundo in epate. Tertio in cordis epatisq; opera, ac postremo Quarto perficitur in uenis.

Chios insula in Ægæo, seu Pamphilio noningentorum stadiorum ambitu, in qua nascitur mastix. Hæc olim dicta est Æthalia, Cleobolus Chiã appellauit, a Chione nympha. In hac templum Apollinis. Vnde chius Apollo. Et chii in ea habitantes. Et promontoriũ Aruisium, a quo Aruisia uina. Et pe.cor. habet. Luc. lib viii Quas Asine cautes, & quas Chios asperat undas. Sunt qui quadrigeminam chium esse putent, ut prima sit Chios insula. Secunda Cariæ urbs sub monte Pelleno. Tertia in Euboea. Quarta in Cherroneso Rhodiorũ iuxta Triopiam. A chius fit chius, a. um. pe. pro. Tibul. lib. ii. Nec mihi fumosos ueteris proferre phalernos Consulis, a chio soluite uincla cado. Hæc insula protulit memorabiles uiros. Ionem tragicum. Theopompum historicum, & Theocritum sophistam.

Chius lapis colore nigro igneus, & inter carbunculos propter id à Theophrasto numeratur.

Chiragra, pe. cor. manuũ dolor, χείρ manus, ἀγρία dolor atrocitas. Mar. Si nil porrigit hæc chiragra est,

Chirager, & chiragricus, qui chiragram habet.

Chirocrates pe. cor. nomen architecti celebris, q ab aliquibus Dinocrates dici solet, apud Pli. li. xxxiiii.

Chirographus, & chirographum manus inscriptio, γράφω scribo. Chirographa sunt, quæ nos perscripsimus in fidem alicuius. Asco. scribit chirographa dici, in q; bus tantum quæ gesta sunt scribi solẽt. In syngraphis etiam contra fidem ueritatis pactio uenit, & non numerata pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria uoluntate horum scribi solet. Iuue. Vana superuacui dicunt chirographa ligni.

Chirographarius a iureconsultis ponit pro eo, qui suo chirographo scripsit se debitorem in codice.

Chiridota pe. pro. tunica prolixa ultra brachia, manus operiens. Alio noie Macrochera dr. Vñ Scipio Gallo homi delicato obiectat, q cũ chiridota tunica. i. manicata accubuerit, has uestes Plau. uocat manuleatas. Dicta est aũt chiridota ἀπὸ τῶν χειρῶν, hoc est a manibus, quas promissiores habent. Sunt chiridota dalmatarum uestes manicatæ sericæ infectæ colore, quo utebantur dalmatæ, quem hodie dalmascũ uocant. Quibus uestibus indutus, dalmaticatus appellat Lampri. in commodo dalmaticus in publicũ processit.

Chiromantia cum accẽtu in pe. in manibus diuinatio, νομάω eñ moneo cũ quadã arte, uel μαντεῖα καὶ χείρ.

Chironomia cum accentu in pe. manuũ motus latine dicit. Quint. legem gestus interpretat. Chironomia a χείρ manus & νόμος lex. Sunt eñ motus qdam præscripti, quibus saltantes manibus utuntur. Quod posi tum in græcorum usu fuit. Apud Ro. aũt integris adhuc urbis moribus, in solo theatro exercebatur, & maxime pyrrichia saltatio.

Chironomus, pen. cor. qui manibus gesticulat, & ludit. Vnde & pro structore ponitur a Iuue. qui lege quadã manuum diuidit aues, & cætera esculenta, cum inquit Spectas chironomanta uolanti.

Chirotheca manuum uagina, quæ etiam manica dici solet. Cice. in Phi. Solet enim cito ipse accipere manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere.

Chirothesia manuum impositio.

Chirurgia manuũ operatio, ἐργία eñ operatio dr, quasi manuum opus, eo q manibus hæc ars exerceatur.

Chirurgus, medicus uulnerarius. Mar. Chirurgus fuerat, nunc est uespillo diaulus.

Chirurgicus idem quod Chirurgus.

Chirogylius echinnus terrestris, ut est apud Leui. ca. xi.

Chiron nomẽ medici pstantis, a cui⁹ noie herba quoq; dicta est cẽt aurea, & chironiũ ulcus, quod maxime fit in pectinibus & cruribus, hũs duas oras callentes, tumẽtesq; dolore modico, dictũ, ceu Chironis operam desyderet. Fuit hic Chiron centaurus, & Achillis magister Saturni & Phillyræ filiꝰ Oceani filiæ, dimidius homo, reliqua parte equus, qui a mre Phillyrides est dictus. Hic uniuersos suæ ætatis hoies bonitate & iusticia superauit. Nauigauit cũ argonautis, quoꝝ medicus fuit medicinã & herbarũ uires inuenit. Medicinã Æsculapius, citharã Achilles, astrologiam Hercules, ab eo didicerunt, Tandẽ deoꝝ miseratione, cum ex uulnere obiisset, relatus ad astra, sagittarium constituit.

Chlamis, idis. & chlamida, æ. ꝓprie uestis militaris, ut inqt Cassio. in epis. Pallio pœne aduersa, cũ breuior multo ac strictior sit. Plaut. Puer cape chlamidẽ, & da palliũ. Idem ad ornatũ militis ait opus esse chlamyde machæra & petaso, sic Iul. Pol. de ꝓprietate uocabulorũ, inter appatus militares nũerat chlamyda, Iuriscõ. uero inter uestimenta puerilia nũerat chlamydes.

Chlamydatus, qui est chlamide indutus, Plau. in Pseu. Quis hic hõ chlamydatus ẽt aut uñ est, aut quẽ q̃ritat.

Chlamidula dimi. Plau. Tu sume chlamidulã. Suidas. χλαμὺς, νομὰς λύτρου ῥωμαίων βασιλεὺς, πρεσβείαν ἰσαύρων ὀξάμενος, καὶ σὺ χῆμα φορεσίας αὐτῶν καταμαθών, ἐξ αὐτῆ λαβὼν ἐφεῦρε τὴν χλαμύδος στολήν. Et multa

Chlæna genus uestimenti, quod super alia (subdit. portabatur. Postea læna dicta.

Chlorites pe. pro, genus lapilli coloris herbacei, a quo & uestiũ genus chloreæ uocant apud Flauiũ Vopiscũ.

Choa nomen est mensuræ.

Chodago est cauũ cõmune sub chartilagii & ilium.

Chœnix uasis seu mẽsuræ nomẽ q̃ sextarii quattuor cõtinent. Pris. Sextarius unus q q̃ter assumptus fit graio noie chœnix. Ponit & pro cibo diurno, de quo ẽ illud pythagoricũ ænigma. Super chœnice non sedẽdum, quo signatur de crastino non cogitandum.

Chondros latine granum thuris dicitur.

Chobar, ꝓpriũ nomẽ fluminis. Et qa graue interpretat significat Tigrim & Euphratem oĩa magna, & grauissima flumia, quæ in terra Chaldæoꝝ esse perhibent.

Chorus. Vide infra in dictione Cotus.

Cholera plurali numero, & choleræ morbi genus est ꝑ cipitis, in quo & uomitus, & dejectio simul fiunt. Vnde cholerici apud Cels. accipitur & pro bile; Lampri. Alexander, inquit, Cæsar iudices, qui furtorum fama laborassent, si casu aliquo uideret, commotione animi, & stomacho choleram euomebat.

Choragus pe. cor. choreæ princeps, & expẽsæ suppeditator, & chori conuiuiiq; magister. Vide in Choragiũ.

Choraula appellat ars tibicinia. Vñ Stra. culpat Ptolemæũ Ægypti regẽ, q ꝓter alia flagitia ẽt choraulã exercuerit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Choraules,a choro,& tibiis dicti sunt,qui modulantur ad choros, uel qui in choro fistulas inflant, χόρος nãq; chorꝰ,& tripudiũ significat,αὐλὸς uero fistulam,seu tibiam,qui in tibiis ad choreas canũt. Apul. Erat quidã iuuenis satis corpulentus, choraula doctissimus. Vñ apud nos usitatũ nomen pro latino auledus. Cic. Qui citharœdi esse non possunt,auledi fiunt.

Choraules monumentarii sunt tibicines,qui ad sepulchra defunctorꝰ canebant, quales prisci siticinas uocant,qui apud sitos.i.defunctos canunt.

Chorocitharistæ,q̃ chorocitharizãt, sicut psallocitharistæ,q̃ psallentes iuncti ad citharã. Sue. in Do. Certabatur ẽt & prosa oratiõe græce,latineq;,ac p̃ter citharœdos,chorocitharistæ quoq; & psallocitharistæ.

Chorea a χορεύω salto. Vir. Pars pedibus plaudunt choreas,& carmina dicunt. Idem. Immemores nostri sistas duxere choreas.

Chorda,latine funis. Nam græcũ est,ut inquit Iul. Pol. Cordum uero sine h. aliud significat.

Choriambus pes ex prima & ultima productis, duabus mediis breuibus,ut filiolus. Dictus choriambus,q̃ iãbicam desinentiam habeat, & in choris apud ueteres celebratissimus extiterit.

Choragium genrali uocabulo dicitur instrumẽtum,& cuiuslibet rei apparatus. Cice. li. iiii. ad Her. Aut aliqd̃ fragile falsæ choragiũ gloriæ comparet. Apul. li. v. de Asi. Iam feralium nuptiarꝰ miserrimæ uirgini choragiũ struit. Fes. Choragiũ est scænicũ instrũm, quo. s. scæna instruit,& apparat. cuiꝰ p̃fectus dicitur choragus. Plau. in Pers. πόθων.i.uñ ornamẽta. ab chorago sumito,dare dẽt,p̃benda ædiles locauere. Et in Tri. Ipsa ornamẽta a chorago hæc sumpsit suo piculo. Vict. li. v. Post scænã porticus sunt cõstituẽdæ, uti cũ imbres repẽtini ludos interpellauerint,habeat ppꝰus,quo se recipiat,ex theatro, choragiaq; laxamẽtum habeãt ad comparandũ uti sunt porticus pompeianæ. Dictũ choragium a uerbo græco χορηγεῖν,quod est suppedito expensas.

Chorannei genus quoddã hoim syluestre in Persia,tãtæ uelocitatis,ut ceruos comprehendant cursu.

Chorobates pe. cor. est regula longa circiter pedes. xx. quæ habent transuersaria.

Chorius pes, qui alio noĩe dr Trochæus, constat eñ ex duabus syllabis prima longa,& scda breui. ut Meta.

Choritus pe. pro. arcus theca,aliquando & sagittarꝰ, ut inquit Ser. Paruulus ex humero chorytos,& aureus arcus, Pendentesq; sonant aurata lynce pharetræ.

Chortos gramen in cõe significat,sed p̃cipue fœnũ.

Chresis,latine usus dr. Vnde catachresis,abusio.

Chrestus uomen atheniensis auctoris probatissimi,cuius meminit Columel.

Chria est cõmemoratio alicuius dicti uel facti, uel utri usq; simul celeré habẽs demõstrationẽ, ut Isocrates dicebat uirtutũ radices amaras. fructus uero dulces. Est eñ una ex quatuor exercitatiõibus,quas Fabius grammatico tractãdas pmittit. Dicta chria p̃ maxime sit utilis & necessaria,χρεία.n.& usum & necessitatẽ p̃cat.

Chrisis latine unctio dr. Vnde christus unctus. Ideo aũt nos unxit,quia luctotores contra diabolum fecit.

Chrisma,atis,unguentum latine dicitur,

Chrysa ciuitas Phrygiæ. Chrysa ĩsula indiæ,quã aureũ solũ hñe p̃ditũ est. Et Chrysa fluuius agri Syracusani.

Chrysos latine dr aurum,a quo multa deducuntur.

Chrysomalon græci appellant arietem illũ, qui ut est in fabulis, lanam auream habebat.

Chrysomela mala aurea χρυσὸς aurum melon pomum, q̃ alio noĩe dr armeniacæ, p̃ coloré aureũ habeant.

Chrysoceras latine auricornu, oppidum est apud Byzantiũ europæ latere chalcedoniæ, ut inquit Strabo.

Chrysolithus pe. cor. lapis p̃ciosus,aureo nitore transluens χρυσὸς aurum λίθος lapis,quasi aureus lapis. Oui. Per iuga chrysolithi,positæq; ex ordine gemmæ.

Chryselectrus in coloré lutei coloris electri declinans.

Chrysẽdetum pe. cor. dici potest auro ligatũ. Mar. Sicq; uidere potes miseri chrysendeta cinnæ.

Chrysophis pe. cor. dicitur cui uidetur aurum ineſſe.

Chrysogonus uomẽ uiri propriũ,cõpositũ ex χρυσὸς aurum,& γόνη fœtũ, p̃ auræ undecunq; pariat. Iuue. Sunt quæ Chrysogonum cantare uetant. (lescat.

Chrysolampis,lapillus noctu ignei coloris, licet die pal

Chrysostomus latine aureũ os,στόμα,ατος. os dicitur.

Chrysocola humor,q̃ in aurifodinis, p uenas auri defluit, & crassescente humore rigoribus hybernis, usq; in duriciam pumicis indurat,q̃ subtilissime contusa auri picturã p̃bet. Pli. scribit hæc li. xxxiiii. Et ifra Chrysocolam aurifices sibi uendicãt ad glutinandũ aurum Vñ & ipa appellata est. i. auri cola,& gluté, Chrysocolam terræ genus esse quidam dicũt, quam e Macedonia apportari,& illic fodi, auctor est Victru.

Chrysocomus pe. cor. comas aureas hñs,quo noĩe dcus est Apollo a fulgore radiorꝰ q̃ comæ sunt solis aureæ.

Chrysippus phus Asianus stoicorꝰ,cũ Zenone princeps. Hic Zenonis discipulus fuit acutus sane,ut q̃ multis p̃ceptorib9 repugnauerit,statuq; habuit Athenis in Ceramico positã. In dialecticis clarissimus fuit, ita ut nõ illepide diceret q̃dam. Si apud deos dialectica haberet nõ temere alia esset, q̃ quæ a Chrysippo inuenta fuit. Scripsit librorꝰ uolumina supra quinq;,& septingenta Ferunt Carneadẽ phum cyreneũ, perlectis Chrysippi libris,ita dixisse. Nisi Chrysippus esset,ego non essem. Cõponitq; hoc nomen ex χρυσὸς aurũ, & ἵππος equus quasi aureus equus. Suidas. χρύσιππος ἀπολλωνίδου, ἀπὸ λεὺς ἢ ταρσεὺς φιλόσοφος μαθητὴς κλεάνθους, καθηγεμόνος τῆς στωϊκῆς σχολῆς μετὰ κλεάνθην.

Chrysopassus lapis auro aspersus,πάσσω.n.spargo ſcat.

Chrysoprasus pe. cor. lapis auro admixtus, & porri uiriditatem habens. Nam πράσον significat porrum. Vnde & prasinus pro uiridi.

Chysoaspidæ appellati sũt milites a clypeis auro celatis

Chrysorrhoæ populi dicti,q̃ in his locis, ut inquit Strabo, auriferi torrentes sunt. Vnde fabulis occasio de uellere upud colchos aureo.

Chryses nomen proprium uatis Iunonis,cuius filia fuit Chryseis.

Chryse nomen est multarum urbium.

Chryseis fuit Chrysæ sacerdotis filia,quæ a græcis rapta in præde distributione Agamemnoni contigit. Homerus auctor lib. i. Iliados.

Chromaticus,qui nulla uerecundia colorem mutat,& magis ad uerbum coloratus dici potest.

Chronica,oꝝ. generis neu. nõ chronica, cæ. ut indocti usurpant

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

usurpant,latine temporalia dicunt,pprie annales.
Chronismos,tpalitas latine dr,quia χρόνος tpus est.
Chronicus,a.um. tpalis.Augu.li.iiii. de ci. Dei. Nam sicut scribunt,qui chronicam historiã prosecuti sunt.
Chronici,qui de temporibus scribunt.Pli.lib.xxxv. Qd & ipsius Timagoræ carmine uetusto apparet, Chronicorum errore non dubio.
Ctesiphon pe. cor. nomẽ architecti qui templũ Dianæ ephesiæ tradit extruxisse, opus mirabile, & toto orbe celebratũ.Qd postea ab Herostrato icensum fuit,hac tm̃ de causa,ut ob aliqd facinus noiaret. Vide in dictione Ephesus.Fuit & Ctesiphon locus parthoꝝ.Stra.li. xvi. Prope Seleuciã uicus maxius est noie Ctesiphon in quo Parthoꝝ reges hyemabant.Hic uicus ciuitatis potentiã ac magnitudinem habet, adeo ut Parthoꝝ multitudinẽ,& apparatũ oẽm recipiat, ac uenalia,ne cessariaq; artificia illis suppeditet. Quin & Ctesiphontem Babylonici regni caput fuisse, Pli.lib. vi.scribit.
Chytra,& chytron latine olla. (æ. dicitur.
Chytrapus,odis,olla q̃ pedes habet,quæ & chytrapoda,
Chus idem quod congius qui sexies capit sextarium.
Chytus cizyci portus.

£ ante Ꝫ

Cibus & uictus differũt ſm Do.q; cibus ẽt delicatis præbet. Victus in paruis,aridisq; alimoniis est constitutus Teren.in Andr. Laria ac tela uictum quæritans. Quidam hoc nomen cũ y. scribunt,& a κύβιστος,quæ est pera,deriuant,eo q; pera cibum feramus.
Cibo,as.cibum infero.Colu.lib.ix.Atq; ea genera,quæ intra septa uillæ cibantur,fere persecuti sumus.
Cibarium nõ significat locum ubi reponuntur cibi,sed ipsum cibum.ut in ps.Cibaria misit eis in abũdantia.
Cibarius,a.um.quod ad cibũ ptinet.Et nõ solũ de pane sordido plebeioq;,q & secũdarius dr,sed ẽt de alio indigno dici solet.Cic.li.i.Tusc. Cui cũ peregrinanti in Ægyptũ,comitibus nõ secutis,cibarius in capsa panis datus ẽet,nihil uisum illo pane iucũdius. Hie. contra Ioui.Nam cũ monachũ esse se iactitet,& post sordidã tunicã & nudos pedes,& cibarium panẽ,& aquæ potũ ad candidam uestem,& nitidam cutem,ad mulsum,& elaboratas carnes,ad iura Apitii,& paxanii,ad balneas quoq;,& fricticulas,& popinas se conferat. Cibariũ uinum pro ignobili. Var. Potus meus uinũ cibarium Sic cibarius homo ab eodem dicitur pro sordido & plebeio. Ait eñ tuus frater cibarius fuit Aristoxenus.
Cibalẽ,quod ad cibũ pertinet. Var.Est enim lac omnium rerum, quas cibali causa cupimus, liquẽtium maxime alibile.Et id ouillum,inde caprinum.
Cicada dicta est,quasi cito cadẽs.Viuit eñ rore, & cito decidit. Cicada ex oĩbus q̃ uiuũt sine ore est,p eo aculeatum quiddã in pectore habet,linguæ simile,quo rorem lambit,& pectus iꝑm fistulosum ,quo uocẽ emittit. Cicadaꝝ aũt duo sunt genera. Minores q̃ primæ ꝓueniũt & nouissime pereunt. Sunt aũt multæ,inquit Pli.Item maiores quæ canunt uocantur Achetæ.
Cicatrix, pprie est signũ uulneris obducti, quasi circa cutẽ,uel quasi occecatrix,Est eñ caro callosa pro cute inducta,ubi hiatus uulneris,quod iam coiuit,fuerat.
Cicatrico,as.pe.pro.quod est cicatricem induco.
Cicer genus leguminis.
Cicercula leguminis genus,sim ilis piso ut inquit Colu.
Cicera genus leguminis.Palla.lib.iiii. Cicera scritur, q̃ distat a cicercula solo colore.
Cichorea,& cichoreũ utroq; modo dr pro herba satis nota.Hor.li.i.car.Me cicoreæ, leuesq; maluæ. Pli.lib. xx.Cichoreum refrigerat in cibo sumptum.
Ciclicus pe.cor.Vide in dictione Circulatores.
Cicina pe.cor.auis nocturna.
Cicindula pe.cor. seu cicindella,genꝰ muscarum, quod noctu lucet ignium modo, laterum & cluniũ colore a græcis lampyris dicta.Quidam noctilucam, alii nitedulam uocant,nõ ante matura pabula,aut post desecta cõspicitur,nũc pennaꝝ hiatu refulgens,nũc cõpressu obumbrata.Ab hac,
Cicindella,lychnus pensilis quem uulgo lampadem uocant,quæ nocte tota seruat accensa & lampyridis instar lucet,Aug. in quodam sermone.Quæ possunt aut cereolos,aut oleum in cicindelibus mittat exhibeant.
Cicones,pe. cor. populi Thraciæ,iuxta Hebrum fluuiũ habitantes.Tibul.Nam ciconum manus aduersis repulit undis
Ciconia auis,quæ serpentibus pullos nutrit.Quo etiam nomine uocatur lignum rostratum,quo e puteis hauriri aqua solet,apud Hispanos,quod & ciconium a nõ nullis dr.Hispani telonem dicunt. Itẽ ciconia mensuræ genus est.Col.li.iiii.Sed huic operi exigendo,quasi quãdam machinã cõmenti, maiores nostri regulam fabricauerunt,in cuius latere uirga prominẽs ad eam altitudinẽ,qua deprimi sulcũ oportet contingit summã ripæ partẽ.Id genus mẽsuræ ciconiã uocãt rustici.
Ciconius nomen fuit eius,qui Brixiam urbẽ cõdidit.
Cicum membranula tenuis maloꝝ punicorum.
Cicur animal, quod ex fera factum est mansuetum, ut aper,ceruus, leo, & quicquid cicurari,i.mãsuefieri potest.Quod enim a fero discretum est,id cicur dicitur. Ci. Aliæ sunt feræ,aliæ cicures,aliæ natantes,aliæ uolucres.Cicur ingenium dicitur mite, ac mansuetum. Et a cico membrana tenui,deriuari uidetur. Hinc ueturii quoq; nobiles nominati sunt cicures.
Cicura,as.pe. prod. mansuefacio,uerbum uetus quod alio uerbo dicitur exarmo.
Cicuta pe.pro.herba uenenosa caule uiridi,& geniculato,altioꝝ sæpe binis cubitis,in cacuminibusq; ramosa, foliis coriandri tenuioribus,grauì odoratu,semĩe anisso crassiore,radice concaua nullius usus. Nam seminiti tm̃,& foliis refrigeratoria uis, Arabice succara dicitur.Eius frigiditas uim interimendi hẽt, sed uino meraco & calefacto huic malo subuenitur.Ser. docet cicutã esse quod est inter cannaꝝ nodos. Vir. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.
Cidaris tegumentũ capitis pe.cor. Quidã pileũ regum persaꝝ cidarim esse dicut,alii thiarã seu mitrã, alii coronã,alii,Strophiũ sacerdotale. Vnde ĩ Leuit. Cidari quoq; texit caput.Apd græcos scribitur κιδάρις. Aug, sup exo.sic hẽt.Cidaris nõ ẽ interptatũ,nec in usu mõ est,puto tm̃ nõ ẽe capitis tegmẽ,ut nõnulli putauerũt Neq;.n.diceret.Circundabis eis,nisi tale aliqd ẽet, qd nõ capiti, sed corpori usui ẽet.Idẽ sup Leu.Quid est q; Aaron & duo filii eius mortem reliquoꝝ duoꝝ luge-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re prohibent, dicit caput ueſtitũ Cidara nõ denudabi
tis, ubi certe oſtendit Cidaras tegmina capitũ fuiſſe,
niſi quia illud faciebãt lugentes, quæ conſuetudini or
natus eſſent contraria, Origenes ẽt ſic ſcribit ſuper Le
ui. Propterea accipit primo cidarim quod eſt uel ope
rimentũ quoddam capitis, uel ornamentum, & poſt
hoc ſuperimponit ei myrrha añ faciem. i. a fronte põ
tificis. Idem infra. Cidaris qđ dr, ornatus quidã eſt, q
capiti ſupponit, quo utit pontifex in offerẽdis hoſtiis.

Cieo, es. & cio, is. ambo ciui, citũ faciũt. Sed cũ a cieo es.
fit citũ pe. cor. A cio uero ꝓducit. Oui. li. ii. M. Nec frui
tur ſomno uigilãtibus excita curis. Idẽ li. i. de triſt. Ac
citus totiẽs in genus oẽ ioci. Et cieo qđẽ ꝼcat moueo.
Vir. Cœlũ terrãq; ciebo. Cio uero uoco, ꝓprie, q̃uis &
ꝓ cõmoueo uſurpet. Liui. li. i. Principes utrinq; pugnã
ciebãt. Proprie ãt dixi, qm̃ uocare aliquo mõ mouere
ẽ, ſicut & mouere uocare, adeo ut alterꝝ ꝓ altero qñq;
ſumi poſſe uideat, ut illud Vir. Miſſenũ Æolidem, quo
non pſtantior alter Ære ciere uiros, Martẽq; accende
re cantu. Col. li. vii. cio, is. poſuit pro cõmoueo. Nullo
inqt tpe, & minime æſtate utilius eſt boues in curſũ
concitari. Nã ea res, cit aluũ. A cieo igit ꝓ moueo fit
citus. i. uelox, & cõcitus cõmotus, & percitus in furorẽ,
ira cundiãue motus. Cito as, frequentatiuũ, a quo con
cito, excito, ĩcito, recito, ſuſcito, reſuſcito, exuſcito, oſ
cito, ꝓcito: Sic cõcieo, & excieo, & ſi q̃ ſunt alia cõpoſi
ta. Primũ ꝼcat cõmoueo. Liui. Galli, quos prædæ po
pulationũq; cõciuerat ſpes. Scdm foras moueo, & ex
cutio. A cio fit excio. Sta. li. iiii. th. Suus excit ĩ arma an
tiquã Tyrintha deus. A cio, ſiue arcio, ꝓcio, ꝓuoco, ſi
ue a longe uoco. Percio, pulſo, tãgo, percutio, & ualde
cõmoueo. Cõcio ſimul uoco, uel ſimul cõmoueo, con
grego. Ex qbus ẽt fiũt concito, excito, ꝓcito frequẽta
tiua. Porro ꝙ ptã & ſupina eadẽ amboꝝ ſimpliciũ ſũt
Itẽq; cõpoſitoꝝ orta eſt nõ parua interꝓtãdi ea uerba
difficultas. Nã cito, as. frequent. eſt amboꝝ primitiuo
rũ cio, & cieo. Ideo aliq̃ uocito, aliq̃ frequẽter mo
ueo ꝼcat. Pro uocito Cice, in Ver. acti. iiii. Citat reus
cauſa agit. Pro crebro moueo. Col. li. viii. Ne ĩmatu
ris herbis citet aluus, eoq; uitio pecus emacieꝫ. Igit nõ
ſomniculoſe ſpectãda ſunt frequẽtatiua cõpoſita ptã
ꝓticipiaq; cõpoſitoꝝ, ut quæ uocationis magis ꝓprie
tatem hñt a cieo. Quæ uero motionis, a cio ſumãtur.

Cileo, les. lui. ſignificat moueo. Vnde & furcillæ, ꝙ his
frumenta cileantur. i. moueantur.

Cyllenus, pe. pro. & per duplex ll. & cũ y. dictus eſt Mer
curius, ꝙ oẽm rem ſermone, ſine manibus conficiat, q
bus partibus corporis, qui carent uocant κυλλοὶ. i. mu
tilati. uulgo ſtrupiati dñr. Siue ꝙ in Cyllene mõte ſit
nutritus Arcadiæ, aut a cyllena nympha ſit educatus.

Cillibæ pe. cor. menſæ rotũdæ. Var. ſcribit cillibã men
ſam quadratã æſcariam, quæ etiam nunc in caſtris a
cibo cilliba dicta, poſtea rotunda facta, hæc & cilibã
tum dicit a cilice poculo græco. i. calice dictum.

Ciliaci dñr qui ex uitio ſtomachi. i. uẽtris profluuiũ pa
tiunt. Pli. lib. xx. Hippocra. ciliacis, & dyſentericis bis
coctũ cũ ſale, Celſus li. iiii. In ipſis uero uẽtriculi porta
cõſiſtit is q & lõgus eſſe cõſueuit, Ciliacus a græcis no
minat. Sũt q hoc nomẽ cũ œ. dipht. ſcribunt a Cœlia
. i. uentriculo ſtomachi, ꝙ his morbus ipſius uentricu
li porta conſiſtat, q̃ pyluros græce noĩat, vñ medica
menta quædã huic uitio contraria cœliacæ dicuntur.

Cilicia regio eſt (ut Pli. li. v. teſtat) in minori aſia Syriæ
proxia, plurima iacens campo, Tauro mõti ſubiecta, q̃
a Cilice nomẽ ſortita eſt, quẽ priſtina ætas pene ultra
ævum memoriæ abſcondit, phœnice ortus, qui apud
gẽtiles antiquior Ioue, de primis terræ alumnus habe
batur. Hæc regio ab oriente Amano clauditur, a ſeptẽ
triõe Tauri iugis, ab occidente Pamphylia. Huius me
tropolis eſt Tarſos, quam interſecat Cydnus amnis.

Cilibantum. uide in dictione Cillibæ.

Cilicium a cilicibus populis dictũ eſt, apud quos, ut inqt
Var. Cilicia primũ confecta ſunt. Fiũt aũt ex uillis hir
corũ atq; capraꝝ quæ adhibentur, ut Vege. inquit, ad
excipiendum impetum ſagittarum. Aſco. ſcribit cili
cia tecta eſſe de pilis in caſtrorum uſum, atq; nautaꝝ.

Cilix nomen ꝓpriũ Phœnicis filii, a quo Cilicia, & cilix
adiectiuũ dr homo, qui e cilicia ortus eſt, cilices pyra
tæ fuerunt, quos Cn. Pompeius funditus deleuit.

Cilium folliculus ſuperior quo oculus integitur, ꝙ cile
re mouere ſit, dũ frequenter tegit retegitq; oculũ. Vel
quaſi celium a celando, ꝙ oculũ celet. Inde fit ſuperci
lium. quod pilis obtegitur, cuius prima cor. Vnde eſt
illud in Pria. Conueniens latio pone ſupercilium. Nã
teſte Pli. xi. Extremum ambitum genæ ſuperioris an
tiqui cilium uocauere.

Cilones dicti ſunt, quoꝝ capita oblonga & compreſſa
ſunt. uel quibus frons eminentior eſt, ita ut a dextra ſi
niſtraq; reciſa uideatur. Chilones uero cũ h. ex græco
a labiis improbioribus, quæ illi uocant χείλη, unde &
piſces improbius labrati chilones dicuntur.

Cimas inſula inter Iſtri oſtia, q̃ ut Pompo. ſcribit, urbẽ
habet quam quia bithyni colunt, Bithynida appellat.

Cimacia. ſunt quæ in quadratura extãt per quatuor pe
des, ſicut menſæ quadræ fieri ſolent. Augu.

Cimbri populi, qui nunc flamingi, germani, lingua gal
lica latrones, qui inundatione oceani fugati, cum gal
lias, atq; Italiã adiiſſent, ſedes a ſenatu Ro. petierunt, a
quo repulſi, armis petere conſtituerunt, quod precib⁹
impetrare nequiuerant. Actum erat de Romanis, niſi
Marius illo ſæculo contigiſſet, a quo primũ apud aq̃s
Sextias, mox prope Atheſim debellati, & ad interneci
onem redacti ſunt, hi ẽt, ut docet Dio. uocati ſunt Ci
merii, qui qm̃ remotiores ſunt, a nobis apud inferos
eſſe putant. Sed Home. dixit Cimerios populos i Aſia,
Amazonibus proximos, qui ex ultimo occidentali
oceano aduenerunt. Fertur a Vale. Maxi. Cimbros &
Celtiberos in acie gaudio exultare conſueuiſſe, tanq̃
glorioſe, & fœliciter uita eſſent exceſſuri. Lamentari
uero in morbo, quaſi turpiter perituri.

Cimerii populi Scythici, a quibus Boſphorus Cimeri
us uocatus eſt, in cuius oſtio fuit oppidum Cimerion.
Horum clyma obſcurum eſt, de quibus Homerus. Il
lis ſol nunquam Phaeton ſua lumina ſpargit, Perniti
oſa ſuper nox ſemper tenditur iſtis. Hinc deductum
eſt prouerbium, ut dicantur tenebræ cimeriæ. Vnde
Lactan. li. iiii. O cæcum pectus, o mentem cimeriis (ut
aiunt) umbris atriorẽ. Ephorus ſcribit cimerios in Ita
lia quoq; fuiſſe iuxta lacum Auernum, eoſq; in ſubter
raneis habitaſſe domiciliis, quorum morem patriũ
eſſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

esse,ut nemo solé aspiciat,noctu uero egrediant. De cimeriis ita scribit Fest.Cimerii dñr hoies, q frigoribus habitatas terras incolunt,quales fuerũt inter Baias & Cumas,in ea regione,in qua cõuallis satis iminenti iugo circundata est,q̃ neq; matutino, neq; uespertino,tpe sole cõtegit. Cimerii olim maximã in bosphoro habuere potétiã,a qb9 cimeric9 appellat9,c9 lõgitudo ẽ sta/
Cimolia creta ab insula Cimolo,q̃ utunt (dio/. ccxx. fullones in uestibus abluendis. Hãc nũc uulgus terram saponariã uocat. Hæc & medicamentis apta esse dr.
Cinædus cũ æ diph. puer ad patiendũ aptus a κινέω moueo,uel experior,ἀλδία uereda. Gel. Nihil intereſt qb9 mẽbris cinædi sitis posterioribus an prioribus. Alii cinædos pudore uacuos appellant. κενὸς eñ uacu9 ἀλδὼς pudor est. Alii interptant saltatores, uel pãtomimo ἀπὸ τ κινεῖν, q libidine oĩbus anteirent, q choros ducebant,& nimia agilitate se exercebant, quos alio uocabulo petauristas,eo q saltibus leuibus mouerentur,ut nulla durities in corpore uideret. Plau. in Aul. Ita fustibus sum mollior magis,q̃ ullus cinædus. Cinædus etiã genus piscis, de quo Pli. li. xxix. Cinædicus. a. ũ. pe. cor. ádiectiuũ a cinædus. Plau. in. Sti. Lepidã & suauẽ cantationẽ aliquã occipito cinædicam. Cinædiæ, lapilli q inueniunt in cerebro piscis eiusdẽ nois Pli. li. ulti.
Cinnabari p duplex nn, latine cinnabaris,& cinnaber ut pipi nos piper. Pli. li. xxix. Et colore dilutum cinabari clariorẽ fieri. Dios. Cinnabarin inqt,aliq sanguinẽ draconũ esse. Vendit hodie magno pcio in officinis sanguis draconis,quũ syncer9 ẽ,quẽ pleriq; cinnabarĩ exi/
Cinnamomũ frutetũ odoratissimũ ĩ æthio/ (stimãt. pia, qd situ breui nascit, fistulæ duplo duo/. cubito/. altitudie, pcipua bonitas est in tenuissimis uirgulto/. partibus, uilissimũ quod radicibus proximũ, summa gra in cortice. Ipm lignũ in fastidio est, q xylocinnamũ dr. Nascit & in Sabæis & in India q̃ australis est.
Cinnamũ similis ẽ arbuscula cũ cinnamomo, uel eadẽ est, quæ & cinnamomũ, de qua Ouid. lib. iii. Fast. Cinnama tum primum, captiuaq; thura dedisti.
Cinna, ciuitas Thessaliæ a Cinno gigãte, & Cœi fratre dicta est. Et nomẽ romani uiri crudelitate insignis, q flagitiosissimus summa crudelitate remp. uastauit primo consulatu, seruis ad pileum uocatis, aduersarios uicit. Octauiũ interfecit, ianiculum occupauit. Iterum & tertio consulem se fecit. Quarto cosulatu, cum bellum contra Syllam pararet Anconæ ob nimiam crudelitatem lapidibus ab exercitu occisus est.
Cinnus p duplex nn, capillus dr. Plau. in Tru. Tinctos, cõpositos, crispos, cinnos tuos, unguẽtatos. Proprie tñ cinnus est plurimo/. cõmixtio. Nã ab aliq9 potionis genus ex multis liquoribus cõfectũ dr. Cic. li. de ora. Cinnus utriusq; pticeps, uel utriusq; si ue/. q̃rimus expers. Vñ cõcinnus. a. ũ. & cõcinno. as. fiunt, de quibus alibi.
Cincinni p duplex nn, a κίκι spẽ olei, ut qbusdã uidetur, eosq; duntaxat capillos ſcant, q ita crispi intorti sũt ut oleo pfusi madescãt. Inde cincinnati dñr, q ita capillos hñt. Iuue. Altior hic q̃re cincinn9. Plau. in Tru. Iã ego istos fictos, cõpositos, crispos cincinnos tuos, unguentatos usq; ex cerebro expellam. Hos capillos. Mar. anulos uocat. Ait. n. Vn9 de toto peccauerat orbe comar/. anulus. Var. Cincinnũ ſcat esse intortũ capillũ sic scribens Is est coliculus uiteus intortus, ut cincinnus.
Ciner & cinis tã mas. q̃ fœ. ge. puluis, in quẽ materia usta redigit. Cinis asinina & epatis ei9 cũ oleo ualet sup scro
Cinereus. a. ũ. possess. ut color cinere9. Simil/ (phulas.
Cineraceus. a. um. quod est colore cineris. Pli. lib. xxxiii. Terra est alia ruffa, aliu cineracea.
Cinericius. a. ũ. ut panis subcinerici9, q coct9 ẽ sub cinere.
Cinefact9. a. ũ. qd ẽ in cinerẽ dissolatũ, a cinefacio, qd est in cinerẽ reduco. Figuratio, ut tepefactũ, & labefactũ. Lucil. li. iii. Ad uos horrifico cinefactũ te ppe cubet.
Ciniflones a cinere dicti sunt, & cinelones, & cinerarii, p parasitis ab officio calamistrorum in cinere calefaciendorum, quibus matronæ capillos crispabant. Hora. Custodes lecticæ ciniflones parasiti.
Cingo. is. xi. ctum. post actũ ablto iungit. Gel. Scuto pedestri, & gladio hispanico cinctus, contra Gallũ cõstitit. Per translationẽ cingere ponit, p circuire, & circũspire. Liui. lib. i. Nã & muro lapideo, cuius exordiũ opis Sabino bello turbatũ erat, urbẽ quã nondũ munierat, cingere parat. Aliqñ tñ actõ solũ contentũ est. Pli. Cũ eũ saltũ uenatores cinxissent. Dictũ cingo, q̃si circũago. Huius cõposita sunt Accingo, circũcingo, discingo de quo in accingo. Incinctus. Liui. li. x. Incinctũ gabino cinctu, sup telũ stantẽ. Intercingo. Pli. Thebaicus in tercictus aureis guttis inuenit in Aphricæ parte. Præcingo idẽ qd cingo. Plau. in Bac. Inde Hippodromo, & palæstra, ubi reuenisses domũ cincticulo pcinctus, in sella apud magistrũ assidens, tũ librũ legens, si unã pec cauisses syllabã fieret coriũ, tã maculosum, q̃ est nutricis palliũ. Interdũ pcingere est pparare. Vñ pcinctos strenuos & expeditos dicim9. Pro cingo cingo, apparo a quo, pcinctus, apparatus bellicus & expeditus. Ouid. Hæc in, pcinctu carmina facta pura. Pli. Vinũ curas, uigorẽq; aĩ impedit ad, pcinctum tendentibus. Et, pcincta classis uocabat, cũ exercitus cinctus erat cõfestim pugnaturus, Recingo, retrocingo, uel, p simplici ponit. Oui. ii. Meta. Velãtq; caput, tunicaq; recingunt. Succingo subtus cingo, & ad cingulũ alligo. Cic. li. xii. Phi. Ser. Galbã eodẽ pugione succinctũ in castra uidetis. Et succingere est cinctu uestes ita colligere, ut breuiores uideant, fiatq; hõ ad agendũ promptior. Vñ & succinctam orõnem, breuẽ dicimus, & succincte breuiter. Hic succingulũ baltheũ dicimus. Succinctoriũ uestis gen9 breuissimæ, quo uenter & uerenda tegunt, qd & semicinctum uocat, q mediũ hoiem cingat. i. uestiat.
Cinctus. us. a cingendo, sicut cingulũ, quamuis & p uestitu sumat. Virgi. Cinctuq; gabino. Vñ & Porphyrio docet cinctũ tunicæ genus esse infra pectus aptatæ, a quo cinctutos cethegos Horatius nominauit.
Cingulum hominis cinctorium dicitur, & pro anulo quandoq; ponitur, quod digitum circuit.
Cingula. æ. qua cinguntur iumenta. Oui. de reme. Et nota uelocem cingula lædat equum.
Cincticulus diminu. a cinctus, amiculi genus, quod fere sub umbilico præcingitur, & ad dimidium crus porrigitur. Plau. in Bacchi. Cincticulo præcinctus.
Cio cis, Vide in Cieo, es.
Ciperum est radix plantæ similis porro, quod mistum cum croco abradit pilos, extrahit lapidem, & frangit, consolidat ea quæ sunt difficilis consolidationis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cippus instrumentū ad colligandos pedes. Terra quoq; in tumulū coaggerata dī. Cippus qñq; etiā sepulchrū. Hora. in Ser. Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum hic dabat. Præterea cippus columnam significat. Et est nomen uiri proprium. Vale. Maxi. lib. vi. Genutio Cippo prætori paludato portam egredienti, subito uelut cornua emersērunt.

Circa præpositio est, quæ qñq; componitur, & postposita inuenitur ablatiuo loco coniunctionis causalis, Virgil. Quo circa capere ante dolos. interdum postponitur circum, ut circum circa. Sed cum præponit significat iuxta, & tam locum q̄ numerum designat, ut circa forum uisus es. Et circa tres annos tecum mansi.

Circiter a circa fit, idēq; ꝼcat. & refert mō ad tēpus, ut circiter kalendas Iunias. Mō ad locū. Cas. Hemina. Lapidem fuisse quadratū circiter in media arce iunctū candelis quoq; uersum. Mō ad numerū, quē attenuare uidetur, ut circiter duo hominum millia cæsa sunt.

Circum ꝓpositio acuto accentu designat in ultima, ne actūs nois circus, uel aduerbiū esse putet. Hæc & cōponi solet, & separari. Separata locū tantū ꝼcat, sicut & cōposita, ut circū theatrū. Qñq; loco aduerbii ponitur. Vir. An ne uides toto ꝑperari littore circū. Cōponitur aūt cū dictionibus ab a incipientibus, ut circūago. c ut circūcido, d ut circunduco, e ut circumeo, f ut circunfluo, i ut circumiacio, a quo circumiectus, l ut circūlinio, m ut circūmunio, n ut circūnascor, p ut circūpono, q ut circūquaq;, s ut circūscribo, t ut circūtuli, u ut circūuenio. Vocē iuncta uocalib⁹ integra scribi, sed nō ꝑferri debet, ut circumago, circumeo, scribant, sed ꝑferant, circuago, circueo. Vū Priscia. ait. Circumeo, & circumago, & similia, nō paterent elisionē in ꝓnunciatione, si transiret in sequentē syllabā m. Si uero iungat cū c, d, f, q, t, mutat m in n, ut circuncido, circundo, circunfero, circunquaq;, circuntuli. Cum aliis remanet m, integra, ut circumscribo, circumuolo.

Circumago ꝼcat circūduco. Apule. Nudūq; hoīem circumagens oībus oñdebat. Interdū insequor. Cur. Nec uulneratū, & fere seminecē circumagere destiterūt. Interdū retrouerto, conuerto. Pli. In Ponte prætenui, duabus capellis obuiis ediuerso, cum circumactū angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo.

Circumcelliones, dicti sunt qui circum cellas uagantur. Solent enim ire hac, atq; illac nusq̄ hñtes sedes.

Circuncido pe. pro. circūseco. Colu. lib. iii: Eiusdem spacii corticem circuncidito, & materiam delibrato.

Circuncolo pe. cor. circunhabito. Liui. lib. v. Excepto Veneto⁹ angulo, qui sinum circuncolunt maris.

Circundo. as. ex circum & do. Et dicimus circundo collum uelleribus, & circundo uellera collo. Vir. Taurino quantum possit circundare tergo. Martia. Qui recitaturus circundat uellera collo.

Circundo, & circumeo, inter se differūt, qm̄ dicimus Hercules circuiuit terram, non circundedit, & annulus circundat digitum, non circuit. Circuitus tm̄ utrunq; complectitur. Cice. Catoni. Vallo, & fossa circundedi.

Circunfero pe. cor. Circūporto, circūduco. Sal. Fuere itē ea tēpestate, q̄ diceret Catilinā orōne habita, cū ad iusiurandū populares cōscios sceleris sui adiiceret, humani corporis sanguinē uino ꝓmixtum pateris circuntulisse. Per translationē circūferre ponit ꝑ purgare: Vir. lib. vi. Idem ter socios pura circuntulit unda, S pargens rore leui. Nam lustratio a circumlatione dicta est.

Circunfluo, abundo. Cice. in Lel. Et circūfluere oībus bonis copiis, atq; in omni rē abūdantia uiuere. Proprie tamē circunfluere est circum aliquid fluere, seu decurrere. Pli. Id oppidum circunfluit amnis. Interdum concurrere. Idem. Postq̄ uariæ undiq; gentes circunfluxere. Hinc circunfluxus pro cōcursu. Et circunfluxus qui circunfluit.

Circunfluus. a. ū. qđ circunfluit, non q̄ circunfluitur.

Circunforani, seu circūforanei, q̄ circa fora crebro uersari solent, q̄les nugatores impostores q̄, q̄ fucis & strophis captant quæstum. Hiero. Garrulum nescio quem rumigerulum circūforaneum. Et q̄ circa foꝝ uēditāt aut emunt scisciturue, Circeūforanei dīr.

Circūforaneæ hostiæ dicuntur, non tam quæ circum fora, q̄ quæ circum agros, & urbes in ambaruali sacrificio circunferuntur, a circunferendo dictæ.

Circunforanea domus, apud Apul. accipit ꝑ ea, quæ mobilis, & ambulatoria est, facilisq; ad circunferendum.

Circumiacio circūpono. Aug. in Ser. de Ioāne Baptista. Necesse est cū sūmo labore ex hoc mundo rapere palmam saluris, & q̄si excubantibus, & circumiectis hostibus obsessos fructus peruigili intentione decerpere.

Circummitto, Liui. li. ii. Vincebatq; auxilio paucitas in iugo circummissus ueniens in uerticem collis.

Circummunio, circumsepio, circumroboro. Colu. li. iii. Priusquam pomarium constituas, q̄ magnum habere uoles circummunito macerie, aut fossa, ita ut non solum pecori, sed nec homini transitus sit.

Circumnascor. Pli. li. i. Lacus sannaus in Asia, circumnascente Absynthio inficitur.

Circūsido. is. ad obsidendū eo, seu me pono. Salu. in Iug. Igitur Iugurtha oppidū circūsedit, & uineis, turribus, & machinis oīm genere expugnare aggreditur.

Circumsideo obsessum teneo. Liui. lib. iii. In nos uiri armati estis, agitedum ubi hic curiam circūsederitis.

Circumsto, circundo. Virg. Circumstant animæ dextra leuaq; frequentes. August. ad Hierony. passiuo usus est, quanquam nos inquit, negociorum alienorum, eorumq; sæcularium curis circumstemur ingentibus, tamen epistolæ tuæ breuitati facile non ignoscerem.

Circunstantiæ dictæ sunt, quæ in unaquaq; cōtrouersia quæri solent, & quasi quæstionem circunstant.

Circumsisto. is. pro circundo ponitur, siue ad obtinendum, defendendum, seu offendendum circum me pono. Liui. lib. i. Centuriones armati Suffetium circumsistunt. Cæsar. Siquis grauiori uulnere accepto decideret, circunstabant, id est, firmabant se circunfauentes ei, & tela ab eo arcentes. Virgil. Vt fessi tandem ciues, infanda furentem Armati circumsistunt.

Circumlitiones politiones sunt, cum operibus perfectis, manus ultima admouetur.

Circumscribo significat ꝓout sonat. Per trāslationem circumscribere est dolo in re contrahenda, atq; commertiis, aliquem bonis priuare, ut apud Sene. de eo, q̄ fratrem circumscripsit in diuisione hæreditatis, cum ex altera parte matrem fratris, ex altera omnia bona posuisset. Ambro. pro decipere simpliciter posuit cum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inquit. Sicut Adam mulier circumſcripſit, ita Apoſtolum fœmina circumuenit. Aliquando in bonam partem pro colligere & comprehendere. Lactan. Cuius ſcientiæ ſummam breuiter circumſcribo, ut neq; religio ulla ſine ſapientia ſit, nec ulla ſine religione probanda ſapientia. Colu. Diophanes Bithynus Vticenſem totum Dionyſ. pœni magonis interpretem, p multa diffuſum uolumina ſex epitomis circumſcripſit.

Circumſecus penul. cor. ſignificat in circuitu a lateribus Apul. li. v. Quiq; circumſecus uenantur.

Circumſpicio. Iuſti. li. i. Primo latebras circumſpicit.

Circumſpecto. as frequentatiuum. Teren. in Eunu. Et, p perans uenit, neſcio quid circumſpectat.

Circumſpectus, qui in omnẽ partem circumſpectat, hoc eſt prudens & ſagax. Colu. lib. i. Nam illa ſolennia ſunt omnibus circumſpectis, ut ergaſtuli mancipia recognoſcant, ut explorent an diligenter uincta ſint, an ipſæ ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ ſint.

Circumſpicuus componitur ex circum & ſpicuus, & eũ ſignificat qui circum aſpicitur.

Circumuado pe. pro. Liui. de ſecundo bel. Mace. Repente anceps terror, hinc muros aſcendentibus Romanis illinc arce capta barbaros circumuaſit.

Circumuenio idem quod circundo. Liui. lib. i. Sed conſilium & imperii ſimulatio fuit, ut nec uobis ignorantibus deſeri uos auerteretur a certamine animus, & hoſtibus circumueniri ſe a tergo ratis, terror ac fuga iniiceretur. Aliquando ſignificat circummunio. Saluſt. Præterea conſulatum petere, C. Antonium, quem ſibi collegam fore ſperabat, hominem nobilem familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circumuentum. Aliquando decipere, ſeu inſidiis inuoluere. Tractum a uenatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circumuenire ſolent. Cice. li. ii. offi. Suum quiſq; teneat, & neq; tenuiores propter humilitatem circumueniãt, nec locupletibus ad ſua, uel tenenda uel recuperãda obſit inuidia. Aliqñ opprimere. Salu. Cuiq; optimo lras mittit ſe falſis criminibus circũuentum. Liui. li. i. An placeret fœnore circũuentã plebẽ, potius q̃ ſortẽ creditã ſoluat.

Circumueho. is. a quo frequẽtatiuum circũuecto. as. qd̃ eſt ſæpe circunfero. Virgi. li. iii. Geor. Singula dũ capti circumuectamur amore.

Circumuolito proprie, Vir. li. i. Geor. Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo. Colu. per tranſlationẽ, p crebro uiſo, ſeu, p celeriter circundo uſus eſt. An honeſtius dixerim mercenarii ſalutatoris mendaciſſimũ aucupium circumuolitãtis limina potentioꝝ.

Circe Solis, & perſes nymphæ filia, & Æetæ ſoror fuit, q̃ habitauit non longe a Caieta urbe Campaniæ, in mõte quodã olim inſula, qui ab ea circeus, ſiue circeii, & circeium oppidum. Circe aũt ideo ſolis fingitur filia, quia clariſſima meretrix fuit, & nihil ſole clarius. Hæc aũt libidine ſua, & blanditiis homines in ferinam uitã ab humana deducebat, ut libidini, & uoluptatibus operam darent, unde fabulæ datus eſt locus.

Circeienſes qui habitant circeium oppidum. Liui. li. vi Ad hoc latini Hernici q; acceſſerunt, & circeienſium q̃dam. Cice. li. iii. de natu. deorum. Circem quoq; coloni noſtri Circeienſes religione colunt.

Circeus mons, ut inquit Ser. non longe a Caieta, qui dicebatur Ææus ab horrore tranſeuntium, quo homines mutabantur in feras.

Circeium oppidum, quod & circeii dicebat (nã utrũq; Liui. dicit) erat in ſummo montis. Et ut Pli. lib. iii. autor eſt, Circeii quondam inſula, immenſo quidem mari circundata, ſi Homero creditur, ubi Latium antiquum terminabatur. Strabo lib. v. Poſt Antium Circeium eſt ſtad. cc. & xc. mons mari, & paludibus inſtar habens inſulæ. Habet caſtellum, & circes ſacellum, & Mineruæ aram, Virgil. lib. vii. Proxima circeæ raduntur littora terræ. Diues inacceſſos ubi ſolis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu. Homerus lib. κ. Odyſſeæ late proſequitur, & quod Mercurius dedit, anteq̃ iret ad Circem ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δ' εἰκέλον ἄνθος, μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. Et ſubdit κοὶ τότ' ἐγὼ κίρκην ἐυπλόκαμον ἐνόησα δώμασ' ἰοῦσαν. ἀμφίπολοι δ' ἄρα τέσσαρ μὲν ἔνι μεγάροισι τέκοντο τέσσαρες.

Circius uentus nulli uiolentia inferior, ſic dictus, q̃ oĩa turbet, ac circumuertat. Hic peculiaris eſt Galliæ Narbonenſis, de quo Gell. Galli uentum ex ſua terra flantẽ quem ſæuiſſimum patiuntur, Circiũ appellant, a turbine, opinor, eius, ac uertigine. Luc. Solus ſua littora turbat Circius, & tuta prohibet ſtatiõe Monœci. Ventus Circius, cum loquare, buccam implet, armatũ hominem, & plauſtrum oneratum percellit. Cato Certium non circium appellat.

Circus omnis in gyrũ ambitus, a circuo ſm Ser. Eſtq; figura plana, una tñ linea contenta, in cui⁹ medio punctus eſt, a quo oẽs lineæ ad circumferentiam ductæ, inter ſe ſũt æquales. Et differt circus a globo, q̃ circus eſt planicies rotũda, ut circuitus. Globus ſoliditas undiq; rotunda, ut eſt ſphæra, & ſtaminum glomera. Cice. de natu. deo. Cũq; duæ formæ p̃ſtantiſſimæ ſint ex ſolidis globus. Sic emñ ſphæram interp̃tari licet. Ex planis aũt circus, aut orbis. Virg. li. v. Mediaq; in ualle theatri circ⁹ erat. Et. vi. Lucẽtẽq; globũ lunæ, Titaniaq; aſtra. Circus ẽt dĩ locus muris ſept⁹ & capax turbæ, ad ludos ſpectãdos, dict⁹ uel a circuitu, uĩ a circe ſolis filia, quos ſoli patri inſtituerat edidit. Fuerũtq; tres circi Romæ Circus maximus inter palatium & auentinũ, circus flaminius, q & apollinaris, & circus Neronis ĩ uaticano.

Circenſes ludi dicti ſunt, q̃ in circo fierent, ſiue quaſi circum enſes. Nã ante facta ſpectacula, ut quidã aſtruunt inter enſes, & flumina locis uirentibus agebant, & medio in loco munera ponebant, equi uero iunctis curribus a circi carceribus diſcedẽtes, ex uno latere recurrẽtes, ad primã metã reducebant. Nã circus oblongus, in hemicycli ſpeciẽ deſinebat, ubi reuoluebant equi.

Circulus, per ſyncopen circlus, paruus circus.

Circulus terræ ſm Eratoſthenẽ cõſtat. cclii, mil. ſtad.

Circulo. as. circundo. Sene. Apion totam circulatus eſt græciam. i. obiuit omnes oras græciæ.

Circulare adiectiuum, quod ad circulum pertinet. Colu. mel. li. xii. Iſq; debebit circulari foſſula, quæ repleatur lapidibus & calce.

Circulatores dicuntur circunforanei, qui ſua carmina coronæ recitant. Pli. in epiſtis circulatorem eum intelligit, qui in foro in corona popularium legendo, canendoq; oblectat. Tales ab Horatio uocãtur Cyclici. Et q̃ in corona hoĩm aliqd agũt circulatores dici poſſunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſic Apul. lib.i. Præſtigiatorem ſtipatum mortalibus ſuas fallacias admirantibus uocat circulatorem, cum inquit, Circulatorem aſpexi equeſtrem ſpatham præacutam mucrone infeſto deuoraſſe. Paul. iurecon. digeſ. de extraordinariis criminibus. In circulatores, qui ſerpentes circunferunt, & proponũt, ſi cui ob quo⁊ metum damnũ datũ eſt, pro modo admiſſi actio dabitur Hiero. Puerilia ſunt hæc & circulatorum ludo ſimilia. Dictus circulator a circulo, & circunferendo.

Circulatorius.a. um. quod ad circulatores ſpectat. Vſi Quintili. præcipit nobis parandam uim orandi, non circulatoriam uoluptatem ſpectantibus.

Circulatim ſignificat per circulos. Sueto. In ſummo publico luctu externarum gentium multitudo, circulatim ſuo quæq; more lamentata eſt.

Circulatrix ea dī, quæ lucri cauſa urbẽ circuit, & ſaltãdo, alioue ludi genere mercedulam aucupatur.

Circuitores, docet Vlp. uulgo appellari, quibus ueſtiarii uel linteарii dant ueſtẽ circunferendã, uel diſtrahẽdã.

Circitores publici urbis cuſtodes. In re militari uero, qui uigilias circumeunt, ut renuncient, ſi q̃ emerſerit culpa, quos olim circuitores appellabant. Vlpi. de inſtitoria actione, Circitores eos dici uulgo oſtendit, q̃bus ueſtiarii dant ueſtem circunferendam & diſtrahendam.

Circites pe. cor. circuli ex ære facti.

Circinus pe. corre. inſtrumentum, quo circuli uertendo deſignantur, uulgo ſextus dicitur.

Circino. as. rotundũ facio. Ouid. Inclinat curſus, & eaſdẽ circinat auras. Huic contrarium eſt Decircino.

Cirri appellanť capilli contorti, ac proinde criſpati, q̃les Picus Martius, & alauda, & grues in capitibus gerunt. Ouid. Ciris, & a tonſo nomen ſortita capillo. Oſtreo⁊ et capillamenta dicũtur cirri. Mar. li. vii. Et oſtreo⁊ rapere liuidos cirros. Alii cirros capillos capitis attõſos putant, a græco κείρω tõdeo, incido. Cato de libe. edu. Itaq; ambraciæ primum capillum puerilem demptũ, item cirros ad Apollinem ponere ſolent.

Cirratus, uel capillatus, uel qui cum comam nutrierit, eam Veneri conſecrat detonſam. Perſius. Ten cirratorum centum dictata fuiſſe pro nihilo pendas. Perſius Cirratos uocat pueros, qui cum comam nutrierunt eã Veneri conſecrant detonſam.

Cirres ſunt oſtrea quædam capillata. Martia. Teq; iuuant cirres, & pelle malandria cana.

Cirnea, uas uinarium. Nã κιρνῶ miſceo ſignificat. Plaut. in Amphi. Inde impleui cirneam.

Circerus pe. pro. nauis aſiana prægrandis, ut inquit Noni. Plau. in Sti. Cũ pcunctor portitores ecquæ nauis uenerit ex Aſia, negant ueniſſe, conſpicatus ſum interim circerum, quo ego me maiorem non uidiſſe cenſeo.

Cirſas uocat Hippocrates uarices. Ariſto. uero Ixias.

Ciricus inſula fuit in Myſia quingentorum fere ſtadiorum ambitu, admodum ferax, & duobus pontibus iuncta cõtinenti, quæ iuxta pontem eiuſdem nominis urbem habuit, & portus duos clauſos, & naualia.

Cis genus uermiculi, qualis hordearius, triticariuſq;. Et Cis nomen patris Saul, ut habetur in lib. i. Regum.

Cis & citra ſic differunt, ⁊ cis magis propriis nominibꝰ fluminum uel montium præponi ſolet, reliquis magis citra, ut cis rhenũ, cis Padum, cis alpes. Citra cruorem, citra foruũ, citra tẽplum. Et hẽt quidem eis, ſicut & citra contrariam ſignificationem de ultra; Nam hæ particulæ Citra, intra, ultra, ut docet Gel. apud ueteres ſingularibus ſyllabis appellabanť. Cis in uls. Dicebaſq; cis Tyberi, & uls Tyberi, mox dici cœptũ ẽ citra Tyberi & ultra tyberi & itra kalẽdas citra kalendas. Cõponiq; põt cis, & ſeparari, ut ciſalpina gallia, & cis padum. Sciendum eſt autẽ, ⁊ quãuis cis habeat uim localem, per tranſlationẽ tamen & in tẽpore, & in aliis rebus uti poſſumus, ut cis definitum tẽpus a nobis datũ ueniſti. Cis naturæ leges, hoc eſt minus q̃ patiantur naturæ leges. Aliquando ponitur pro ultra. Salu. Cis rhenũ atq; intra mare noſtrum & oceanum, niſi qua paludib. inuia fuit perdomita. Citra etiã quandoq; pro ſine ponitur. Colu. In agricultura uoluntas facultaſq; citra ſcientiã ſæpe magnam dominis afferunt iacturam. Sueto. in Cæſa. Aliis citra ſenatus, populiq; autoritatem. i. ſine autoritate. Quintil. lib. i. Tum neq; citra muſicen grãmatice poteſt eſſe perfecta. Pli. lib. iii. Citra faſtidium nominentur. Sene. Ede citra cruditatẽ, bibe citra ebrietatem. Quãdoq; ponit ⁊ ante, ut citra kalendas. i. ante kalendas. Sueto. in Aug. Solebat etiã citra ſpectaculorum dies, ſi quando quid inuſitatum dignumq; cognitu &c, Fit autem a citra & cis, citer, citerior, citimus.

Ciſalpina gallia, q̃ & citerior gallia, & gallia togata dicta fluuio Rubicone finit. Cuius baſim alpes efficiunt.

Ciſterna locus, in quo colligit aqua pluuia p̃ euripos, & canaliculos ſub ſtillicidio poſitos, ad imbres ſuſcipiendos. Vlpia. Ciſterna aquã uiuã non habet. Et quidem ciſternæ imbribus concipiunt, ſed per glaream immiſſam in ſpongias purificatis. Dicta ciſterna ⁊ ſit cis, id eſt infra terram.

Ciſta genus uaſis, cuius dimi. eſt ciſtula, a quo fit aliud dimi. ciſtella. Cice. li. i. ad Heren. ciſtellã p̃ uaſe poſuit, quo ſuffragia ppli in creãdis magiſtratibꝰ legibuſq; ferendis colligebanť, cũ ait. Saturninus legẽ ferre cœpit, collegæ intercedere, ille nihilominus ciſtellã detulit.

Ciſium genꝰ uehiculi biroti. Cic. Delituit in q̃dã cauponula, atq; ſe ibi occultans perpotauit ad ueſperum, inde Ciſio domum uenit capite inuoluto.

Ciſiarius qui ciſiũ regit. Iurecõ. li. xx. ff. Si ciſiarius dum cæteros trãſire cõtẽdit, ciſiũ euertit, & ſeruũ quaſſauit, uel occidit, puta ex locato eſſe in eũ actionẽ.

Ciſſeꝰ rex Thraciæ, pater Hecubæ uxoris Priami. A quo Ciſſeis patronymicũ. Euripides in tragœdia quæ ἑκάβη inſcribitur, πολύσωροσ ἑκάβησ πᾶσι γὰρ ὡς κινεῖ ὡς πελαμοῦτε πάρος, ὅσ μ' ὠθεῖ φυγῶν πάλιν κίνδυνος ἔχειν δορὶ ποσὶν ἑλληνικῶν, ὅτι ζῶσ ἐπεξέπεμψε ξωικὸν χθόνα πολύμνηστορος πρὸς δῶμα θρηικίου ξένου.

Ciſſos hedera rigens, quæ ſtat ſine adminiculo. Quæ uero humi ſerpit Chamæciſſos dicitur.

Ciſſoides lineæ apud geometras ſeſe cõtinẽtes ad pũctũ ſicut hederæ folia, uñ cognoĩatæ ſũt ⁊ angulũ fecerũt.

Ciſſeris latine purnex a cis uermiculo dictꝰ. Nihil enim aliud fere q̃ pertuſum, eroſumq; ſignificat.

Ciſpius mons in urbe Roma exquilina in regiõe, de nomine Ciſpi hominis dictus, ut inquit Feſt. Varro lib. i. de lingua latina. Exquilinus eſt Ciſpius mons ſexcentis apud ædem Iunonis Lucinæ.

Cithara. æ. penul. cor. tũ κιθάρα ἐκ τοῦ κιθαρίζειν, inſtru-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mentum muſicum,alio nomine lyra appellatur,quã Hier.ſcribit effici in modum deltæ literæ.cum chordis uiginti quattuor,& per digitos uariis uocibus,tinnulisq; ictibus in diuerſis modis concitari,de qua in dictione pſalterium nonnulla dicuntur.

Cythera cum y & e ante r,pluralis tantũ numeri,& neutri gene.inſula eſt cõtra Cretam,ut ſcribit Stra. in quã ferunt Venerem primũ uectam concha marina. Vnde & cytheræa dicta eſt,cuius ſecunda cor.cum in primitiuo producatur. Vir. lib. x. Eſt Paphos, Idaliumq; mihi, ſunt alta cythera. Idem Parce metu cytheræa manent. Hanc Soli,cytheræam a cytheræo Phœnicis filio uocauit. Porphyruſſam Ariſto.a præſtãtia purpurarum. Sed porphyrida Pli. Eſt & cythera vna ex cycladibus inſulis. Et (ut Laer.ſcribit) Laconiæ inſula. Cytheron uero mons Bœotiæ nõ longe a Thebis. Oui li.iii. Meta. Vadit ubi feſtus facienda ad ſacra cytheron Cãtibus,& clara bacchãtum uoce ſonabat. De hoc tamẽ in dictione Parnaſus,& in Helicone.

Citharœdus,qui cithara canit. Iuue. Accipis yxorem de qua citharœdus Echion.

Citharœdicus. a.um. poſſeſſiuum. Sue. in Nero. Item ſtatuas ſuas citharœdico habitu. (niſtria.

Citharistria,q̃ cithara canit, ſicut a tympano tympa-

Citharizo.as.cithara cano. Hiero. in Apoca. Sicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis.

Citharista promontorium,auctor Ptole.& Anto.q ab eo maſſiliam uſq; nauigio.xxx.M. paſ.facit.

Citharis penul.correpta pileus uel mitra pontificalis. græce κίθαρις.

Cithiſus,ſiue cithiſum arbuſcula,quæ facile ubiq; prouenit,utilis omni genere pecudum,ut inquit Colu.

Citra præpoſitio. Vide in dictione cis.

Citrus arbor nobiliſſima,quæ ſola apud Atlantem mõtem in Mauritania naſcitur,Romanis quondam gratiſſima. Nam afferebatur ad ornamẽta mẽſarum,& lectulorum. Non multũ creſcit,& folia habet maiora q̃ laurus. Alterius tamẽ generis ſunt citri atlanticæ,ex quib⁹ menſæ fierent,quam noſtrates citri,unde mala medica naſcuntur. Hæ folio ſpectãtur arbuti fere,aut lauri. Atlãticæ cupſſo fœminæ ſylueſtri ſimiles folio odore caudice. Dicit & citrum neutro genere,pro ligno.

Citreus.ea.um.ut citreæ menſæ. Apud Dionem cedrũ,& poma cedria,pro citro.& citreis appellata inueniunt.

Citreum,ut Cloati⁹ ſcribit,eſt Perſicum malum,de quo Vir. Fœlicis mali,quo non præſtantius ullum; Oppius li.de ſylueſtribus arboribus. Citra idem malus,& perſica. altera generatur in Italia,& in Medis altera. Et paulo poſt de Citreo. Eſt autem odoratiſſimum,ex quo interiectum ueſti tineas necat. Fertur etiam uenenis contrarium,quod tritum cum uino purgatione bidentes ſeruat uiribus ſuis. Generantur autem in Perſide malã citrea, quæ vulgo narantia dicuntur.

Citus,celer quaſi citatus. Salu. Citus modo,modo tard⁹ inceſſus. Hinc citior citiſſimus. Plau. nullam ego rem citiorem apud homines eſſe q̃ famam reor. Habetq; penu.cor. Vir. Haud procul inde citæ metiũ in diuerſa quadrigæ. Qñ uero habet.pe.pro.ſignificat diuiſum, ut ait Ser. in viii.æne. Vt eſt inquit in iure erecto non cito.i. patrimonio uel hæreditate non diuiſa. Priſci. uero Cire quartæ coniugationis excitum, concitum penul.produ. Ciere autem ſecundæ penul.cor.

Cito.as frequentatiuum a cio,qd̃ eſt uoco. Cice in Ver. Citat reũ non rñdet. Vide in cieo. Huius cõpoſita ſunt concito pe.cor.qd̃ fcat ad irã puoco. Hinc concitatus iratus. Gel. Erat em̃ aliquanto concitatior. Incito,recito,excito,ſuſcito,&c. quæ ſunt in dictione cieo.

Citat⁹,uocat⁹,celer. Apul. Citato, nõ teſtudineo greſſu.

Citimus penul.cor. ſuperlatiuum a cis,& idem eſt quod extremus. Et citima uocãtur,quæ cœlo proxima ſunt. Cice. Quibus erat ea minima, quæ ultima cœlo, citima terris luce lucebat aliena.

Citorus pe.pro.mons qui abũdat buxis. Inde pecten citoriacus quaſi buxeus dicitur a citoro monte. Ouid.li. iiii. Meta. Sæpe citoriaco deducit pectine crines.

Citta auis pica,quoniã ut Galenus ait terram auis illa mandat, aut quia ut colores habet pica diſpares, ita grauide uarios appetunt.

Cittium oppidum cypri,unde Cittieus zeno.

Ciuis urbis colonus,a coeundo dictus, q̃ uinculo quodam ſocietatis in unũ coeat cœtum,& ſub legibus uiuat. Sciendũ q̃ a ciuis nõ fit conciuis, licet conſuetudo inualuerit,ut conciues paſſim dicamus municipes noſtros,& populares conterraneos,& male literati cõpatriotã dicant dictione prorſus barbarica, cũ tñ rectius dicat̃,hic meus ciuis eſt,ſiue meus municeps. Sic Cice. ciues ſuos dicit,nuſq; cõciues. Nã apud tertiã Tuſculanam,legimus,inquit,librũ Clitomachi,quẽ ille euerſa carthagine miſit cõſolandi cã ad captiuos ciues ſuos.

Ciuitas,quæ ꝓprie eſt collecta ciuiũ multitudo ad iure uiuendũ. Apul. Quod oĩs ciuitas approbauit.

Aliquãdo ciuitas dicit̃ ius ciuiũ. Cice. Qui ciuitate donatus eſt. Vſurpatiue dicitur urbs. hoc eſt ipſa mœnia & ædificia. Sic dicimus apud ciuitatem Mantuã diuũ Iambonum natum eſſe,ibiq; miraculis florere.

Ciuilis,& hoc ciuile,pe.pro.quod eſt ciuis, ſeu quod ad ciuẽ ꝓtinet,ut ciuilis mos,ciuile ius. Hinc ciuilitas q̃ eſt quaſi ciuilis mos,& accipit̃ pro moderatione quadã, atq; modeſtia magis ciui hoiq; politico,q̃ imperatori conueniente,quã in Auguſto fuiſſe ſcribit Sueto. Clementiæ ciuilitatiſq;,inquit,eius multa & magna documenta ſunt. Iuli. Capitoli. laudat Antoninũ Pium, q̃ ipatoriũ faſtigiũ ad ſummã ciuilitatẽ deduxerit. Spartian⁹ de Adriano. In colloquiis ẽt humillimo⁊ fuit ci-

Ciuili homo dicitur, qui eſt peritus eo- (uiliſſimus.
tum,quæ ad adminiſtrandam rempu.pertinent.

Ciuilitas,uide in dictiõe ciuilis. Hæc græce πολιτεία dr̃, cuius ſpecies ſunt.ſ. Alia democratia.i. popularis, quã Plato in his ciuitatibus ait eſſe, in quib⁹ ad imperium multitudinis geritur res, eiuſq; nutu magiſtratus eliguntur,alia ariſtocratia, ubi neq; diuites, neq; pauperes dominant̃,ſed ſoli optimi in ciuitate adminiſtrãt. Alia ὀλιγαρχία,qñ a cẽſibus magiſtratus eligunt̃,alia monarchia,quæ in regnũ,tyrannidemq; diuiſa eſt.

Ciuic⁹.a.um.pe.cor. Idẽ qd̃ ciuilis,ut ciuica corona,quã ciuis ciui, a quo ſeruatus fuiſſet in ꝑlio teſtẽ uitæ dare ſolebat ex fronde querna, qñ cibus antiquiſſimus e q̃rcu capi cõſueuerat. Aug. li. xviii. ciui. dei. Satis apparet cõſeq̃ns,ut ad pacẽ ciuicã pax domeſtica referat.

Cl⁹ fluui⁹ Thraciæ,ex Peonib⁹ & Rhodope mõte pflues.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cizycus ciuitas in Asia minore.

L ante L

Clades in calamis,quasi calamides,hoc est calamitas,uel quasi cades a cadendo,uel a κλάω,quod est amputo,frango.

Clasma.atis.κλάσμα fragmentū,& confractio.

Clemens a claritate mentis,quasi cœli mens,& is dr̄,qui etiā remittit de eo,qd̄ posset prosequi. Differt ꝑ Donati sentētia a placido, q̄ clemēs sit circa recte agētes,placidus circa delinquentes.Et clemētis est nullos lædere, placidi arridere oībus,clemens aīo,placidus uultu. Teren.in Adel.Ille suā semp egit uitā in ocio,comis, clemens,placidus,nulli lædere os,arridere oībus. Sūt etiā q̄ clementē ideo dici putent,q̄ colat mentē,nec eā uexet irascendo.Hinc clementia,& aduerbiū clementer, quibus contraria sunt inclementia,& inclementer.

Clam ꝓpositio separatiua est,& casualibus tm̄ ꝓponit̄,ut clam patre hoc egisti.Q̄q̄ reperit̄ loco aduerbii posita.Vir.Clam ferro incautū superat securus amor̄. Sed oratores ꝓpositionē potius accipiūt,siue iungat̄ ablto, ut Prisci.sentit, siue actō, ut Don'a. opinatur, ut clam me profectus est, id est, me nesciēte. Hinc compositum fit perclam,quod est ualde occulte.

Clanculum dimi.est.Teren. in Eunu. In cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.

Clandestinus.a.um.pe.pro.occultus, quasi clam de astu hoc est urbe Manli.li.i.Et clādestinis surgētia fraudib⁹ arma. Sil.li.vii.Ceu clādestino traherēt fœdere bellū.

Clandestino.as.Lucil.ait cum dicit clādestino tibi quod commissum fuerat.

Clamare est uociferari.Vnde exclamatio. Q̄ñq̄ uocare Plau. Plaudūt partim,clamitāt me, ut reuertar. Huius composita sunt acclamo,conclamo, declamo, exclamo,inclamo,proclamo,præclamo, reclamo, & succlamo,quæ habent penultimam productam.

Clamor uox,q̄ clamando fit,& ꝓprie calamor̄ sonus, quasi calamor. Cū eī arundines uēto agitant̄ magnā uocē emittūt.Dr̄ & clamos,sicut arbos,honos.

Clamosus.a.um.a ntō clamos,qd̄ clamore obstrepit,uociferat̄q̄.Iuue.Secur̄ iubeant clamoso insistere circo. Quintil. Non turbidus,nō clamosus sit altercator.

Clango.is.xi.uel gui.tuba cano, græcū κλάγγω. Clāgor eī uox tubar̄ est.Hiero.in li. Nume.Si semel clangueris,uenient ad te principes.Et in Esaia.Et erit in die illa clangēt in tuba magna.Interdū addit̄ tuba ut in eodē. Filii Aaron sacerdotis clangēt tubis. Hæc eī tria idē significant.Clango,tuba cano,& tuba increpo.

Clangor uox tubar̄ é, licet & de sono anser̄,& aliar̄ rer̄ cōstrepentiū dr̄.Cice.li.ii.Tus.De aquila.Iouis satelles pastu dilaniat fero, tum iecore opimo farta,& saciata affatim,clangorē fundit uastū.Colu.de anseribus li.ix. Eiusq̄ generis anser p̄cipue rusticis gratus est, q̄ nec maximā curā poscit,& solertiorē custodiā præbet,q̄ canis.Nam clangore prodit insidiantem.

Clanius fluui⁹ Campaniæ, iuxta Acerras urbem dictus a κλάνιος quod est uiola,qua illius ripæ abundare dr̄, uel (ut Macro.existimat) a clanio gigāte. Stephanus. Clanius dr̄ qui & clanis, fluuius est cumæ, a quo piscis uocat̄ clanius qui & Silurus uocatur.

Clarium oppidum in confinio Colophoniorum, quod non longe ab Epheso esse perhibetur.

Clarus fluuius,a cacuminibus alpium per plures ualles excurrens,in Istrum intrat.

Claro.as.clarum facio. Auso. pollet Aristides uetereſq̄ clarat Athenas.Hinc declaro.as.

Claros Ioniæ ciuitas Apollinis oracō nobilis iuxta Colophonē.Eā Manto Tiresiæ filia condidit,fugiens thebanor̄ uictores epigonos.Quæ cū patriæ cladē lugeret & suā,manātibus ubertim lachrymis fontē fecit,unde claros ἀπὸ τοῦ ἀκροῦ locus appellatus. Nearchus dicit id nomē datū,q̄ apollini p̄ sortē claros obtigit, quam κλῆρον græci noīant.Hinc clarius dictus est, & illic fanum habuit,quo rīsa epota aqua edebantur.

Clarus.a.um. ꝓprie dr̄,qd̄ est lucidū,nō obscur̄, ut clara dies.Figūrate tm̄,p insigni,atq̄ excellēti accipit̄, & eo, qui ueluti fulgore quodā famæ resplendet,q̄ & inclyt⁹ dr̄,q̄uis plus sit inclytus q̄ clarus ꝓpter in, q̄ ibi auget. Hinc clar̄ hoiem,& clara gesta dicimus. Itē qm̄, q̄ clara sunt ab oībus cernunt̄, clar̄ etiā ꝑ aperto & manifesto sumit̄,ut clarus sermo,clara orō. Interdū ponit̄ pro audibili.Terē.Dic clare.A clarus fit cōpositū. Præclar⁹ qd̄ est ualde clarus.Cic. O p̄clar̄ custodē ouiū, ut aiūt, lupū. Aliqn̄ sumitur pro bono seu pro optimo. Idem in Lelio. Actum est præclare.

Claritas luciditas,ut claritas solis. Aliquando excellentia,& splendor,ut claritas generis,claritas rerum gestarum. Interdum facilitas,ut claritas orationis.

Claritudo idem quod claritas.Salust.Cum p̄sertim tam multæ,uariæq̄ sint artes animi, quibus summa claritudo parat̄.

Clarifico.as.clarum facio,illustro. (tudo parat̄.

Clareo.es.rūi.clarus sum,uel manifestus,seu notus sum. Turpil.in prima significatione. Cuius aduentu hodie claret Cypros.Hinc fit cōpositū inclareo, qd̄ est ualde clareo,a quo inclarēsco,qd̄ est ualde clar⁹ fio.Hiero.in Exo.Iāq̄ aduenerat tertius dies,& mane inclaruerat.

Clarēsco,clarus fio. Aug.li.vi.cō.Grādior erat, tāq̄ si ista multoq̄ clari⁹ clarēsceret,totūq̄ occupet magnitudine.

Clarigo.as.pe.cor.clare repeto a uocis claritate dictū,q̄ utebat̄ pr̄ patratus,aut ἀπὸ τοῦ κλήρου,hoc est a sorte.Nā bellica sorte inuadebāt agros hostiles,unde cleronomi dr̄,q̄ iure sortiunt̄ bona defuncti. Pli.li.xxii. Hac semper & legati,cū ad hostes, clarigatūq̄ mitterent̄ usi.Res raptas clare repetitū. Nā cū Romani bellū īdicere alicui uolebant,pater patratus proficiscebat̄ ad hostiū exercitum,& præfatus quædam solennia uerba, clara uoce dicebat,se bellum indicere ob certas causas.

Clarigatio,p̄ter dictā significationē,accipit̄ ꝑ talea nāmaria,maxīe,q̄ principis uel reip.edicto cōcedit̄. Liui. li.viii. Veliternis deiecti muri,ipsi urbe abducti,iussi trans Tyberim habitare,uti eius,qui cis Tyberim captus fuisset,ad mille pass.hoc est pōdo clarigatio esset. Nec priusquam ære persoluto is qui cæpisset extra uincula captum haberet.

Classis æquiuocum nomen est,significat enim naulum multitudinē, ἀπὸ τῶν κάλων, hoc est a llgnis,q̄uis abusiue pro una tm̄ naui ponatur. Virgi.lib.vi. Lyciæ ductorem classis Orontem. Significat & hominū collegia. Nam Liui.de Seruii Tullii rebus gestis,scribit urbē in quinq̄ classes diuisam, censumq̄ ab eo institutū fuisse,rem saluberrimam tanto futurā imperio,quo pacis

Nota

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſelliq; munia, non uiritim ut antea, ſed p habitu pecu
niaꝝ fierent, tum claſſes centuriaſq; hūc ordiné ex cen
ſu deſcripſit. Qui centū milia æris, aut maioré cenſum
haberent, inter primarios numerabanť, & ſub primæ
claſſis titulo. Ex his octoginta fecit cēturias. xl. ſenū. xl.
iuuenū. Seniores ad urbis cuſtodiam, iuniores, ut foris
bellū gererent. Arma his, galeá, clypeus, ocreæ, lorica,
oĩa ex ære, hæc ut tegumēta corpis eſſent. Præterea te
la in hoſtē, haſtæ, & gladius additæ ſūt fabrū duæ cen
turiæ, q̄ ſine armis ſtipēdia facerēt, datū munus, ut ma
chinas in bello ferrent. Intra centū, & lxxv. millia cen
ſus, Secūda claſſis, ex qbus. xx. centuriæ Senioꝝ. xx. & iu
nioꝝ. Arma, ut in ſuperiore, p̄ter loricá. Tertia claſſis a
lxxv. ad quinquaginta milia cenſus. Arma ut in ſupio
re, p̄ter ocreas. In quarta claſſe a quinquaginta ad. xxv
millia cenſus, centuriæ. xx. ſenioꝝ. xx. iunioꝝ. Arma
mutata, nihil p̄ter haſtā, & uerutū datū. Quinta claſſis
centurias. xxx. habuit, fundas, lapideſq; miſſiles geren
tes. In his accenſi cornicines, tibicines in tres cēturias.
Ex. xi. poſtea millibus una cēturia. Et fuit hæc īmunis
militia. Signāt & claſſis equitū ordines. Vir. Scio me da
nais e claſſibus unū. Vñ & claſſis, p̄cincta dī, exercitus
inſtructus, Apud antiquos claſſes clypeatæ dicebanť,
quos nūc exercitus uocamus. Sonitus quoq; tubaꝝ, &
ipſa tuba claſſica noīanť, ſicut a Vir. p utroq; uſurpatū
eſt li. vii. Claſſica nāq; ſonāt. Li. li. v. uocatis claſſico ad
conſiliū militibus. Et alibi. Concioné claſſico aduoca
ri iuſſit. Capiť q̄ñq; p ſigno bellico. Sueto. Et ingēti ſpi
ritu claſſicū exorſus p̄tendit ad alterā ripam. Vege. ſcri
bit claſſicū dici qd̄ buccinatores p cornu dicūt, hoc in
ſigne uideť imperii, q a claſſicū caniť impatore p̄ſente,
uel cū in militē capitaliter aīaduertiť, q a hoc ex impa
toris legibus fieri neceſſe eſt. Itē claſſis teſtes uocabanť,
qui & claſſici a Sene. dūr, ſcriptores primæ & ſecundæ
claſſis, hoc eſt primi & ſecundi ordinis. Claſſis quoq; in
ſcholis ſunt ordines diſcipuloꝝ. Quint. autor eſt, a præ
ceptoribus ſuis pueros ī claſſes diſtributos, ordinemq;
dicendi ſecundum uires ingenii datum.

Claſſicus, a. um. quod eſt claſſis, uel quod ad claſſem per
tinet, ut claſſicum bellum bellum nauale. Proper. li. ii.
Et canerem ſiculæ claſſica bella fugæ.

Claſſici dicebanť, nō oēs, q in claſſibus erant, ſed primæ
tm̄ claſſis hoíes, q centū milia æris, aut amplius cenſi
erant. Vñ p tranſla, claſſici ſcriptores p claris accipiūť,
& claſſici etiā dicebanť p̄cones, q tuba uel cornu iuſſu
magiſtratuū ex arce, uel circū muros populū, & comi
tium uocabant, dicti a calando. ī. uocando, ſiue a clan
gore. Vñ claſſica p ipſis tubis. Infra claſſem uero cæte
raꝝ claſſiū, q minore ſumma æris, q̄ q in prima claſſe
cenſebanť. Et claſſici, ut docet Feſtus, dicebantur teſtes
qui ſignandis teſtamentis adhibebantur.

Claſſicū canere dicebāť, cū ſignū dabāt, quo milites pu
gnā inirēt. Cū aūt reuocabāť, canere receptui dicebāt.

Claſſiarius idē eſt qd̄ aſſiduus & diligēs, q a oīm claſſium
ciues ſemp parati erāt ad oēm reipu. neceſſitatē, p̄pter
qd̄ ab aſſedendo aſſidui dicebanť. Apul. Et laudū eius
claſſiarius, atq; aſſiduus præco. At qui priuatim quoſ
cunq; in iudicium uocabant, iuſſu magiſtratuum, di
cebantur Liburni, q fere e Liburnia eſſent.

Clathrus & clathrū, utroq; mō dī. Sūt aūt clathra ligna
qbus trāſuerſis aliq d munim⁹ ſepimuſue, ut feneſtras,
q̄ ob id clathræ, nūc uulgo ferratæ dūr. A græcis dī cle
tron, qd̄ dictū eſt q̄ſi clauſura, ab eo qd̄ eſt cleio, qd̄ ſi
gnificat claudo, p ſyllabæ mutationé ei ī diph. abuſiuā
Hora. Obiectos caueæ ualuit ſi frangere clathros.

Clathro. as. ſignificat clathris claudo. Nā in milite Plau.
ait. Mirū eſt facinus, quō hæc hic trāſire potuerit. Nā
certo neq; ſolariū apud nos, neq; hortus ullus, neq; fene
ſtra, niſi clathrata. Col. li. ix. Spiſſi deinde clathri mar
ginibus infiguntť, q ſup aq̄ ā ſemp emineant, etiā cum
maris æſtus intumuerit. Idem paulopoſt. Satis eſt ua
cerras inter pedes octonos defigere, ſeriſq; ita clathra
re, ne ſpacioꝝ laxitas pecudi p̄beat fugam. Cato cla
thros poſuit pro lignis, quibus caueæ muniuntur.

Clathra etiā ſunt ligna cancellatim cōpacta apud Colu.
quibus glebæ contunduntť, hirpicem Varro appellat.

Claua teli genus, quo hercules utebaťur. Eſt eñ fuſtis te
res ad clauī ſimilitudiné capitatus. Pli. de lino. Iteꝝ de
inde in filo poliť, illiſum crebro ī ſilice, ex aqua, tectūq;
rurſus tunditur clauis, ſemp iniuria melius.

Clauator, qui huiuſmodi claua utebatur.

Clauis eſt, qua oſtia, arculæ, & id genus multa & claudūť
& aperiunť, a clam, q̄ q̄ celare uolumus hæc claudere
ſoleamus. Vñ cōclauia loca, q̄ ſub una eademq; claue
clauſa ſūt. Et cōclauatus loc⁹, una claue clauſus. Clauē
Theodorus Samius prīo mōſtrauit, a q̄ faber clauicu

Clauicula dimi. a clauī, uel a claua uirga. Pli. (larius.
Clauiculæ quoq; īpæ, quibus repunt uites tritæ, & ex
aqua potæ ſiſtunt uomitionum conſuetudinem.

Clauicularius, qui clauiculam, ideſt, uirgam, uī clauem
gerit. Clauiger, uel clauigerus. Ouidi. Clauigeram ui
dit Vulcani occumbere prolem.

Clauatus. a. um. qd̄ eſt clauoꝝ aculeis mō p̄minentibus
circundatū. Nā & clauatæ ueſtes hīc uocanť, quas uul
gus a uerrucis clauo ſimilibus, uerrucatas appellat.

Clauus dictus eſt q̄ claudat figat atq; contineat, ut cla
uus quo figuntur aſſeres, a claudendo. Nam ideo cla
uum figimus ut claudat ſeu contineat aliquid. Et cla
uus nauis gubernaculum, ſiue temo, q̄ eam dirigat, re
ctamq; teneat. Cice. in Cato. Ille aūt clauū tenēs quie
tus ſedet in puppi. Et clauus græce τύλος, genus tuber
culi, qd̄ uulgo callus dī, rotunda ſpecie, coloris albi, fit
in plantis, digitiſq; pedū maxime. Sic appellatus, quia
ita pungit, ut quaſi clauus ferreus infixus uideat. Nam
cato dureſcit in callū, ſemp fere pungenté. Quo mor
bo Silius Italicus interiiſſe fertur. De quo Pli. li. iii. Epi.
Modo nunciatus eſt Silius Italicus inedia finiuiſſe ui
tam, cauſa mortis ualitudo. erat illi natus inſanabilis
clauus, cuius tædio ad mortem irreuocabili conſtātia
decurrit. Plini. lib. xix. Clauis pedum illini, item lienis,
& tempoꝝ doloribus. Fiunt & calloſa quædam in can
dido oculi tubercula, quæ clauī nominanť oculoꝝ. Ar
bores quoq; clauum hmōi patiunť, qui & fungus, & pa
tella dicitť, ut inquit Plini. lib. xvii. Idem ſcribit clauos
innaſci natibus, & purgari ſucco pyxacanthi. Sunt &
clauī caligares a caligis militaribus, quibꝰ ſuffigeban
tur. Idem libro. ix. exiſtunt ſquamis conſpicui crebris
atq; pictis clauorum caligarium effigie. Præterea cla
uus eſt ueſtimenti genus, ueluti quibuſdam clauis au
reis diſtinctum, quod & a plumarum ſimilitudine, plu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mantile uocabatur,& a uerrucis clauo similibus, uerrucata uestis,q si latior ipsa uestis erat,latus clauus dicebatur.Hac soli senatores,& patricii induebantur. Vnde laticlauos appellari senatores legimus. Hora. lib.i. Ser.describere uolens senatorem dixit. Et latum dimisit pectore clauum.Sueto.de Nero. A laticlauo, cuius uxorem attrectauerat,cæsus.Ab Ouid. Clauus simpliciter dicitur,pro senatoria dignitate illo uersu. Curia restabat,claui mensurą coacta est.Sueto. de Aug. Clauo nec lato,nec angusto.Aliquando etiam sacerdotes & pontifices lato clauo induebãtur. Silius. Sacrificam lato uestem dissimgnere clauo. præclauum pars uestis erat, quæ ante clauum texebatur. Afra. totum diem præclauum unum texere.Hinc etiam clauata dñr,uel uestimenta clauis intexta,uel calciamenta clauis confixa.Et clauati locci,q sola habeant clauis intertexta. Clauata uero sunt uestimenta,etiam si nõ ex auro, sed aut ex cocco,aut aliis coloribus clauos,& uerrucas habeant.Lampri.in Alexan. Conuiuium neq; opimum, neq; nimis parcum,sed nitoris summi fuit, ita tamen, ut puta mantilia mitterentur, sæpius cocco clauata, aurata uero nunquam. Quæ autem cum auro auroclauata dicuntur,& auroclauatæ uestes a textura aureorum clauorum. Vnde Tacitus imperator interdixit auroclauatis uestibus.A clauus etiam fit præclauũ de quo alibi. Clauus annalis qui figebatur in parietibus sacrarum ædium per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. Apud Liui. scribitur dictatorem creatum fuisse causa tantum figendi claui ad pestilentiam sedandam.

Clauiculus dimi.a clauo. Quo nomine etiam uocatur capreolus in uite. Col.li.v. Ac ne,quæ relictæ sunt, procellis uentorum decutiãtur,molli,& laxo uinculo adsurgentis subsequi conueniet,dũ clauiculis suis, quasi quibusdã manibus adminicula cõprehendantur. Hic etiam pampinus a nostris,& a græcis helix dicitur.

Clauarius nomẽ est officii, quo appellatus est Suetonii pater,ab eo q præfect9 fuerit donatiuo impatorio inter milites dispertiendo.Vñ Cor.Taci.scribit clauariũ donatiui nomen esse, qui ait. Seditiosæ militum uoces terrebant,clauarium donatiui nomen est.

Claudia nomen uirginis uestalis,quæ cum in suspitionem stupri uenisset, & simulachrum Matris Idææ in uado tyberis hæreret,ad comprobandam pudicitiam suam,fertur cingulo duxisse nauem, quam multa hominum milia trahere nequiuerant.

Claudius nomẽ Romani impatoris,& Caligulæ patrui Hic Britanniã insulã in deditionẽ accepit & Orchades insulas romano adiecit imperio.Postmodũ ab Agrippina uxore ueneno sublatus est, ut Nero filius impio potiri posset.Fuit & alius Claudius romanoq; item imperator,qui Gotthos illyricũ uastantes bello adortus incredibili clade superauit.Vñ in curia clypeũ aureũ, & in capitolio aureã sellã habere,pmeruit. Sed cũ.ii.fere annis impasset apud Sirmiũ morbo interiit.

Claudianus poeta Ægyptius,ut græci & latini eius patriam affirmant,& ipse de se sic scribit, contra uulgi errorem,floruit sub Theodosio,& honorio Augustis, eius ætate in lucẽ,& pristinũ nitorem redegit Ponticus Virginius de utraq; lĩgua bñmeritus,tpibus nris,& multa uir hũanitate,q ut alia q̃ plurima scripsit, de rebus nouis & insolitis aliqñ nobis cõmentarios in eundẽ poetam plenos oĩ gñe disciplinaę oñdit,& quantũ potest curat imprimere magnos & diffusos.

Claudus,q̃si pedibus clausus.i.impeditus,qui ex pedibus aut cruribus,fœmoribusue uitiatis, nõ possunt passus facere,nam eos claudunt.

Claudeo.es.claud9 incedo, qd claudicare dicere solem9 q̃uis,p errare qñq; ponatur p metaphoram.

Clauditas ipsa claudicandi actio.Plin.Repulsu durioris materiæ clauditatem illico affert.

Claudo.is.si.sum.includo.Vir.li.iii.Geor. Aut intus clausos secum ad præsepia seruant. Interdũ claudere ponitur pro circuire.Idem.Claudite nymphæ,dictææ nymphæ nemoq; iam claudite saltus.Interdũ pro obsistere arcere,ut apud eundẽ lib.x. Ecce maris magna claudit nos obice pontus.Vlpi.Clausos,p uinctis accipit,si modo ita uincti sint,ut omni modo erũpere non possint.

Interdum pro claudicare.Salu. Nihil secordia claudebat.Idẽ in hist.Equi præ labore claudunt.

Claustrum in plurali tam masc̃ neu.gene.est,pro loco in quo quid claudit.Apud antiquos clostra pro claustra dicebantur.

Claustrarius,q claues & cætera ad claudendũ opa facit.

Claustrinus pe.pro.qui claustri ianuæ præest.

Claustrinus.a.um.quod est claustri.

Clausula uocatur sententia.Hanc græci periodon dicũt a breuitate & conclusione.

Clazomene pe.cor.urbs Ioniæ asiaticæ,quam condidit Paralus.Hæc prius Grina nominabatur uicina Colophoni.Vnde & Apollo Grineus dictus est apud Virgil. quoniam ibi esset eius oraculum.

Clazomenia insula,quæ Marathusa dicitur,a qua Clazomenii,quos in Mæonia sitos esse constat.

Cleanthes nomen philosophi,qui Zenonis citiensis auditor fuit.Hic Phanii Asii fili9,egregius pugil cũ Athenas uenisset,& Zenoni adhærens generose philosophatus est, & in hisdem permansit dogmatis. Celebratus maxime fuit in labore. Nam cum ualde pauper esset, mercenariam uitã agebat, & noctu quidem in hortis aquam hauriebat,per diem uero in sermonibus exercitabat. Vñ Phreantles appellat9 est,quasi puteos hauriens.Tradunt illũ,q̃ a Zenone audierat,ossibus boum & testis fictilibus perscribere solitum, cum pecunia nõ suppeteret ad chartas emendas.

Clearchus phus fuit,cuius meminit Hiero.cõtra Iouini. Fuit & alius hoc noĩe macedonum dux,hic dicebat exercitui imperatorẽ plusq̃ hostem metui debere.

Cleonæ mediocre oppidum, distat ab Argo stad.cxx. a Corintho.xc. Vnde Cleonæus.a.um. ut leo cleonæus, qui & nemæus Luc. Ille Cleonæi proiecit terga leonis.

Clepo.is.psi.tum.furto surripio, tractũ a κλέπτω uerbo græco. Vñ cleptum furto sublatũ. Liui. Si qs clepsit,ne populo scelus esto,neue cui cleptum erit. Plau. Rapere. Clepe.harpaga. Cice.de re pub. Non modo ut Spartæ rapere,ubi & pueri clepere discunt.

Cleptes latine fur dicitur.

Clepsydra pe.cor.κλέπτω & ὕδωρ aqua. Nã ppriũ furacis hoĩs,qui cleptes dr̃,est uelare,& abscondere,quæ clam & per insidias surripuerit. Clepsydra uero duo signi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ficat,fonté ſcilicet, & horologiũ aquariũ,horas aqua dimetiens. Eſt eñ fons Athenis in arce illa Mineruæ quondã,nunc beatæ Mariæ uirgini conſecrata. Is per alueũ ſubterraneũ, latentéq; fluens ſtadia. xx. ſurgit tandé i riuos,ad uicũ phalereũ. Erat ꝓterea uas qdã uitreũ,graciliter fiſtulatũ, qd æq̃libus diméſionibus ſignatas horas oñderet. Ad cuius ét fundum erat foramen,qd aquã guttatim emitteret. Et ita horæ ꝑ aquæ diminutioné,quot éent,uideri poterát. Itaq; non abſurde,ſiue de fonte,ſiue de horologio accipias, clepſydra noiaſ ab aq̃ furto,ꝙ aquã aut uelet,aut furet. Cæterũ Ci. in ii. Tuſ.,ꝑ horologio capit,cũ inqt. Cras ad clepſydrã. Conſimilia ſunt hoc tpe clepſydris uaſcula illa apud nos uſitatiſſima,q̃ in medio inſtar duoꝝ turbinũ coarctanſ, ex quibus puluiſculũ ꝑ foramen minutũ ſenſim dilabiſ ex parte ſupiore in inferiorẽ, atq; ita legitimũ tempus horæ metiſ,uulgo dí horologiũ puluiſculi. Apud ueteres oratoribus acturis cauſas forenſes,ꝑſcribebaſ tps dicendi datis clepſydris, quibus exhauſtis amplius dicere uetabanſ. Pli. in Epſis. Dixeram horis pene quinq;. Nam tribus clepſydris, quas ſpacioſiſſime acceperam,ſunt additæ quattuor.

Cleros latine ſors,ſiue ſorte electus. Vnde clerici.

Clericus ſortit⁹ latíe dici põt, Nã ut Hie. ad Nepo. ſcribit. Propterea uocanſ clerici,qa de ſorte ſũt dñi,uł qa dñs ipſe ſors.i. pars clericoꝝ eſt. Et quia uel ipſe pars dñi eſt,uel dñm partẽ habet,talẽ ſe exhibere debet, ut & ipſe poſſideat dñm,& ipe poſſideaſ a dño. Huic contrariũ acleros, qd eſt ſine ſorte. Clerus ét uermiculus eſt aluearibus noxius, ſpecie aranei, hũc alii pytauſtã uocãt,q ſibi ſimilẽ forma aranei parit in fauo, & facit ut examẽ ægrotet. Ariſt. Examia ifeſtanſ clero, ſic. n. uocãt uermiculos, q in pauiméto naſcunſ, ex qb⁹ creſcentibus,uelut aranea obducíſ alueo, & faui carie pereunt. Hinc morbus quoq; hmõi clerus uocaſ, hoc eſt fauus,cũ fœtu putrefactus. Cũ uero morbo, aut ignauia,aut infœcunditate naturali fœtum non peragũt.

Cleronomus,hæres. Cleronomia hæreditas,a cleros,ꝑ hæreditate. Et ſortes ex promiſſione dei partes hæreditatis uocanſ,quæ populo ſunt diſtributæ. Vnde tribus leui ꝓcepta eſt non habere ſortẽ inter fratres ſuos q eoꝝ decimis ſuſtentareſ. Nam & cleros & clericos hinc appellatos puto, qui ſunt in eccleſiaſtici miniſterii gradibus ordinati, quia Matthias ſorte electus eſt quem primum per apoſtolos legimus ordinatum.

Cleombrotus,pauſaniæ filius lacedæmonioꝝ dux, q timens ne uideréſ cũ Epaminũda hoſte ſentire,temere eũ eo pugnauit, ſeq; & patriã in ꝓceps dedit. Nã uulneratus occubuit, & exercitus deletus. (floruit.

Cleodamas thaſius phus Platonis tpe in Geometria

Clibanus,κλίβανος ἑλληνιστὶ λέγεται, pe. cor. nõ eſt ꝑprie furnus,ſed forte q̃d ſimile furno,uel inſtrm,quo aliq̃d coquiſ ſub teſto,qd ex ære,ſeu ferro fieri ſolet,ſæpe ét opere figulino. Pli. li. xix. Cortices quoq; decuſſi clibanis, & furnis præbẽt uſum. Vñ panis teſtaceus is diciſ apud nos,qué illi clibanitin. Et apud Origenem ſuper Leuiticũ uideſ accipi ꝑ uaſe profundo, magis q̃ ſartago ſit. Sic eñ ſcribit,tria itaq; ſunt,in qbus dñi ſacrificia uidere ꝓparari. In clibano,in ſartagine,in craticula, & puto q̃ clibanus ſm ſui formã profundiora & eq̃ ſint inenarrabilia ſignificet in ſcripturis diuinis, in ſcriptura tamen ſacra præſertim apud prophetas accipitur fere ſemper pro furno. Scribiſ a nonnullis cũ y. κλύβανος. De hoc ét in dictiõe Furnus. Col. li. iii. ſcribit ſcrobem clybano ſimilem eſſe,ut imus,q̃ ſummus patentior ſit, ut latius radices uagentur.

Clibanarius, qui bene ferro & armis munitus certamẽ init. Nazarius in panegyrico ad Conſtantinũ. Operi méto ferri equi atq; hoíes pariter obſepti, clibanariis in exercitu nomẽ eſt. Dicti clibanarii, qñ more teſtudinis arcuatis armis,quæ clybani forma eſt.

Cliens q̃ſi colẽs,qa debet dñm honorare,& ẽ correlatiuũ patroni. Nã patronus defenſor cauſæ ẽ,dict⁹ quaſi pí. Cliens aũt defenſione indigẽs.i. litigator q patronũ colit,& ſequiſ,ut ab eo defendaſ. Aliq̃n tñ cliẽs poniſ ꝑ ſectatore,& q ſub tutela alteri⁹,& pene famulus ẽ

Clientulus diminutiuum eſt.

Clientela,clientũ multitudo,necnon & eoꝝ, qui potentem aliquem ciuem principemue fauore ꝓſequunſ,& cuius dignitatẽ,factionẽq; tutanſ,ducti aliqua merce de,uel beneficio, Similiter clientela dicitur clientium officiũ erga patronos. Item dicitur clientiũ,ſiue clientarum genus. Cato eñ clienta fœmina dixit.

Clima, tis. regio,& clima apd̃ var.,q̃quo uerſ⁹ pedũ ẽ lx.

Climax,latine ſcala, & figura q̃ dí gradatio,ut eſt apd̃ Oui. Videt hãc,uiſamq; cupit,potiturq; cupita. Pli. li. vii. Climateras nuncupauit legẽ ſcanſilẽ. Scanſili, inquit,annorum lege occidua,quã climateras appellãt. Alii climatera periculoſum eſſe dicunt annũ ſexagesimum tertiũ. Vnde Auguſtus ad Caium nepotem. Nam ut uides climatera cõmunem ſenioꝝ omnium tertium,& lx. annum euaſimus. Si quis hanc materiã diffuſius noſcere cupit, Cenſorinum adeat.

Climatericus,a,um. ſcalarius. Pli. ad Caluiſium. Habes climatericũ tempus ſed euades. Pli. li. vii. Climatericũ tempus dubioſum dicitur,qñ Chaldæi climateras appellant pericula uitæ,fortunaꝝq; hoím,quæ fieri grauiſſima in ſeptenariis dicuntur. Nam ſeptimũ quéq; annum periculoſum eſſe, Cenſorinus autumat.

Cline latine lectus,lectica,menſa. Inde Hexaclinon thorus diſcubitorius,qui ſex capiebat. Mar. Et teſtudineũ menſus quater hexaclinon.

Clinopale palæſtra lecti dicitur κλίνη græce lect⁹ πάλη palæſtra,ſiue lucta. Sue. in Domi. Aſſiduitatem concubitus,uelut exercitatiõis genus, clinopalem uocabat. Sic Vir. nocturna bella,nominat colluctationes uenereas,& ab Apuleio militia amatoria dicitur.

Clinidion,diminutiuũ,quod̃ græci lectulum uocant.

Clinopodion herba quædam quæ ſpeciem lecti pedũ præbet,ut inquit Plinius lib. xxiiii.

Clinicus pe. cor. medicus,q curat medicamẽtis,dictus a lectis ægrotãtiũ,quos frequẽtare ſolet,q̃ſi lecticulari⁹ Mar, Sotæ filia clinici.i. medici. Idẽ, Cœpit quopotẽrir clinicus ée mõ. Dñr & clinici, q ita morbo affecti ſũt,ut ſurgere lecto nõ poſſit,nullaq; ãpli⁹ de eoꝝ ſalute ſpes ẽ. Vñ legim⁹ petronillã uolũtate Petri apſli clinicã factam, quaſi paralyticã ſideratãue ꝓpterea decumbentem grabato,quem græci clinem uocant.

Clino, as. græcũ eſt, & ſignificat inclino, licet non ſit in uſu,eius tñ compoſita uſurpẽtur,quæ ſunt acclino de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

clino,inclino,& reclino,pe.pro. Vir.lib.xii. Defigunt telluri haſtas,& ſcuta reclinant.

Cliſis græce latine inclinatio.

Clio una muſa χ, ἀπὸ τ῀ κλέους, a gloria, q̃ poetis gloria a compoſitis naſcatur libris. Heſiodus in Theogonia. ἐννέα θυγατέρες μεγάλου Διὸς ἐκγεγαῶσαι κλειὼτ' Οὐρανίην τε θάλειάν τε Μελπομένην τε, Τερψιχόρην τ' Ἐρατώ τε Πολυμνίαν τ' Οὐρανίην τε, Καλλιόπην τ' ἠδὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων Cliſius nomen fluuii in agro Brixiano. (σων.

Cliduchus ſignificat clauigerum, κλειδοῦχον.

Clitorius, fons Arcadiæ, qui ſemel potus, uini odium facit. Oui.li.xv. Meta. Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuauit, Vina fugit.

Clitomachus pe. cor. philoſophus Carthaginenſis, qui Athenas uenit annos natus.xl. audiuitq; Carneadem cuius & ſucceſſor fuit, tres ſectas ſectatus, academicoχ peripaticorum, & Stoicorum. Supra quadraginta uolumina condidit. De quo Cice.li.iii. Tuſcu. mentionẽ facit Interpretaturq; egregie pugnans.

Clitellæ dr̃ non tm̃ q̃bus ſarcinæ colligatæ mulis, & id genus ueterinis portanť, q̃ uulgo baſti uocanť, dictæ q̃ hmõi aĩalis ornamentũ ſit, Hor. in Sa. Hic muli clitellas tpe ponũt, Sed ét locꝰ Romæ ppter ſiſitudinem Et ĩ uia flaminea loca q̃dã deuexa ſubinde. & acclinia quo etiam noſe appellať quoddam torméti genus.

Clitellariꝰ, q̃ clitella utiť. Vñ clitellarii muli dr̃, q̃ neq; ephippiati ſunt, neq; deſultorii, nec bigas, aut q̃drigas aut currꝰ ducũt, ſed clitellati ferũt onera. Plau. ĩ Muſ. Muliones mulos clitellarios habẽt, ego habeo hoſes clitellarios, magni ſunt oneris, q̃cq̃d imponas uehũt.

Clitumnus Vmbriæ fluuius apd̃ Meuaniã fluẽs, ex quo ſi uacca uel ouis poſt conceptũ biberit albos fœtus parit, ut inquit Pli.li.xii. q̃ animalia quæ eũ potauerint, albos fœtus creãt. Dictus clitumnus a κλεὸς celebris, quaſi celebris amnis. Silius. Et lauat ingentem perfundens flumine ſacro Clitumnus taurum.

Cliuia auſpicia, inquit Feſtus, quæ aliquid fieri prohibebant. Nam & oĩa difficilia, & ardua noĩabanť cliuia.

Cliuus, qui eſt locus molliter arduus, & pro colle ponitť. Hie.li.ii. Re. Porro Dauid aſcendebat cliuum óliua χ Eſt & cliuus, cuius compoſita poſſunt eſſe tã ſecundæ q̃ tertiæ decli. ut Accliuus, a.um. & Accliuis, & hoc acclíue. Decliuus, & decliuis. Procliuus, & procliuis quæ habent. pe, pro. Dictus cliuus a clino pro inclino.

Cloacæ pe.pro. loca caua, per q̃ colluuies fluit, a cloacare, quod ẽ inquinare, ſiue a colluẽdo, q̃ſi colluacæ. Fiſtulæ quoq;, foſſæ, tubi, & uiæ illæ ſubterraneæ parietibus in modũ aquæductuum munitæ, per quas aquæ pluuiæ extra urbẽ, uel in fluuiũ delabunť, cloacæ dicuntur, q̃ urbem immunditiis purgent, a Clodio albanoχ duce dictæ. Plau. uero in Cur. Per ſtomachum ĩmundæ uetulæ aluum cloacam noſauit. Age effũde hoc cito in barathrum, propere prolue cloacam.

Cloacare inquinare, Vñ cloaca dicta eſt ut inquit Feſt.

Cloris, nympha q̃ zephyro nupta q̃ſi dotis loco id accepit mũeris a marito, ut haberet oĩm floχptãtẽ. Eſt & cloris auicula quã Theo. luteũ, & luteolã conuertit.

Cloſter, latine filum, uel nexus dicitur.

Cloſtra a claudendo, quaſi clauſtra.

Clotio latine uireo dr̃, auis genus apud Pli.li.xviii.

Clotho una ex furiis ĩfernalibus, græce κλώθω circũuoluo, neo, deſtruo. Orpheus in hymnis aliqua dicit, ſed in magica ſua multa, & obſcura, ut mihi uir diuinus uideatur. Heſio. aũt in Theogonia dicit Themidos filias & Iouis clotho, lachefin, & atropon, μοίρας θ' ἃς πλεῖστον τιμὴν πορε μνησιπόνοις βροτοῖσιν, ἅτε δὴ δοῦσι θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε.

Cludo, is. idem quod claudo, quo ueteres utebanť. Vñ in ueteribus numiſmatibus legimus, Ianũ cluſit. Huiꝰ cõpoſita magis ſunt in uſu. ſ. Accludo, ut in Ge. Egreſſus ad eos Loth, poſt tergũ accludẽs hoſtiũ ait. Cõcludo, circũcludo, excludo, includo, intercludo, introcludo, occludo. Plaut. Occluſit hoſtiũ ãcillæ. Præcludo, añcludo. Col.li.vii. Hirudo adhærẽs faucibus ſanguinẽ ducit, & ĩcremẽto ſuo tranſitũ cibis p̃cludit. Recludo. apio. Vir. Veteres tellure recludit theſauros. Secludo ſeorſum claudo. Subtercludo, q̃ habent pe.pro.

Clumæ ſunt folliculi hordei.

Clunes nates. ſiue natiũ tumor, tã maſc. q̃ fœ.ge. Plau. Quaſi lupus ab armis ualeo, clunes infractos gero, Sic Iu. Tremulũ deſcendant clune puellæ. Hor. Quod pulchræ clunes, breue q̃ caput, ardua ceruix. Ab hoc ſimias clunas appellatas uolunt, q̃ clunes tritas gerant.

Cluniculæ dimi. paruæ clunes. Gel. Cæterarum auium atq; altilium niſi tantum apponatur, ut a cluniculis inferiore parte ſaturi fiant.

Clunici dici uidenť a clunibus, q̃ ſũt ea parte morboſi, tñ Cyprianꝰ uideť accipe clunicũ pro paralytico illo debili in lecto iacente, cꝰ métio in euangelio eſt. ex eo q̃ infirmus clunibus in lecto cubet, quũ pedibꝰ neque at inſiſtere. Apud Pli. legitur clunicis medetur in hoc ſignificatu, q̃uis quidam corrigant clinicis.

Clunaculum, culter ſanguinarius, q̃ ad clunes dependeat, uel quia clunes beſtiarum diuidat.

Cluere, perhiberi. putari. Plau. in Epi. Cluet is etiam ſeſe ſapere memorat, malleum. In qua ſignificatione ſæpe Lucre. Pli. tamen ait ueteres cluere in certandi ſignificatione poſuiſſe. Vnde Clypeus.

Clupea ciuitas Aphricæ uicina Carthagini.

Clymene penultima cor. Promethei mater. Oceani filia, & Iapeti uxor.

Comitatus.us.pro comite.Saluſt.Cice.per legatos cuncta ẽdoctus L. Valerio Flacco.Cn.Promptino prætoribus imperat,ut in ponte Miluio per inſidias Allobrogum comitatus deprehendant.

Comis benignus,facilis,& ſuauis, qui errãti comiter mõſtrat uiam, benigneq;,non grauate aliis inſeruit. Hinc comitas humanitas,& morum ſuauitas.Comiter,ſuauiter,manſuete.

Cometes pe.pro.gene.maſcu.latine crinitus dicitur.Eſt enim ſtella crinita.Luc.li.i.Ignota obſcuræ uiderũt ſydera noctes,Ardentemq; polum flãmis,cœloq; uolantes Obliquas per inane faces,crinemq; timendi Syderis,& terris minitantem regna cometen.

Comitium,conuentus populi,quod fiebat quando magiſtratus creabantur a ſimul itando, q̃ eo multi commearent.Differtq; a concilio,q̃ comitium ſit, cũ uniuerſus populus conuenit. Concilium cum populi pars. Fuerunt autem comitia conſularia,prætoria,quæſtoria,tribunitia,ædilitia, & omniũ deniq; magiſtratuũ, qui ſuffragiis conſularibus crearentur. Illæ enim coitiones populi ad creandos magiſtratus,& ad leges fe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rendas dicebantur comitia,quoꝝ alia calata, alia centuriata,alia curiata.Calata comitia uocabantur, quæ pro collegio pontificum haberi ſolebant,aut regis,aut flaminũ inaugurandorum cauſa. Curiata, quæ ex curiis,id eſt,tribubus,quæ.xxxv.erant,& ex cenſu,& ætate per lictorem curiarum procalari,ideſt,conuocari ſolebant.Centuriata,quæ habebantur in creandis conſulibus,cum centuriatim.i.per ſingulas centurias calculus unus pro ſuffragio ferebatur.Et hæc per cornicinẽ ex regionibus,& locis conſtabant.Diony.lib.vii.hiſto. ſcribit.In comitiis curiatis,omnem poteſtatem creandi magiſtratus fuiſſe penes populum.In cẽturiatis penes diuites.Comitii nomine,ut inquit Gelli. intelligitur locus coeundi, qui pro Aſconii ſententia, in foro prope ſenatum erat,quo equitibus.Ro. licebat coire, ibiq; ſtans populus ſuffragia ferebat,Cice.pro Sex.Cũ forum,comitium,curiam multa de nocte armatis hominibus,ac ſeruis pleroſq; occupauiſſent,impetum faciunt in Fabricium.Tempus comiciorum habendorum id erat,quod augures deſignabant. Comitia pro hominibus Cic.ibi poſuit.Venio ad comitia, ſiue magiſtratuum,ſiue legũm.

Comitiatus.us.dicitur ipſa comitialis congregatio.

Comitialis,& hoc comitiale, quod ad comitium pertinet,ut dies comitialis,qui comitiis gerendis aptus,ſiue dicatus eſt,quo cum populo agi licebat,ut inquit Macrobius,& quo populus Romanus conuenire ſolebat ad ſuffragium ferendum.Cice.ad Q.fratrem.Conſecuti ſunt dies comitiales,per quos ſenatus haberi non poterat.Liui.lib.xxv.Dictator primo comitiali die creauit conſules. Ioue autem tonante, aut fulgurante comitia populi habere nefas erat.

Comitialis homo,qui comitiali morbo laborat. Plini. Fel teſtudinum naribus illitum comitiales erigit, attollitq;.Dictus comitialis,q; comitia uitiare diceretur Interrumpebantur enim comitia,quo die aliquis concidiſſet.Cato. Quod comitia prohibere ſolet, nec id quidem mihi uitium fuit: Serenus. Eſt ſubiti ſpecies morbi cui nomen ab illo, Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſat.Sæpe etenim membris acri languore caducis Concilium populi labes horrenda diremit. Ipſe deus memorat dubiæ per tempora lunæ Cõceptum, talis quem ſæpe ruina profudit. Hic morbus alio nomine dicitur Sacer,& morbus maior,propter grauitatem,quoniã homo ſubito concidit,& ſpumæ ore mouentur.Docet etiam Ariſto. hunc morbum a priſcis Herculeum fuiſſe nominatum,quia Hercules eo laboraſſe fertur,idq; ex atra bile pleriſq; conſiſtere tradit. Plato & Apul.diuinum nuncupauerunt,q; animi partem rõnalem,q̃ longe ſanctiſſima eſſe uideꝫ,occupat. Græci epilepſiã uocant, hoc eſt contractionem. Contrahuntur enim hoc morbo nerui. Plini. Folia heliotropii contractionibus medeñ,etiamſi id comitialiter accidat.i.etiam ſi contractiones fiant ex morbo comitiali. Vulgo caducus dicitur,q; cadere faciat.Plautus tamen comitiales homines in penulo appellat litigioſos,qui in comitio propter lites, quaſi habitare dicuntur, inquietantes tribunal prætoris, qui ſi nihil eſt litium litem ſerunt.Hic etiã a nonnullis lunaticus dicitur,cũ tũ ab inuicẽ ſeparentur,q; eum qui interlunio natus eſt,hunc morbum fere pati compertum eſt.

Comeſſationes proprie dicuntur cibi potuſq;, qui poſt cœnam ex luxu ſumunt,ſicut merenda cibus,qui ante cœnam ſumitur, & ientaculum ante prandium. Comeſſari eñ eſt poſt cœnã epulari.Sueto.in Domi.Cõuiuabatur frequenter & large, ſed pene raptim certe non ultra ſolis occaſum, nec ut poſtea comeſſaretur. Idem in Vitel.Epulas trifariam ſemper interdum quadrifariã diſpertiebat in ientacula,prandia,cœnas,& comeſſationes.Liui.li.xl.refert,Demetriũ poſt cœnã,quaſi ſodales acceperat,dixiſſe.Quin comeſſatũ ad fratrem imuſ? Interdũ comeſſationes generali uocabulo epulatiões,cõporationeſq;,cũ luxuria, & crapula, quacũq; hora ueluti uoragines menſaꝝ dicuntur. Vnde comeſſabũdus Alexandri Magni exercitus dicitur a Curtio, quaſi indulgens præter modum prodigis epulis,apud Ariſto.accipiũtur tanq̃ ſint cõuiuia ex collatiõe ſymboliſq; confecta,quæ lacedæmonii phiditia, Cretenſes andria nuncupauerunt. Vnde ait li.ii.pol.Comeſſationes phiditia nominãt Lacedæmonii,apud quos unuſquiſq; conferre habet, & ſi ſint pauperrimi. Qui uero comeſſationũ eſſe participes nequeunt,hi ad Reip. gubernationẽ non admittũtur.Ideo autẽ phiditia dicuntur,quia.ſ.phidias.i.amicitiæ,& humanitatis ea ſint,Λ pro λ accipiendo,ſiue q; ita cõſueſcerent ad parſimoniã,quæ græce dicitur φειλώ. Andria uero Cretenſes dixerunt,quaſi uirilia,ex eo,q; uiri adultæ ætatis ad ea uocabantur,habetq; hoc nomen comeſſatio primam produ.Mar.Non albana mihi ſit comeſſatio tanti.Dicta comeſſatio a uicis, quos græci κώμας uocant, & eſum ſupino.Veteres eñ in uicis habitãtes, anteq̃ oppida conderenẽ,alii alios cauſa uictus inuitabant.

Comum ciuitas Galliæ ciſalpinæ iuxta Larium lacum hæc mediocris erat colonia trans Padũ. Sed Põpeius, poſt Scipio,ac poſtmodũ diuus Cæſar eam auxerunt. Hinc comenſes dicti ſunt eius incolæ. Cumæ.arũ. ciuitas Cãpaniæ condita ab his,qui ex Chalcide urbe Euboeæ uenerũt.Hæc ab undis nomẽ traxit. Nã ὁ κῦμα undã facat,y aũt latini in u cõuerterunt,ut byrrhia burrhia.Inde cumani,& cumæi, q̃is & cumæi & cumani etiã dicãt a cuma ciuitate Æolicaꝝ maxia, & optima, & oĩm fere metropoli, quas nũero.xxx.fuiſſe tradũt,& quaꝝ pars maxia corruit.A qua, ut q̃dã aiũt Cumæa Sibylla dicta eſt. Et ex hac ortꝰ eſt Ephorus uir ſine cõtrouerſia clarus,& Iſocrati oratori familiaris, & hiſtoriæ cõſcriptor.Sed añ iꝑm, nõ tñ ex hac urbe Heſiodus poeta,q; patrẽ ſuũ relicta Æolica Cuma in Bœotiã migraſſe dicit. Pluta.quoq; in ſympoſiis multa,& Suidas, ἡσίοδος.κυμαῖος.νέος ϗ κομιδῆ ἰσχνὸς τὸ παρὸν ἀνὴρ καὶ μικρὸς πυκιμήδης ἐν ἀσκρῃ ϗ βοιωτίας,& ipſemet Heſiodus de ſe ita ſcribit,& de patre ſuo.

Κύμην αἰολίδα προλιπὼν ἐν νηῒ μελαίνῃ
Οὐκ ἄφενος φεύγων, οὐδὲ πλοῦτόν γε λιλαιόμην,
Ἀλλὰ κακὴν πενίην, τὴν Ζεὺς ἀνδρῶσι νέμῃσι.
Νάσατο δ' ἀγχ' ἑλικῶνος οἰζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἀσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει δ' ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ.

Commalaſſo.as.Vide in dictione Malaſſo.

Commendo.as.ex con,& mando,ſignificat laudo, & tribus cõſtrui ſolet modis.Nã q̃q; actiõ tiõ habet.Vale. Maxi.lib.x.Qua propter nõ iudicrã artẽ cõmendauit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Qñq; ultra actū cōstruiť cū alio actō mediāte apud & hmōi, ut cōmendauit te apud ptorē. Et sic sumiť pro laudo. Qñq; post actū iungiť dtūs, & ſcat quasi charū quid cōmitto, sed nō recedit a significatōe laudo. Sēp cū fit cū charitate, & laude eius q cōmēdať. Plau. Quali ne amico mea cōmēdaui bona? Probo & fideli & fido. Ci. Petis a me ut te q̄ diligētiſſime Bibulo cōmēdē.

Cōmendatitius. a. um. qđ cōmendari ſolet, uel id quo qs uel quid cōmendari ſolet. Cice. Et si ſta tuerā nullas ad te literas mittere, niſi commendatitias.

Cōmentaculū inqt Feſt. uirga, qua in ſacris utebanť ad ſacrificia pergentes, ut a ſe obuios hoīes amouerēt.

Cōmentari frequētatiuū é a cōminiſcor, & ſignificat cogitare, agitare, tractare, mentioné facere, diſputare. Ci. in Lel. Cū in hortos D. Bruti cōmentādi cauſa, ut aſſolet, uenisſemus, hoc eſt tractandi uel diſputandi. Idem. Quæ poteſt eſſe in uitio cōmentatio. i. cogitatio. Interdum ſcat fingere. Interdū cōmentariū ſcribere.

Commentum expoſitio a con, & mente quidam cōpoſitum, & deductum uolunt, cum ſit cōmonitio mentis. Aliqñ accipitur pro fictione, & tunc a comminiſcor fit. Teren. Commentum non placet.

Commentitius. a. um. ſignificat partim fictū, & ad tēpus cōmentū, & excogitatū, partim nouū. Aug. li. iiii. ciui. dei. Videtis ne igiť, ut a phyſicis rebus bñ, atq; utiliter inuentis, nō ſit tracta ad cōmentitios, & fictos deos.

Cōminiſcor, cōmentus ſum, a con, & mente dictū eſt cū finguntť in mente, q̄ non ſunt, ſeu magis a con, & miniſcor, uñ & reminiſcor qđ eſt, cū, q̄ tenuit mēs a memoria cogitādoq; repetuntť. Significatq; cōminiſci dicere, fingere, diſputare, tractare, aío cōprendere. Teré. in Hecy. Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali. Plau. Fac ſis commentus, ideſt memineris.

Cōmentarium, cōmentarius & cōmentarii plurali numero, pro una eadēq; ſignificatiōe ſumunť. ſ. pro libris in quibus nō late, diffuſeq; res, ſed breuius q̄ poterant explicanť, cū in his ſimpliciter, & q̄ſi p capita deſcribūť Cice. in Bruto. Nō eſt orō, ſed quaſi capita rerū, & orationis cōmentariū paulo plenius. Sic Cæſaris cōmentarii dicunť, in quibus ad exequendā hiſtoriā aliis uidetur materiā ſubieciſſe. Vñ Sene. li. iii. decla. Sine cōmētario nunq̄ dixit Seuerus Caſſius, nec hoc cōmentario cōtentus erat, in quo nudæ res ponunť. Hi aūt ſi ſingu li fuerint, cōmentariū uel cōmentarius, uľ liber dī, ſed ſi ex multis longiſq; tractatibus, breuiora coaceruenť cōpendia, cōmentarii etiā dici poſſunt, uel primus & ſecundus cōmentarius. Dī etiā cōmētarius, uel cōmentariū, uel cōmentaria p autoꝝ expoſitiōe. Gel. Eſt adeo probi grāmatici cōmentarius ſatis curioſe factus. Et iterum. Nonnulli grāmatici, q cōmentaria in Vir. cō poſuerunt. Idē. Noſter taurus in primo cōmentarioꝝ, quos in Gorgiā Platonis cōpoſuit, ſcriptū reliquit. Quidam etiā hmōi cōmentum uocauerūt. Præterea commentarius qñq; dicit cōmentator, hoc eſt, qui cōmentarium, ſiue cōmentum compoſuit. Serui. ſup. i. Geor. Superfluam mouent quæſtionem commentarii.

Commentariolum dimi. paruum commentum.

Cōmeo. as. ex con, & meo, q̄q̄ alii ex con, & eo. is. cōponi uelint. Vñ remeare p redire. Eſt aūt cōmeare ultro citroq; ire. Inde cōmeatus dari dicitur. i. tēpus, quo ire & redire cōmode poſſit. Et cōmeare eſt ire, ſeu ſe cōferre. Lactan. li. iii. Quid ergo interfuit, quo animo philoſophus ad meretricem famoſiſſimam commearet. Teren. in Hecy. Hic raro in urbem commeat.

Cōmeatus. us. licentia, ſiue qđ dī ſaluus cōductus, quem dat imperator militi, p̄poſitus inferiori eundi quo uelit ad p̄ſcriptum diē reuerſuro. Cic. ad Heren. Ille, q ad diē cōmeatus nō uenit, q̄ eū aquæ intercluſiſſent. Liui. li. xxiii. Magna pars ſine cōmeatibus dilabebať. Qñq; accipiť p itione & trāſitu multitudinis. Apul. li. viii. Sed cuneatim ſtipato cōmeatu difficultates trāſabirem⁹. Et in eodē. Per oēm noſtrū cōmeatum morſibus ambulare cernēs. Et p itione nauiū. Cæſar. duobus cōmeatibus exercitū reportare cōſtituit. Aliqñ accipiť p cibariis, ad alimoniā exercitus, & Reip. aut multitudinis alicuius, uel etiā priuatim. Salu. Si uincimus, oīa nobis tuta erunt, cōmeatus abunde. Cice. pro lege Manilia. Iam commeatu, & priuato & publico prohibemur.

Commemoro. as. pe. cor. cōmone facio, in memoriā reduco. Cic. in Caro. Pythagoræorūq; more exercendæ memoriæ gra, qđ quoq; die dixerim, audierim, egerim, cōmemoro ueſperi. Hieron. in Eccleſiaſtico gtō iunxit. Sed in die tribulatiōis cōmemorabiť tui. Et cōmemorare eſt dicere, recitare, narrare. Cic. Quænam ſit iſtius ueteris, quam cōmemoras academicoꝝ, & de finibus bonorum peripateticorum ſententia. Teré. in Phor. Quid ego nunc ea cōmemorem Demiphonis ſigillatim, qualis ego in hunc fuerim.

Cōmeto. as. pe. cor. cōmeo, hoc eſt me confero. Neuius. Cum ad Lupā noſtrā tam multi commetant lupi.

Commœreo. es. totus uel in totum triſtor. Plau. in Epi. Neſcio ædepol quid tu timid⁹ es, trepidas Epidice ita uoltum uideor uidere commœruiſſe.

Cōmereo. es. pe. cor. cōmitto. Teré in Phor. Si ſenſerit te timidū pī, arbitrabiť cōmeruiſſe culpā. Et commerere eſt meritare, ſed in malū. Idē in Hecy. Quæ nunq̄ qđq̄ erga me cōmerita é, qđ nollē, & ſæpe qđ uellē meritā ſcio. Dona. Mereri bona, cōmereri dicimus mala.

Cōmilitones dñr, q ſimul ſunt in militia, q & cōmilites dñr, græci συστρατῶτας, ſyſtratiotas dicūt. Ita. n. dñr cōmilitones, ſicut cōdiſcipuli. Sueto. in Cæſ. Nec milites ſuos p concione, ſed blandiori noīe cōmilitones appellabat, tanq̄ & ipſe unus eſſet ex numero militum.

Cōmilitiū ipa belli ſocietas Iuſti. li. v. Deinde cogitationes legū ſacrarū, tū uetuſti p tot bella cōmilitii oratmiſereať ciuiū exulū. Apul. etiā cōmilitia. æ. uſurpat.

Cōminus pe. cor. ſcat ſtatim ſine intermiſſione. Vir. lib. Geor. Quid dicā iacto q ſemine cōminus aruo. Cōminus etiam a loco propinquo. Vide in eminus.

Combino. as. pe. pro. ſignificat, quod lingua uernacula dicimus acobiare. Aug. in expoſitione pſal. Non cōbinata eſt cū electis eoꝝ, & li. viii. con. Illic ut forte cōbinati ſpaciabanť unū ſecū ſeorſum, & alios duos itidē ſeorſum pariterq; digreſſos. Hinc cōbinatio, quā græci Epizeuxin uocant, quū in oratiōe eadem dictio ſine medio duplicatur. Vir. Me me adſum qui feci.

Commigro. gras. Vide in dictione Migro.

Cōmitto, alioꝝ fidei trado. Teren. Ouē lupo cōmiſiſti. Qñq; cōmittere eſt iniungere aliq̄d faciendū, & quaſi cōmēdare, ut rex mihi hoc negotiū cōmiſit. Qñq; pec

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

care. Vñ cõmissa dñr peccata. Asco. Cõmissa dñr facta contra uoluntatẽ cõditoris. Qñq; sociare, coniungere. Vir. Delphinũ caudas utero cõmissa lupox. Qñq; donare, relinquere. Cice. in Ver. act. ii. Is calũniatores ex sinu suo opposuit, q illi hæreditatẽ Veneri Erycinæ cõmissam esse dicerent. Qñq; facere. Salu. Sempronia, q̃ multa sæpe uirilis audaciæ cõmiserat. Qñq; incipere Vir. lib. v. Et tuba cõmissos medio canit aggere ludos. Salu. Quibus dictis mox plium cõmisere. Qñq; potestatẽ dare, seu pmittere, & causam pbere, & in malam partẽ. Sed hoc pcedente negatione, & sequente ut uel q̃obrem. Teren. in Hecy. Nunq̃ tã dices commode, ut tergũ meũ tuã in fidẽ committã. Cic. Nihil tibi esse cõmittendũ consyderare debes, q̃obrẽ eox quos laudas te non simillimũ pbeas. Aliqñ etiã sine negatione. Idẽ li. ii. offi. Periculosum ipsi est, tũ etiã sordidũ ad famã, cõmittere ut accusator noiet. Qñq; cõparare, & in contentionẽ deducere, cõfligere. Sue. in Cali. Nec cessauit ex eo criminari alterx alteri, atq; inter se oes cõmittere. i. in certamẽ mittere. Hiero. li. ii. Macha. Rex cõmisit cũ Iuda, & supatus ẽ. Proprie tñ rõne ppositiõis conscat simul mittere, siue simul iungere. Gel. Gordiũ nomẽ ẽ urbis, quã Sangarius amnis interfluit, magna ex pte cigit fluctib⁹, specie ĩsulæ pbet, ac nisi tenue discrimen obiiceret, maria, q̃ nunc diuidit, committeret.

Cõmissuræ iuncturæ, q̃les sunt tabulax, & aliax rerũ.

Commitile pe. cor. compositum.

Cõmitigo. as. pe. cor. scat tũdẽdo deprimo, atq; depono Terẽ ĩ Eu. Tibi utinã cõmitigari uideã sandalio caput

Cõmodum pe cor. fit a modo, & scat utile emolumentum. Cuius contrariũ est Incõmodũ, p damno. Cice. ii. ad Heren. Causa est ea q̃ induxit eũ cõmodox spe, aut incõmodox uitatione. Et ifra. Hic accusator in spe cõmodi cupiditatẽ, oñdet aduersarii, ĩ uitatione incommodi formidinẽ augebit. Qñq; commodũ dr bonum, aptũ, conueniensq;, quasi cũ modo, rõne, incõmodum malũ ineptũ, atq; inconueniẽs. Sic cõmoditas, & incõmoditas, cõmode & incõmode sumi pnt. Terẽ in An. Nempe incõmoditas deniq; huc oĩs redit, si aduenerit qd dii, phibeant, dissensio. At si corrigat, quot cõmoditates uide. Principio amico filiũ restitueris, tibi genex firmũ, & filiæ inuenies uirũ. Aliqñ utrouis modo accipi possunt, ut apud eundem in Hecy. Multa ex quo fuerint cõmoda, eius incõmoda æquum est ferre.

Cõmodus. a. um. qd est utile, siue aptũ, a quo fit accõmodus, & incõmodus. Amb. li. Hexa. Nã q̃ leuibus accommodus est, fit incõmodus grauioribus elemẽtis. Terẽ. in An. Ego commodiorem hoiem &c. Cor. Celsus, Sed inter omnia maxime cõmodum est modice exerceri. Plau. in Sti. diminutiuo usus est. Pro opibus nostris fatis commodule nucibus fabulis ficulis.

Cõmodum aduerbiũ significat iam, seu tunc, id tẽporis, eo momento. Apul. Intuli me, eũq; accubantẽ exiguo admodũ grabbatulo, & cõmodũ cœnare incipientem inuenio. Idẽ li. i. Igit inefficaci celeritate fatigatus cõmodũ uẽspera oriente ad balnea pcesseram. Gel. li. ii. Taurus sectatoribus cõmodum dimissis sedebat, p cubiculi foribus. Cic. ad Atticũ. Cõmodũ discesseras heri cũ Trebatius uenit. Qd scat uix, & tunc. Dona. enarrãs illud Terentianũ ex Phormione, Id cũ hoc agebã commodũ, aduerbiũ esse tpis, & tĩ significare. Idẽ alibi exponit. Cõmodũ huc aduerterat, ipso eodẽ tẽpore.

Cõmodo. as. pe. cor. utile & cõmodũ facio, seu cõmoditatẽ psto, qd dicimus Faraconzo. Cic. ad filiũ. Cui ego quibus rebus potero libẽtissime cõmodabo, sicut ecõtrario incõmodo, molestus sum, & noceo scat. Teren. in An. Magis adeo, ut mihi incõmodet, q̃ ut obsequat gnato. Cice. Cæsari. Quicqd ei cõmodaueris erit mihi gratũ. Et cõmodare est mutuo dare, hoc est alicui⁹ rei usum ad tẽpus concedere. Cice. Dando & accipiendo, mutuãdisq; facultatibus, ac cõmodandis nulla re egemus. Nec rei tĩ mobilis cõmodatio dr, ut Vlpi. existimauit, sed etiã soli. Plau. Cũ ædes paupi cõmodasset, Cice. li. iiii. ad Herẽ. Ait qdã ædes maximas ad nuptias cõmodasse. Et licet, ut multi asserunt, cõmodent, q̃ reddunt in eodẽ nũero, & specie, ut uestis, equus, liber, mutuent, q̃ non reddunt eadẽ numero, sed specie uinũ, frumentũ, numi, Cic. tũ in Ver. acti. vi. Cõmodari usus est ad ea, q̃ reddunt similia. Ait eiũ. At publice cõmodasti, non sine magno quidẽ p uinciæq; Siciliæ detrimento tritici modios sexaginta. Sumit nonnunq̃ simpliciter pro impẽdere. Hiero. de dino Antonio. Auditioni etiam scripturax ita studium commodabat, ut nunq̃ ex eius anima laberetur. Hinc fit accommodo.

Commodata res proprie intelligitur si nulla mercede accepta, uel constituta utenda res data est. Nam commodatum debet esse gratuitum.

Commodatarius, qui commodatum accepit.

Commodo. onis. Idem quod commodatarius.

Cõmoneo. nes. pe. cor. idẽ qd admoneo. nes. qd aliqñ cõstruitur cum gtõ. Quintil. Grãmaticos sui officii commonemus. Plini. in epistolis. Rei admoneor.

Commercium, est libera commeandi contrahendiq; facultas ab iis qui merces ultro citroq; conuehunt. Aliter. Cõmercium est uicissitudo dandi & accipiendi, a con, & merces, merciũ cõmutatio, q̃ uictus causa inuẽta fuit, ut inqt Pli. Accipit & p usu & cõsuetudine. Sue. Clau. Gratã sibi, puinciã ait cõium studiox cõmercio.

Comœdia apud latinos pe. cor. dicta ἀπὸ τῆς κώμης. i. a. uico. & ᾠδὴ cantilena, genus poematis, qd in initio in uicis iuuenes q̃stus gra cãtare soliti essent, crebro cõuenientes, uel a comessando. i. epulãdo. Comœdia eo cõfecta credit, ut affectus nros monẽs in alienis psonis. Ex psq; imaginẽ nram uitæ quotidianæ uiderem⁹. Est aũt poema, ĩ quo hũiles fere psonæ inducũt, & amores uirginũq; rapt⁹ describunt. Huius nois pe. cor. apd latinos. Suidas, κωμῳδίαι, ὕβρεις, θίασοι, ἐμβαλήματα καὶ κωμῳδὸς ὁ ταῦτα ποιῶν

Comœdus, qui representat comœdias, sicut Calliopus.

Comicus pe. cor. qui componit, ut Terentius.

Comœdice aduerbiũ scat mãsuete, suauiter, sicut tragice crudeli. Plau. Euge astitisti, & dulce & comœdice.

Comœdior. aris scat ridicule, ac loquaciter loquor.

Cõmotriæ submiństræ & ornatrices. Romæ quidẽ ut Fest. ait, sex Vestæ sacerdotes cõstitutæ sunt, ut popul⁹ pro sua quaq; parte haberet ministrã sacrox, quia ciuitas romana in sex esset distributa partes, hinc & instrumentũ muliebre Commotriũ apud Iul. Pol.

Cõmoueo. es. pe. cor. pturbo. Teren. Cõmoui hoiem. Interdũ significat a ppositio deflecto, & qd uolo psuadeo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cice. Visi sumus senatũ cõmemoratione tuæ uolũtatis erga illũ cõmouere. Interdũ lædere. Col. li. ii. Ne in radicẽ maiore nixu uomis ꝑacꝰ colla cõmoueat. Interdũ recedere. Cice. Tyroni, Tu & cura ut ualeas, & te istic ne temere cõmoueas, ꝓprie tũ cõmouere est si-

Cõmunis ex con, & munis, qñ est munus, q̃si cũ munere, sicut imunis sine munere. Ille autẽ cõis dr, q oim est, q̃si oĩbus cõsentiens, a quo cõitas, & aduerbiũ cõiter, ꝑ q̃bus ueteres munitas & muniter usurparũt. Siquidẽ apud ueteres munes, & munifici, nõ a largitiõe, q̃ ignota erat, dicebanr, sed ita appellabãr consentiẽtes ad ea, q̃ amici uellẽt. Pacu. Nã qa tũ largitio multis ignota erat, munificus nemo putabar, nisi pariter uolẽs. Lucil. Munifici, comesq; amicis nris uideamur uiri. Dicimus aũt hoc est cõe oĩm & oĩbus. i. indiuisum. Sumitur etiã cõe pro immundo, ut in actibus apostolicis, commune & immundum non intrabit os meum. Et hoc est commune mihi, tecũ, uel cũ cæteris.

Cõia uerba iõ dr, qa cõiter simul tenenr sub uno sono actiuũ & passiuũ, quo mõ in noĩbus genꝰ cõe dr, qd & mascu. & fœ. sub uno sono tenet, ut sacerdos, canis, hõ.

Cõmunico. as. pe. cor. ex con, & munico cõponr. Munico aũt a munis fit. Et est cõicare participare, q̃ qd est aut esse põt priuatim, fit uniuersoꝝ. Salu. Alienũ suis rõnibus existimãs uideri cãm ciuiũ cũ seruis fugitiuis cõicasse. Per trãslationẽ ꝼcat coinqnare. ut i euan. Qd ꝓcedit ex ore hoc cõicat hoiem. Nã ꝓplus iudæoꝝ partẽ dei se esse iactitans, cões cibos uocat, q̃bus oẽs utunr hoies, ut suillã carnẽ, ostreas, lepores, & hmõi animãtia q̃ ungulas nõ findũt, nec ruminãt, nec squamosa i pisci bus sũt. Vñ in actibꝰ aplicis scribit. Qd deus sanctificauit, tu cõe ne dixeris. Cõe ergo quod cæteris hoĩbus pater & quasi non est de parte dei pro immundo dicit.

Cõmuto. as. pe. pro. ꝼcat simul, uel contra, uel totũ simul muto, qd fit cum una res pro alia datur. Et ille commutat, qui alteri qd habet concedit, ut aliud quippiã asse quat. Amb. Raro q̃uis excelsa uirtus futuris commutat pñtia. Communicare aũt uerba est altercari, & iurgia hr̃e. Terẽ. in An. Nunq̃ hodie tecũ commutaturũ patrẽ unũ esse uerbũ. Et commutare uerba est ꝓ bonis dictis mala ingerere. i. iracundia in maledicta cõpelli.

Compago & compages pe. pro. utroq; mõ ꝓ coniũctiõe & compositione. Oui. Atq; ita disparibus calamis cõpagine cæræ Inter se iuncti is nomẽ tenuisse puellæ. Pacu. Saluete gemini mei compages sanguis.

Cõpagino. as. pe. cor. cõiũgo, copulo, q̃ pagines fiĩũgũr Aug. Vt aũt sim⁹ mẽbra eius, unitas nos cõpaginauit.

Cõpar idẽ est qd par. Liui. Cõparẽ cladẽ ad Egates insulas Carthaginẽsiũ ꝓlio nauali acceptã, q̃ fracti Sicilia, ac Sardinia cessere. Cõpar ẽt dr soci⁹, seu æq̃lis. Hiero. li. ii. Reg. Apꝑhensoq; unusq̃sq; capite cõparis sui, defixit gladiũ in latus contrarii, & ceciderũt simul. Rhetores compar id esse dicũt, quod duabus aut pluribus sententiis breuibus, & inter se paribus exigitur.

Cõparo. as. pe. cor. ꝼcat adæquo. Terẽ. in Eu. Ah ne cõparãdus hic quidẽ ad illũ est. Itẽ constituo adapto. Ambro. li. i. offi. Ita te cõpara, ut q̃si puer iniuriã nõ teneas malitiã non exerceas. Itẽ ꝑparo. Cice. in Ver. acti. ii. Vt erat iter suos copiosus, conuiuiũ comparabat. Itẽ Do, ut apd eundẽ ibi. Et oi gemitu, ac dolore certa merces cõparabar. Itẽ socio, coniũgo. Plau. in Asi. Prædr de auriculis, cõpara labella labellis. Itẽ cõpono, machinor, Sisen. li. iiii. hist. Eos q hoc malũ publicũ clãdestinis cõsiliis cõparauerint. Et cõparare emere, licet Hieron. in Ruffi. inuenire deneget. Sed nemo ẽ q incuriã non aliqñ labar, ut ueꝝ sit qd Hora. inqt. Qñq; bonꝰ dormitat Home. Ca. de re ru. Prædiũ cũ cõparare cogitabis, sic aio habeto. Liui. li. ii. Annonæ i primis habita cura, & ad frumẽtũ cõparandũ missi, alii i Volscos, alii cumas.

Comparatiuus. a. um, qd comparat adæquat. Vñ dicimus comparatiuũ gradũ, cuius ꝓpriũ est superare positiuum in ea qualitate, quã obtinet, licet qñq; ꝓ positiuo ponar. Fit aũt comparatio, ut docet Prisci. ad unũ ul ad plures, tã sui generis q̃ alieni, q̃uis græci honoris causa suæ gentis magis q̃ rõne ueritatis dicãt, non posse ad multos sui generis fieri comparationẽ. Sta. li. viii. The. Sed pectora flectas, & melior sis quæso deis. Vale. Maxi. li. iiii. idẽ sensit. Fabricius Licinius honoribus & autoritate oĩ ciue tpibus suis maior. Et lib. vi. Tertium te importunioré supioribus hr̃e cœpimus rectoré. Cõparatiua & superlatiua, q̃ a præpositionibus ueniunt, ꝑter suam constructionẽ ablatiui & gti aliqñ actõ iungunt. Cice. ad Octa. Propius urbẽ. Salu. Proximi Hispaniã Mauri sunt. Consyderandũ uero, ut Aug. ait, comparatiuum gradum non semper quod ante positũ est augere. Sed aliqñ contrario superferri, ut apud apl̃um ad Hebræos, quum loquereꝝ de benedictione terræ, q̃ accepta pluuia fructum reddit, deinde subiecit. Proferens aũt spinas & tribulos reproba & maledictioni proxima est, cuius finis in exustionem. Quod ne illis quibus loquebar optasse uideret, Confidimus aũt, inqt, de uobis fratres chariſſimi meliora & hærentia saluti.

Compactũ dr qd inter aliquos conuenit. Plau. Rem de compacto geris, id est ex eo quod inter se conuenerat.

Compasco. is. simul pasco. Vnde compascuus ager, q relictus est ad pascendum communiter uicinis.

Compesco. is. compescui, quasi eodẽ pascuo contineo.

Compedes pe. cor. a singulari compes fit, qd non est in usu, uinculi genꝰ ẽ, cuiꝰ arctura rei custodiunr, a cõpedio. is. qd ex con, & pedio cõponr. Et est tã masc. q̃ fœ. gñis. Hiero. in Hiere. Aggrauauit compedẽ meum. Genera compedum sunt Numellæ, boiæ, pedicæ, neruus.

Compedio. as. occido. Auguſt. super Leui. Solet & uulgo apud nos dici compediauit illi, quod est occidit illũ.

Combam Sabini uocant, quam militares lecticam.

Comburo. is. pe. pro. ex con & uro b iterposita, ꝼcat sicut suum simplex, uel simul cũ aliis uro, licet q̃nq; ꝓ consumo ponar, ut est illud in ueteri testamento. Videbat q rubus arderet, & non combureretur.

Comedo. is. & comedo. es. est. Plau. in Tri. Qd ebibit, qd comest, qd facit sumpti. Cice. Sed ad extremũ pollicer ꝓlatuꝝ se, q̃ comest. Supinũ comesum, & comestũ. Sal. Comesta matrimonia, comesa patĩa. Aug. i manuali, passiuũ ꝓtulit. Quottidie iqt comederis, & semper interger manes.

Comedo. onis. & comedus pe. cor. q bona sua cõsumit.

Compeditus. a. um. pe. pro. a cõpedio fit, & ꝼcat, qd compedibus illigatũ est. Var. Domum intro, & pedes compedio. Hiero. contra Ruffi. ad linguã transtulit. Compeditã putas linguam eius, & inextricabilibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nodis ligatam,uix in humanum ſonum erumpere.
Compello.is.cõſtringo.Hiero.ad Helio.Vt hæc tibi fra ter dicerem,compulit me tua dilectio. Et cõpellere eſt ſimul iungere.Plau.in Aſi.Quæ uolet faciemus,q̃ ho ſce amores nr̃os diſpulſos cõpulit.Qđ & dẽ aĩalib⁹ bru tis dr̃,cũ in unũ locũ,uel diuerſa,aut diuerſo⁹ aĩalia cõgregant.Vir.Cõpulerãtq̃ greges, Corydon,& Thyr fis in unũ.Proprie uero eſt ſimul pellere,collidere.
Compulſo.as.ſæpe collido.Colu.lib.i.Eadem, quæ ſem per mare conſpicit cõpulſat,ac fluctu conſpergit.
Compello.as.ad aliquẽ loquor.Vir.li.ii. Vltro flens ipſe uidebar Compellare uirũ.Aliqñ infamo, accuſo. Sue. in Cæſa.Eodẽ modo Nonium quæſtorem, eo q̃ com pellari apud ſe maiorem poteſtatem paſſus eſſet.
Cõpendium a cõpendo,qđ non eſt in uſu,cũ tñ cõpenſo eius frequentatiuũ inueniat,q̃ ima cõpenderet. Et eſt id qđ parſimonia qua dã ſeruamus,ſicut econtrario di ſpendiũ,qđ uel incuria uel ĩmoderatiõe diſpendim⁹. Pli.Bubulas carnes caules caprificĩ magno ligno⁹ cõ pendio ꝓcoquunt.Idẽ.Magno id ligno⁹ diſpendio fit addito ſale.Nã percoqui integro die uix poſſunt.Com pendiũ etiam dr̃ utilitas lucrũ. Et diſpendiũ damnũ. Tibul.Nec uagus ignotis repetẽs cõpendia terris Preſ ſerat externa nauita merce ratem.Cice.li.iiii.ad Herẽ. Duæ res ſunt, quæ poſſunt hoĩes ad turpe compendiũ cõmouere,inopia atq̃ auaritia. Et compendiũ breui tas,in qua tñ utilitas ſit,quales ſunt libri,in quibus bre uiter materia colligitur.Vnde Plau.in Mili.Quam po tes tam uerba confer ad compendium.Vnde & com pendii uia,breuis uia dicitur.Hiero.in lib.ii.Reg.Cur rens achimas per uiam compendii tranſiuit Cuſi.
Compendifacio,duco ad compẽdium,id eſt,breui utor oratione apud Plautum.
Compendioſus.a.um.quod eſt ualde utile. Colu.li.i.Qđ etſi per partes nonnunq̃ damnoſum eſt, in ſumma tñ ſit compẽdioſum.Interdum dicitur ualde breue, q̃ ea quæ ſimul penduntur celerius expediantur.
Compendiarius.a.um.quod eſt breue,& ſummum, ſiue optimũ. Cice.li.ii.offi. Præclare Socrates hanc uiã ad gloriã proximã, & quaſi cõpendiariã dicebat eſſe, ſiqs id ageret,ut qualis haberi uellet,talis eſſet.
Compenſo.as.quaſi ſimul pondero,retribuo.Hieron.in prolo.Amos. Sterilitas terræ compenſatur pecorum multitudine.Vale.Maxi.Tarditatem ſupplicii graui tate compenſat. Modeſti. Compenſatio eſt debiti, & crediti inter ſe contributio.
Comperendino.as.pe.cor. ſignificat in lõgum de die in diem differo.Hiero.ad Pauli.Quo detẽtus ope imple re nõ potui,qđ ꝓmiſeram tibi,& Danielẽ nr̃m rurſus cõperendinaui.Inde cõperendinatio,q̃ eſt ſicuti docet Aſco. ab utriſq̃ litigatoribus inuicẽ ſibi denũciatio in perendinũ diem. Nã cũ rem aliquã ageret litigatores & pœna ſe ſacramenti peteret, poſcebant iudicẽ, q da bat poſt trigeſimũ diẽ.Quo dato ĩter ſe cõperendinũ, ut ad inuicem uenirent,denunciabant.Quo cum eſſet uentum,anteq̃ cauſa ageret, quaſi ꝓ iudicẽ rem expo nebant.Quod ipm dicebat cauſæ coniectio,quaſi cau ſæ ſuæ breuis coactio.Cic.in Ver.acti.iii. Vt his ludo⁹ diebus ĩterpoſitis nemo iſtũ cõperendinatũ iudicaret.
Cõpendiaria dies dicebat iudiciũ ĩ diẽ tertiũ cõſtitutũ.
Comperendini dies, quibus uadimoniũ iubere licet ut inquit Macrobius.
Cõperio,& cõperior deponens, ſi Diomedi credit diffe rũt.Qđ cõperiri eſt ex opinione colligere,& ꝓ explora to cõpertũ hr̃e.Sal.in Iug.Sed ego cõperior Bochum magis punica fide.Comperire ab alio cognoſcere.
Cõptũ ẽ mihi & exploratũ ẽ mihi,hoc ẽ ꝓ iueſtigationẽ.
Compernes dicuntur homines genibus plus iuſto con iunctis,uel qui longos habent pedes.
Competo.is.pe.cor.ſignificat honorẽ, uel coniugiũ, uel quod uis aliud aduerſus alium peto, quaſi ſimul peto, unde competitores dicti ſunt,& ſic actiuũ eſt.Aliqñ cõ petere eſt par eſſe cõtingere cõuenire (ut eſt apud Hie ro.)Poſſide agrũ meũ,quia tibi cõpetit hæreditas.Vñ in æſtimatiõe reꝝ dicimus,hoc illi cõpetit.Sene.Nihil ei magis cõpetebat.Aliqñ ſignãt ſufficere. Col.lib.ii. Nec oĩno cunctabimur,quo minus ſub tectũ cõgerat, uel ſi nõ cõpetet,ut aut in uillã fœnũ portet,aut in ma nipulũ colligat,certe in metas extrui cõueniet.
Competentia ꝓ conuenientia.Gel.li.i. Cõprehenſa aũt menſura herculani pedis,ꝑm debitã mẽbroꝝ oĩm cõ petentiam modificatus eſt.Accipit etiã qñq̃ cõpetere pro conſtanter ualere.Salu.li.i.hiſto.Si uero,quaſi for midine attonitus,neq̃ animo,neq̃ auribus,aut lingua competeret.Et ſic eſt neutrum.
Cõpetitores dr̃,q̃ honorẽ uel coniugiũ,uel quoduis ali ud aduerſus alium petunt,quaſi ſimul petitores.
Compita pe.cor.dicunt loca,ad q̃ petunt hoĩes ꝓ diuer ſas uias.Sunt eñ quadriuia,& quaſi in unũ petunt lo cum,uel a coeundo,q̃ multæ uiæ in unũ coeant.Vel a computando,q̃ ibi ruſtici ſacrificare ſolerent.Oui.Ser uet ut in ternas compita ſecta uias.
Compitalia feſta,quæ in compitis peragebantur.
Compitalitius dies,in quo compitalia celebrabantur.
Compilo.as.pe.pro.undiq̃ furripio.Vnde compilare, & expilare hæreditatẽ dicimus,hoc eſt fraudare, & diri pere.Et compilati dicuntur furtum paſſi, q̃ qui e do mo ſupellectilem detrahunt, æquare, & complanare omnia uideantur.Hora.Ne me cõpilaſſe putes Criſpi ni ſcrinia lippi. Dictum a πλῶ quod eſt complano, non a pilis uellendis,cuius prima correpta eſt. Inter dum compilare eſt cogere,& in unum condere. Vnde compilatores,qui multa in unum cogunt.
Compingo.is.contrudo. Plaut.in Am.Quid faciã nunc ſi tres uiri me in carcerẽ cõpegerint. Interdũ cõpono, coniungo.Hiero.De quoꝝ uitiis,moribuſq̃ mirificis,q̃ luculenter ipſe conſpexi,libellũ compegi. Idẽ in Eſaiã. Argento & auro decorauit illud,clauis,& malleis com pegit,ut non diſſoluat. Vir. Eſt mihi diſparibus ſeptẽ compacta cicutis Fiſtula. Vnde incompactum diſiun ctum,male cõpoſitum.Et ſic cõponitur ex con, & pan go,põt etiã eſſe cõpoſitũ a pingo.Lactã.li.vii.Vt ſum mã illã,q̃ cõtinet uniuerſa,& cõpingerent,& adimple rent.Hiero.in plo.li.Reg.Deinde ſubtexũt ſophin.i. iu dicũ librũ,& in eodẽ cõpingunt ruth.i.imittunt.
Complano.as.pe.pro.Quære in dictione Plano.
Complector ſimul,uel in totũ amplector, contineo. Te ren.in And.Accurrit mediã mulierẽ cõplectit. Cice. ꝓ Roſcio.Quo uno maleficio ſæcula oĩa cõplexa eſſe ui deant.Complector te amore,ſignificat amo te.Et ſine

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ablatiuo. Cic. Curioni. De T. Annio tũ tibi polliceor, te maioris animi erga te, si cõplecti hoiem uolueris, habituꝝ esse neminem. i. amare, defendere.

Complector cogitatiõe, cogito. Cõplector aío, conſydero. Cice. in Cato. Eteñ, cũ cõplector aío, quatuor reperio cauſas, cur ſen ctus miſera eſſe uideatur.

Compleo ex con, & pleo, ſignificat ad ſummũ, ſeu undiq; impleo. Gel. Ventus a latere ſeuiens nauem undis compleuerat. Reperitur etiam ſine ablatiuo. Cice. lib. vi. de Repu. Quis eſt qui complet aures meas tantus, & tam dulcis ſonus? Per tranſlationem complere ponitur pro uiuere, finire. Idem in Cato. Leontinus Gorgias centum & ſeptem compleuit annos. Hiero. Nec dũ uerba compleuerat. Interdum ponitur pro ſupplere, perficere, integrare. Salu. Duas legiones inſtituit, cohortes pro numero militum complet, ſed oĩno ex græco uenit, πλέος γὰρ λέγεται καὶ πλεῖος. καὶ πλείων.

Complodo, is. pe. pro. Vide in dictione Explodo.

Cõpluries aduerbiũ factum ab eo, qđ eſt cõpluria, ſcat ſæpe. Cato. contumelias dixiſti mihi compluries.

Complura. Vide in dictione Plus.

Compluuium a pluuia dicit, quo de diuerſis tectis aqua pluuialis defluit in eundem locum.

Compluuiata, uitis dicta eſt a canis ædium compluuiis, quæ quadruplici pericaꝝ ordine inſtructa eſt.

Compono, is. ſimul pono coniungo. Virgi. Componés manibuſq; manus, atq; oribus ora. Aliquando componere eſt diſponere, conſtituere, quaſi ſimul ponere. Cõponere enim & ædificare reciproce dicuntur, componuntur ſiquidem orationes, ædes ædificantur. Et tamen dicuntur ædificari orationes, & ædes componi. Virgi. lib. iii. Quam tuta poſſis urbem componere terra. Quandoq; componere comparare dicimus, quoniam quæ comparantur, iuxta ſe ponuntur. Saluſt. Vbi Metelli dicta cum factis componit. Virg. Sic paruis cõponere magna ſolebam. Quandoq; ornare. Idem lib. iiii. Geor. Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura. Nã cõpoſitio ornatum facit. Quandoq; colligere. Cice. in Ver. Si ab iſto libro, quẽ tibi magiſter ludi neſcio quis ex alienis orationibus compoſitum dedit. Quandoq; reficere, recreare. Vt uix defeſſa ſenem paſſus componere membra. Quandoq; lenire. Ambro. lib. i. offi. Cauere debemus, ne in perturbationem prius incidamus q̃ animos noſtros ratio componat. Quandoq; finire, claudere. Virgi. Ante diem clauſo componet ueſper olympo. Quandoq; concordare. Plau. in Cur. Si poſſum hæc inter uos componere. Quandoq; compoſito redimere. Saluſt. lib. i. hiſto. Cum lenones, & uinarii, lanii, quorum præterea uulgus idies uſum habet, precio compoſiti, hoc eſt, facta precii redempti compoſitione. Quandoq; conuenire, paciſci. Plin. Nihil non ex cõpoſito fecimus, pactum ſeruauimus. Quandoq; fingere, ſimulare. Saluſti9, Non ſunt compoſita mea uerba, parui id facio, ipſa ſe uirtus ſatis oſtendit. Plautus, Quas iſte fabellas compoſuit.

Compoſito, ſignificat ex pacto. Et ponitur ſine præpoſitione. Non enim dicimus ex compoſito. Terenti. in phor. Compoſito factum eſt, quo modo hanc quam amas habere poſſis ſine dote.

Cõpoſitio, mõ ſtructurã, mõ ornatũ, mõ pactũ ſignãt.

Compos dicitur qui habet, uel affecutus eſt aliquid. Vale. Maxi. lib. i. Imperatores compotes uictoriaꝝ. Plau. in Cap. Atq; ita me rex deorum, atq; hominum fecit patriæ compotem, id eſt, obtentorem. Impos qui non poteſt aliquid. Compos animi, id eſt, competentis animi, uel qui habet ſanum animũ. Impos animi, qui animi ſui potens non eſt, Leo papa. Fandi impotem dixit, qui fari nondũ poſſet. Sal. Neq; aío aut lingua ſatis cõpotem. Cum de amente ſeptimio loquereꝰ. Teren. in Adel. Vix ſum cõpos animi, ita ardeo iracundia. Plau. in Cap. Eripite iſti gladiũ, quæ ſui eſt impos animi. Sic compos uoti, & impos uoti. Cice. Nam quo modo uictores dicimus uoti compotes, qui quicquid uoluntfaciunt. Sic uictos e contrario uoti impotes, qui non poſſunt facere quod uolunt. Quidam intelligunt compotem cõpoſitum animũ, & tam in bonã q̃ in malam partem. Plau. in Epi. Cedo manũ accipe erumnaꝝ & miſeriaꝝ cõpotem. i. qui ſimul tecum erumnas & miſerias habet. Sunt aũt cõpos, & impos generis cõis cõpoſita a pos, nõ, a potis, ut uoluit Ser. Licet pos nõ ſit in uſu, ſed potis. Non. n. dicimus cõpotis & impotis in ntõ, cũ tñ ſic dicendũ eſſet, niſi pos inuenireꝰ, uñ & poſſum, & poſſideo. Nam poſſum ex pos, & ſum cõponitur, poſſideo ex pos & ſedeo, mutatione e in i. Pos aũt, idẽ quod potens, ut ſit poſſum potens ſum, poſſideo potens ſedeo. Eſt igit potis gtũs a pos, licet loco ntĩ ponaꝰ. Perſi. Nec potis es nigrum uitio præfigere theta. Virg. Nec potis ionios fluctus æquare ſequendo. Nec pote in neutro genere (ut uoluit Priſcia.) inueniꝰ, quia cõpote, & impote nuſq; inueniunt, neq; in plurali cõpotia & impotia. Potis tñ neu. ge. legiꝰ apud Teren. in Phor. ubi ait, Adoleſcẽs primum abs te hoc bona uenia peto, ſi tibi placere potis eſt, ut rñdeas mihi. Potis eſt, p poteſt ſiue poſſibile eſt, capiꝰ, cui ſubintelligitur iſtud p ntõ, ut reſpondeat potis neu. ge. qđ ſumiꝰ, p poſſibile, & uerbum ſuũ habet eſt, uñ regiꝰ. Qđ aũt Perſi. dicit. Qui pote uis dicam nugaris cũ tibi calue Pinguis aqualiculus protẽto ſeſquipede extet, pote, p potis accipiꝰ, metri cauſa. Similiter Proper. Qui pote quiſq; in ea conterat arte diem. Iungiꝰ qñq; cõpos cum ablto, ut apd Liui. li. iii. Prædaq; ingenti compotem exercitum ſuis etiam rebus recuperatis, quæ populatione agroꝝ amiſſæ erãt, reducit. Quo in loco compotem, quaſi affluentẽ, & lætum ſignificare puto. Sæpius tamen gtõ iungitur.

Comprimo, is. penul. cor. ſimul premo, ut Vuæ comprimuntur, quo uinum defluat. Item cohibeo contineo. Teren. in Heau. At tu tibi iſtas poſt hac comprimito manus. Plau. in Amphi. Ego tibi iſtam hodie ſceleſte comprimam linguam. Item Vitio. Mar. Villica uel duri cõpreſſa eſt nupta coloni, Incaluit quotiẽs faucia uena mero. Vnde compreſſus. us. & cõpreſſio pro cõtu. Plau. Nunc ad amicam decimo die Athenas uiſo, quam grauidam hic reliqui cõpreſſu meo. Idem dulces amantium compreſſiunculæ.

Cõpreſſus. us. & cõpreſſio, Vide in dictiõe Comprimo.

Cõpungo. is. totũ pungo, ferio. Amb. li. i. offi. Repetebat filius appellationẽ paternã, cõpungebat pĩna uiſcera, ſed nõ minuebat deuotionẽ. Vide in dictiõe Pungo.

Compunctio, in ſcripturis diuinis, qñq; ſumiꝰ, p ptinace animi habitu, & ad malũ immutabili, ut apud apſum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Compunctus,signatus.Cice. lib.ii.Offi. Compunctum notis threiciis districto gladio iubebat anteire.

Compsotes,pe.pro.latine dicitur artificiosissimus.

Cõputo,as.pe.cor.sil'puto. Qđ & ad arbores,& ad mentẽ referri pót,cũ ad mentẽ referr',p existimo,siue iudico accipi pót. Amb. Infantia quidẽ cõputabat' annis, sed erat senectus mẽtis imensa Et cõputare,connumerare est,siue qđ uulgo dĩ,cõputũ facere. Hie. ad Dam. Computa ergo a Phares, usq; ad Naason, & inuenies generatiões qnq. Idẽ ad Paulinũ. Quicqd in sumptus de tuo tuleris,p lucro cõputa.i.pone,uel habe,uel tene reputa. Lact. li.iii. Eamq; hoim sapientiã, pro summa stultitia cõputat.i.ponit. Interdũ,p imputare, ut apđ Plau. in Mer. Computat uxor. ἐλλιπίσει ὃ λογίζομαι καὶ λοιπὸς ἡμῖν συμφήφιζω μεταφορικῶς λέγεται.

Cõpromitto,& compmissum. Vide in dictiõe pmitto.

Con & cum idem significant. Sed cũ separata,con uero semp composita reperit',& significat simul,ut coniungo. Interdũ contra,ut contẽdo. Interdũ ualde,ut concrepo. Et est sciendũ,q; qñ componit' cũ dictione a uocali,ul' ab h,incipiẽte,semper n. abiicit',ut Coapto,coapostolus,coerceo,cohortor,cohibeo. In comedo uero n. mutat' in m. In cogo n.& a. tollunt'. Qñ cõponit' cũ b.m.& p. transit n. in m. ut Cõbibo,cõmoneo,cõpareo. Cũ c.d.f.g.q.s.n.t.i.& u. consonãtibus,manet n. ĩtegra, ut cõcurro,cõdo,cõfugio,cõgero,conlecto,conquiro cõsequor,cõnecto,cõtineo,cõuenio. In reliqs n. mutat' in sequentẽ lĩam,ut colligo,colluuies,corrigo.

Concerno,is. Vide in dictione Cerno.

Concedo,is.do,pmitto. Ter. in Adel. Hui metuisti tũc,si de tuo iure concessisses paululũ. Cice. in Ver. acti. Da mihi hoc, concede qđ facile est. Aliqñ concedere est recedere. Ter. in Hecy. Hic uideo me ẽe inuisam imerito,tps est cõcedere. Aliqñ ire,reducere,& se trahere. Liui. de scdo bello Pun. Annibal Sagunto capto Carthaginẽ nouã in hiberna cõcesserat. Idẽ li. iiii. ab urbe cond. Quæ cũ agerent',hostes in loca altiora concesserе. Aliqñ credere,cõsentire. Ter. in phor. Nunq; ne hic hodie cõcedes mihi,neq; itelliges? Ci. in Lel. Qđ si re ẽt ũ statuerim⁹,ul' cõcedere amicis qcqd uelit,ul' impetrare ab his qcqd uelimus,pfecta qdẽ sapiẽtia sumus.

Concido,dis.pe.pro. concidi,sum.simul uel minutatim cædo. Pli. Caro eius concisa, ac decocta adhibẽda est. Concidere etiam frangere dicitur. Idem. Et nucleus. Ab hoc concisa oratio dĩ,quæ nõ continua,sed ueluti membratim cæsa est,Et concisus sonus fractus uocatur. Hiero. in lib. Numeri. Si aũt prolixior,atq; concisus clangor increpuerit,mouebunt castra primi.

Concido,dis.pe.cor.di. concasum,significat in totũ cado. Lact. li. vii. Et muri oĩm ciuitatũ concidẽt. Plau. in Am. Vt qsqs istiterat,cõcidit crepitu. Et cõcidere est in totũ mori. Col. li. viii. Atq; alia gña pecoꝝ,cũ pestilẽtia uexant',prius morbo & lãguoribus macescũt,solæ capellæ,q; uis opimæ,atq; hilares subito concidunt.

Concisus sonus. Vide in Concido,de quo modo.

Cõciliũ,a cõcalãdo.i.uocãdo. Vel ut Var. ait,a coactiõe Seu ẽm Festũ,a ppli cõsensu. Et pprie uiri cõuocati cõciliũ dĩ. Vir. Conciliũq; uocat diuũ pr' atq; hoium rex.

Conciliabulũ,loc⁹ in quẽ concilium conuenit. Plau. in Bac. Quid si apud te ueniat de subito prandiũ, aut potatio forte, aut cœna ut solet fieri ĩ istis conciliabulis.

Concilio,as. beneuolũ facio, aut amore coniungo. Li. li.i. Æneas aduersum tanti belli terroré, ut alios abori ginũ sibi conciliaret. Hie. Vera illa necessitudo est, & Christi glutino copulata,q; non utilitas familiaris,sed dei timor,& diuinar' scripturar' studia conciliant. Reconciliare uero quis dĩ,cũ post inimicitias, rursus aliquẽ in gĩam recipit. Aliqñ tñ conciliare est contrahere seu comparare. Et hoc tã in malũ,q; in bonũ. Plau. in Tri. Meus gnatus me ad te misit inter se, atq; tuos affinitatẽ ut conciliarẽ & gĩam. Ter. in Heau. Exco ergo ut pacẽ concilĩẽ. Sic dicimus. Concilio mihi odiũ, inimicitias,qđ est q̃si comparo, acquiro. Sil'r sumit' re concilio,p comparo,acquiro. Quin. Nã & plus auctoritatis afferũt ea, quæ non pũtis gĩa litis sunt comparata,& laudẽ sæpe maiorẽ,q̃si nĩa sint,reconciliant.

Conciliatus pro empto. Terẽ. Prodi male conciliate.i. magno precio empte, & conciliatio pro conuẽtione. Plau. Extat conciliatio,seruanda promissa.

Conciliatrix dĩ mulier,q; uiros mulieribus, & uxores uiris conciliat.

Concretum id dicitur auctore Dona. quod ex minutis multis in unam cogitur massam.

Concio,is. conuoco. Liui. li. i. Deinde ne uana urbis magnitudo ẽet,adiiciẽdæ multitudinis causa,uetere consilio condẽtiũ urbes,q; obscurã atq; humilẽ conciẽdo ad se multitudinẽ, natã e terra sibi,plem emẽtiebant'.

Concito,as.pe.cor. ad irã prouoco. Hinc concitatus,iratus. Gel. Erat enim aliquanto concitatior.

Concio,nis.a concio,is. tria ꝑcat.s. locũ, suggestũq;, vñ uerba fiũt. Liui. li. i. Vocato ad conciliũ pplo,summissis fascibus,in concionẽ ascẽdit,multitudinẽ ppli assistẽtis conuocatã,uel ex magistratus iussu, uel publici sacerdotis, uel sua auctoritate, & pprie ad audiẽdum oratorẽ concionantẽ in bonũ publicũ. Ci. in Lel. Concio,q; ex imperitissimis constat,tñ iudicare solet. Sal. Itaq; concionẽ aduocata hmõi oiõnẽ habuit. Et oiõnem ipsam,quæ ad populum habeb'. Cice. Dolobellæ. Lege concionem tuam,nihil illa sapientius.

Concionor,naris. orationem habeo. Idem Cornifi. Nos hic cũ hoie gladiatore oium nequissimo collega nro Antonio bellũ gerimus. Sed nõ pari contentiõe arma uerbis. At ẽt de te concionatus est. Hinc concionator qui orationẽ habet. Hie. in prologo Salo. Ecclesiastes a græco appellatus, qa cœtũ.i. eccl'am cõgreget, quẽ nos nũcupare possumus cocionatorẽ, ꝙ loquat' ad populũ,& sermo fit,nõ spẽaliter ad unũ,sed ad uniuersos.

Concionalis,qui idoneus est ad concionandũ, aut qui concionari cõsueuit, qualis hodie uulgo prædicator appellat'. Curius Cice. Quod quidem si inter uos senes concionales uenale præscripserit, egerit nõ multum.

Cõcionatorius,a.um. quod ad concionẽ pertinet. Gel. Ecce aũt pro tibicina laconica tibia quoq; illa cõcionatoria in mentẽ uenit, quã C. Graccho cum populo agente præisse,ac ꝑmonstrasse modulos ferunt.

Concha genus piscis ex cãcroꝝ gñe. Conchæ & ostrea dĩr firmioris testæ pisces. Cõchæ q; testã leuẽ,ac polita hñt siue uniformiter rugatã. Et testæ ipsæ duriores ,pprie conchæ dĩr,quales sunt cocleæ atq; conchæ. Ouid. Ostrea que in conchis tuta fuere suis. Colum. Implicitus cõchæ limax. Vnde uasis quoq; genus con

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cauũ,ac ſupius patulũ,ab huius ſimilitudĩe cõchæ, cõ
chã uocamus.Pli. Rurſus tundĩt, deinde lauat in con
chis,ſiccatq;.Alio noĩe alueos,& alueolos dicim⁹,& p/
ſertim ĩ longũ porrectos ligno excauato, ut monoxy
la.Eſt & cõcha genus uaſis uinarii,in qd e dolio hauriẽ
uinũ.Iu.Cũ bibiẽ concha.Dr & conchus. Aliqñ cõcha
ponit p tuba,Vir.li.vii.Sed tũ forte caua dum ſonat
æquora concha. Oui.li.i.Met.Cæruleũ tritona uocat,
conchaq; ſonaci iſpirare iubet. His buccinis utebant
tritones,q erãt tubicines neptuni.Ser. hoc nomẽ a græ
co κόγχη trahit. Alii latinũ putãt a concauitate dedu
ctũ,atq; ſine h.ſcribũt. Ælianus ãt li.iii. ἐχθιολῶτταν πρ
φύρᾳ, ἣν δὴ ταύτης ἑλκὴ ὅδε ἐσθίει, ἣν δὴ ταύτης ἁλίσκετ.
Poſtea de margaritis ſcribit. κόγχη δ' ἀφροδίτη ἱερᾶται,
ἐν τὰ κομψότατα μέσπε ἐν ταρροβανίδη ἰνδοῖσ.

Conchus,lapis quidam in concha piſce,qui a nonnullis unio,ab aliis margarita ſiue perla dicitur.

Cõchyle pe.pro. & conchyliũ genus piſcis ex concharũ gñe,ut ait pli.li.ix.In mari aſſyrico,& medico,quẽ mu
ricẽ,& ſarrã,& oſtrã appellãt,ex cui⁹ inciſa concha col
ligit ſuccus tingẽdis ueſtibus expetitus.Ex eo.n.infici
tur purpura, q color auſterus in glauco ẽ, & iraſcenti
ſiſis mari.Vñ conchyliata ueſtis dr purpurea a cõchy
liis.Ci.in phil.Cõchyliata piſtromata appellat,q̃ infe
cta erãt ſucco cõchylioχ. Poniẽ qñq; cõchyliũ p ipſo colore,ſicut purpura murexq;. Pli. Cõchaχ ad purpu
ras,& cõchylia eadẽ ẽ materia.Itẽ p gñe ipſo cõchaχ,
a qb⁹ nomẽ ſumpſit.Idẽ.Lingua purpuræ longitudie digitali,qua paſciẽ perforãdo reliqua cõchylia.Cruor cõchylii,ſiue muricis oſtrũ dr ab oſtris. Quappter cõ
chyliũ,muricẽ,oſtrũ in eadẽ ſignificatiõe accipimus. Vir.Tyrioq; ardebat murice læna.Idẽ. Vt gẽma bibat & ſarrano dormiat oſtro.Iu.Hoχ ego nõ fugiam con
chylia,hoc eſt luxurioſas ueſtes,& murice infectas.

Conchyliata ueſtis.Vide in dictione Conchyle.

Conchis,fabæ genus,ſiue eduliũ ex faba.Iuue.Cuius cõ
che tumes. Sunt qui dicant eſſe fabam cũ cortice ſuo elixam,ad differẽtiam fabæ frixæ, quæ ſine cortice co
quitur, a ſimilitudĩe conchaχ, q fracto cortice,uelut implicita conchis ſuis carũcula uideatur. Mar. Si ſpu
mat rubra conchis tibi pallida teſta. Lautorum cœ/
nis ſæpe negare potes.Huius dimi. eſt conchicula.

Cõcino,is.pe.cor. cõcinui,concentũ,ſimul cano.Ci.li.i. Aca. Qui cũ ſimilitudine concinere maxime ſibi uidẽt.Per trãſlationẽ poniẽ p conuenire. Concinit emñ qui conſonat.Et ſic cũ dtõ conſtruiẽ. Aug. Quædam exemplaria habent.Ecce generationẽ filioχ tuorum, cui concinui.i.cui congrui,cui accommodatus ſum.

Concento,as.frequentatiuum eſt a concino,is.

Concẽtor in decretis canonicis dr is q conſonat & con
cinit canẽti,ſicut ſuccentor,qui uoce ſubſequẽs canen
do reſponder.Præcẽtor,qui uocem præmittit in cãtu.

Concẽtus,us.ſiẽ cantus,cãtus mixtus.i,ſymphonia,& di/
uerſaχ modulatio uocũ,ut cũ e multis diuerſis uoci/
b⁹ unus efficiẽ ſonus. Vir.li.i. Ge.Hic ille auiũ concẽt⁹

Cõcinno,nas.p duplex nn.facio cõſentio, (in agris. apte cõpono,& q̃ſi cõuenire facio,qd uernacula lingua dicimus conciare, ut Pellis concinnata eſt ad calceos. Plau.in Am.Lachrymantẽ ex abitu concinnas tu tuã uxorẽ.i.facis.Idẽ.Auceps qñ concinnauit aream eſcas effudit.Hic.Lucernas concinnãt,uel ſuccendũt focũ.

Cõcinnus,a. um. idem qd cõpoſitus & ornatus.Ex con, & cinnus. Cinnus ãt potionis genus ẽ ex multis liquo ribus confectũ,ut Cõcinna orõ.i.compta & apte com poſita.In quo ſenſu accipi põt cõcinus qd a cõcino fit.

Concinus,a.um,pe.cor. a cõcino,is. Vide in Cõcinnus.

Concinnitudo.conuenientia.Cic.li.ii.artis uete.Splen/ doris & feſtiuitatis & concinnitudinis minimum.

Concinnentia,continentia ſeu conuenientia, Sido. ad Conſentium. Quod domicilium parietib⁹ attollitur ad concinnentiam.ſ.architectonicam fabrefactis.

Concinnatitius,a.um.quod breuiter collectum,& apte ſitum eſt. Nam cõcinnare eſt apte conficere, & quaſi in arctum breueq; colligere.Apul.li.ii.Nam Miloni boni concinnatitiam menſulã rogatus accubueram.

Cyathus, pe. cor. paruũ poculũ quo bibimus. Iuue. Cardiaco nunq̃ cyathũ miſſurus amico. Ad cyathũ ſtare dñr Pincernæ regibus, q̃bus cyatiſſant, hoc eſt in cyatho uina miniſtrãt. Sue. in Cæſa. Sed C. Mẽmius ẽt ad cyathũ, & uinũ nicomedi ſtetiſſe obiecit. ἐλληνιστὶ κύαθος λέγεται, ὅ̃ἅ κύω ϗ̃ ϑ̃ ϕιλέω ϗ̃ τ̃ οὕτως ἐιστ̃ὴν ϕιλέαν ἔρχονται ὡσ ὡκθην. ἐι καὶ σουίδας ἔφη, κύαθος ὄνομ πρὸσ χύω χύαθος, ἤ ϑι ϑ̃ χέω. Eſt ẽt cyathus genus quoddam menſuræ, quo cibaria gallis dari ſolebant. Colu. lib. ix. Nam ſingulis capitum, quaterni cyathi diurna cibaria ſunt, cum magis terni, uel bini præbeanẽ. Pli. li. xxii. ſcribit cyathum per ſe pendere drachmas. x.

Cyathiſſo, as. ſignificat ad cyathum ſto, & cyatho uina miniſtro. Et fungor pocillatoris officio.

Cybele, es. & Cybeles, is. uel æ. pe. cor. Nã ut docet Seruius, anapæſtus eſt in hac dictione cybele, hæc fuit uxor Saturni a Cybelo phrygiæ monte, ſeu oppido, ubi eiꝰ ſacra primo ſunt inſtituta. Scribit Feſtus cybelen anõ nullis ideo appellatã, q̃a ageret hoĩes in furorẽ, quod græci κυβίζω dicũt. i, attezare dela perſona, geſticulari, ut Home. li. xvi. Iliados pagina penul: Sacerdotum eñ cybeles ꝓpriũ eſt caput rotare. Suidas. κυβέλη ἡ ῥέα παρὰ τὰ κύβελα ὄρη, ὀρεία ἡ θεὸσ διὸ καὶ ἐποχεῖται λεόντων ζευγή, ϗ̃ κίνακα δι κυβέλη ἱεροὶ εἰσίν. Hæc primũ ops & terra dicta fuit, q̃ ſit dea telluris, q̃ & ueſta dicitur. ꝓpter quod curru uehi a poetis fingit, quia terra pendet in aere, & rotis ſuſtineri, q̃a rotatur, & ſemper uoluitur mundus. Mater deũ, quia omnia gignit. Et mater alma ab alendo. Et mater Phrygia a monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma uocant. In eo ſacra ſibi per corybãtes inſtituit, a quo dindyme, & dindyme ne a nonnullis uocatur, Et Berecinthia a monte Phrygiæ, qui βερέκυνθος appellatur. Et Pales q̃ ſit pabulo; dea. Rhea ἀπὸ τ̃ ῥέω fluo, q̃ terra affluens ſit oĩm rer. Dicta eſt & Idæa, & Phrygia, & Peſſimuntia, de qua Clau. Turrigerãq̃ petit Cybelem ſinuoſa draconum. Mar. Et Cybeles picto ſtat corybante tholus. Ex Apulei ſententia eadem erat dea Cybele Bellona, & Iſis. Q̃ñq̃ metri gratia ſcribitur per duplex ll. & fit cybelle bacchius pes ex prima breui, & duabus longis. Proper. Vertice turrigero iuxta dea magna cybelle. Luca. li. i. Et lotam paruo reuocant Almone cybellem.

Cybeleios, a. um. poſſeſſiuum a cybele, ut tympana cybeleia apud Martianum.

Cybiũ piſcis genus, q̃d ita ſciſſum ẽ, ut mediũ eiꝰ æque pateat in oẽs partes ad ſimilitudinẽ teſſeraꝝ. Pli. lib. xxxii. Cybium eſt conciſa pelamis: Cybia etiam dicũtur ſalſamenta macra. Vide in Horæum.

Cyborium genus pomoꝝ alexandrinoꝝ. Hor. Obliuioſo leuia maſſico cyboria. Acron. Cyboria Alexandrina poma, quæ habent ſimilia colocaſiis folia, in quorum ſimilitudinem facta pocula eodem nomine appellantur, aut certe pro cibis poſuit, tanq̃ cibum poculis compenſaret. Cyborium quoq̃ nunc dicitur ſtructura quædam altare cooperiens, qualia multa Romæ a ſummis pontificibus extructa fuere. Vñ ſcribit diuũ Gregorium feciſſe ad beatũ Petrum ſuper altare cyborium, cũ columnis quatuor ex argento puro.

Cyclas, adis. ueſtis fœminea rotunda, Nã græci κύκλος circulũ, καὶ κυκλόω circũdo dicunt. Iuue. Hæ ſunt q̃te nui ſudãt in cyclade. Et uideẽ ueſtis tenuiſſima explicatilis, & ſpacioſa. Prop. Et lõga cyclade uerrit humũ.

Cyclades pe. cor. inſulæ in Ionio mari, quibus aborru ſolis Ægeum mare eſt, ab occaſu Myrtilum occupant ad ſeptuaginta millia. Dictæ cyclades, ꝓ in cycli formam diſponantur. Nam a promontorio Gereſto, circa Delum in orbem ſitæ ſunt. Alii dicunt uocari cyclades, non quia in rotunditatem ſitæ ſint, ſed ꝓ longo ordine eas circũire neceſſe ſit, propter promontoria, unde & Virgi. Sparſaſq̃ per æquor, dixit, cyclades. Sunt autem numero quinquaginta tres.

Cyclus rotundum ſignificat quaſi circulus. Cycli erant Athenis loca, ubi aliqui uenibant, Id aũt nomẽ eſt tractũ a circulari circunſtantia uendendoꝝ. Quare Menander ait. Itaq̃ ego mihi uideor per deos ĩmortales uidere, me ipſum ĩdutum currere circum, ac uenire.

Cyclopes pen. pro. gigantes ſeu reges antiquiſſimi in Sicilia iuxta Aetnam uno oculo in fronte. Cyclops quaſi

quasi circularis oculus, κύκλος enim rotundum, & circulum dicit ὠφ oculum.
Cycnus, latine holor, auis candida anſere maior, argutā uocē habens, & cū ad mortem peruenit, maximo dolore angit, adeo ut flere uideat. Oui. Dulcia defecta modulat carmina lingua Cantator cycnus funeris ipſe ſui. Fuit aūt cygnus Phaethontis amator. Poſt illi⁹ interitū, diutino fletu in hanc auē mutatus eſſe dicit in fabulis. Fuit inſuper cygnus filius Martis, uñ Heſiodus in aſpide. ἔνθ' ἦτοι κύκνος μὲν ἐποτρυνέος υἱὸς ἔην, κτεινόμενος μεμαὼς ὀκὲ βάλε χάλκεον ἔγχος.
Cycneus, a. um. ut uox cycnea, quæ eſt cycni. Aliquando cycneus dicitur candidus,
Cycnologo, is. apud Martianū ponit p dulciter canens in ſimilitudinē cycni, qui moriturus amœne canit.
Cydarum pe. cor. genus nauiculæ.
Cydon inſigne Cretæ oppidū, a quo malū cydonium, pomū, quod dī cotoneū. Pli. His proxima amplitudine mala, quæ uocamus cotonea, & græci cydonia ex Creta inſula aduecta. Serenus. Aut quæ poma Cydon cretæis miſit ab oris, Inde cydonitem appellat Palladius cibum, ex cydoniis decoctis, & melle confectum, cotonatum uulgo dicitur. Eſt & cydon nomen uiri proprium, & Cydones populi cretenſes,
Cydonitis pe. pro. cibus ex cydoniis cotonatū dicitur.
Cydnus fluuius Ciliciæ, q Tharſum apoſtoli Pauli urbem diuidit, cui⁹ aqua cōtra podagras, teſte Pli. ualet. A tauro ortū habet, ut inqt Stra. ab undarū colore ſic dictus. Nā quicquid candidū eſt Syrii cydnū uocant.
Cylydros genus ſerpentis ex κυλέω uoluo ὕδρος ſerpens, quaſi uolubilis, p eundo ſæpe ſe inuoluat.
Cylindros, columnella lapidea rotatilis, qua rei ruſticæ ſcriptores areā æquari iubēt. Vir. Area tū primū ingēti eſt æquanda cylindro. Cato. Areā, ubi frumentū teratur ſic facies. Confodiat minute terra, amurca bene cōſpergat, & cōbibat plurimū, cōminuto terrā, & cylindro, aut panniculo coæquato. Tractū nomen ἀπὸ τοῦ κυλίνδω. i. a uoluendo. Præterea cylindrus dī oñe quod rotatu facile eſt. Cic. de fato. Sed reuertat ad cylindrū & ad turbinē ſuā, q moueri incipere, niſi impulſa non poſſunt. Id aūt cū accidit ſuapte natura, quod ſupeſt, & cylindrū uolui, & uerſari turbinē putat. Sūt & cylindri lapides teretes, hoc eſt oblongi, atq uolubiles, quibus mulieres, & donabant, & ornabant. Pli. li. ul. de beryllis, q mira longitudine placebāt, ait, ideo cylindros quidam ex his facere malunt, q̄ gemmas, qm̄ eſt ſumma cōmendatio in longitudine. Ex qbus uerbis colligitur cylindros oblongos eſſe, gemmas uero quadratas, aut rotundas. Soli. ſimiliter inqt. Indici reges hoc genere gemmæ in longiſſimos cylindros amant fingere. In qua ſignificatiōe quidam chelydros ſcribi debere putant, quaſi genus illud ornatus ſimile eſſet ſpiris ſerpentium, quos chelydros appellant.
Cylindraceꝰ, a. um. qd eſt factū ad ſimilitudinem cylindri, hoc eſt teres, & oblongum, Pli. ſcribit ſiliquas piſo qd genus leguminis eſt, cylindraceas eſſe. Et Anaximander dixit terram eſſe formæ cylindraceæ.
Cyllenius Mercuriꝰ dictus eſt, p oēm rem ſermōe ſine manibꝰ cōficiat, qbus partibꝰ corpis q carēt κυλλοί. i. mutilati, uulgo ſtrupiati uocant, iō q̄dratū eū fingūt.
Alii uolūt p in cyllenia uia ſit enutritꝰ. alii p in mōte arcadiæ cyllene. Alii p a cyllene ſit nympha educatꝰ.
Cylindroides uocatur figura columnæ quæ iacitur.
Cylix græce poculum, & calix latine dicitur.
Cyliſma. atis. uolutabrum, uolutatio.
Cyllene mons Arcadiæ, ubi enutritus fert Mercurius.
Cymatia dicūt ea quæ in quadratura extāt per quattuor partes, ſicut menſæ quadræ fieri ſolent.
Cyma, æ. fœtus, partuſq braſſicæ, quaſi κύημα, qd fœtū ſignificat. Celſus. Mali eſt ſucci braſſica, magiſq ēt cyma eius. Pli. li. xx. Ex oībus braſſicæ generibus ſuauiſſima eſt cyma, ſiue quyma, & ſi inutilis habet. Colu. Maior pars eius braſſicæ in cymā proſilit. Cymata etiam dīr hæc a Colu. quæ uere proximo poſt primā ſectionem a caulibus colliguntur, uel ut alii dicunt, tenuiores cauliculi. Cyma etiam oppidum eſt Æolicum.
Cyma, tis. latine dicitur unda. Et id quod ē caulibus colligitur ſicut modo dictum eſt.
Cymatilis ueſtis illa dī quæ inſtar undarū fluctuat, ab undis, & fluctibus q̄ cymata noīant. Nā cymatilis ex eo nomen accepit, p fluctuū ſimilis, & textura ipſa fluctus imitetur, qualia hodie ueſtimenta ſymbalota nominant, quæ magis cymalota dici debent.
Cymba genus nauis. Iuuena. Atq una tranſire uadum tot milia cymba.
Cymbiū genus poculi uinarii proceꝛ, ac cymbæ ſimile q̄ græce κύμβη dicitur. Vir. li. iii. Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte. Videturq diminutiuū a cymba. Alii Cymbiū, quaſi ciſſimbiū per ſyncopen dici uolunt a ciſſos hædera, p ex ligno hederæ fieret, Sed & Apuleio Cymbium dī, qd latine Seruius ſitulā uocat.
Cymbalum inſtrumētum muſicum, quod in ſacris matris deum cum tympanis habebatur.
Cymbaliſtæ, q pulſant cymbala, ſicut tympaniſtæ, qui tympana pulſāt. Apul. de deo ſocratis. Barbara ātſtrepitu cymbaliſtarū, & tympaniſtarū, & choraularum.
Cymei, ſiue cynei a Cyno Locroꝛ oppido. Vñ in Var. Cynicus antigonus mēdoſe legit p cymeus, cyneuſue.
Cyminus pe. cor. Hetruriæ lacus eſt monti ſuppoſitus De quo Virgi. li. vii. Et cymini cum monte lacum.
Cyminum pe. pro. quod nos y. in u. uertentes cuminum dicimus. Eſt autem cyminum, & ſatiuum, & ſyluēſtre, quaternis, aut quinis foliis, ueluti ſerratis, multis ægritudinibus magno uſui, ſed pallorē bibentibus gignit. Perſius. Et pallentis grana cymini.
Cymodoce pe. cor. dicta p undas maris q̄ſcere faciat.
Cynethiū, ut ſcribit Diony. li. i. antiq. eſt ciuitas in Arcadia, ab Æneæ ſocio ibi uita functo, ſepultoq, Hic Cynethæ, ſiue cynetenſes populi, quos tñ alii a Cynetho Lycaonis filio putant appellatos.
Cynos, latine canis. Quo noīe ēt dicta eſt ciuitas in Locride. Liui. li. viii. iii. deca. Cynū Locridos emporium. Ptol. in Locride Cynos & calliaros. ἐυθεῖα κύων κυνός.
Cynici pe. cor. cuiuſdā ſectæ philoſophi, cuius principes Antiſthenes, Hercules, & Diogenes fuere, ſic dicti, uel a Cynoſarge gymnaſio, ubi uerſabat Antiſthenes, uel a κυνὸς canis, quaſi canini, q a eſſent in cauillis, caſtigationibuſq more canum mordaces contra uitia, uel quia obſcœnitate, licentiaq ſermōis rabiē quandā caninam repræſentarent. Vel p nequaq, ut canes adula

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rent, sed orõne ac gestu in delinquentes inuehrent.
Cynegetica dñr uolumina de uenatione conscripta, κυνηγὸς καὶ κυνηγέτης uenator. Flauius uopiscus refert olympium nemesianum scripsisse cynegetica.
Cynocaumata, latine æstus caniculares quibus canes potissimum aguntur in rabiem.
Cyniphs, siue Cyniphos fluui⁹ Aphricæ, a quo & regio eo nomine dicta est in qua maximi sunt hirci. Hinc
Cynipheus, a:um. ut Virgi. li. iii. Geor. Cyniphei tondẽt hirci. Dicitur & Cyniphius, ut grex cyniphius. i. grex hircorum, & Cyniphia pellis hircina, Martia. de Vndonibus. Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti Cyniphio poterit planta latere sinu.
Cynopus, canis pes, genus piscis:
Cynops uero canis oculus.
Cynosbatos latini dicunt sentẽ canis, dĩ & cynacanthe.
Cynacanthe arbuscula, q̃ acinos, ueluti uuæ producit, latini caninã sentem, & uulgo uuã spineam noĩant:
Cynanche a canibus dicta, quos infestat, p̃focatio est nocturna maxime, pituita crassa, & lẽta in fauces, cer uicesq; delata ἀπὸ τοῦ κύων, καὶ ἄγχω quod est angere: A quo & angustus, & angor, & angiportus.
Cynomyia. musca canina κύωνκυνὸς canis μυῖα musca, quæ sanguinem ab animalib⁹ exugit. Hæc præcipue canum auribus insidet, & uulnerat eas.
Cyniphs, is. pe. cor. musca minutissima, lõgis cruribus in capite habens rostrũ, quo perforat pellẽ hominis. Nascitur ex humore, & iuxta aquas abundat.
Cynopolis, pe. cor. canũ ciuitas, in qua Anubis colitur & honor, & sacer quidam cibus est canibus cõstitutus. Ab hac cynopolitana præfectura appellata est. Qui in ea habitant Canarii dicuntur. (put dicitur.
Cynocephalea, herba canino capiti sĩlis. Nã κεφαλὴ ca
Cynocephali, pen. cor. bestiæ similes simiis, p̃ter capita canina, in Æthiopia, uiolenti ad saltũ, feri morsu. Aug. li. xvi de ciui. dei. Quid dicã de Cynocephalis, quoꝝ ca nina capita, atq; ipse latratus magis bestias, q̃ homes confitent. Pli. li. vii. Gens menisminoꝝ appellata animaliũ, quæ Cynocephalos uocamus, lacte uiuunt.
Cynoglossa herba, quæ dicitur lingua canis, γλῶσσα enim lingua dicitur.
Cynorhodos, pe. cor. rosa syluestris, id est canis rosa, sic dicta, quia eius radix ad morsum canis rabidi unicũ remedium, oraculo quodam compertum fuit. Quidam dicunt esse lilii genus rubens.
Cynosorchis, quasi caninus testis, herba, quæ & orchis, & cynosarconia dicitur foliis oleæ mollibus ternis.
Cynosarges, gymnasiũ a quo cynica secta, ut inqt Laer.
Cynosura pe. pro. canis ura. i. cauda, & minor ursa dĩ. Luca. lib. ix. Te segnis cynosura subit, tu sicca, pfundo mergi plaustra putas, Sũt aũt duæ arcti quaꝝ una dĩ maior ursa, quã græci helicẽ dñt, altera mĩor ursa, Cynosura a græcis dcã. Nã ppñ græciæ illã notare soliti. Hãc Sidonii aspiciẽtes cõtinue nauigãt. Oui. esse duas arctos, quaꝝ Cynosura uocat Sydoniis, helicen graia
Cynosema græco sermone dĩ canis (carina notat. sepulchrum. Quo ẽt nomine est dictus tumulus Hecubæ uxoris Priami, quæ ex dolore impatibili post cladem exitiũq; patriæ, ac suorum in canẽ conuersa fert. Pli. Cynosema ita uocatur hecubæ tumulus.
Cynthus deli mons, sed & ipsa quandoq; delus dicta est a cyntho Oceani filio, ut ait Stepha.
Cynthia Diana dicta a Cyntho mõte in Delo insula in quo nata cũ Phœbo est. Vñ & Apollo Cynthius, & a quo ipsa insula Delos Cynthia uocata est, Qui mons tantæ celsitudinis fertur, ut umbra sua totius insulæ ambitũ tegat. Cynthia ẽt locus Romæ, ubi cynthoꝝ monumentũ fuit, Et a Diana Proper. amicã suã Cynthiã, ob pulchritudinẽ uocauit, q̃ pri⁹ hostilia uocabat
Cypseli aues, quæ & hirundines dictæ ex eo, q̃ nidum specie cypseli. i. cistellæ ex luto fingunt. Fuit & cypselus tyrannus apud Corinthũ, etiam a cistula nomẽ acceptũ, quã græci cypselon uocant, in qua delituit occultatus a matre, cum ad perniciem uestigaretur.
Cyphi genus suauissimi odoris. Hie. Odoris aũt suauitas, & diuersa thymiamata, & amomũ, cyphi, cenãthe muscus, & peregrini muris pellicula, q̃ dissolutis, & amatoribus cõueniant, nemo, nisi dissolutus negat.
Cypariss⁹ fuit nomẽ pueri Telephi filii, quem Apollo amauit, postea in sui nominis arborem conuersi. Cypareiss⁹, & per synerẽsim cypress⁹, deinde conuersione y. in u. cupress⁹ dicitur. Virgi. Aereæ quercus, aut coniferæ cypariss⁹. Idem. Et teneram ab radice ferẽs Syluane cupressum. Dicta cypariss⁹, q̃ corpus eius a rotunditate in aerẽ erigit. Vnde & conos dicitur alta rotunditas, & fructus eius conos appellatur. Hæc arbor natu morosa est, & Plutoni sacra, q̃n succisa non regerminat. Ideo funebri signo ad domos defunctoꝝ illam posuere maiores. Petro. in Saty. Gaudent feralli circum tumulata cupressu. A cypariss⁹ fit cypariss⁹nus, & a cupress⁹ cupressinus deducitur.
Cypiron, pe. cor. gen⁹ est herbæ palustris seu iunci, quæ
Cypirus alia herba est, quæ gladiolus (& cyperus. dicitur, radice bulbosa, & odore uicino nardo.
Cyperis, pe. cor. herba indica gingiberis effigie, commanducata croci uim reddens.
Cyprus, insula in Carpathio mari inter Ciliciam & Syriam, diues, luxui dedita. Vñ & Veneri sacra. Hora. Sic te diua potens Cypri. A cypro urbe in ea sic appellata In ea mercatus erat quondã nouem regnoꝝ sedes. Vrbes in ea p̃claræ Cythera, a qua uenus cytherea dicta est, Paphos, palæpaphos, & Salamina, Hæc inter maiores nostri maris insulas primũ locũ sibi uendicat. Cuius septentrionales partes Tracheæ Ciliciæ opposit⁹ sunt. Ibiq; continenti proxima est. Orientales iss⁹ nui. Occidentales pamphilicũ alluit pelagus. Hausti les Ægyptiũ. Ambitus insulæ triũ miliũ quadringentorum ac uiginti stadioꝝ. Hanc q̃q; Citieam uocãt ab urbe Citio. Vnde Zeno, ut inquit Cirillus. Quandoq; Cerast⁹, siue cerastiada, q̃n promontoriis multis quasi cornibus infestis assurgat. Q̃q; etiam Spheceam & Meionida. Præterea Cyprus dicitur uua florens, & species q̃dam extrinsecus uirgulti in Ægypto ferens ẽt floridum quendam fructũ in modum floretis uuæ prolatum. Sed uidetur magis, ut inquit Hier. ad fructũ uitis respicere cum dĩ in canticis. Botrus cypri fraternus meus mihi in uineis ingaddi. Pli. lib. xii. circa finẽ dicit arborem odoratã in ægypto foliis, & semine simílẽ coriandro. Coquit̃ in oleo & exprimit̃.
Cyprius, a. um. nomen possessiuũ a cypro insula: Vnde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tres paruæ insulæ huic, ppinquæ cypriæ noiant. Et Venus cypria, q ei primũ in cypro templũ sit constitutũ Vel quia parietibus pfideat. Nã græce κυεῖν parere est. Fuit et Romæ uicus noie Cyprius, q ibi Sabini bono omine confederunt. Nã Cypriũ Sabini bonum dicũt.

Cypricus, a.um. similiter nomen possessiuũ a Cypro.

Cyprianus nomẽ uiri, ppriũ, filĩ a Cypro insula deductũ.

Cyprinum pe. pro. quod & Cyprus dicit unguentum regale. Vnde in canticis scribit. Cypri cũ nardo, nardus, & crocus fistula, & cinnamomũ, cũ uniuersis lignis libani. Nascit in multis locis, sed in Cypro insula odoris suauitate præstat, ideo Cyprus est appellata.

Cyprinus genus piscis, de quo Pli. & Aristoteles.

Cyprogenia, dicuntur quæ sunt ex Cypro genita.

Cyprium æs dicitur, quod uulgari usu nominatur cuprium, unde cuprini claui.

Cyrcerũm pe. cor. nauis asiana prægrandis. Plau. Cum percunctor portitores, & quæ nauis uenerit ex Asia, negant uenisse. Conspicatus sum interim cyrcerum, quo maiorem non censeo.

Cyrene, es. & Cyrenæ tm̃ pluraliter, pe. pro. oppidũ Libyæ inclytũ, potensq; conditũ a Batto Laconico quẽ Callimachus progenitorẽ suũ fuisse tradit. Ab hac Cyrene tota libya Cyrenia dicta est, a Cyrene, q & cyrenia, uirgie Penei regis Arcadiæ filia, quã rapuit Apollo e mõte pelio, & in Aphricã, q uergit in Ægyptũ transtulit, ex qua filios suscepit q̃tuor. Aristeum Nomiũ Anteum & Argũ. Hanc regionẽ Pli. appellat pentapolitanã, a nũero quinq; urbiũ, qbus maxime inclyta est, q̃ hæc sunt noia Berenice, Arsinoe, Ptolemais, Apollonia, ipaq; Cyrene. Scribit Sal. Cyrenẽses magnũ & diuturnum bellũ gessisse cũ Carthaginensibus de finibus agroꝝ. Est & Cyrene nomẽ urbis in Cypro insula, quã Cyrus cõdidit, ex qua natũ putant Simonẽ patrẽ Alexandri & Ruffi, ut est apud Euang. Augu. li. de pastoribus, scribit Simonem cyrenæum, q angariatus est, ut Christi crucẽ tolleret, fuisse aphrum, & hãc Cyrenem Aphricæ contiguam esse. Ex Cyrene Libyæ natus est Hegesias philosophus, de quo Cice. li. i. Tuscu.

Cyrenaicus, a, um. ut regio cyrenaica, & philosophia cyrenaica, quã Aristippus socraticus cyrenẽsis instituit.

Cyreneus, a. um. quod est ex Cyrene, ut homo cyreneus qui natus est ex cyrene.

Cyrenensis similiter ut homo Cyrenensis.

Cyrnus, græce κύρνος insula est i mari Ligustico, quam latini Corsicã dicunt. Dicta cyrnus a Cyrno Corsicæ rege, prius Teranne noiata, qa ibi terannei ppli thessaliæ habitauerũt, longa pass. cl. millia, lata maiore ex parte. l. Circuitu. cccxxii. milliũ, distans a uadis Volaterranis. lxii. millibus passuũ. Hinc Cyrneus. a. um, Vir. Sic tua Cyrneas fugiant examinos taxos.

Cyrnea uasis uinarii genus. Plaut. Cadus erat uini inde impleui cyrneam.

Cyrnii sunt ppli q lõgissimo æuo utunt̃ a Cyrno insula.

Cyrrha iugũ Parnassi montis Bœotiæ. Mar. Quid tibi cum Cyrrha, quid cum permessidos unda?

Cyrrhea uero urbs in Helicone iuxta Nysam. Luc. Sed mihi iam numen, nec si te pectore uates Accipiam, cyrrhea uelim secreta mouentem Sollicitare deum, Bacchumq; auertere Nysa.

Cyrios latine proprius authenticus dominus. Vnde Cyriacus proprium nomen.

Cyrus primus ex regibus Persaꝝ fuit, ut Iusti. li. i. scribit q deuicto Astyage ultimo Medoꝝ rege imperiũ Medoꝝ trãstulit in persas. Et subacta Asia totũ orientem in ptãtem redegit. Postremo cũ bellũ scythis ituliss̃et eosq; clade magna affeciss̃et Tomyris eo tpe scythaꝝ regina cõpositis insidiis ducẽta milia persaꝝ cũ ipso rege trucidauit, ita ut neq; nũcius tantæ cladis supfuerit. Caput Cyri amputatũ in utrẽ humano sanguie repletũ cõiectũ fuit cũ hac exꝓbratiõe. Satia te sanguie

Cyrrus nomen duoꝝ fluuioꝝ, quoꝝ un⁹ (quẽ sitisti, Armeniæ & Iberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaso. Alius est in Media.

Cyrrestica regio a cyrro dicta est, ubi Cyrrestis dea colebatur, quam Mineruam interꝓtantur.

Cyrphis, rupes quædam Parnasi montis.

Cyssus genus hederæ, q̃ sola sine adminiculo stat, a græcis orthocyssos dr̃. Quo et noie uocatus ẽ fluui⁹ qdam

Cytheron pe. pro. Vide in dictione Cythera.

Cytisus pe. cor. genus fruticis inter cãpos & syluas, ouiũ pabulum quod lac auget, ut philosophus li. de animalibus. iii. scribit. Inuẽtus primo in cytisso insula, ut ait Plinius, Inde translatus in oñes cycladas, & urbes græcas. Col. lib. iii. Cytisum, quem græci aut zeas, aut carnicin, aut trifarin uocant, q̃ plurimum habere expedit, q gallinis, apibus, ouibus, capris, & omni generi pecudum utilissimus est. Idem libro decimo. utraq; cytisus. Est enim satiuã, & altera suæ sponte.

Cythoris nomen meretricis nobilis, quo tempore Origo, & Arbuscula meretrices fuerunt.

Cytorus pe. pro. mons in Asiatica regione, quæ paphlagonia nuncupatur. In eo buxus plurima nascebatur. Vnde buxifer a Catullo dicitur. Virgi. Et iuuat undã tem buxo spectare cytorum. Fuit & Cytorus siue Cytorum ciuitas, Sinopensium emporiũ a Cytoro Phryxi filio condita, & appellata, ut testatur Strabo.

Cytinus flos satiuæ punicæ, ut balaustum syluestris, ut est apud Dioscо. Plini. uero cytinum interpretatur pomum ipsum immaturum & primum partum ei⁹ flo rere incipientis, flores uero ipsos in ipso Cytino erumpentes Balaustia naturæ astringentis. Solet tamen appellatio hæc, & ad alia quoq; genera congruere. Dioscо. Apollinaris herbæ flores cytinos appellauit.

Cythnos insula una ex cycladibus, a cythno primo habitatore sic appellata. Alio noie Ophiusa, ac dryopis Hinc Cythnius, a. um. possessiuum, ut Timanthes pictor Cythnius dictus est.

Cytheris nomen fuit libertæ Volumnii, quam Gallus amasse dicitur, Vir. eam Lycorim nominat.

Cythera pe. pro. tm̃ pluraliter, sicut hæc Solyma & Araxata, insula veneri cõsecrata contra Cretã, in quam primũ delata est Ven⁹. Vñ Cytherea dicta. Festus scribit Cythereã dictã uenerem ab urbe Cythera, in quã primũ deuecta dicitur concha, cum in mari esset concepta. Solinus Cythream appellat a Cythero Phœnicis filio. Hanc insulam porphyrusam a præstantia purpuraꝝ Aristoteles uocat. Sed porphyrida Plinius.

Cytheriacus, a. um. nomen possessiuum, ut nectar cytheriacum quod pro suauitate uenerea ponitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cyzicus,ſiue cyzicum pe.cor.ſiula in propontide,duo/
bus pontibus coniuncta continéti,habens urbé eiuſdé
nois,mœnibus arce,& turribus marmoreis, cui nomé
indidit Cyzicus rex,quem Iaſon p imprudentiá inter/
emit.Oui.li.i.Faſt. Hinc propontiacis hærentē Cyzi/
con oris,Cyzicon Aemoniæ nobile gentis opus. Fuit
hæc ciuitas magnitudine & pulchritudíe cum primis
Aſiæ urbibus cōparanda,paci & bello apta,tribus ar/
mamentariis inclyta.,quoꝝ aliud armorum,aliud in/
ſtrumentoꝝ, aliud frumenti erat receptaculū. Huius
habitatores Cyziceni appellant. Verum Pius papa in
Aſia,hanc cyricum appellat,nō cyzicū. Et de Cyzico
ſic ſcribit. Nunc qd Cyzicus ſit nobis non ſatis conſtat
adeo claritatem rebus adimunt tēpora,& nos homun
ciones diuturnam quærimus in hoc ſæculo gloriam,
quam potiſſimæ ciuitates retinere non potuerunt.

Cyzicenus Athenienſis phūs in Mathematica, & in cæ
teris ſcientiis excellentiſſimus, p̄cipue in Geometria.

D Litera quandoq; pro th aſpirato ponitur,ut theos de
us. Qñq; conuertitur in b. ut quod
olim duellum, nos iam bellū dici/
mus. Et duellona Bellona. Qñq; in
Lut a ſedeo, olim ſedda dicebatur,
quæ nunc ſella. Quádoq; in r,ut meridies ab eo, quod
eſt medius dies. Interponitur nonnunq; in cōpoſitis
hiatus prohibēdi cauſa, ut in prodeſt,redarguo. Sub/
trahitur,quando ſequens ſyllaba ab s. cum alia conſo
nante incipit,ut aſcendo,aſpicio.Quando autem con
uertatur in alias literas dictum eſt ſupra in ad.

D ante A

Dacia per c. regio i Scythia, quam q̄dam Thraciæ par
tem quidam conterminā dicūt. Alii prouinciā citra,
& ultra Iſtrum eſſe autumant.Hæc ut Pli.& Ptole.ſcri
bit,a Septentrione parte Sarmatiæ,a meridie Danu/
bio terminatur,quam nonnulli Valachiam magnam
eſſe uoluerunt, Cuius populi Daci,& Dacæ dicuntur,
qui olim Stra.teſte Daui appellati ſunt. Ex quo apud
Athenienſes Dauorum noīa ſeruilia plurimum abū
dabant. Hinc factum eſt ut in comediis ſerui introdu
canē Daui noīati,qui alio nomine Gethæ dicti ſunt.

Dacus,ca. cum, quod eſt ex dacia, Spartianus. Ad bellū
dacum Traianum familiarius proſecutus eſt.

Dacicus pen.cor.dictus eſt qui Daciā uicit, ſicut a Ger/
mania,germanicus. Iuue. Cum lance beata Dacicus,
& ſcripto radiat Germanicus auro.

Dactylus pe.cor.a latinis dicitur digitus. Ad cuius ſimi
litudinē metri pes uocatur.Item dactyli caricæ.i. fru/
ctus palmæ.Apiti9.Et croci dragmæ ſingulæ dactylo
rum oſſibus torridis quinq;, his deniq; dactylis nunc
mollitis eſt. Eſt & dactylus uuæ genus in lōgum por/
rectæ,quæ a Colu.dactylides dicuntur uuæ.

Dactylides uocantur uuæ a digitali gracilitate,

Dactylion græci annulum dicunt a digito, qui græce
δάκτυλος dicitur. Vnde & Dactylotheca pro annulo/
rum repoſitorio.

Dæmon,latine ſciēs dicit,a δαίω quod eſt itelligo ſcio.
Aug.li.ix.ci.dei.Dæmones dūr,qm̄ græcum uocabu/
lū eſt ob ſcientiā nominati. Noſtræ religiōis lr̄oīes ap
pellant ſpūs in cœlo a deo creatos, q de cœlo dereĉti,
partim in terræ infimo, partim in hoc aere damnati
ſūt. Euſe.uero ſic habet.Dæmones ſi nominis ptātem
dicere licet,nō quia dæmones ſint, qđ latine ſciētes di
cere poſſumus, ſed qa dimænin ſoleant pulcherrime
appellanē.Id aūt latine tūm timere, tum terrere ſigni
ficat.Græci ēt dæmonas uocant deos,puta genios,qm̄
minus lucidæ ſplendentiſq; naturæ, quā illi cœleſtes
probātur,latini medioximos dicūt. Hinc Eudæmon
& Cacodæmon pro bono & malo dæmone. Dæmon
etiam animus humanus dicitur in corpore ſitus.

Dæmonium,idem quod dæmon,a quo dæmonioſus.

Dæmonioſus dicitur,qui a dæmonio poſſidetur,Vnde
de apoſtolo Thoma ſcribitur,q̄ dæmonioſi liberabā
tur.Idem ſignificat dæmoniacus.

Dæmogorgon,latine dī deus terræ. Nā dæmon deus,ut
ait Lact.Gorgon terra ſeu potius ſapientia terræ,cum
ſæpe dæmon ſciens,uel ſapientia exponatur.

Dædalus pe.cor.dici pōt ingenioſus.Quo noīe dictus ē
Athenienſis faber egregius, Icari pater,qui ſerrā aſciā
ppendiculū,terebrā,glutinū,lithocollā iuenit,malūq;
& antennā naui impoſuit.Hic accuſatus, q̄ Perdica ſo
roris filiū interemiſſet,iudicii metu in Cretā fugit,ubi
Labyrinthū fabricauit, ubi Minotaurus includeret,
opus portētoſiſsimū humani ingenii. Dict9 Dædalus
(ut qdā exiſtimant) ἀπὸ τ̄ δαιδάλλειν,quod eſt uariare,
ꝓpter qđ græci δαίδαλον uariū dicunt. Et Lucre.terri
ob reꝝ, artificiorūq; uarietatē dædalā noīat. Ennius
ſimili modo Mineruā. Vir.Circen. Plau. Logodæda/
los uocauit, q dolū colunt ſermonis ornatu. Ad uer/
bum aūt transferri poteſt ſermonis uariator.

Dædala,orū.urbs Lyciæ,a mōte lyciæ,ſeu a Dædalo ibi
ſepulto,quē coluber aquaticus ex amne Nino in palu
dē,in quā Dædalus cōmeabat,egreſſus momordiſſet.

Dæmonicus,a.um,quod eſt dæmonis. Lactan. lib.iiii.
in fine. Sed illi dæmonicis fraudibus irretiti diuinum
nomen cultumq; perdiderunt.

Dalmatia regio Illyrica, contermina Liburniæ uerſus
occaſum,a q̄ dalmatæ dicti ſunt populi,q ut Apianus
ſcribit, domiti ab Auguſto fuere. In ea Iadera ciuitas
inſignis reꝝ abundantia, & Raguſiū olim Epidaurus
dicta.Dalmatæ utebantur chirodotis,quæ ſunt ueſtes
manicatæ,colore quem hodie dalmaſcum uocant.

Dalmaticus,a.um.poſſeſſ.Sue. Externa bella duo per ſe
geſſit,dalmaticū adoleſcens adhuc,& cantabricum.

Dalmaticatus dalmataꝝ ueſtibus indutus. Lampri.in
commodo.Dalmaticatus in publicum proceſſit.

Dama genus capræ ſyluestris,tam maſc. q̄ fœ.generis.
Virgi.Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.
Mar. Dente timetur aper,defendunt cornua ceruum.
Imbelles Damæ,quid niſi prædaſumus?

Damula pe.cor.diminutiuum parua dama.

Damaſcus urbs nobiliſſima, caput Syriæ.

Damaſcena pruna a Damaſco,ut inqt Pli.lib.xv. dicta

Damon nomen phi pythagorici,q cū phy (ferunt
thia arctiſſimo amicitiæ uinculo conſtrictus fuit.

Damocles nomen proprium unius ex aſſentatoribus
Dionyſii.

Damœtas cū diph.œ. nomē paſtoris de quo Vir.ibus.

Damnum

Damnum,a demptione,quaſi diminutiõe, cum minus de re factum eſt,quam quanti conſtat.

Damnoſus,a.um.quod eſt cum damno.Colu.li.i. Quod &ſi per partes nõnunq̃ damnoſum eſt, i ſumma tamẽ compendioſum. Aliqñ ſumitur actiue,ut res damnoſa,quæ damnum infert. Aliqñ paſſiue, ut apud Plaut. in Epi.Damnoſo ſene pro eo qui damnum ſubeat.

Damno,as. dãno afficio. Vñ indemnis, q̃ nullo afficit dãno.Sed cũ de peccato,uel de peccati pœna agit,qñq̃ abltõ,qñq̃ gtõ iungit.Cic.li.iiii.ad Her.Maiores nri, ſi quã unius peccati mulierẽ dãnabant, ſimplici iudicio,maleficio q̃ multo q̃ conuictã oportebat.Quo pacto? Qñ quã impudicã iudicarant,eã ueneficii quoq̃ damnatã exiſtimabant.Et li.i.Tuſc.Sed plurimi contra nituntſ,aiosq̃ quaſi capite dãnatos,morte mulctãt Qñ uero nõ apponit p̃ciũ uel peccatũ,pœnaq̃ peccati,actõ tñ iungit,& ſignificat culpo.Hie.in Præfa.Penta.Quid igit dãnamus ueteres? minime, Sed poſt priorum ſtudia in domo dñi, quod poſſumus laboram9. Ci.li.iiii.Tuſc.Rex natura,q̃ errorẽ dãnare uoluim9. Interdũ dãnare accipit pro exhæredare,.Vñ e duobus filiis alterũ hæredẽ inſtitutũ,alterũ damnatũ legimus. Interdũ pro cõpellere, obligare, & neceſſitate aſtringere.Ter.Tuus damnatus gnatus, nõ tu.Interdũ pro liberare. Virgi.Damnabis tu quoq̃ uotis. Et eſt tranſlatio,quaſi,ut damnati cõpellunt maleficiis eorum pœnas luere,ita tũ uotis ſupplicũ cõpelleris eos exaudire Huius compoſita ſunt.Cõdemno & prædamno,quod eſt añ damno.Liui.li.iiii. Totam culpam eius temporis in prædamnatũ collegam transferentẽ oẽs tribus abſoluerunt.Lact.lib.v. Nec prædamnari quenq̃ incognita cã licet . A participio dãnatus fit compoſitũ , Indemnatus, qui indicta cauſa i. non defenſa, aut incognita, damnatus eſt.Sal. Hi primo cœperẽ quenq̃ peſſimũ,& oĩbus inuiſum,indemnatum necare. Ali quando indemnatus,dicitur non damnatus. Liu.li.ii. Eum indemnatũ indicta cauſa non debere uiolari.

Dan uicus eſt, in quarto a Paneade militario euntibus Tyr̃,q uſq̃ hodie ſic uocat, terminus Iudææ,quinciæ cõtra ſeptentrionẽ.De quo & Iordanis flumẽ erũpens ꝫ loco ſortitus eſt nomẽ.Ior q̃ppe piſpon.i. fluuiũ, ſiue riuũ Hebræi uocãt.Eſt ẽt Dan nomẽ patriarchæ, a quo tribus & locus in quo habitauit Dan noiatus eſt.

Daniſta fœnerator,creditor.Plau. Morigerus eſt mihi daniſta,q de me argentum non petit . Dictus daniſta a dãdo, q̃ det fœnori, uel a græco δανίζειν qđ ẽ mutuare.Daniſticus fœneratori9.Daniſma mutuũ,uſura

Danunt qñq̃ a ueteribus dicebat pro dant , & duis pro dederis.Plau.Cui ſeruitutem dii danunt lenoniam.

Danubius, & Danubiũ dĩ. Ser. Iſter fluuius eſt Scythiæ, q̃ & Danubius noiatur.Sal. Nomenq̃ Danubiũ habet in iugis Germaniæ montis Arnobæ oritur,p innumeras gentes dĩ Danubius , ubi Illyricũ attigit Iſter. lx. amnibus acceptis in mare inuoluit.Amb.li.Hexa.Danubius de occidentalibus partibus barbaros q̃,atq̃ Romanos interſecans populos,donec ponto ipſe condat.

Danaus Ægyſti frater,Argiuoꝝ rex,qui anno egreſſionis ppli Iſrael.xxxxii.Sthenelo rege expulſo,Argos tenuit,ibiq̃ quinq̃ginta annos regnauit.Genuit q̃nquaginta filias,quæ Belides dictæ ſunt:Hæ una nocte uiros ſuos Ægyſti filios,præter unam, interfecerunt.

Danaides patronymicum fœmininum,Sene.in Hercule.Vt neq̃ fruſtra Danaides plenas ferunt.

Danae cum e.ſed non diph.græce Δανάη nomen Acriſii filiæ.Aliqñ tamen diuidit,ut apud Oui. lib.ii.de triſti. Quid Danaen,Danaeſq̃ nurus,matremq̃ Lyæi.

Dapes ſunt magnifici,& oppipari apparatus.Marti.Illa quidem lauta eſt,dapibuſq̃ inſtructa ſuperbis.Sed nihil omnino te recitante placet.

Dapalis cœna dicit, quæ diuerſis & amplis dapibus cõſtat. Pli. Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortenſius dapali cœna ſacerdotii.

Dapaticus,a.um. quod eſt amplum, & magnificũ,ut negocium dapaticum.

Dapſa apud ueteres gen9 ſacrificii, quod fiebat,aut hyeme ſementi,aut uere,a græcis δάπτω uocatur.

Dapſilis pen.cor.largus abũdans,liberalis.Græci δαψιλέα largũ dicunt.Col.li.iiii.At ſpionia dapſilis muſto δαψίλειαν largitatẽ,abũdantiam rei, liberalitatemq̃. Vnde noſtri quoq̃ dapſiles , aliqñ lautos , & liberales appellant.Plau.in Aul. Iſtas magnas factiones, dotes dapſiles,nihil moror.i.affluentes,& largas.

Dapſile aduerbiũ ſignificat abundanter. Sue.in Veſpa. Sed & conuiuabat aſſidue,ac ſepius recte,ac dapſile.

Daphnis latine laurus.Fuit (teſte Seruio) Mercurii filio9 formoſiſſimo9.Fuit & Daphnis Antiochiæ ſuburbanũ quod octogĩta ſtadiorum ambitu claudebatur, ut ait Stra. Lyciæ præterea ſolũ daphne fuit,& in ipſis pontifaucibus ad dextram nauiganti portus auctore Stepha.daphnas ad hoſtiũ nili peluſiacũ reddit Herodo.

Daphne ,ppriũ nomẽ puellæ nymphæ amatæ ab Apolline quæ in laurum mutata.Et Daphne,ut docet Stra. nemus apud Antiochẽſes.vide in dictiõe Epidaphne.

Dapino,nas.pe.pro.ſignificat exhibeo a dapibus.Plau. in Cap.Tibi dapinabo.

Daphnitas pe.pro.dicitur Apollo Ammonius.

Dardanus nomen Electræ,Iouiſq̃ filii. Qui cum Iaſium fratrẽ interemiſſet,inde fugiẽs Samothraciã deuenit. Vñ Virg. His ortus in agris Dardanus Idæas phrygiæ penetrauit ad urbes,Threiciãq̃ Samon,q̃ nunc Samothracia fertur.Et ab ipſo Dardano Dardania regio in phrygia uocata eſt, & poſtea Samothracia dicta. Sal. tñ a rege Dardanorum Mida q phrygiam tenuit dictam ait,& dardanidæ populi.Hic Erichthonium genuit,qui filium habuit Troem, qui Troiam, quæ pri9 Dardania appellabat,a ſuo noĩe uocauit, hic filios habuit Aſſaracum, & Ilum qui urbem regiam a ſe Ilion nominauit. Hui9 filius fuit Laomedon Priami pater.

Dardanum genus ornamenti, quod lacertis adhibebatur.Pli.lib.xxxiii.Cuius ſceleris nos coarguimus illum primum,qui auro dignitatem per annulos fecit, ut habeant in lacertis iam quiddam & uiri quod e Dardanis uenit,& dardanum uocabatur.

Darideus nomẽ regis Perſarum,tempore Tiberi., Caii & Claudii imperatorum.

Darius nomen regis Perſarum,qui xxxvi.annos regnauit,cui Xerſis filius,ex Atoſa Cyri filia, ſucceſſit in regno.Hoc nomen habet pe.prod. quoniam apud græcos ſcribitur per ei diphthongum.

Daricus pe.cor.nũiſma p̃ſicũ , Darii imagine pcuſſum

Darmentius fluuius Meduallorum ſeſe per confragoſa loca, in Rhodanum præcipitans.
Daſeia denſitas, ſpiritus & ſignum eſt uocalis aſpiratæ.
Dardanarii dñr propolæ, q̃ oñia p̃emunt, ut demũ carius uendant, Dicti a Dardano quodã cõtaminatiſsĩo & proflagratiſſimo Mago, a quo ét dardaniæ artes a Col. uocanť magicæ. Eius ſunt uerba. At ſi nulla ualet medicina repellere peſtem, Dardaniæ ueniunt artes.
Dardaniæ artes, uocantur artes magicæ.
Datatim aduerbiũ ſcat inuicé dando. Plau. Tũ iſti, q̃ pila ludunt ſerui ſcurrarum datatim in uia. Pompo. In lecto datatim luſi tecum, id eſt coeundo. Nam datatim ludere eſt mutuo coitu uti.
Datarius, q̃ in poſtulatiõ ib⁹, ac lr̃is manu pontificis maximi ſubſcriptis dié, & locũ notat, q̃bus datæ ſunt lr̃æ.
Datarius, a. um. quod eſt dandũ. Plau. Eho an non prius ſalus? Nulla eſt mihi ſalus dataria.
Daunia Apulia, ſeu pars Apuliæ, a Dauno Illyricæ gentis claro uiro, qui eam condidit.

De p̃poſitio eſt, q̃ ſeparata modo ſignificat ἀπὸ, hoc é a. uel ab, uel ex. ut audiui de pr̃e meo. Mõ πρός, ut cũ dicimus de partibus orõnis πρὸς μερῶν τ̃ λόγου. Mõ, ꝓpter Ter. in Eu. Quantũ me amas de ſidicina hac. Modo de orſum, ſicut ſus ſurſum. Vñ ſuſq̃ deq̃ fero ueteres dicebant. Hoc eſt ſurſum, an deorſum res ferať, paruifacio. Mõ memoratiuã uim hẽt, ut Ci. ſcripſit de Off. Modo ſcat non, ut delũbe, qd̃ eſt non habens lũbos. Cõpoſita interdũ auctiua eſt, ſiue intentiua ut deamo, deprauo. Interdũ diminutiua, ut decreſco, deferueſco. Interdũ priuatiua, ſiue negatiua, ut deſperat⁹, demẽs, dedecet. interdũ localé uim obtinet, ut deambulo, deſcẽdo. Interdũ deficienté uim ſui ſimplicis indicat, ut diſco dediſco, tego, detego, doleo, dedoleo. Interdum eſt honoris exhibitiua, ut defero, deduco. Significat q̃ñq̃ in totũ, uel omnino, ut demando. Q̃ñq̃ apte, ſeu palã, ut demonſtro. Q̃ñq̃ denotat diuerſitatẽ, ut in denomino. Cõponiť aũt cũ dictione incipiente ab a. ut deamo, b. ut debacchor. c. ut decerno. d. ut deduco. e. ut deerro. f. ut defero. g. ut deglutio. h. ut dehiſco. i. ut deiicio. l. ut delabor. m. ut demiror. n. ut denudo. o. ut deoſculor. p. ut depellor. q. ut decutio, r. ut deriuo. ſ. ut deſudo. t. ut detraho. u. ut deuenio. Patiť tñ nonnunq̃ eliſionẽ metri gr̃a, ſicut deinde, & dehinc. Vir. Oſcula libauit natæ dehinc talia fatur, ubi eliditur e. & dicimus dhinc.
Dehabeo. es. ſcat non habeo. Hie. ad Euſto. Ita ille moderať uniuerſa, ut nemo qd poſtulet, nemo dehabeat.
Deamo p. cor. ualde amo, qd̃ uulgo dr̃ cordialiter amo. Ter. ĩ Heau. Næ ego ſum fortunatus, deamo te Syre.
Deambulo, de loco ad locũ ambulo, ut ſit ſalutis. uel relaxationis cã. Ter. in Adel. Deambulare huc libitũ eſt. Aug. li. v. con. Ante tribunal deambulabat ſolus.
Deambulatorium, locus in quo deambulamus.
Deartuo, as. quaſi per artus incido. Plaut. in Cap. Tum igitur ego denunciatus, deartuatus ſum miſer.
Deauro, as. a ſummo uſq̃ ad imũ auro, uñ deauratus.
Debacchari, ꝓprie eſt p̃ ebrietate ualde furere. Ter. in Adel. Satis debacchatus iam leno es, audi ſi uis nunc ego ne debacchatus ſum in te, an tu in me? Per trãſlationem uero dicitur, cum quis ira percitus furit.
Debello, as. bello uinco, uel capio, & ꝓprie debellamus hoſtes, expugnamus caſtra, urbes, naues, & hmõi. Plin. li. vi. Darium Alexander debellauit. Liui. lib. viii. Debellatum eſt cum græcis. i. finitum eſt bellum.
Debilis ex de & habilis, q̃ſi pa⁊ habilis hoc eſt malæ habitudinis. i. infirmus. Hinc debilitas, & debilito, as.
Debeo, es, bui. itũ. ꝓtinet ad oĩa, qb⁹ deuincti ſumus, qd̃ uulgo teneor ſeu debitor ſiue obligatus ſum dr̃, Cice. Plan. Perfice ut ne minus Reſp. tibi, q̃ tu Reip. debeas. Idé Seruio. Hõ & maxis meis bñficiis deuictus, & ꝓpe oĩm, q mihi debere aliqd uidenť, gratiſſim⁹. Aliqñ debere é dare dr̃e. Plau. ĩ Cur. Btũs mihi uideor ſubduxi ratiunculã, quantũ æris mihi ſit, quãtũq̃ alieni ſiet, dues ſum ſi nõ reddo eis q̃bus dẽo, Sal. Res aũt opportuna uidebať, q̃ is priuatim egregia liberalitate, publice maxis muneribus grandẽ pecuniã dẽbat. Sed cũ accipiť ꝓ eo, qd̃ uernacula lr̃igua dicimus douere, uerbũ familiariũ eſt, ut religioſus uirtuti opam dare debet.
Debitor proprie dicitur is, a quo inuito exigi pecunia poteſt, inqt Modeſtinus.
Debitio ip̃e actus debẽdi. Ci. Perq̃ diſſimilis é pecuniæ debitio, & gr̃æ. Nã q̃ pecuniã diſſoluit ſtatim nohét id qd̃ reddidit, q aũt debet æs, retiet alienũ. Gratiã át & qui refert habet, & q̃ habet, ĩ eo ipſo qd̃ habet, refert.
Debitum & participium & nomen eſſe poteſt. Q̃ñ nomen eſt, ſignificat id, quod debeť, ut oñe debitum dimiſi tibi. Q̃ñ participium diciť obligatũ. Liui. li. xxii. Cum Romanus plures, q̃ Pœnus recepiſſet, argentũq̃ pro eis debitum ſæpe iactatum ĩ ſenatu re, quam tũc conſuluiſſent patres, tardius erogaretur.
Debrior, aris. idẽ eſt qd̃ ebrior nunqd unus, quia debria (tur & turpis uidetur.
Deca ſtomata, decem ora.
Deca γλῶτται decem linguæ.
Decacumino, as. pe. cor. cacumen p̃cido ſiue cacumine priuo. Col. li. vi. Poteſt ét uuſnus ſic diſponi, ut adhuc tenera decacuminet, ne altitudĩem. xv. pedũ excedat.
Deca græce δέκα, latíe decem. Decatos decimus, a quo fiunt multa per deriuationem.
Decas, adis. numerus denarius, ſeu quicquid numerum denarium continet, unde Liui. libros ſuos decadas nũcupauit, q̃ decem uolumina ſingulæ continerent. Itẽ decadas decẽnalia ſpacia nuncupamus.
Decadarchus dicitur ille qui præeſt decem hominibus quem latini Decurionem uocant.
Decapolis pe. cor. Iudææ regio eſt decem urbium trans Iordanem. Hanc multi Cæſaream eſſe dixerunt.
Decapulo, as. pe. cor. depleo, euacuo a capulis deductũ quæ ſunt uaſa anſata. Vñ & capulator, de quo ſupra.
Decachinnari, eſt deridere, ut eſt apud Tertullianum.
Decarchon græci eum appellant, q̃ decẽ p̃eſt eq̃tibus.
Decachordiũ inſtr̃m muſicũ decem chordas habens.
Decalogus pe. cor. ſacrum uolumen, quod decem legis præcepta continet.
Decaphorus pe. cor. lectica, quæ fertur a decem hominibus, ſicut hexaphorus, quæ a ſex.
Decadorus pe. pro. longus decem palmis.
Decalicatum, quod eſt calce litum.
Decaluo, as. Vide in dictione caluo.
Decedo, is. ſignificat diſcedo, proprie uero a mandato cuſtodiæ

cuſtodiæ loco recedo, ut cõſules de puincia dñr decedere,& pſides de urbibus. Et decedere eſt deorſum ire; ſiue minui. Lact.li.i. Id aũt ſolidũ exiſtimandũ eſt, cui nihil decedere, id pfectum, cui nihil poſſit accedere. Itẽ decedere ponit̃ p mori,& p ſe plenum eſt, ut ſubintelligaſ uita, tanq̃ de cuſtodia & gubernatiõe corporis, pſiciſci, ut eo mõ dicaſ deceſſit, quo defunctus eſt. Cice. tũ in Cato. dixit. Vetat Pythagoras, ſine iuſſu impatoris dei de præſidio,& ſtatione uitæ decedere, pro diſcedere, ſemper ablatiuum deſiderat, ut deceſſit e uita.

Decedere uia, eſt per erroré, ſiue honoris gratia digredi. Sueto. in Cæſ. Et cum luminibus extinctis deceſſiſſet uia, diu errabundus, tandem ad lucem duce repto p anguſtiſſimos tramites pedibus euaſit. Plau. in Tri. Decedam ego de uia de ſemita de honore populi.

Decerno.is. proprie ſtatuo, conſtituo, definio, ſiue de magnis rebus certam ſniam profero. Vñ & ſenatus decretum. Cice. li.i. offi. Quare expectanda quidẽ magis eſt decernendi ratio, q̃ decertandi fortitudo. Teren. Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere. i. deliberarunt. Interdũ eſt de poteſtate conſtituere. Vnde decreta fatoꝝ & ſyderum. ſcribit Firmicus ſydera decernere fœlicitates, infœlicitateſq̃ mortalibus. Interdum dimicare. Liui. lib.i. Obuiam egreſſi, ut potius acie decernerent, q̃ incluſi de tectis dimicarent.

Decerto.as. frequentatiuum ſcat ſæpe decerno, Ambr. Vnguentati ſpectare ſolent, non decertare.

Decermina dñr, quæ purgandi cauſa decerpuntur.

Decretum nomẽ, id ſignificat quod definiẽ. Vnde decreta pontificũ, conſtitutiones dñr, Decretũ participium, ut cum dicimus Decretum eſt, id eſt ſtatutum, & definitum. Decreta ſenatus a conſultis, ſic diſtinguunt̃ ab aliquibus ut decretum dicant particulam quandam eſſe ſenatuſconſulti, ut cum prouincia alicui decernit̃, tanq̃ decreta ſint ſpecialia, conſulta generalia.

Decretorius.a.um. ponit̃ pro iudiciario, in quo. ſ. iudiciũ fieri põt, ut dies decretorius, q̃ & criticus. Aliqñ dr̃, qd̃ eſt decretũ, firmatũ, extanſq̃ ad aliqd arguendũ, iudicandumue. Quintil. At qdam litigationibus ſuis, illũ modo ambitioſum declamandi ſudoré pſtitiſſe contenti, cum turba laudantium deſtituunt ſubſellia, pugnamq̃ illã decretoriã imperitis, ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt. Decretoriũ ſydus, & tẽpus decretorium dr̃ id, ex quo de prouentu aliquaꝝ reꝝ futuro ſumit̃ iudicium. Pli.li.xviii. Res ſumma uitiũ agit̃ decretorio uuis ſydere illo, quod caniculã appellauimus. Vñ carbunculatæ dñr, ut quodã uredinis carbone exuſtæ. Idẽ Aquila exorit̃ veſperi decretorio die florẽtibus oleis.

Decerpo, ex de & carpo, ſcat detraho, ſiue inde carpo.

Decet, conuenit, honeſtum eſt, aptum eſt, cõſentaneum eſt. Cice. de opti. di. gñe. Decere, inquit, quaſi aptũ eſſe, conſentaneumq̃ temporis ac perſonæ. Quod tum in factis ſæpiſſime, tum in dictis ualet. In uultu deniq̃, & geſtu, & inceſſu. Cõtra, itemq̃ dedecere. Et modo perſonale eſt. Oui. de Reme. Lude decent animos mollia regna tuos. Modo imperſonale, quod nonnunq̃ cum datiuo conſtruitur. Terenti. Facite ita, ut nobis decet. Plau. Nobis decet eſſe bonis. Saluſt. Locum editiorem qui uictoribus decet. Huic contrarium eſt dedecet, qd̃ eſt incõueniens, ineptum, turpe, ſiue inhoneſtum eſt. Ouidi.li.vi. Meta. Admouiq̃ preces, quarum me dedecet uſus. A decet fiunt decens, conueniens, decentia, decenter, decus, decor, decorus, decorum, & decoro. Compoſita ſunt condecet, indecet, & dedecet pe.cor.

Decitat pe.cor. frequentatiuum eſt a decet. Apul. lib.ii. Plantis roſcidis decitantes hoc eſt decorantes.

Decircino.as. pe.cor. cõtrarium eſt ſuo ſimplici circino quod ſignificat aliquid rotundũ facio, a circino circinꝰ fit. Manil.li.iii. Quã tereti natura ſoli decircinat orbẽ.

Decor.oris.pe.pro, maſcu. generis eſt, quaſi pulchritudo quædam. Vir.li.v. Eſt Doryeli coniunx, diuini ſigna decoris. Hinc decoꝝ pulchrum, & decore pulchre. Decoro.as.pe.pro. quod eſt pulchrum uiſu, aut auditu, facio ſiue orno. Vnde decorum & indecoꝝ ſubſtantiua deducunt̃, ſignificatq̃ decoꝝ decentiam quandam rebus perſonis, locis, ſiue in agendo, ſiue in loquendo accommodatam. Vnde ſiquis inducat agricolam ea loquentem, quæ ad phum pertinent, hunc non ſeruare decoꝝ dicimus. Aliqñ etiam ad uirtutes tranſfertur, & appellatur decorum, non tam ipſum honeſtum, q̃ q̃ hominibus, & cõmuni opinioni hominum uidẽ & pulchrũ, & probabile. Cice. de opti. gene. di. Atq̃ illud indecoꝝ, quod quale ſit, ex decoro debet intelligi. Eſt & decorus a.um. & indecorus. a.um. penul. produ. Quintil. lib.iii. Cuncta corrumpit, ac propemodum perdit indecora, uel uoce uel geſtu, pronunciatio.

Decor.oris.pe.cor. & adiectiuum a decus deriuatur, pro decorus.a.um. Salu.li.iii. Equis & armis decoribus uultus. Inde fiunt compoſita indecor & dedecor. Virg.li.x. Nec tamen indecorem tua te regina reliquit. Sta.lib. iii. The. Legimus indecores. Inuenitur tamẽ hic & hæc indecoris. Accius. Cuius ſit uita indecoris mortem fugere haud conuenit. Virgi.lib.xii. Nec genus indecoris ſine me hæc, haud mollia facta. Vbi patet idecoris ſubſtantiuũ eſſe. Nam ſi adiectiuũ eſſet indecore dixiſſet. Iungitur eiñ neutrum cõi, ut paupere regno. Salu.li.iii. hiſto. Dedecores inultiq̃ terga ab hoſtibus cædebant̃. Aſcen. Nonius quidem indecoris, ſed plures legunt indecores, ut ſit indecores genus per ſynecdochen dictũ.

Decorus.a.um.pe.pro. idem eſt quod pulchrum.

Decoro.as.pe.pro. pulchrum facio ſeu orno.

Decus.oris.pe.cor. & generis neutri ſignificat honorificentiam ex rebus geſtis. Virgi.lib.v. Oblitus, decoriſq̃ ſui ſociumq̃ ſalutis. Huius contrarium eſt dedecus, qd̃ probrum, ignominia, ſiue infami turpitudinis genere ſumit̃. Capitur qñq̃ etiam decus pro honeſto, cum quid honeſte fit, & dedecus pro inhoneſto. Hinc decoro.as. pe. cor. qd̃ eſt honeſto, ſeu honorifico. Hora. At bene nummatum decorat Suadela, Venuſq̃. Gell. Leonides laudatur, qui ſimile apud Thermopylas fecit, propter eius uirtutes omnis græcia gloriam atq̃ gratiam præcipuam claritudinis inclytiſſimæ decorauere monumentis, ſignis, ſtatuis, elogiis, hiſtoriis, aliiſq̃ rebus gratiſſimum id factũ habuere. Vnde decora militiæ, laudes, honores, honeſta mẽta militi in bello comparata. Sta. lib. The. Terrarum decora ampla uiri, decora ampla iugales. A decoro fit condecoro pro honeſto. Dedecoro pro uitupero ſiue turpifico. Terẽ. in Hecy. An quicq̃ pro iſtis factis dignum te dici poteſt, quæ me & te, & familiam dedecoras. Ex his oibus patet, q̃ plus eſt decus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

q̃ decor, & plus eſt dedecus q̃ indecorus, & decoro pe. cor. q̃ decoro. pe. pro. Quoniam decoro pe. cor. ſignifi cat honorifico. Decoro pe. pro. pulchrum uiſu, aut au/ditu reddo. Vnde decorum, & indecorum minus eſt q̃ decus & dedecus. Cic. li. i. offi. Sin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenii non erunt, oĩs adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea, ſi non decore, at q̃ minime indecore facere poſſimus.

Decoro. as. pe. cor. ſignificat honorifico, a quo dedecoro Vide in Decus.

Decorum, & indecorum ſubſtantiua, ſimiliter pe. prod. pro decentia quadam rebus, perſonis, & locis accõmo data, de quibus modo in Decor. Hoc græci prepon di/cunt, cuius uis ea eſt, ut ab honeſto nequeat ſeparari. Nam & quod decet honeſtum eſt, & quod honeſtum eſt decet. Decorum inquit Cice. li. de offi. id eſſe, quod conſentaneum ſit hominis excellentiæ, quod ad pru/dentiam, ad fortitudinem, ad iuſticiam, ad temperan tiam pertinet, & in omni honeſtate uerſatur. Eſt & de/corum, quod & poetæ ſequuntur, cum id, quod quaq; perſona dignum eſt, & fit & dicitur.

Decem, a græco δέκα fit, a quo componuntur undecim, duodecim, &c. Deriuata ſunt decimus, a quo undeci/mus, duodecimus, cum reliquis. Denus, a quo undenus duodenus. Denarius, a quo undenarius, duodenarius decennarius, & quæ ſequuntur.

Decies aduerbium, a quo undecies, duodecies &c.

Decenus, a quo undecenus, &c. Colu. li. iiii. Vt ego exiſti/mo tricenas, ut decenas certe amphoras percipient.

Decimus a decem, a quo undecimus, duodecimus cum reliquis, & non ſolum numerum, ſed q̃q; etiam ma/gnitudinem ſignificat, ut decimum quodq; ouum, de/cimus quiſq; fructus. i. præcipuus magnitudine.

Decimanus ſiue decumanus. i. magnus. Vnde decuma na porta caſtrorum, quæ in his maxima eſt. & decuma nus limes in limitatione agrorum a magnitudine, & lõgitudine dictus putatur, qui agrum ab exortu æqui noctiali, ad occaſum æquinoctialem ſecat. Nam alter ex tranſuerſo occurrens, cardo appellatur. Decumani etiam, ut Aſco. docet, uocantur publicanorum princi/pes, a quibus decumæ ſiue decimæ exigebantur.

Decima. æ. ſignificat portionem unam ex decem. Plau. Vt decimam ſolueret Herculi.

Decimo. as. pe. cor. decimã partem capio, detraho. Vn/de apud Euan, Veh uobis, qui decimatis mentham, & omne holus. Et decimari legiones dicũtur, quando de cimus quiſq; ſupplicio afficitur ab imperatore. Liui. li. ii. Cætera multitudo ſorte decimus quiſq; ad ſuppli/cium lecti. Sic uigeſimare, & centeſimare dr. Huius uer bi compoſita ſunt addecimo, & exdecimo. Hiero. lib. i. Reg. Greges ueſtros addecimabit. Exdecimo, quod ſi/gnificat eligo. Vnde exdecimatum electum.

Decemiugis, currus, quem decem equi iuncti trahunt.

Decempeda pe. cor. pertica, qua menſuratur terra, a nu mero pedum dicta, ſicut quincupeda a quinq; pedibus Cice. Vrbem iam peritus metator, & callidus decem/peda ſua ſaxa diuiſerat.

Decempedator, qui decempeda menſurat. Cice. Caue/bat etiam L. Antonio, qui fuerat æquiſſimus agri pri uati, & publici decempedator.

Decendium, ſpacium decem dierum. Nam decennium eſt ſpacium decem annorum.

Decennale, qd eſt decẽ annoꝝ, ut bellum decennale.

Diſpondeus, quaſi bis ſpondeus, pes qui (tio diligẽs.
conſtat ex quatuor ſyllabis longis, ut Oratores.
Diſpono,is. Vide in dictione Pono.
Diſputo,as.pe.cor. & cõputo.ex præpoſitione putãdi,qd̃
ualet puꝝ facere. Var. Ideo rõ putari dr̃, ĩ qua ſumma
fit pura,ſic ſermo, in quo pure diſponunt̃ uerba, ne ſit
cõfuſus, atq; ut diluceat,dr̃ disputatio. Lact.li.vii. Im
mortales eſſe aĩas Pherecides,& Plato diſputauerunt.
Diſpungere. Vide in dictione Expungo,
Diſq;ro,is.pe.,p.per oẽs partes,& p diſiuncta loca q̃ro, ut
inquirẽdo nihil me lateat. Aug.li.ii.ci. dei. Vñ poſtea
nobis erit in dei ueri dñi uolũtate diſq;rendi,ac diſſerẽ
di locus.A quo diſquiſitio q̃ eſt inq̃ſitio uolũtatis, iu/
diciiq; diuerſoꝝ. Sue.in Cæ.Primo præturæ die Q. Ca
tulũ de refectiõe Capitolii,ad diſq̃ſitionẽ pp̃li uocauit
Diſraro,as.pe.produ. ſignificat caſtro,& diuerſis modis
quod ſpiſſum erat rarum facio. Colu.li.v. Sed illud de
integro refodi debet.Hoc poteſt intercidi, & diſrarari,
quod opus ruſtici caſtrationem uocant.
Diſſauior,aris.cũ læticia & uoluptate multa oſculor.Ex
dis & ſauior, ὥσπερ ἕλληνιστί, λέγεται φιλῶ κυείως ἀλλὰ
κυέω πάλαι σημαίνει.Sauior aũt a Sauiũ,ſiue a Suauiũ
p diminutionẽ u.De Sauio Gel.li.iii.Diagoras tres fi/
lios adoleſcẽtes habuit,unũ pugilẽ,alteꝝ pancratiaſtẽ
tertiũ luctatorẽ,eoſq; oĩs uidit uincere,coronariq; eo/
dem olympiæ die. Et cũ ibi tres eũ adoleſcẽtes ample
xi,coronis ſuis in caput pr̃iis poſitis,ſauiarent̃,cũq; po/
pulus gratulabundus flores undiq; in eũ iaceret, ibidẽ
in ſtadio, inſpectãte pp̃lo, ĩ oculis atq; ĩ manibꝰ filioꝝ
aĩam efflauit.Plau.in bac. Quis iſtic hẽt amor,uolup
tas, uenus, uenuſtas,gaudiũ,iocus, ludus,ſermo ſuauis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſauiatio. De diſſauior Cice. Tyro. Ego uos ad quarto kal. uidebo, tuoſq; oculos, etiam ſi te ueniens in medio foro uidero, diſſauiabor. i. multum ſæpiuſue ſauiabor.

Diſſentio, is, quaſi diuerſe ſeu aliter, q̃ alii ſentio. Augu. Quid eſt diſſentire, niſi non unũ ſentire. Vñ diſſenſio. quæ eſt ſentẽtia q̃ diuerſitas. Diſcordia uero eſt diſcretio aliquorum, quos amoris uinculum colligauit.

Diſſenſio. Vide in diſſentio.

Diſſentior eiuſdem ſignificationis eſt cum diſſentio.

Diſſentaneum, diſſentiens, nõ cõueniẽs, ſicut cõſentaneum cõueniens. Nigidius. Eum locũ facit diſſentaneũ.

Diſſepto, as. frequen. eſt a diſſepio, is. a quo diſſeptatio, q̃ dĩ diſputatio, & quaſi colluctatio. Hie. in Eſaia. Adhuc iudicio contendã uobiſcũ, & cũ filiis ueſtris diſſeptabo

Diſſero, is. pe. cor. rui. tum. uarie ſemino. Colum. Panax utroq; tpe, leni, & ſubacta terra rariſſime diſſeritur. Per tranſlationem differere ſignificat diſputare, enarrare, declarare. Var. Nam ut olitor diſſerit in areas ſui cuiuſq; generis res, ſic in oſtone qui facit diſertus dicit. Hie. in prologo Eccleſiaſtis. Rogatus ab ea, ut in morem commentarioli obſcura quæq; diſſererem.

Diſſerto, tas, frequentatiuum a diſſero. Gel. Cum de antiquitate quorundam uerborum diſſertaremus.

Diſſertio, diuiſio patrimonii inter conſortes.

Diſſideo, es. pe. cor., ppter diſſidium alienus ſum. Cice. in Lel. Cũ is tribunus Ple. capitali odio a Q. Põpeio diſſideret, qui tum erat cõſul. Transferẽ etiam ad inanimata, & pro diſcordo, ſeu nõ cõuenio ponit. Pli. li. xxxviii. Adamas diſſidet cum magnete lapide, in tantum, ut iuxta poſitus ferrum non patiatur abſtrahi.

Diſſidiũ, ſegregatio, diſcordia. Ter. Valeãt, q̃ iter nos diſſidiũ q̃runt. Oui. li. xiiii. Met. p diſceſſu poſuit a ſeorſũ ſedendo. Non bene diſſidium phrygii latura mariti.

Diſſilio, is. pe. cor. ex dis & ſalio, ſignificat loco moueor. Apul. Vertibulo oſſa diſſilierant. Proprie aũt diſſilire eſt in diuerſas partes ſalire. Pli. li. xxxvi. Lunenſem ſilicem ſerra ſecari, at tuſculanum diſſilire igni. Aliq̃ ponit pro crepare, frangi. Vir. Æraq; diſſiliunt uulgo.

Diſſulto, frequentatiuum, componitur ex dis, & ſalto, quod eſt quaſi diuerſe ſalto. Pli. lib. xxxvii. Incudibus hi deprenduntur, ita reſpuentes ictũ, ut ferrum utrinq; diſſultet, incudeſq; etiam ipſæ diſſiliant.

Diſſipo, as. pe. cor. ex dis, & ſipo, ſcat diſpergo, diuulgo. Col. li. ii. Sin aũt proximæ meſſis occupandũ erit reſtibile, deſectis ſtramẽtis q̃tuor & uiginti uehes ſtercoris in iugẽ q̃ diſponemus, diſſipabimuſq;. Vide in Sipo.

Diſſonus, a. um. pe. cor. quod non eſt conueniens.

Diſſono, as. pe. cor. uarie ſono, per tranſlationem ponitur pro diſcordo.

Diſſimulo, as. diligẽter & aſtute celo ſiue tego, ne qd noſci poſſit uel intelligi, cui⁹ contrariũ eſt ſimulo. Simulamus. n. falſa, diſſimulamus uera. Simulamus ẽe, quæ nõ ſunt, diſſimulamus nõ eſſe, q̃ ſunt. Ab his fiũt aduerbia. Simulãter, & diſſimulãter, ſimulatĩ, & diſſimulatĩ.

Diſſitus, pen. cor. diſcluſus, diuaricatus, diſtans, remotus, quaſi procul ſitus, cuius contrariũ eſt adſitus, qd̃ eſt iuxta ſitus. Apul. in flo. Hæc duo uelut inter ſe contraria oppoſuit, atq; diſſeparauit ſic ſcribens. Homines neq; longule diſſita, neq; pxime adſita poſſumus cernere.

Diſſoluo, is. quod ligatũ erat, non ligatũ facio, deſtruo. Lact. li. i. Diſſoluat hoc argumentũ, ſi qs põt. Et li. vii. Vtq; ne aĩa maneat poſt mortẽ, an diſſoluat. Et diſſoluere, expedire. Ter. in Heau. Diſſolui me ocius, operi ut tibi daré. i. expediui. Item diſſoluere ſcat diuerſis pſonis. ſeu uaria debita ſoluere. Cic. li ii. offi. Nunq̃, nec maius æs alienũ fuit, nec melius, nec facilius diſſoluti eſt. Dicimus aũt Diſſolui æs alienũ. i. quod contraxeram æris alieni reſtitui, & pluribus ſolui, uel quaſi ea thena, qua ſoluebar, me ſoluendo pecuniam diſſolui.

Diſtædet, multum aut uarie tædet.

Diſtento, in diuerſas partes tẽdo. Leo papa. Quãuis multis aucta uictoriis ius impii tui terra, mariq; diſtẽderis minus tũ eſt, quod tibi bellicus labor ſubdidit, q̃ q̃ par chriſtiana ſubiecit. Co. li. v. Stabilior eſt uinea, quæ ex utraq; parte iugo deuincta, pari libramento, uelut anchoris quibuſdã diſtendit. Eſt & diſtẽdere uarie implere, tractũ ab utre, qui cum plenus eſt, tendit, cũ uacuus relaxatur. Vir. Et dulci diſtendunt nectare cellas.

Diſtento, as. ualde tento. Virgi. Sic cithiſo paſtæ diſtentent ubera uaccæ.

Diſtentus plenus. Pli. Diſtẽtus ſolitaria cœna. Transferẽ quoq; ad aĩum, ut apud eundẽ. Diſtẽtus imperii curis.

Diſtero, is. multum ſiue crebro tero, quod fit cum aliquid ſubtiliter teritur. Cato. Libum hoc modo facito. Caſei p. ii. bene diſtere in mortario.

Diſtichon, pe. cor. geminus uerſus, Δὶς bis στίχος uerſus græci dicũt. Sic tetraſtichon dicimus quatuor uerſus, hexaſtichon ſex.

Diſtillo, as. a quo diſtillatio, quã græci catarrhũ, coryzã uel branchum uocant. Vide in dictione Stillo.

Diſtillarius. Vide infra in dictione Stillo.

Diſtineo, es. pe. cor. uarie ſeu diuerſis rebus cauſſue impeditũ teneo. Ci. Mario. Nos hic multitudíe & celebritate iudicioꝝ, & nouis legibus. ita diſtinemur, ut quotidie uota faciamus, ne intercaleẽ, ut q̃ primũ te uidere poſſim⁹. Et diſtinere, arcere, repellere. Vir. li. xi. Dũ diſtinet hoſtẽ Agger murоꝝ, neq; inundant ſanguine

Diſtare ſcat differre. La. li. ii. Alioqn̄ iter deũ, (foſſæ, hoiemq; diſtaret nihil, ſi cõſilia, & diſpoſitiones illius maieſtatis æternæ cogitatio aſſeq̃reẽ humana. Ité ab eſſe. Pli. Qd̃ circiter q̃nq; millia paſſuũ diſtat ab urbe. Hinc diſtãtia, q̃ modo dĩam, modo interuallũ ſcat.

Diſtito, as. pe. cor. frequen. Col. li. vii. Diſtitẽt inter ſe aliquanto ſpacio, ne in colluctatione alter alteri noceat.

Diſtinguo, is. xi. tũ diuido. Col. li. i. Sed & lateribus diſtinguunt̃ granaria, ut ſeparatim q̃q; legumina ponant̃.

Diſtringo, ualde ſeu uarie ſtringo. Ci. li. iii. offi. Fraus diſtringit, nõ diſſoluit periuriũ. Q̃q; defrico, ſeu radẽdo ſordes detergo. Vñ diſtringentes uocamus, q̃ ſe poliũt & ſordes corpis radũt. Id qd̃ fere poſt quietẽ ſolent oēs. Pli. de Lyſippo. Plurima ex oĩbus ſigna fecit fœcũdiſſimæ artis, inter quæ diſtringentem ſe. Mar. Pergamus has miſit curuo diſtringere ferro. Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi. Q̃q; ſignificat intẽdere, minitari, tractum a gladiatoribus, q̃ contra aduerſariũ ſuũ enſem ſtringũt. i. nudant. Cic. li. iii. offi. At ille ut ingreſſus eſt confeſtim gladium diſtrinxit, iurauitq; ſe illũ ſtatim interfecturũ, ſic dĩ. Diſtrictus enſis. i. euaginatus. Q̃q; colligere. Col. lib. ult. Sereno cœlo manibus diſtringi oliuam oportet, & ſubſtratis tegetibus, aut cannis uiminibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

brari & purgari. Hie. Amos propheta pastor, & rustic⁹ mora rubo⁹ distringens, paucis uerbis explicari non potest. Qñq; distraho. Quintili. Quibus componendis paulo plus q̃ biẽnium, tot alioqui negociis districtus, impendi. i. distractus, & impeditus.

Distraho, diuerse traho, diuido. Ter. Qd̃ si eo mẽæ fortunæ redeunt abs te ut distrahar. Vir. li. vi. Turbatis distractus equis. Referẽ plæ⁹q; ad aĩm, cũ ad uarias sententias, & occupatiões trahiẽ. Per transla. ponitur pro uẽdo. Vlp. ti. de transactionibus. Si uni pluribusue fundꝰ ad aliquẽta fuerit relictus, uelintq; eũ distrahere, necesse est prætorẽ de eius distractione & transactione arbitrari. Apu. li. i. Caseus recens erat, & sciti saporis admodum cõmodus precio distrahi. Itẽ pro cõpono, sedo, finio. Sue. in Cæsa. Apud eãdẽ longo tpe sacrificare, uota susciperẽ, cõtrouersias quasdam, interposito per Cæsarem iureiurando, distrahere perseuerauit.

Distorqueo, es. diuerse torqueo. Terẽ. in Eu. Ah illud uide, os ut sibi carnifex distorsit.

Disturbo disiicio. Ci. pro domo sua. Etiã se uidere distrahi a complexu suo⁹, disturbari tecta, diripi fortunas.

Distribuo, diuersis modis tribuo. Ter. in Adel. Argentũ annumerauit, illico dedit. Præterea in sumptum dimidium minæ, id distributum est sane ex sententia,

Dito, as. a dis ditis fit, significatq; ditem facio.

Diteo, es. diues sum, a quo ditesco, diues fio. Aug. li. i. ciu. dei. vt bonus suus magnas facultates hẽret ipsã dñi uoluntatẽ, cui pediss̃ equus mẽte diteſceret, nec cõtristaretẽ eis rebus uiuẽs relictis, q̃s fuerat cito moriẽs relicturus

Dithyrãbus, uir thespiacus, a quo credit genus illud uersuum fuisse cognominatũ, in honorẽ Bacchi factum.

Ditrochæus pes. bis trochæus. Constat enim ex duobus trochæis, hoc est ex longa & breui, & iterum longa, & breui, ut Catilina,

Diuagor, pe. cor. uarie uagor. Lactan. lib. iiii. Vbi animus, in multa dispersus huc atq; illuc diuagatur.

Diuarico, as. pe. cor. ex di, & uarico, sicut & præuaricor expræ & uaricor. Vñ & actiuũ Varico intelligimus, & uaricor deponens, licet non sint in usu. Et a uaricibus dñr. Significatq; diuaricare diuidere, quod quidem faciunt, qui stant diducti. Quinti. Varicare, inquit, supra modũ, & in stando deforme est, & accedente motu, pe scænicum. Hier. ad Eu. Sedebit ad aquas solitudinis posita, uaga, & diuaricabit pedes suos omni transeũti, & usq; ad uerticẽ polluet. Cato arbores hoc modo putentur, rami diuaricentẽ, quos relinques, hoc est, in diuersas partes brachia disponantẽ. Nonius diuaricari dictum est distendi ab his, qui uitio naturæ ita sunt pedibus discretis, ut eos in diuersum habeant separatos.

Diuendo, diuisim uel uarie uendo, ut fit huic, & illi, modo hoc modo illud. Liui. li. i. Cum diuendenda præda xl talenta argenti effeciss̃et.

Diuerbia partes comœdia⁹, ubi plures personæ uersantur, a personaꝝ uarietate dicta. Liui. Inde ad manum cantari histrionibus cœptum, diuerbiaq; tñ ipsorum uoci relicta. Ser. Diuerbium primus actus comœdiæ Græce prothesis. Nanq; liber comœdiæ diuiditur in prologum, prothesim, epitasin, & catastrophen.

Diuerto, de una re, ad aliã uerto, deflecto, ut Cũ qd̃ cœpi relinquo, ut aliud agã. Siue alio aut ad diuersa me uerto. Lact. lib. viii. Sed huc necessario diuertendũ fuit, ut oñderem tot, ac tanta ingenia in rebus falsis esse consumpta. Et diuertere est hospitari, & in hospitium ire. Col. li. i. Hæc aũt prætereuntiũ uiatoꝝ populatiõibus, & assiduis hospitiis diuertentium infestat rem familiarem. Dicimusq; eleganter Diuerto ad te, & apud te.

Diuersito, as. frequentatiuũ a diuerto pro deflecto. Gel. Ad ipsa Platonis penetralia ipsarũq; reꝝ pondera, & dignitates pergendũ est, non ad uocula⁹ eius amœnitatem, nec ad uerboꝝ uenustates diuersitandum.

Diuersor, aris. mõ diuerto ꝑcat. Val. li. i. Tabernamq; in qua is diuersabatur petere conatus. Modo conuersor.

Diuersor, qui in caupona hospitatur. Cic. li. ii. artis uete. Caupo cũ quibusdam diuersoribus illũ, qui ante exierat, consequitur. In itinere hominem comprehendit, homo in urbem ab illo deditur.

Diuersoriũ a diuertẽdo accipit pro uilla, & quasi pro hospitio, q̃ ibi magis nos recipimus, & cõmoramur, q̃ habitemus. Cic. in Cato. Ex uita ista discedo, tanq̃ ex hospitio, non tanq̃ ex domo. Cõmorandi. n. natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Idem Fabio Gallo Ne ego libentius emerim diuersorium Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim. Proprie aũt capitur pro hospitio, ut apud eundem. Quiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo opportuno diuersorio.

Diuersorius. a. um, in quod diuertere solemus, ut Taberna diuersoria. Sueto. in Nero. Dispositæ per littora, & ripas diuersoriæ tabernæ.

Diuerticulũ, est uia per quã a militari uia siue de itinere nostro alio diuertimus. Nã unde diuertimus in aliam partem diuerticulum, sic quo diuertimus diuersoriũ. Ter. in Eu. Cum sensi redeo rursus, male uero me habens, ubi ad ipsum ueni diuerticulũ, cõstiti. Ser. Diuerticulum sunt semitæ transuersæ, quæ sunt a latere uiæ militaris. Hie. per similitudinem, ita accipit li. de nati uita. Virginis. Deniq; in quantũ recordari possum, nõ uerba sed sensum scriptoris sequens, & nunc eadem semita, non hisdem uestigiis incedens, nunc quibusdam diuerticulis ad eãdem uiam recurrens, sic narrationis stilum temperabo, ut non alia dicã, q̃ quæ aut scripta sunt, aut cõsequenter scribi potuerunt. Diuerticula ẽt dicuntur domicilia in uia ad quæ diuertendum sit.

Diuersus, non solũ ꝑ uario, sed ẽt pro separato ponitur.

Diuortium, separatio, & proprie distractio matrimonii inquit Modest. quod inter uirum, & uxorem fieri dicitur, q̃uis ad alia etiam transferatur. Cice. Sic doctrinarum facta diuortia. Vir. Obiiciunt equites sese ad diuortia nota, id est ad flexus uiarum.

Diuello, is. fi. sum. uarie uello. Sal. Rapi uirgines, pueros, diuelli liberos a complexu parentum, ἁρπάζω καὶ σπάω λέγω καὶ σπάω καὶ τὰ παιδία ἔχουσιν.

Dius a diuo fieri dr̃, ꝙ q diues est, quasi deus nihil indigere uidet. Et modo construitur cũ gtõ, ut insula dius opum. Mõ cũ abltõ. Cic. li. ii. offi. P. Crassus tum cognomine dius, tum copiis, functus est ædilitio maximo munere. Et est gene. omnis, facit actũ diuitem, & hoc dius. Oui. li. i. de ar. Addidit externo marmore dius opus. Vale. lib. ii. Dius & præpotens naturæ regnũ scrutatus iniiciam stilum tam nostræ urbis, q̃ cæterarum gentiũ priscis, ac memorabilibus institutis. Hinc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diuitior comparatiuum. Cice. Inde ille licentior, & diuitior fluxit dithyrambus.

Diuito, as. diuitē facio. Ac. Nihil credo augurib⁹, q̄ aures uerbis diuitāt alienas, ſuas ut auro locupletēt domos.

Diuitiæ, numero tīū multitudinis, ita ab opibus differre exiſtimantur, ꝙ diuitiæ ſint, quibus utamur, opes ut aliis opitulemur. Cice. Sunt ergo diuitiæ ad neceſſarium uſum, opes uero ad magnificentiam.

Diuexo, as. uarie uexo. Lac. li. vii. Vt ſi qui forte tum fuerint boni prædæ ſint ſceleratis, ac diuexent̄ undiq;.

Diuido, is. ſi. ſum. compoſitum uidet̄, licet eius ſimplex non legerim. Et eſt diuidere, ſeparare partiri. Virg. Diuiſum imperiū cū Ioue Cæſar hēt. Ponitur & ꝑ prædicare. Plau. in Aul. Me qdem hercle dicam palam, non diuides. Quod & præcidere dī apud Martialem.

Diuiſio, ut Cic. li. i. ad Heren. Ea eſt, per quam aperimus quid conueniat, quid in controuerſia ſit, uel per quam exponimus, quibus de rebus dicturi ſumus. Inter diuiſionem, & partitionem hoc intereſſe putat̄, ꝙ diuiſio ē generis in ſpecies, partitio aūt eſt totius in partes diſtributio. Genus plura cōplectitur, ut aīal, hominem, leonem, equum, & hmōi. Totum uero eſt quædam res una ut domus, quæ conſtat ex pluribus partibus. Quinti. li. vii. Sit igitur diuiſio rer̄ plurium in ſingulas. Partitio ſingularum rerum in partes diſcretus ordo.

Diuiſor cū fit uerbale nomen a diuido, plærūq; apud Ci. criminis eſt, hiq; antiquitus diuiſores uocabant̄, q̄ pecunias inter trib⁹ uiritim candidator̄ noīe diuidebāt in creandis magiſtratibus, quos Plau. curiarum magiſtros uocat. Cōſueuerāt. n. petitores magiſtratuū apd̄ Romanos pecunia, largitioneq; ſibi ſtudia conciliare ſuffragator̄, & ꝑ centurias, tribuſq; diuidere nūmos. Ci. pro Plan. Quā tibi cōmodum eſt unā tribū delige, tu doce id quod debes, per quē ſequeſtrē, quo diuiſore corrupta ſit. Eſt & diuiſor, qui pueros corrumpit. Cic. Peto. Quid. n. non honeſtū eſt uerbū diuiſor? At ineſt obſcœnū, cui reſpondet intercapedo. Sunt ergo diuiſores, non ſolū criminoſi, ſed etiam obſcœni, tanq̄ in obſcœno coitu, præpoſteraq; libidine nates diuidantur. Qui & emaſculatores, & pædicones dicuntur.

Diuiſo. as. pe. pro. crebro, ſiue more conſueto, ut partem mihi capiā, diuido. Cic. li. ix. Phil. In Galliā inuaſit Antonius, in Aſiam Dolobella, in alienam uterq; prouinciam, alteri ſe Brutus obiecit, impetumq; furētis, atq; oīa diripere cupientis uitæ ſuæ periculo colligauit.

Diuidiū, a diuiſione, ſicut dimidium a dimenſiōe. Ter. in Adel. Totum diuidium face, & pro eo dimidio.

Diuidia. æ. moleſtia tædiū. Acti. Huius me diuidia cogit plus q̄ par eſt loqui. Interdum etiam dī diſcordia.

Diuidicula, caſtella, ex quibus a riuo communi aquam quiſq; in ſuum fundum ducit.

Diuiduum, quod ſeparabile, & ſeparatū eſt. Cuius contrarium eſt indiuiduum. Plau. in Rud. Diuiduū talentum faciam. i. in duas partes diuiſum. Hinc diuidue, qd̄ uernaculo ſermone dicimus per la meitade. Idē in Caſ. Nam quod tibi ægre eſt, idem mihi eſt diuidue.

Dius dicitur generoſus, ἀπὸ τοῦ Διός, id eſt a Ioue. Virg. li. xi. Quas ipſa decus ſibi dia Camilla. Dius in compoſitione accipitur pro die, ut perdius.

Dium ſubſtātiuum, diurnum ſub cœlo lumen. Cœlum græci Οὐρανὸν dicūt. Vnde ad huc ſub dio fieri aliquid dicimus, cum non fit ſub tecto.

Diuus, a. um. idē quod diuinus, qd̄ ét diū dicimus, quaſi ἀπὸ τοῦ Διός, hoc eſt a Ioue genitū, uel qa ueteres in ſingulari diū dicebāt. hoc eſt deū. Vñ nūc quoq; in plurali dicimus a dio, dii, ſicut a deo dei. Cū aūt dicimus diuam fœminā, intelligimus eā, q̄ ſua uirtute diuinitatē meret̄. Sic dicimus diuos imperatores, ét dū ſunt in uita.

Diuinus, a. um. quod eſt dei, uel quod ad deum pertinet, ut opus diuinum, res diuinæ, quæ ut Aug. lib. i. Acade. inquit, dicuntur, per quas homini diuinatio ipſa contingit. Hinc diuinitas, ſicut a deo deitas.

Diuinus, qui diuinat, homo eſt, q̄ prædicit, ut apud Hiero. Non uos ſeducant prophetæ ueſtri, qui ſunt in medio ueſtrum, & diuini ueſtri.

Diuinitus aduerbiū ſignificat a diuinis, ſiue a deo, ſicut humanitus ab humanis rem demonſtrat. diuine uero & humane ad deor̄ atq; hominum ſimilitudinem.

Diuinipotens, qui in diuinis poteſtatem habet. Apul. Saga, & diuinipotens cœlum deponere.

Diuino, as. p. pro. non tīū de præterito dī, ſed etiam de p̄ſenti, ꝑ uerum dico. Vñ prouerbium aiunt diuinare ſapientē, q̄a qui dicit ueror̄ de his, diuinus eſt. Ter. in Hec. Plane hic diuinat. nam id eſt. Plærūq; tīū diuinare eſt augurari, a quo diuinatio, prouidentia futurorum, quæ qñq; etiam dī iudiciū. Nam cū de conſtituendo accuſatore quæritur, iudiciū quod ſuper ea re redditur, cui nam potiſſimū ex duobus, pluribuſue accuſatio in reum permittat̄, ea res diuinatio appellatur. Et ut ait Caius Baſsus id iudiciū diuinatio appellat̄, qñ diuinare iudicem quodammodo oporteat, quam ſententiam ſeſe ferre par ſit. Alii diuinatiōem appellatam eſſe putant, qñ cū accuſator, & reus duæ res, q̄ſi cognatæ cōiunctæq; ſint, neq; una ſine altera conſtare poſſit, In hoc tīū cauſæ genere reus quidem iam eſt, ſed accuſator nondum eſt, & ideo diuinatione ſupplendum eſt, quiſnam accuſator futurus ſit. Ita Cicerōis prima uerrinarum diuinatio inſcribit̄, q̄a non de facto, ſed de futuro quærit̄, q̄ eſt diuinatio, uter debeat accuſare Cicerō an Cæcilius. Alii putant diuinationē dici, ꝙ res agat̄ ſine teſtibus, & ſine tabulis, & his remotis argumenta leuia ſequant̄, & iudices quaſi diuinēt. Huius cōpoſitū eſt ꝑdiuino, qd̄ Pli. poſuit pro præſentio, cū ait li. x. Tū uniuerſæ prouolant, ſi dies mitis futurus eſt. Prædiuinant. n. uentos, imbreſq;, & tunc ſe continent tectis.

Diu aduerbium pro die, a quo fit interdiu. Plau. Nec noctu, nec diu quietus. Interdum ſignificat longo tempore. Vnde fit diutius, longiori tempore.

Diutiſſime, longiſſimo tempore: Tandiu tanto tempore, quandiu quanto tempore. Iam diu, olim.

Diutile, pe. cor. aduerbiū dimi. ſignificat aliq̄diu. Gel. Cū diutile tacitus cogitando fuiſſem. Apul. in flo. At non itidem maior meus Socrates, qui cum decorum adoleſcentem, & diutile tacentem conſpicatus foret.

Diutinus, a. um. pe. cor. longus, ſeu continuus. Cic. Libertatis deſiderio, tædioq; diutinæ ſeruitutis.

Diuturnus, a. um. idem quod diutinus, a diu deriuatum Cice. Diuturni ſilentii.

Diurnus, a. ū. a die fit, ſicut nocturnus a noctu. Vñ & diurni dūr libri, in quibus ſcribunt̄ geſta ſingulor̄ dierū.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vulgo zornales dñr. Iu. Longi relegit trãſacta diurni Alias diurnũ accipiẽ p uictu, atq; mercede unius diei. Sene. diurnum accipit, in centiculo dormit. Idem li. ii. contro. Conſors modo oñis fortunæ diurnũ petam. Diurno, as. diu uiuo, ſicut perenno, as. Diunt. i. dant, ut apud Plau. & Lucre.

Dante

Do, das, dedi, datũ. Cuius cõpoſita ſi ſint ex monoſyllabis ꝓpoſitionibus, ſunt tertiæ cõiugationis, & ptm̃ geminãt, ut reddo, is. reddidi, perdo, is. pdidi. Excipiẽ ſedo, as. aui. ex ſe & do. Et dr̃ uerbũ dtm̃, qm̃ ultra actũm poſtulat dtm̃, & q cq̃ dare ſedulo reperiẽ. Et ita dtõ delectaẽ ut qñq; duos dtõs exigat, p deſcribere ſeu ꝑputare, q̃q̃ alter eo⁊ nõ ſemp ponaẽ, ſed ſubintelligiẽ. Cic. li. ii. offi. Ne Marco qdẽ Seio uitio datũ, q; in charitate annonæ aſſe modiũ dedit pp̃lo. Teren. unũ tm̃ exp̃ſſit. Nũc quã rem uitio dent q̃ſo aĩaduertite, ſubintelligiẽ poetæ. Plau. in Am. Nũc tibi hanc paterã, q̃ dono mihi ob uirtutẽ data eſt Alcmena tibi dono, Hic dono ut⁊ caſus datiui, an ablti ſit. dubiũ uideẽ. Vtroq; mõ ſumi poſſe cẽſeo. In dtõ ꝑ dedico capiẽ. Si aũt abltm̃ ẽe uelimus, ut dono ſit quaſi noĩe doni, tũc do a propria ſignificatione nõ recedit. In q̃ Plau. tm̃ ipſi uerbo actm̃ ultra actm̃ ſine ꝓpoſitiõe dedit, ſed appoſitiue, ſic. Eſt ager ſub urbe. Hic uobis eum dabo dotẽ ſorori. i. ut ſit dos, uel noĩe dotis, uel ꝑ dote. Aliq̃n ultra dtm̃ ponitur actũs cũ ad. Cic. Cor. Lr̃as ad te nunq̃ habui cui darẽ, qn dederim. Idẽ ad Q. fratrẽ. Oculos aũt natura nobis, ut equo & leoni ſetas, & caudã, & aures ad motus aĩo⁊ declarãdos dedit. Aliq̃n præter dtm̃ poniẽ actũs cũ in. Ter. in phor. Dic qd uelis dari tibi in manũ, ut her⁹ his deſiſtat litibus, Nõnunq̃ actũs poniẽ cũ ad, & dtũs remoueẽ. Ci. li. ii. phil. Ad ſepulturã corpus uictrici ſui negat a me datũ. Interdũ ipſe actũs cũ in ponit. Plaut. in Cap. Hoc ſi faxis dabo in caueã. Cic. Teren. In uiam qd̃ te des hoc tpe nihil eſt. i, ponas, ſeu inducas. Qñq; regit abltm̃, cũ ꝓpoſitione, poſt dtm̃, ut ſit qm̃ damus per alique aliqd alicui ab aliquo. Plau. i Cap. Seq̃re me uiati cum ut dem a trapezita tibi, eadẽ opa a ꝓtore ſumas ſyngraphũ, Qñq; non per abltm̃, ſed p actm̃ cum per. Col. li. ix. Aſcenſus deiñ auib⁹ ad tabulata p utranq; cellam daẽ. Sæpius tm̃ poſt actm̃ dtm̃ regit, & hoc uariis actibus applicari ſolet. Plau. in Epi. Si æquũ ſit me pl⁹ ſape q̃ uos, dederim uobis conſiliũ cautũ, qd̃ laudetis. In Cur. Nũc rei diuinæ opam dabo. In Mer. Me toxico morti dabo. In Cap. Do tibi opam, ſi qd eſt qd̃ me uelis. Gel. Cretẽſes quoq; ꝓlia ĩgredi ſolitos, memoriæ datũ eſt. Capiẽ ẽt ſicut uendo, ut q; in charitate annonæ aſſe modiũ populo dederit. Itẽ dare eſt offerre obiicere. Ter. in Hec. Profecto hoc ſic eſt ut puto, oĩbus nobis, ut res dant ſeſe, ita magni atq; humiles ſumus. Itẽ accipere. Idẽ in eadẽ. Dabo iuſiurandũ nihil eſſe iſto⁊ tibi. Itẽ inferre inducere. Vir. Magnã dabit ille ruinã arborib⁹. Itẽ ꝑmittere. Ter. i Hec. Si mihi fidẽ das, te taciturũ, dicã. Itẽ permittere, ut apud apm̃ ad Rom. Deditillis deus ſpũm cõpunctionis. i. permiſit ut haberẽt ſpũm compunctiõis. Itẽ dicere. Ter. in Heau. Nũc q̃obrem has partes didicerim, paucis dabo. Item obtemperare, ut in Adel. Da te mihi. i. accommoda te meæ uoluntati. Item ꝓſtituere. Mar. Caſta igiẽ nulla eſtẽ caſtæ ſunt mille. quid ergo caſta facitẽ non dat, nõ tm̃ illa negat. Item facere. Teren. i Adel. O Æſchine pol haud parentũ iſtuc dediſti. Itẽ concitare, ut apud eundẽ in Eu. Ludum iocumq; dices fuiſſe illũ alteꝝ, præ ut huius rabies, q̃ dabit. dare pœnas eſt ſuſtinere. Lact. lib. vii. Sed tm̃ docent nos ſanctæ lr̃æ, quẽadmodum pœnas impii ſunt daturi. Dare ueniã eſt concedere quod petitur. Teren. Da ueniam quæſo filio tuo. Cic. de ora. Dabis hãc ueniam mi frater. Dare opam, eſt adiuuare, inſeruire. Ter. in phor. Nos operam dabamus Phædriæ. Dare poteſtatẽ, eſt rem in alterius arbitrio ꝑmittere. Pli. Vtq; ſuaꝝ oĩm reꝝ ptãtem auunculo dederat. Dare fidem eſt aliq̃d ſancte ꝑmittere. Dare in manũ, ꝓcat ſeparatim, & ſine arbitro aut interꝑte, ut cũ ꝓuaricator, aut iudex corruptus accipit pecuniã. Do me in diſciplinã, ſignificat do opam diſciplinæ. Amb. Sed relictis oĩbus in diſciplinã ſe, ꝓphetica daret. Datũ eſt. i. fato decretoq; conceſſum eſt, ut Non dabiẽ regnis eſto ꝓhibere latinis. Huius uerbi cõpoſita ſunt. Abdo, addo, condo, circundo, credo, dedo, edo, indo, obdo, perdo, prodo, prædo, a quo & prædor paſſiuũ, de quo alibi. Reddo, ſubdo, ſedo, ſatiſdo, peſſundo, uenundo, trado, & mãdo.

Doceo, es. cui. doctũ, cuiuſcũq; rei cognitionẽ do, cõſtruiturq; cum duobus accuſatiuis, ut doceo te lr̃as. Aliq̃n cũ uno tm̃, licet alius poſſet intelligi. Aliq̃n p̃cium exprimiẽ in abltõ uel gtõ. Cic. li. ii. Phil. Iam inuideo magiſtro tuo, q te tanta mercede, quanta iam ꝓferam, nihil ſapere docuit. Iuue. Tenta Chryſogonus quanti doceat, uel pollio quanti. Aliq̃n cũ abltõ. Cice. Præto. Socratẽ fidibus docuit. Vir. li. iiii. Paucis aduerte docebo. Aliq̃n cũ abltõ cum de. Sal. in Iu. Tametſi legatos miſerat, q; ſenatũ de cæde fratris, de fortunis edocerent. Aliq̃n abſolute. Vir. Docuit poſt exitus ingens. Poniẽ ẽt docere pro monere, qd̃ q̃dam barbare dñt auiſare. Cic. Apio pulchro. Ne lr̃as q̃dem ullas accepi, quæ me docerent, qd ageres, aut ubi te uiſurus eſſem. Hui⁹ uerbi compoſita ſunt Addoceo, dedoceo, edoceo, perdoceo, q̃ ambo ſignificant pfecte doceo. Sal. Cicero p legatos cuncta edoctus. Plau. in Sti. Nã illa oẽs artes per docet. Prædoceo, prius doceo. Sal. in Iu. Cæteꝝ illi, qui centuriis ꝑerant, ꝑdocti a duce, arma ornatumq; mutauerãt. Subdoceo loco alicui⁹ doceo. Aug. li. viii. Cõ. Nebridius amicitiæ noſtræ ceſſerat, ut oĩum noſtrũ familiariſſimo Verecundo mediolanẽſi, & ciui, & grammatico ſubdoceret uehementer deſideranti.

Doctus dr̃, qui rõnem rei tm̃ tenet. Peritus, qui cũ ratione experientiã, & conſuetudinẽ tenet, ἀπὸ τ̃ πείρας. i. experientia. Itaq; minus eſt doctus, q̃ peritus. Cic. in Sal. Satis docte, atq; perite feciſti. Idem li. iii. offi. Itaq; cum ſint docti a peritis deſciſcunt facile a ſnĩa. Maiorẽ tm̃ uim hẽt doctus q̃ eruditus. Idẽ lib. i. offi. Nec ſolũ uiui, ac pñtes ſtudioſos diſcẽdi erudiunt atq; docẽt, ſed hoc idem ẽt poſt mortẽ monumentis lr̃aꝝ aſſequunt. Nec miꝝ eſt q; minus ſit eruditus q̃ doctus, qm̃ rudis, & eruditus contraria ſunt. Pli. Sedere cœpit ſnĩa hæc, pariterq; eruditũ uulgus, & rude in eam curſu uadit. Quinti. li. i. A pædagogis exigat, ut ſint eruditi quo adoleſcẽtes eruditi queant, aut ſe nõ eruditos eſſe ſciant, ne mala ꝓ bona illos imbuant lr̃aꝝ eruditiõe, eos inſup re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dargues,q̄ cedere p̄cipiendi peritis indignanť,ut aĩad uertať,si pædagogos decet esse eruditos,,pfecto p̄ceptores par est, non solũ eruditos, sed doctos atq; peritos esse debere. Aliq̃ eruditus dī q̄ suã doctrinã ornate affert. Vñ multi sunt docti nõ tñ eruditi. Ci.li.i.offi. Occurrit nobis,& qdem a doctis & eruditis. Doctus, cum quo cõponitur indoctus, nomẽ est,tametsi participiũ esse possit,sed tñ abltm̃ regit,Cic.li.ii.offi. Nec me angoribus dedi,qbus essem confectus,nisi restitissem,nec rursum indignis docto hoie uoluptatibus. Idẽ Corni. Sed ,pxime scripsi de optimo gñe dicendi in quo sæpe suspicatus sum te a iudicio nr̃o sicut doctum hoiem a non indocto paulũ dissidere. Semidoctus sīr,& participium & nomen esse põt. Plau.in Asi. Tua ista culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te amoues.

Docilis,q̄ attente uult audire,inqt Cice.li.i.ad Her. Vel docilis q̄ facile doceť. Lact.de opi. Nã si te in lr̃is nihil aliud q̄ linguã instruentibus auditorẽ satis strenuum p̄buisti, quanto magis in his ueris,& ad uitã pertinentibus docilior esse debebis. Var.li.i.de re Rust. Cassius scribit hæc oparios parãdos esse,q̄ laborẽ ferre possint, ne minores annoꝝ xxii.& ad agriculturam dociles.

Docilitas aptitudo,q̄ quis facile doceť. Pli.li. viii.de elephantis. Nã quod ad docilitatẽ attinet,regem adorãt.

Docibilis,qui idoneus est ut doceať, ut lib.iii.Re. Dabis igit̄ cor docibile seruo tuo,ut iudicare possit pp̄lm tuum. Hie. Ingeniũ & sine doctore docibile est. Lau. Val. contra Prisc. ita differit. Docilis q̄ facile doceť, & q̄ natura aptus est doceri. Sic Cypria. Docibilis est, q̄ est ad discẽdi patientiã lenis & mitis. Augu. Oẽs regni illius homines docibiles dei erũt non ab hoĩbus audient.

Docimasiam græci dicunt indicaturam hoc est preciũ rei, probationemq̄.

Doctrina dicitur, ut a doctore proficiscitur, disciplina ut a discipulo comprenditur.

Documentum a ptõ docui fit,sicut a monui monumẽtum. Et est id,quod nos docet, siue ex quo qui docemur. Sal. Quarum rerum ego maxime hæc documenta habeo, q̄ in bello sæpius uindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnauerant.

Docus latine tignum uel trabes. Pli.lib.ii. Trabes igneæ quas docõs uocant.

Dodone Iouis & Europæ filia,quæ & Dodon dī. Est & nomen loci quem Deucalion ex oraculo condidit collectis his q̄ superfuerant diluuio, Dodonemq̄ appellauit ab oceani filia Dodone. Vnde Dodonius,a.um,

Dodona pe.prod. ciuitas Epiri, iuxta quã ꝓpinquũ erat nemus Ioui sacrũ,ubi quercus uocales fuisse dicunt.

Dodoneus,a.um. possessiuum. Auso. Nec dodonei cessat tinnitus aheni. Virgi.lib.iii. Stipatq̄ carinis Ingens argentum,dodoneosq̄ lebetas.

Dodrans dī dẽpto q̃drante ex uncia nouẽ partes assis.

Dogma.atis. & dogmatũ græci dñt δικέω & ὅτω δόξη δόγματα ἔρχετη, nostri mõ decretum, modo scitũ, mõ placitũ appellant. Sunt.n.dogmata uniuscuiusq̄ sectæ decreta,quæ ut inquit Cic. ꝓdere scelus est non minus q̄ patriã,sine qbus nec sectæ p̄hoꝝ,nec religionũ uires constare p̄nt. Vñ Laertius ait. Sectam eam non appellari,quæ dogmata non hẽt. Scribit Aug.li.de ci.dei. Se ex Var. philosophia collegisse,dogmata fuisse solo habitu inter se diuersa. Vnde ẽt dogmata illa dicuntur,q̄ synodus sanctoꝝ sciuit,& Athanasius conscripsit. Artes quoq̄ liberales hñt decreta sua,non tñ præcepta,sicut medicina. Itaq̄ ẽ alia Hippocratis secta, alia Asclepiadis, alia Themisonis. Præterea nulla ars comtemplatiua sine decretis suis est. Plini. frequenter placita appellat,ut illud ex lib. ii. Babylonioꝝ placita, motus terræ,hiatusq̄,& cætera omnia ui syderum existimãt fieri. Idem magorum placita appellat.

Dogmatistes,qui alicuius dogma sequitur. Hier. Nunc uero cũ interp̄s magis Apli fuerim, q̄ dogmatistes.

Dolare significat ascia,uel dolabra,uł falce cædere. Prop̄er. Stipes acernus eram properanti falce dolatus. Huius composita dedolo,& edolo pe.cor.

Dolio,is, liui. itum. Eiusdem significationis: Varro.in Aga. Nunquam cælatus in manu dextra scyphus cælo dolitus artem ostentat mentoris.

Dolabra,pe.cor. instrm̃ fabroꝝ, quo ligna dolãt. Colli. iii. Quæ falce ãputari nõ p̄nt,acuta dolubra abradito.

Dolobella diminutiuum a dolabra. Idem li. v. Semper circa crus dolobella dimouenda est terra. Hoc etiam nomine dictus fuit Romanus ciuis.

Dolabro.as. ascia,uel dolabra diminuo.

Dolor est aĩ uel corpis cruciatus, a dolando.i. minuẽdo Augentur.n.corpora læticia, dolore minuuntur.

Dolẽtia,idẽ qđ dolor,cuius cõtrariũ est indolẽtia. Ciut q̄ rem expetendã, uel uoluptate, uel indolẽtia metiũť.

Doloro,as.pe.pro.dolore afficio.

Dolorificus,a.um. quod dolorem facit.

Doleo,es.dolui,itum. unde doliturus. Aug.li.xxi.ci.dei. Quemadmodum dicimus.hominũ corpora uiua futura quæ semper arsura, atq; dolitura, nec tñ aliq̃n̄ sint moritura. Hoc uerbũ,si ad corpus referať neutrũ acquisitiuũ est,ut oculi dolent uiro tuo. Sin de rebus alienis effectiuũ est,ut doleo tuis rebus aduersis. aliq̃n ẽt cum actõ, ut Doleo tuam miseriam. Sal. Quasi dolens eius casum. Huius composita sunt. Condoleo,quod ẽ simul uel in totum doleo. Plau.in Tru. Date iam soleas, atq; intro me ducite actutum, nam mihi de uento misere condoluit caput. Dedoleo,de quo alibi.

Dolus a delendo, uel a dolando.i. lædendo,& minuendo. Sed græca dictio est δλος,& apud illos dī δλιότης dolus uel dolositas, & accipitur pro fraude, & machinatione,q̄ fit ad fallendum aliquẽ. Est.n. dolus cum aliud agitur, aliud simulať. Veteres tñ etiam in bonam partem accipiebant pro solertia,& calliditate, quæ aduersus hostes adhibetur. Vnde nunc quoq; dolum malum dicimus,quoniam & bonus dolus dicebatur, a dolus fiũt. Subdolus,pe.cor. pro occulto deceptore a sub id est subtus dolosus. Dolus etiam proprium nomen auctoris Mendesii cuius meminit Colu.lib. viii.

Dolosus qui est,plenus dolis, qui frequenter alios fallit. Quandoq; etiam pro inuidioso ponitur.

Dolon,nomen proprium uiri Troiani, egregia pedum pernicitate prædiți.

Dolones, a fallendo dicti sunt ingentes conti ferro brevissimo,q̄ decipiant,cũ speciẽ p̄ferant ligni, intus aũt ferę acutum habeant. Vir.li.vii. Sæuosq̄ gerũt in bella dolones. Vbi Seruius ait dolonem flagellũ esse, intra cuius uirgam lateat pugio. Apud Liui. accipi uidẽ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur dolones p armamẽtis naualibus, ubi ſcribit. Sublatis raptim dolonibus Epheſum petit fuga. Sunt.n. minuſcula nauiũ uela, q̃ uulgus trincheta appellat, ſicut uelum maximũ Acation. tertiũq; qd retrorſum panditur in puppi poſitũ Epidromon, nautæ uocant Mezanam. Liui. lib. xxxvi. Dolonibus erectis altum petere intendit. Nam in nauigiis ſunt maiora & minora uela, alia ī proris, alia in puppibus pandunt. Suidas tñ δλωνδν τὰ μικρὰ ἱστία, χελάζοντδν τὰ μεγάλα ἁρμένα μὴ μικροῖς ἀλλὰ δλωνεῖσ καλοῦσι μέσθαι. καὶ ἀῦθις δλωνδν. προβαλόμενοι δὲ πανδς τδλου ναῦσ ὁλίγας, ταῦτασ δὲ δλωνας ἐπαράμενοσ ἔπλει. οἱ δὲ ῥωμαῖοι τδλι σὸν γενόμενοι, καθεῖλον μὲν δλωνασ.

Dolia ſunt uaſa grandia qbus uinum recondit. Ter. Repleui oīa dolia, oīs ſerias. veteres dolia fictilia in cellis uinariis ſeruabant. Quæ ſi duas aures habuiſſent, Dotæ dicebant. Juriſcõſulti ſcribunt uino legato, cũ uaſis dolia legata non ſunt, q a. ſ. ea mẽte uinũ in dolia cõdimus, ut ex his poſtea in amphoras, uel cados diffundamus. Et hoc eſt uinũ, qd diffuſum noīatur. Iu. Ille capillato diffuſum, cõſule potat. Idẽ Juriſcõſulti de fundo inſtructo indicãt dolia defodi ſolita ſcribentes, inſtrõ cõſeruando dolia licet defoſſa non ſint accedunt.

Doliola dimi. a doliis. Vnde & locus in urbe fuit ſic uocatus, qa inuadentibus Gallis Senonibus, ſacra Romana noχ in eodem loco doliolis condita, illic defoſſa fuerunt a Flamine Quirinali, ſicut Liui. lib. v. ſcribit.

Doliaris & hoc doliare, qd ad dolia pertinet. Vñ Plau. in Pſeu. feſtiuiter appellat anum uentroſam doliarem.

Doliariũ, qd apud Juriſc. poni uidetur pro dolio, uel cella in qua dolia uinaria ſint. Sic.n. ſcriptum eſt. Si ex doliario pars uini uenierit ueluti metretæ centum.

Dolichus cõtinet ſtadia xii. Diaulos, mille ducentos pedes. Milium ſtadia octo.

Doliche inſula eſt e regione chimæræ Lycii montis.

Dolopes, pe. cor. populi Theſſaliæ, ut oſtendit Luc. Plinius uero ſcribit eſſe populos Ætoliæ.

Doma, is. tectũ ἑλληνιστὶ μὲν ὁ ἀὖρ λέγεται ἡ δόμος ἡ δὲ δῶμα τῆς. Nã ut inqt Hie. in Ægypto, & in Palæſtina, ubi ſcripti dīuini libri, uel interp̃tati ſunt, non habẽt in tectis culmina, ſed domata, quæ Romæ uel ſolaria, uel mediana uocant. i. plana tecta, q̃ tranſuerſis trabibus ſuſtẽtant. Deniq; & Petrus in actibus apl̃oχ, qñ aſcendit in doma, in tectum ædificii aſcendiſſe credẽdus eſt. Et qñ præcipitur nobis, ut faciamus domati noſtro coronã, hoc præcipit, ut in tecto faciamus per circuitũ quaſdam eminentias, ne facilis in præceps ſit lapſus. Et in euangelio. Quæ audiſtis in aure, dicite ſuper domata.

Domus ꝓprie ædificiũ ad habitandũ factũ, qd ex tecto, & parietibus conſtat, ὁ δόμος ἑλληνικὴ λέξις ἐστί. Improprie, p quocũq; habitaculo. Vñ & tẽpla, & auiũ nidi domus dr. Vir. li. vi. Oſtia iamq; domus patuere ingentia centũ Sponte ſua. Idem. Antiquaſq; domos auiũ cum ſtirpibus imis Eruit. Aliqñ domus dr familia. Idem li. v. Sergeſtuſq; domus tenet a quo Sergia nomẽ. Aliqñ ſumit pro una tota gente. Idem. Cũ domus Aſſaraci, uolens intelligi Romanos, q de aſſaraco per Troianos originẽ ducũt. Et in ſacris lr̃is, domus Iacob dr iam in gens hebræoχ populus. Aliqñ p patria, ut Da propriã Tymbræe domũ, da mœnia feſſis. Et ſciendũ, q dom⁹ facit gtm̃ domus, & domi, dtm̃ domui, actm̃ domum vtm̃ domus, abltm̃ domo. Sed cũ dicimus domi, locũ ſignificamus, in quo qs manet. ut domi ſum. Et inde domos abeũt non domus. Cũ uero domus, tũc ædificium, quod ex tecto, & parietibus conſtat, ut Domi maneo, nõ domus. Et parte domus demolitus ſum, nõ domi. Et ſupiora domus aſcẽdi, nõ domi. Domi & in domo idem ſcat. Quin. In domo furtũ factũ ab eo q domi fuit, Dicim⁹ ét, Reuertor domũ, & ad domũ. Exeo domo, uel e domo. Et qñ iungitur cum his pronoĩbus mea, tua, ſua, nr̃a, ueſtra, & uni noĩ aliena, nõ eſt dicendum cp domus ſit aduerbium, ut eram domi meæ. Tu eras domi meæ. Tu eras domi tuæ, & ſic de cæteris. Cice. Qui cum iſta ætate, & forma alienæ domi nolo dicere, cp ſi non ponantur, hæc pronomina ſubintelligũtur, ut domi ero. i. meæ, huius nomĩs diminutiua ſunt. Domuſcula, domuncula & domuncio. Apulei. Iam deniq;, nec larem requiro, nec domuncionem paro.

Domeſticus, a. um. quod ad domum pertinet, ut domeſtica negocia. Aliqñ domeſticus dr manſuetus, ac mitis. Pli. Mite aīal, ac domeſticũ. Hi domeſtici dicũtur, qui ex eadem domo ſunt, & nobiſcum habitant.

Domeſticatim, ſignificat per uarias domos, ſiue per domeſticos. Sue. in Cæſ. Quoχ ut q̃ maxima expectatio eſſet, ea quæ ad epulum pertinerent, q̃uis macellariis oblocata, etiam domeſticatim apparabat.

Domicœnium capitur pro cœna domeſtica apud Martialem. Si triſti domicœnio laboras.

Domiciliũ habitatio longi tp̃is. Vñ mutare domiciliũ dicuntur q migrant, ut aliã urbẽ habitẽt, tanq̃ illius ciues futuri. Nã qui ad tp̃s habitat mox inde diſceſſurus, domũ quidem põt hr̃e, quam conduxit, domicilium aũt non hẽt. Gel. Qui domiciliũ in Italia nõ haberet.

Domo, as. domui, itũ. uel domaui atum. Vñ domitor, & domator. Oui. de triſt. Quid tibi de tetrico referã domitore chimeræ. Tibul. Te duce non alias cõuerſa terga domator. Nam, ut docet Priſc. Verba primæ cõiugationis formantia ptũ in ui diuiſas, antiq tertia declinatiõe declinare ſolebant. Ex quo patet, cp a prima cõiugatione ptũ terminat in aui, ſupinũ in atũ. deriuatiua in ator. atio. Quæ ãt in ui diuiſas, a tertia ſum ptũ eſt, q̃uis ut plurimũ in prima coniugatiõe declinẽtur. Eſt aũt domare, q̃ſi ſub domo, & ptãte, uel mea, uł alicuius facere, ſiue mãſuefacere, & domeſticũ reddere. Vñ equoχ domitores dñr, & domiti, atq; indomiti equi. Indomitæ gentes feroces. Per tranſlationem domare ſcat uincere, a quo domitos hoſtes dicimus. i. uictos, & domitos populos in ptãtem redactos. Hic cõponit perdomo, pe. cor. qd eſt ualde domo, uel ad finẽ domo. Iuſti. li. i. Terminos uſq; Libyæ perdomuit.

Domitura, æ. domandi actus. Pli. Domitura boum in trimatu optima. Col. li. vii. Curandum ne in domitura bos calce, aut cornu quemq̃ contingat.

Domitialis qui eſt aptus ad domandum.

Domuitio dictio cõpoſita ex domo, & itio, i. reuerſio ad domũ. Apu. li. iii. Deniq; nec larẽ reqro, nec domuitionẽ paro. Itiones aũt dici ſicut reditiones, & abitiones, teſtis ẽ Ter. q in phor. ait. Hæccine erãt itiones crebræ, & manſiones diutinæ. Ci. li. i. de diuina. Sed Rhodioχ claſſis propinquum reditum, ac domuitionem dari.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dominus a domo ſit,& is proprie dī,qui domui præeſt, & dom⁹ imperiū habet. Item dñi appellatio ad eos extendit,q rei alicuius ꝓprietatē habent,ēt ſi uſus fruct⁹ alienus ſit. A buſiue tñ,& filii familias,& cæteri liberi, q in ptāte ſunt, & uſufructuarii dñi dñr. Itē dūs uocāt cui ſeruit,& cui ppli ſubſunt. Vir. Romanos rerꝫ dominos. Hinc dominium pro imperio, & uita dominoꝫ. Rurſus dūs dī maritus. Idem li. iiii. Connubia noſtra reppulit,ac dūm Æneam in regna recepit. Item mulierum amator, & domina pro amica,ſeu amante dicit. Oui. Hæc tibi ſub dño eſt pyrrhe puella ſuo. Et iterum Nam furor in dominā temeraria brachia mouit. Itē ponit pro conuiuii exhibitore. Var. Aut dñm,aut uinum,aut aliud qd laudato. Dñs quoq;,& dña ſumi ſolent,p deo,ac dea. Oui. Et dño ſoluere uota Ioui. A dūs fiunt deriuatiua Dñicus,Domicius,Domicianus.

Dominor,aris. impiū gero. Et mō gtñ regit. Hie. in Eccleſiaſtico. Et dominatus eſt beſtiaꝫ. Modo dtñ. Vir. Victis dominabitur Argis. Modo actñ cum in. Oui. li. i. Met. Et qī dominari in cætera poſſet,natus homo Cic. Fœlix ſenectus, ſi uſq; ad ultimū ſpiritum dominabitur in ſuos. Modo ablatiuum ſimiliter cū in. Ser. Sul. Ci. Quū caſus, & natura in bonis dominatur. Vir. lib. ii. Incenſa Danai dominantur in urbe.

Dominium ſignificat dominorum imperium, & dominatio principatus.

Dona ſunt, quæ aut ꝓpiciandis diis dantur, aut hoībus pro bñfactis,q̄ nulla neceſſitate iuris, ſed ſpōte pſtant. Oui. Munera (crede mihi) placant hoieſq; deoſq;, Placatur donis Iuppiter ipſe ſuis. Aliq̄ donū dicitur de rebus perniciosis. Vir. Quas illi Philomela dapes,quæ dona parauit. Donum honorarium eſt illud, quod datur patrono, λέγε τὴν χαὶ λῶϛα. ρ. ἐιϛ. ν. dorium.

Dono,as. unde donatio,quam Vlpia. dici proprie exiſtimat,cum quis ea mente dat, ut ſtatim uelit accipiētis fieri,nec ullo caſu ad ſe reuerti, & propter nullā aliam cauſam facit,quā ut liberalitatē, & munificentiā exerceat. Quod ſi ſub conditione fiat,non eſt uera donatio Et dicimus. Dono tibi munus,& dono te munere. Huius uerbi cōpoſita ſunt Cōdono, qd qñq; pro ſimplici ponit. Qñq; ſcat quicq̄ ad alioꝫ petitiōem do,& qñq; ignoſco. Ter. in Phor. Argentū quod hés, cōdonamus tibi. Sal. Haud facile alterius libidini malefacta condonabam. Redono ponitur pro ſimplici. Aug. Redona, quod rogamus. excuſa quod timemus. Et hñt pe. pro.

Donare ciuitate aliquem eſt ipſum efficere ciuem, & ei iura ciuium dare.

Donatus dicitur,cui aliquid dono datum eſt. Cuius cōtrarium eſt indonatus. Virgi. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Donaria loca,ubi reponunt dona, quæ deo offeruntur. Abuſiue ipſa templa. Vir. li. iii. Geor. Tēpore non alio dñt regionibus illis Quæſitas ad ſacra boues Iunonis, & uris Imparibus ductos alta ad donaria curr⁹. Gel. li. ii. Vbi reponi ſolerēt ſigna uetera, quæ ex eo templo collapſa eſſent, & alia q̄dam religioſe donariis conſecrata. Apu. Ibi donarium deæ perq̄ opulentū plurima auri, & argenti ratio in lancibus, ſpectaculis, poculis, & hmōi utēſilibus. Quod eſt cōtra Lau. Val. q Seruiū culpat. Aliq̄ donaria dñr iꝑa dona. Vnde Spartianus ſcribit Antoninū dediſſe populo congiariū, & militibus donariū. Hie. in Ioel. Veſpaſianus & Titus Romæ templo Pacis ædificato, uaſa templi Hieroſolymitani, & uniuerſa donaria in delubro illius conſecrarunt.

Donatiuus,q donare pōt. Paulus Iuriſc. Si duobus debitoribus mortis cauſa donatiuus creditor uni acceptū tulit,& conualuerit,eligere poteſt utri condicat.

Donatiuū dī munus, quod a principe uel imperatore donat. Aug. Magnum quippe donatiuū ſuis militibus attulit,quo eos non ſolū copioſe ditauit,ſed ēt ad certandum inuictiſſime confortauit. Aliquando dī quod diſpoſitum eſt donationi,ſiue deputatum,Sue. in Domi. An duplū donatiuū militi donaret, & in Galba dicit eum pollicitum donatiuū. Significant enim talia nomina quandoq; actum,quandoq; diſpoſitionem.

Donax latine arundo. Hinc apud Plinium calamus fruticoſiſſimus donax dictus eſt.

Donaticæ coronæ dicebant,qb⁹ ueteres i ludis utebant.

Donec aduerbium,modo tps finitū deſignat,ut Dormiam donec exciter ab aliquo. Modo infinitū,ut apud Apoſtolum. Oportet illum regnare, donec ponat oēs inimicos ſub pedibus eius. Nunquid tandiu regnaturus eſt, donec incipiāt eſſe ſub pedibus eius inimici,& poſtq̄ fuerint ſub pedibus, tunc regnare deſiſtet? cum utiq; tunc magis regnare incipiet,cum inimici cœperint eſſe ſub pedibus eius. Et in pſal. Sicut oculi ancillæ in manibus dñæ ſuæ, ita oculi noſtri ad dūm deum nr̄m,donec miſereat noſtri, Ergo tandiu oculos habebit ad deū, donec miſericordiā impetret,& poſtq̄ impetrauerit, oculos torquebit ad terras? cum alibi dicat. Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum? Iungitur aūt donec,tam indicatiuo,q̄ ſubiunctiuo, cum ſignificat tps finitū,ut Seruiam tibi donec uiuo. i. q̄ diu uiuo Seruiam tibi donec moriar. i. uſq; ad mortem.

Donyſa,inſula eſt in mari Ægeo.

Dorcas,adis. animal dama, ſeu caprea,ab eo,ꝙ acute uideat, hoc eſt, ἀπὸ τοῦ ὀξέως ὁρᾶν.

Dormio,is. uerbum abſolutum,q̄uis actū quādoq; habeat. Ambr. li. i. offi. Soporem quietis habere non poſſunt,quem ille dormiuit,qui reſurrexit. Huius compoſita ſunt,addormio,a quo addormiſco,quod eſt contrarium uerbi expergiſcor. Sue. de Claudio. Et quotiens poſt cibum addormiſceret,quod ei fere accidebat olearum ac palmularum oſſibus inceſſebatur. Obdormio,quod modo dormio, modo ſoporor ſignificat. Prædormio,antedormio. Redormio,euigilo. Plinius. In redormitione uaria fuiſſe ſomnia apparet.

Dormito,as. pe. ꝑ. frequen. eſt, q̄uis diminutionē ſignificati qñq; habeat. Hor. Qñq; bonus dormitat Homer⁹. Eſt aūt ꝓprie dormitare ſomno detineri. Plau. in Am. Te dormitare aiebas,menſa ablata eſt, cubitum hinc abimus. Et in pſal. Ecce non dormitabit,neq; dormiet

Dorſum & dorſus, us. ſm Probū,dī tota poſterior pars, ꝙ ea pars corporis deuexa ſit deorſum. Hie. in Eze. Inter ueſtibulum,& altare quaſi. xxxv. uiri dorſa habentes contra templum dñi,& faciem ad oriētem. Eſt eñ tergum quod nō ſolū dī de hoībus, cæteriſq; animalibus, ſed etiam de inānimatis,ut de littorib⁹, aquis, mōtibus, & hmōi. Vir. Dorſum imane mari ſummo. Idē. Nanq; inflicta uadis dorſo dum pendet iniquo. Signi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ficat enim duriorem arenam,ut inquit Ser. quæ reme antibus fluctibus & euntibus denſaſ,quod a nautis pul uinus uocaſ.Antiqui tñ doſſum dicebant, quod nunc dorſum dicimus,Et ita uulgo uſurpaſ. Inde doſſuaria iumenta a Varrone dicta quæ doſſo uehunt.

Dorſualia,& doſſualia dñr uelamenta ſiue opimenta,q bus equi & boues teguntur.Iul.Capi.Proceſſerunt cēteni albi boues cornibus auro iugatis,& dorſualibus apri cis,diſcoloribus præfulgentes.

Dorſuarius.a.um,quod dorſo aliqd fert.Var.Greges fi unt fere mercatorū,& eorū q e Brunduſio, aut Apulia aſellis dorſuariis cōportant ad mare oleū,aut uinum.

Doſſum & Doſſuarium.Vide in dictione Dorſum.

Doris nympha quædā maris,Oceani & Tethyos filia, quam Nereo fratri uxorē dedit,& interptaſ amaritu do. Vnde & a poetis ponit pro mari.Virg.in Gallo.Do ris amara ſuam non intermiſceat undam.

Doriſcus urbs littoralis Thraciæ fere ex oppoſito ad ſa mothraciā,& a dori Nympha,hoc eſt dea mariū noia tur.Iuxta hanc,Herodoto teſte,campus eſt magnus e iuſdem'noīs per quem Hebrus amnis defluit.

Doria & Dorica noia ſunt partis Achaiæ, q̄ ppinqua ē Athenis,dicente Platone li.iii.legū. Dori pro Achiuis mutato noīe appellati,propter Doricum,a quo exules reſtituti fuerunt.Ser.uero ſuper ii.Ænei,Dorica,inquit a Doro Nepruni filio dicitur.

Dories ſunt populi Doricæ iuxta Æoliam.

Dory cum y,nomē oppidi Pontici,quod apud nos lan ceam ſignificat,Vnde Doryphorus.

Doryclus nomen filii Priami,& interptari pōt lanceæ gloria, Δόρυ lancea uel haſta, κλέος gloria.

Doryphorus pe.cor.latine ſpiculator,uel ſatelles dī por tans lanceā.Et eſt nomen uiri propriū,de quo Quintil li.v.Curtius lib.i.Cognatorū Darii regis turbā xv. M. hoīm fuiſſe muliebriter propemodū cultam,luxu ma gis q̄ decoris armis conſpicuā,doryphori uocabant,pe culiare eīm erat illius agminis inſigne.

Doron Δῶρον græce,latine donū. Vñ doridora remūe ratiōes.Doron quoq; palmū appellāt.Vñ tetradoron didorō & pētadorō pe.pro.lateres ī ſtructuris ædificio rū noīant.Nā qd'eſt quoquo uerſus q̄tuor palmorū te tradorō,qd'q̄nq; pētadoron dī,qd'duorū didorō. Id āt eſt ſexqpes.i.cubit⁹ un⁹,nā roman⁹ pes xvi.digitis cō

Dorophorus pe.cor.latīe dona ferēs dī. (ſtat.

Dorylaus,nomen fluuii in Phrygia.

Dorciū apud comicos nomē fœminæ diminutiōis,ſiue adulatiōis cā ſic,platū.a Δῶρον,q̄ſi dulce amabile donū

Dorodoche,nomen proprium uxoris Icari.

Dos dī,cū daſ & accipiſ. Niſi eīm acciperet,dos nō eſſet. Et datiōe & acceptōe firmaſ.Nec pōt uideri datum id quod nō ſit acceptū. Et nō ſolū ea q̄ marito ab uxore danſ,ſed etiā quicqd alicui datū eſt,uſa natura, uel ab hoībus.Vñ dotes animi dicunt,prudētia,iuſticia, for titudo,& hmōi.Et dotes corporis,pulchritudo, robur, incolumitas, & his ſimilia.

Dotale,quod ad dotē ptinet,ſiue qd'uulgo dī p dotem. Vnde dotalia bona,dotales fundi.Plau.in Aſi. Dotalē ſeruū Saureā uxor tua adduxit,cui plus in manu ſit q̄ tibi.Idem in Mili.Haſce ædis dicas dotales tuas. Liui. Hæc tibi a me dotalia dona accedent.

Doto,as,dotē do.Hiero.in Exo.Dotabit eā,& hō habebit eā in uxorē,uide ī marito. Vñ dotatū hoīem dicim⁹ q̄ dotē habet,& indotatū, q̄ dotē nō hēt.Plau.in Aſi. Hæ ſūt, atq; aliæ multæ in magnis dotib⁹ incōmoditates ſumptuſq; intolerabiles. Nā q̄ indotata eſt,ea in ptāte eſt uiri.Dotatæ mactāt,& damno & malo uiros.

Doxa,latine maieſtas,& opinio dī.Vñ & paradoxa,q̄ ad miratione digna ſunt,& opinionē hoīm ſuperant. In terdum dī gloria.Vnde Eudoxa uera gloria.

Doxon opinabile, Δοξάω opinor.

D ante R

Erratus, us, & erratũ, ti. peccatum. Cic. Tironi. Tantũ mihi doloꝛẽ cruciatũq; attulerũt errata meæ ætatis, ut non ſolũ aĩus a factis, ſed aures quoq; a cõmemoratione abhorreant. Et in decretis di. xl. ſcribit, Quod aliqñ in ipſis quoq; conſpicimus erratibus electorum.

Errones ſunt uagabundi. Tibul. Atq; iteꝛ erronem ſub tua ſigna uoca. Sapplio. Nec uos erroñ tellure admittite nim. Vlpi. Errones appellant ſerui, q non quidem fugiunt, ſed frequenter ſine cauſa uagant, & tpibus in res nugatorias conſumptis ſerius ad dñm redeunt.

Errabundus affatim ul ualde errans. Vir. Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia nris Errabunda bouis ueſtigia.

Erraticus, a. um. q ubiq; ſerpit, ſeu ubiq; naſcitur, ut uitis erratica.

Erubeſco rubeꝛis fio. Aug. p tranſla. pro uerecundor in ſignificatione actiua poſuit cũ ait. Quiſq; me erubuerit coꝛã hoĩbus, erubeſcam eum coꝛam patre meo.

Eruca, pe. pro. ſi Apul. credit, ab hærendo uenit, qñ reb⁹ quas occupat, tenacior inhæreat. Verũ aliis magis ſine h. & diphthongo ſcribi placet, & ab erodendo dedu ci. Eſt aũt genus uermis, Campe alio noſe, qui in oleꝛ folia repit, abroditq;, pſertim braſſicas. Col. li. xii. Vbi uero apricis regionibus poſt pluuias noxia inceſſerũt animalia, q̃ a nobis appellantur erucæ, græce autem campæ noſant, ul manu colligi debent, uel matutinis tpibus frutices olerum concuti. Sic. n. dum ad huc torpent nocturno frigore, ſi deciderint non amplius in ſuperioꝛẽ partẽ prorepunt. Eſt etiã Eruca herba quædam uirtutis calidæ & humidæ dicta ſimiliter, quod erodat, Nã beſtiolas oẽs corpoꝛi innaſcẽtes erodit, ueneꝛẽq; excitat. Ouid. de reme. Nec minus erucas iubeo uitare ſalaces. Col. Excitet ut ueneꝛi tardos eruca maritos. Sunt q erucã dici uelint, q̃ urat. Nam linguam pungit, & ſanguinem exurit, ut ſit eruca, quaſi uruca, u in e uerſa. Aut quod fortaſſe dicta ſit ab eſu hoc eſt ab edendo. Et tum primo eſſet eſuca, poſtea commutatiõe literæ facta eſt eruca, ut ex Valeſio Valerius. Hæc ſi ſola comedatur dolorem capitis inducit.

Eructo, as. ex e & ructo, qd eſt frequentatiuũ uerbi eru-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

go,is.Iuue.posuit exemplū de Ructo,Si bene ructauit, si rectū minxit amicus. De eructo psal. Eructauit cor meum uerbum bonum. Est & ructor in eadem significatione.Hor. Hic dum sublimis uersus ructatur, & erat.Ructo autē a rugo,is.xi.ctum, unde ructus,a ructo quoq; fit Ructito aliud frequentatiuū. Colu.li.vii.de boue ægrotante sic inquit. Gemitus exprimit,loco stare non patit, sæpe decumbere & ructitare cœpit, caudamq; crebrius agere. Dicitur & ructuo, as.& ructuor. Hic a Sidonio dicta est ructuatio esculenta. Ex quo eructuo.Aug. Illi audiunt, tanq̄ uerbum eructuatum, illi tanq̄ scientiam annunciatā.Quod enim ructuatur præsentibus ructuat.Est aūt eructare proprie extra ructum mittere,q̄uis ad alia transferatur. Colu. libr.ix. Neq; ipsum uiuarium repletur cōgerie, quam tempestatibus eructat pelagi uiolētia.Est & irructo. Plaut.in Pseu. Quid tu malum ergo in os mihi ebrius irructas.

Erudio,is.penul.produ.significat ex rudi doctum facio. Hinc eruditio pro doctrina.

Erudero,as.pe.cor.ab e & rudero.Rudero uero a rudus, eris.Et sunt rudera purgaméta,puta,cæmentū,lapides cōfracti, arena, calx, & hmōi ex ruinis congesta. Hinc ruderatus ager qui ueteꝛe ædificioꝝ materia scatet. Eruderare itaq; est purgare,& rudus extra iacere. Ambrosi⁹ de obitu Theo.Sed Isaac obstructos ab alienigenis puteos eruderauit,nec latere aquam passus est.

Erugo,inis.Vide supra Ærugo,quia diphthongatur.

Erugo,as.pe.cor.rugas destruo. Vide in Rugo,as.

Erumna. Vide in dictione Ærumna,qa diphthongatur.

Erunco,as.Vide supra in dictione Aberunco.

Eruo,is.extraho.Lact.li.ii.Ipse sibi oculos eruat,ut omnes cæci sint. Interdum eruere est in totum destruere. Idem lib. viii.Eruentur funditus ciuitates.

Eruū genus pabuli, seu leguminis.Col.Eruū lætat locomacro,& humido,qa luxuria plærunq; corrumpit. Dictum eruum ab eruendo,carpitur.n.& manu uellitur.

Eruilia ut quidam putant idem q̄ eruum. Col.Sarsena putat agros stercorari lupino ,faba, uitia, eruilia,lente, cicercula, piso. Alii diuersum dicunt, & ambo esse leguminū genus, quo Varro ait pingueſcere pecus.

Eryngion herba aculeatæ mordacitatis, spinosa ueluti carduus,satiua in cibis probat radice tm̄, q̄ melle cinamomo, & cariophilo condita,gustui nō iiucunda est.

Erythace apum cibus,dum operantur, quam alii sanda racam, alii cerinthum nominant. Hic sæpe in fauorū inanitatibus inuenitur sepositus, saporis amari. Varro.Erythacem uocant,qua fauos extremos inter se cōglutinant.Erythace a coloris rubedine dicitur.Græce enim ἐρύθημα rubor appellatur.

Erythacus pen. cor.auis hyeme dī,phœnicurus æstate, quā uulgo pectus rubeū uocant,ἀπὸ τ̄ ἐρυθριάνομαι hoc est a rubescēdo ἐρυθακὸς,phœnicurus uero, q̄ caudā rubeam hēat,phœnix purpureū significat, οὐρὰ cauda est

Erythræum mare rubꝝ dicit,ab Erythreo rege Persei & Andromedæ filio uocatū. Et quia erythros rubrū significat,multi putant erythreum rubrum interpretari. Hoc mare est inter indicū & æthiopicum oceanū amplissimo ore ab austro, in septentrionem , alii a colore rubrum dici putāt, quod fons sit in littore , quem cum greges biberint, in rubrum colorem incipiunt mutare lanas.Huius maris oppidum Arsinoe,Colu.lib.viii Nec minus Asia rutilos quos uocat ἐρυθρά͂ους.

Erythre ciuitas Asiæ, non longe a Chio, ex qua Sibylla fuit,quam numine afflatam crediderunt. Antiqua sane mulier,& diuinatrix, & tempore Alexandri.

Erythea insula,Geryonis regia,in mari Gaditano. In ea tāta aeris benignitas fert,ut hoīes pariat pene immortales,habuit ét canem Geryones,de quo fratrecerberi ita scribit Iul.Pol. lib.v. ὁ δ' γηρυόνου κύων, ὁ Ἅιδαο θύρας φυλάττων, ἀστραφὴς ἦν τ̄ κερβέρου , αὐηρέθη δ' ὑφ' Ἡρακλέους.

Eryx nomen montis in Sicilia ab Eryce ibi sepulto. Est & nomē ciuitatis in eo sitæ,in quo templū Veneri cōstruxit Eryx filius eius. Oui.Sed dea nec patitur sic ad sua munera cogi, Colle sub umbroso quam tenet alt⁹ Eryx.Pompo. Montiū Eryx maxime memoratur ob delubrum Veneris.Vñ Venus erycina dicta est. Ouid. Quid geminas Erycina meos sine fine dolores.

E ante G

Esau nomen filii Isaac,qui & Edom,hoc est rufus,& Seir q̄ pilosum significat, appellatus est.

Esca cibus,q̄ daf hoībus aī alibusq;.Et esca est,quæ datur auibus,piscibusue ad decipiendum,a quo fit inesco,as. & escarius,& esculentus adiectiua.& esito.

Escara medicamen undiq; erodens.

Escarius,a. um. quod ad escam petinet, ut escaria uasa. Pli.Ad escaria uasa totum rubens uitrum nō translucens.Escaria mensa,in qua homines epulantur.

Esculētus,a.ū.qd ad edendū ptinet. Pli.li.x.Notatū miluos nihil esculenti rapeꝛe unq̄ ex funeꝛe ferculis.Hic,ad Eust, posuit esculētior pro delicatiori,cum ait. Quod si uolueris respōdere , te nobili stirpe generatum semper in deliciis,semper in plumis non posse a uino, & esculentioribus cibis abstinere , nec his legibus uiuere districtius.Respondebo.Viue ergo lege tua.

Esculus arbor glandifera , q̄ ueteres ex eius fructu escā sumerent.Vide supra Æsculus.

Esito as.pe.cor. frequentatiuum est a supino esū forma tum.Gel.Videt autem de Cyamo non esitato causam erroris fuisse,scribitur per æ.

Escon ciuitas Seon regis Amorreorum in terra Galaad, siue regionis Moabitidæ.

Esseda,pe.cor.uehicula Galloꝝ Britannoꝝq; apud Belgas primo repta.Et ꝓprie essedum in equo,sicut statui culū in uehiculo, petoritum in mula est. Sil.de Asturcone,aut molli pacata celer trahit esseda collo,Cōfundunt tū hæc. Sue.in Clau.Solitus in gestatorio ludere, ita essedo,alueoq; adaptatis,ne lusus cōfunderet.Hinc

Essedarii.qui esseda regunt.

Essedones sunt asiaticoꝝ Scytharum populi , quibus teste Herod. li.iiii. histo. mos est parentum funera cātu ,sequi , & cōgregatis ꝓximis cadauera ipsa pecudum admista carnibus comedere,q̄n ossa capitū suoꝝ pateꝛ tū auro cincta, in poculoꝝ tradere ministeriū asserūt.

Essæi Iudæi.Nam tria iudæoꝝ dogmata(ut scribit Iosephus) extitere,pharisæi,Saducæi ,& Essæi. Et hi quidem summi omnium atq; maximi sunt, ab essitite.i. græca lingua sanctitate appellati essæi quasi sancti, quoniam dei cultores præcipue erant, qui ab uxoribus & uino & carnibus abstinuerunt semper, & quoti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dianum ieiunium uerterunt in naturam:

Essentia fit ab infinito esse, & idē est, quod esse, qñ noīa liter accipiť, qle est apud Persiū. Velle suū cuiꝯ est. Vt eū uelle idē est, qđ uolūtas, & scire ipm, quod scientia, & posse ipm, qđ potentia, & uiuere ipm, qđ uita, ita esse ipm est, qđ essentia. Aug. li. xii. ci. dei. Sicut ab eo, qđ ē sapere, uocať sapientia, sic & ab eo, quod est esse, uocať essentia, nouo quidem noīe, quo usi ueteres non sunt latini sermonis auctores, sed iam nostris tpibus usitato, ne deesset etiā linguæ nostræ, ꝙ græci appellant οὐσίαν. Hoc enim uerbū e uerbo expressum est, ut diceret essentia. Dicta essentia ab eo qđ sit, & proprie de deo dicitur, quamuis & de aliis dicatur, sed improprie. Nā ipse est qui est, quum dicat, qui est misit me. Hinc essentiale, ꝙ est essentiæ, & essentialiter ſm essentiam.

Esto futuri tpis impatiui. Interdum concedentis aduerbiū est. Vir. Esto ægram nulli quondā flexere mariti.

Esuries, esuritio, esurigo, & fames, idem sunt, hoc est edendi auiditas.

Esurio, is. pe. cor. cupio edere, absolutū est, quanq̄ & cum actō inueniať. Aug. Et fructū pietatis, quē debuerant, quēq̄ in eis dñs, esuriebat, ferre recusabāt. Ambr. Qui uerbū in interioribus animæ receperūt, alimenti cœlestis, & fontis ubertate recreati, esurire, & sitire nō pñt, hoc est, famē & sitim pati. Quin. Pater filios esurit.

Esuriales feriæ dicuntur a Plauto in Cap, quibus ab edendo feriati sumus.

E ante T

Et coniunctio, sed græca est, τε per lſam transpositionē ēt hoc latini susceperūt, mō copulatiua, ut Cicero eloquens fuit, & pħus, duplicať ꝙ interdū, ac cōpletiua est in diuersis rebus, ut te admirantur, & ciues, & hospites. Vir. Multū ille & terris iactatus, & alto, Mō causalis, ut Quoꝝ Iphitus æuo iam grauior, pelias & uulnere tardus Vlysſi, pro etiā. Mō interrogatiua, seu expletiua, ut Et q̄ tanta fuit Romā tibi causa uidendi. Modo indignatiua, ut Et qſq̄ numē Iunonis adoret præterea, aut supplex aris imponat honorē. Modo confirmatiua, ut Et dubitamus ad huc uirtutē extendere factis, ponitur interdū pro id est. Plau. Annos natus iā sexaginta, & senex. Interdū pro etiam. Quinti. Tamen si qd aduersus te ipse cōmisit, sit hostis & meus. Vir. Natus & ipse dea Interdum ꝙ quia. Idem. audieras, & fama fuit. Quinti. Has primū audiat puer, haꝝ uerba effingere imitādo conabiť, & natura tenacissimi sumus eoꝝ, quæ rudibꝰ animis percipimus. Plærunq̄ sententiarū initiis competit. Idē. & finitæ quidem sunt partes duæ, quas hæc, ꝙ fessio pollicetur. Deseruit etiam adfectui, & quasi interrogandi uim habet. Cice. Et sunt, qui de uia Appia loquantur, taceant de curia. Interdū poniť pro aduerbio ordinandi, ut Corpusq̄ lauant frigentis & ungunt, id est deinde ungunt. Item pro q̄uis. Cice. Defendi legem Voconiam magna uoce, boniſq̄ lateribus, & uidetis annos meos, id est quamuis sim ita senex. Huius composita sunt, Etsi, Tametsi, Etenim, Etiam.

Etenim significat quia. Et qñq̄ primū locū; quandoq̄ secundum obtinet in oratione. Plini. Etenim multa de hac magi tradiderunt, quæ non sunt a nobis commemoranda. Señ. Quis etenim inter tot corporis cruciatus fœlicem quemquam esse posse existimet.

Etiam componiť ex &, &iā, & significat quoq̄. Plau. Tu ne etiā id rescisti miser? Aliqñ ſcat ad huc, siue ꝑterea. Teren. in An. Nihil suspicās etiam mali. Idem in eadē. Nō satis me ꝓnosti etiam qualis sim Simo, Aliqñ hor tantis est pro Eia. Ser. Sul. Etiam tu ab hisce rebus animū ad cogitationē tuam aduoca, Aliqñ confirmantis est, pro ita. Est. n. affirmatiua responsio. Vt uidistis me hodie? reſponderi debet etiam, uel sic. Pli. ad Tacitū. Studes inquam? Respōdit etiam. Vbiť Mediolani. Qđ perinde ualet, ac si dixeris studeo, Sed cum multa latini dixerint, teneo solū clarum esse, scilicet a græco deduci? & addendo am, fit etiam, ideo per t. scribunt.

Etiamnum integra pars orationis ponitur pro quoq̄, siue ad huc. Plini. Quod eo magis miror, si etiamnum Homero prodente Aegyptus non erat.

Ethalia insula in Ligustico mari Populoniæ urbi oppo sita, ab Ethalio, qui ei præfuit dicta. Quidam hoc nomen cum diphthongo scribunt.

Etearchus nomen proprium regis Oaxis urbis Cretæ.

Eteſiæ uenti, qui certo anni tpe flant. Hos Stra. li. iii. sub solanos uocat, id est Euros. Hiero. Mense augusto flantibus eteſiis, nauem securus inscendi. Hi quotannis in uigore æstatis perflant quadraginta diebus post canī culæ exortum. Dicti eteſiæ, id est annui, ἔτος enim annus. ἐτήσιος annuus, qđ ex omnibus uentis hi maxime stati sint, & singulis annis eodem tempore redeant.

Eteocles cum accentu in antepen. fuit filius Oedipodis Thebanorum regis.

Ethnicus pe. cor. gentilis ab ἔθνος, quod gentē ſcat. Hier. contra Ioui. Et si ducēdæ essent uxores, christianas tm accipi iuberet, an & ethnicas. (uel præfectura.

Ethnearches, gentis princeps. Ethnearchia principatus

Ethanion græci appellant collū. Vñ uerbū excollare, ꝙ eo qđ est purgādi gſa guttatim ꝙ collū diffundere. Latini ethanium dicūt, ꝙ uase. Athenæus: in ægyptioꝝ domibꝰ tria hæc uisunť ærea, cyathus, phiala, ethaniū.

Ethos cum significat causam, producit primam, Quando significat morem, corripit. Vñ Callimachus opus suum ethia, id est de causis inscripsit.

Ethicus latine moralis diciť ab ἔθος, ἔθεος. mos ἀπὸ τοῦ ἐθίζω, καὶ ἄθος, ὅθεν προῆκται συναλοιφὴ λύχνος ἔοικε, καὶ ἠθικὰ τὰ ἀειστοτέλους.

Etheologus moris expressor, qui gestu ipso corporis, & sono uocis, ita exprimit mores hominum, ut gestus, & mores eorum loqui uideatur, ab ἔθος mos, consuetudo, & λόγος ratio ἀπὸ τοῦ λέγω.

Etymon recta interpretatio.

Etymologia, latiē ueriloquiū, ἔτυμον uerꝝ, λόγος rationē significat. Sed ꝙa ueriloquiū, inquit Boetius, minus in usu latini sermonis habeť, Cic. etymologiā uocat notationē, ꝙa notā facit rē de qua ꝑdicatur. Aristoteles symbolū noīat, alii uim intuiti originationē uocant.

E ante D

Euado, pe. pro. extra uado effugio. Vir. li. ix. Nostrās ne euadere demens sperasti te posse manus. Idem pro trā seo, & per quā cunq̄ difficultatē peruenio. Euaditq̄ celer ripam irremeabilis undæ. Plau. in asi. Demiror qđ sit, & quo euadat sum in metu. Et Euadere est ascen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dere. Vir. Euado ad ſummi faſtigia culminis, unde. Itē apparere. Idem. Vt tādem ante oculos euaſit, & ora parentis. Item liberare. Salu. At ni Marius ſigna inferre atq; euadere oppido properauiſſet, pfecto cuncti, aut magna pars fidem mutauiſſent. Item fieri. Cice. Anuerebar, ne non putaremus potuiſſe iprobum euadere.

Eualuo, as. extra ualuas excutio, e ualuis eiicio. Plin. lib. xviii. Et ipſa q̄ eualuant, uariā piſturaꝫ rōnem habēt.

Eualeo, a quo eualeſco, ualde ualidus fio. Pli. li. xv. Quæ poſtq̄ eualuit flacceſcente primitia Marſico bello, languida auctoritas patrum facta eſt, ac paulatim in ſtrilitatem emarcuit maieſtas.

Euan, interiectio, & exclamantis uox laudantium Bacchum, & interp̄tatur bone puer, poteſt tū declinari ſm Priſc. Euan, tis. Vir. li. vi. Euantis orgia circum.

Euadne, per d. ante n. Martis filia ex Thebe uxore Aſopi, fuitq; coniunx Capanei, quæ illum incredibili amore dilexit, ita q̄ cum audiſſet illum apud Thebas cecidiſſe, fere in mortis ſtuporem diriguit. Deinde cum celebraretur funus, ſe in rogum proiecit.

Euænetus nomen regis lacedæmonioꝝ, q̄ ad cuſtodiendum introitū Theſſaliæ, contra Xerxem, una cū Themiſtocle Athenienſiū duce a græcis conſtitutus fuit.

Euander, ꝓprium nomen Carmentis filii, & interpretatur bonus uir. Hic dimiſſa Arcadia, ad Italiā uenit, & oſtia Tybridis intrans, atq; pulſis aborigīnibus, in palatino mōte conſedit, ubi oppidū palanteum fundauit.

Euaneo, es. pe. p. a quo euaneſco, q̄d eſt uanus fio, ſeu in nihilū redigor. Lact. li. vii. Non eſt aīæ uitium, ſi uiſus

Euanidus, a. um. quod eſt ſine fructu. Col. (euanuit. lib. iii. Nam quæ in proceritatem extenduntur, euanidæ fiunt, parumq; fructus ferunt.

Euangelium, latine bona nunciatio. Athanaſius in Homelia. λέγεται δ' εὐαγγέλιον ἀξίως, ὅτι εὖ ἡμῖν ἀγγέλλω, ὁ θεὸς ἄγγελος ὠνομάσθη, ὅτι τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν ἐπαγγέλλεται πᾶσιν υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Quare aūt ſit bona nunciatio, Euſebius li. de ꝓparatione ſic oñ dit. Euangelium dicimus, quod æternoꝝ atq; incorruptibilium bonorum, quæ certe ſuprema, & maxima ſunt, & ex antiqſſimis prædicta temporibus, nuper uero ſplendore ſui orbem illuſtrantia, cunctis hoibus annunciat, quod non cæcas, caducaſq; huius ſæculi diuitias, nec breuē hanc calamitoſamq; uitam, nec inſtabilia corporis cōmoda, ſed aīaꝫ, q̄ intellectualis ſubſtantiæ ſunt, a quibus etiam corpoꝝ bona, quaſi umbram conſequentia dependent, ſummā, propriāq; nobis affert fœlicitatem.

Euapelos penul. prod. ſtolidos, & amentes dictos refert Phocion grammaticus.

Euax interiectio exultantis. Plau. Euax iurgio uxorem tandem abegi. Fuit etiam nomen regis Indiæ, qui de uirtutibus gemmaꝝ ſcripſit ad Neronem, quē habet tempeſtate noſtra Petrus bonus aduogarius, ciuis ferrarienſis, aſtronomus in omni ſæculo admirandus.

Euboea nomē inſulæ Bœotiæ auulſæ añ Chalcodoris & Macris, ut Dionyſius, & Ephorus tradūt, Chalcis quoq; dicta, ære ibi primū repto, q̄d græce Chalcos dī, a poetis abantias nomiata, eſt & nomen ciuitatis in ea ſitæ. Hinc Euboicū mare, q̄d duplex eſſe dī. Aliud ī Ægeo, aliud in Campano, ſeu Thuſco. Quod ī Ægeo, Euboeæ adiacet inſulæ, a qua denominatum eſt. Quod aūt in Thuſco Cumarum, Baiarumq; alluit oram ab Euboicis aduenis, & cumarum conditoribus nuncupatum.

Eubulus pen. cor. nomen hiſtorici, qui hiſtoriam Mitræ multis uoluminibus explicuit.

Eucarpia urbs Phrygiæ in qua racemi feracitate ac magnitudine ſpectabiles ſunt, unde & nomen.

Eucharīſtia, latine bona gr̄a, ex εὖ & χάρις gratia gratitudo, & gratiarum actio. Eucharīſteo gratias ago. Eucharīſticon, liber in quo gratiæ redduntur.

Euchion nomen Bacchi, deductum ab εὐχή, quod uotum, & precem indicat, quaſi dignus ſit uoto.

Euchila pe. cor. res dicuntur, quæ ſunt boni ſucci, ut eſt caſeus mollis, caſeus uero uetus a Corne. Celſo numeratur inter res cacochilas, id eſt, quæ ſunt mali ſucci, ut ſunt legumina, ſalſamenta.

Euclides, pe. pro. nomen geometræ inſignis ab oppido Megaris, q̄d Iſthmo adiacet, & Plutarcho auctore Socrati contēporanei. Sed uideant, ne errent, nā Proclus interp̄s faciens quatuor libros in primū lib. Euclidis ita ſcribit, οὗτος δὲ ὁ νεώτερος ἦν Εὐκλείδης ὁ τὰ στοιχεῖα συναγαγὼν γράψας τινὰ καὶ πολλὰ τῶν Εὐδόξου. Hic Platonicus philoſoph⁹ fuit tempore primi Ptolemæi, poſterior aliquanto his qui Platonis temporibus uixerūt, antiquior uero Archimede & Eratoſthene, multa ſcripſit, quæ ad geometriam & muſicam capeſſendam pertinent. Et de diuiſionibus ex de uniuerſalibus.

Eudæmonidas, nomen uiri proprium, & latine dicitur bene intelligens.

Eudamidas nomen filii Archidami, & fratris Agidis.

Eudora, pe. pro. nympha Oceani, & Tethyos filia. Et interpretari poteſt bonum donum.

Eudoxa, bona gloria, δόξα. n. latine gloria dī & opinio.

Eudoxus, bene glorioſus, quaſi gloria inſignis, ꝓprium nomen Æſchinis filii, q̄ patria Gnidius geometres, & aſtrologus, ſummus medicus, Socratis auditor, q̄ primus annū cōpoſuit. Scripſit leges, & de Geometria, atq; aſtrologia libros edidit. Fuit & ali⁹ Eudoxus Rhodius hiſtoricus. Ali⁹ ſiculus Agathoclis poeta comic⁹.

Eueho extra ueho. Var. lib. i. de re ruſt. Quarto eundem fructuoſiorem faciūt uecturæ, ſi uiæ ſunt, qua plauſtra agi facile poſſint, aut flumina propinqua, quæ nauigari poſſint, q̄bus utriſq; euehi atq; inuchi ad multa prædia ſcimus. Per tranſla. ſignificat extollo. Vñ euectio, extollentia. Aug. li. v. Con. Miſſum eſt a Mulo Romā ad præfectū urbis, ut illi ciuitati rhetoricæ magiſter traderetur, impertita etiam publica euectione.

Euemerus nomen hiſtorici de quo Lact. ſic inquit. Euemerus antiquus auctor fuit e ciuitate Meſſana, res geſtas Iouis, & cæteroꝝ qui dii putantur collegit, hiſtoriamq; contexuit, ex titulis & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis templis habebantur. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius, & ſecutus.

Eumenes, ſeu eumenus, fuit uir Cardianus, qui cura, uigilantia, patria calliditate, & celebritate ingenii cēs Macedones ſuperauit, de quo multa a græcis hiſtoricis traduntur.

Euenire, eſt alicui quippiam per ſortem uenire. Et plærunq; de magiſtratibus ac prouinciis dicitur. Salu. in Iug. Metellus, & Syllanus conſules deſignati prouinciam inter ſe partiuerāt, Metelloq; Numidia euenerat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Et euenire apud Caronem pro extra uenire.

Euentus generis masculi. & quarti ordinis, tam in plurali q̃ in singulari dicit, quod casu aut fortuna nobis euenit tam in bonum, q̃ in malũ. Cice. lib. i. de Ora. Vt. n. quis optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem uariosq; euentus orationis, expectationẽq; hominum pertimescit. Similiter dicitur Euentũ, neutro genere, quod in plurali euenta facit. Lucre. li. i. Euentum dici poterit, qd̃cunq; erit actum. Cic. in partitionibus. Si cui iusq; facti, & euenti causa ponetur. Idẽ de Diui. Si euenta quærimus, quæ exquirũtur auibus. Et ad Atti. Semper causæ euentoꝝ magis mouent, q̃ ipsa euenta. Qd̃ est contra Vallam, & Sipontinum. Aliquando etiam euentus finis rei dicitur. Oui. Careat successibus opto, Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Euentum, ti. Vide in Euentus.

Euenos, pe. pro. fluuius a Thracia descendens, & Calydoniam secans, de quo Oui. lib. ix. Meta Namq; noua repetens patrios cum coniuge muros Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas. Hunc fluuiũ poetæ quandoq; centaurum uocant.

Euerto, is. extra uerto, eruo, demolior. Semper enim significat ruinam alicuius magnæ rei. Cice. lib. i. Offi. De euertendis diripiendisq; urbibus ualde illud consyderandum est. Virgi. Priamiq; euertere gentem immeritam uisum superis. Vnde euersiones dictæ sunt.

Euerro, ris. extra seu ualde uerro. Colu. lib. viii. Stabula frequenter euerrenda, & purganda, humorq; omnis urinæ deuerrendus est.

Euerriator dicitur, qui iure accepta hæreditate, iusta facere defuncto debet, quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbauerit, suo capite luat.

Euphantasiotos εὐφαντασιωτος latine dici potest qui bene aliquid imaginatur.

Euestigio aduerbium, dicitur uel quod stans aliquis in eodem uestigio facit. Vnde statim dicitur. Vel quantum tempus est in uno uestigio faciendo, quod est brevissimum. Vel tractum est ab iis qui se planta mouentes, nihil tardãt aliquid perficere, & illi negocio, quod eis imminet, nullam aliam rem anteuortunt. Vel cũ aliquid repente fieri uolumus ita dicere solemus, añq; euestigio moueare hoc exequere.

Euganei Venetiarum populi, ab euganea, hoc est, nobilitate cognominati, de quibus Stra. Pli. Liui.

Euganei montes supra Patauium, Istriam uersus, in quibus abundant pecudes mollissimas lanas facientes. Luca. Euaganeo, si uera fides memorantibus, augur Colle sedens, aponus terris ubi fumifer exit, Atq; anteno rei dispergitur unda Timaui. Hinc Euganeus, nea. neum. Iuue. Euganea quantumuis mollior agna.

Euganeus, a. um. Vide in Euganei.

Euge, interiectio assentientis, & quasi sponte sua congratulantis. Vt in Euangelio. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra mꝝta te constituã, intra in gaudium dñi tui, aliquando interiectio deridentis simul & contemnentis, ut in Psal. Euge euge, uiderunt oculi nostri, ꝙ Hiero. sic exposuit, bene bene.

Eugium, caro eminula inter cunni symplegadas. Vñ scindere eugium, est puellam inscindere. Neui. Sine eugio puellam inuenit. Laberius. Quænam mens, quæ diritas uos suppillatores fecit cũ cano eugio uelitari.

Euidens, pe. cor. quod apte uidet, & intelligit ab Euideo quod est clare, & expresse uideo. Euidenter clare.

Euilla, regio ad orientẽ uergens, quã circuit de paradiso phison egrediens, quẽ nostri, mutato noĩe, Gangem uocãt. In ea aurꝝ preciosum qd̃ hebraice Zaab, & gemmæ p̃ciosissimæ, carbunculus, smaragdusq; nascuntur.

Euiratus, modo cui amputata sunt uirilia dĩ, hoc est eunuchatus, mõ lasciuus, perdit⁹, atq; effœminatus, Plau. Adolescẽs euiratus, ac mollis. Amb. Euiratos deliciæ reddunt. Var. Euirauit oẽs Veneri uaga pueros.

Euiscero, as. Vide in dictione Viscus.

Euito, as. pe. pro. uitã eripio, uita spolio, sicut letare est leto mulctare. Est tñ uetus uerbũ, planeq; poeticũ. Cice. lib. iii. Tusc. Hæc omnia inde inflammari, Priamo uitam euitari. Euitare ẽt dici potest ualde uitare, cauere.

Eulogium dĩ benedictum, εὐλογέω benedico, εὐλογία benedictio. Eulogus, rationabilis. In decretis canonicis Eulogia pro benedictionibus, siue muneribus quæ mĩnutuli sacerdotes, ad synodum conuenientes, maioribus, summatibusq; sacerdotibus deportant. Vñ xviii. dist'. scribitur. De eulogiis ad sacra concilia deferendis, nihil inuenimus a maioribus determinatum.

Eumelus Admeti regis Thessaliæ, ex Alcesta uxore filius. Et interpretari potest qui recte curat.

Eumonides nomẽ ꝓpriũ uiri Thebani, sicut scribit Plu.

Eumenides furiæ infernales, latine beniuolæ & mites dicuntur per contrariũ quasi non mites, εὐμενὴς em̃ beniuolus. Has tres ferunt Acherontis fuisse filias atq; noctis, uno partu editas. Et apud inferos uocantur canes. Vnde Luc. Iam uos ego nomine uero eliciã, stygiasq; canes in luce superna destituam. Apud mortales furiæ ab effectu. Virgili. Cæruleis unum de crinibus anguem cõiicit, inq; sinum præcordia ad intima subdit. Quo furibunda domum monstro permisceat omnẽ. Apud superos dicuntur diræ. Idem At procul ut diræ stridorem agnouit, & alas, infœlix crines scindit Iuturna solutos. Vocantur & uolucres, ut apud eundem Iamiam linquo acies, ne me terrete timentem obscœnæ uolucres, alarum uerbera nosco.

Eunuchus pe. pro. castratus. ab εὐνὴ quod est cubile, ἔχω custodio, quia id hominum genus adhibebatur seruãdis cubilib⁹ regum, quasi eunoechus, & per syneræsim Eunucho, as. castro. Varro. Quod facit (eunuchus. pro sua parte is, qui se eunuchat.

Eunuchizo, as. eiusdem significationis. Hie. contra Iou. Sunt eunuchi qui de utero matris ita nati sunt. Et sũt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati sunt, & sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnũ cœloꝝ.

Eumolpus nomen Athenienſis uiri, quem Suidas Musæi poetæ filium fuisse scribit. Alii uatem Orphei filiũ uersificatorem ante Homerum. Fuit & Pythionices, hoc est, uictor in ludis græciæ. Hinc

Eumolpidæ dicti sunt sacerdotes seu magistratus Athenis in memoriam & honorem Eumolpi regis, quem Ægyptii generis fuisse, Diodorus refert.

Euoco, as. pe. cor. extra uoco. Plau. in Amphi. Euocate huc Sosiam, per translationẽ est quasi extraho. Cice. li. i. Tusc. Nã quid aliud agimus, cũ a uoluptate. i. a corpore, cũ a re familiari, quæ est ministra & famula cor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

poris,cũ a Rep. cũ a negocio oñi euocamus animũ.
Euocati dñr,nõ qui iusti milites sũt,sed q repẽtina ali q̃ necessitate ex agris in bellũ tumultuarie uocãt.Hi pro militibus dicebant.Sal. Neu qs miles,neu pro milite.
Eupalia nomen urbis in Locride, quam alii Eupalion, alii Eupolion uocant.
Euphemia,nomen mulieris,& latine dicitur laus,fauor
Euphemus,boni nominis. (cinnus.
Euphonia,bona sonoritas uel uocalitas.Euphonus con
Euphranor,nomẽ statuarii laudatissimi Isthmii,de quo Quintilianus libro xii.
Euphrates,is.& euphrate es.pen.pro.fluuius Mesopotamiæ in paradiso oriens. Strа.scribit euphratem ex Niphate monte Armeniæ magnum,profundum, & celerem nasci, exire uero in mare rubrum, prius tamẽ Babyloniam per medium diuidere, & Tigri coniunctũ Mesopotamiam facere. Sal. quoq; certissimus auctor asserit tam Tigris, q̃ Euphratis in Armenia fontes demonstrari.Ex quo animaduertimus (inquit Hiero.) aliter de paradiso,& fluminibus intelligendũ. Boe. Tigris,& Euphrates uno se fonte resoluunt.Euphrates latine fœcunditas, atq; abundantia fructuum dicitur. Ambro.li.de paradiso. Plærisq; Euphraten dictum ab εὐφραίνεσθαι, hoc est a lætando,eo q hominum genus nullo magis q̃ iusticia,& æquitate lætetur.
Euphrosyna,æ. & euphrosyne, es. pe cor.fuit una ex tribus gratiis,& nomen mulieris proprium,latine lætitia dicitur, euphrosia exultatio, euphrænin lætificare est.
Euphorbium, & euphorbia herba, ab Euphorbio medico Antonii musæ fratre dicta, ut inquit Plini.nascitur in Atlante monte.Hiero. contra Ioui. Basilides magister luxuriæ post tot annos, ita in Iouinianum, quasi in Ephorbum transformatus est, ut latina quoq; lingua haberet hæresim suam.
Euphorion, nomen poetæ Chalcidensis, quẽ transtulit Gallus. Habebat hic quosdã ita deditos sibi amatores ut eum p̃ferrent Ennio,& reliquis poetis,eiusq; poemata studiose cantarent, posthabitis alioꝝ poematibus.
Eupilus, lacus Cisalpinæ Galliæ, in quem progreditur Lambrus in Padum defluens.
Euprepia,latine decor,ex eu. bonum & πρέπω decens.
Euripides,nomẽ egregii poetæ,apud græcos tragœdiæ illustratoris,quã scribere natus annos duodeuiginti ad ortus est,& in spelũca q̃dã terra, & horrida Salaminis ĩsulæ ferẽ tragœdias scriptitasse.Hic ui,ẽmone,& snĩarũ crebritate oratorib⁹ cõparãdus ferẽ.Hic a canibus laceratus periit.Vñ interps Euripidis ita scribit, ἀλλ' ἐπεὶ βίον τὸν ἐκεῖ ἐπαλλ' ἐν πνοαῖσι ἄλσεα φοντίζων ἐτύχε, κατεβρώθη ὡς φασὶν ὑπὸ τῶν ἀρχελάου κυνῶν ἀξιόνους εἰς θήραν, ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγηνώς, ἐτάφη μὲν ἐν μακεδονίᾳ.
Euripi pe.pro. canales,seu ductus aquarum aliunde deductarum,in sublime salientium, si paulo murmuratiores sint, quos intra domos Romani per pratum deducebant. Si aũt maiusculi sint, nili dicuntur. Cic. li.i. de legi. Ductus aquarum, quos isti nilos euriposq; uocant,quis cũ uiderit,nõ irriserit? Euripi quoq; sunt fossæ in ludis circundatæ pro septis,quoꝝ loco temporaria prius clostra fuerunt,auctore Plinio. Spartia in Helioga. Euripis uino plenis nauales circenses exhibuit. Quidam euripos interprerant̃ piscinas.Euripus etiam dicitur fretum,hoc est mare angustum, qualis est Euripus taurominitanus in Sicilia, & alter in Eubœa.
Europa tertia pars orbis, ab Europa Agenoris Phœnicũ regis filia sic appellata. Dicitur aũt Europa, qcqd terraꝝ iacet a freto ad Tanaim,& habet quatuor sinus magnos, quoꝝ primus est a Gaditano freto ad Lacinium usq; promontoriũ Italiæ in Locris. Secundus a Lacinio ad ipsa Epiri acroceraunia. Tertius inde ad Hellespontũ.Quartus ab Hellespõto ad Mæotis ostia. Fuit & Europa nomen Oceani & Tethyos filiæ.
Eurotas pe.pro.nomẽ fluuii in Laconia,qui teste Liuio li. iiii.de bello Macedo. urbẽ Lacedæmona p̃terfluit. De hoc Virg. Oĩa quæ Phœbo quondam meditanti beatus Audiit Eurotas,iussitq; ediscere lauros.
Eurus,uentus ab oriente flans, & calidus est. Colu.li.vi. Cũ plærunq; syderis caniculæ tpe quædam partes eius regionis sic infestantur euro,quem incolæ uulturnum appellant, ut nisi teguminibus uites opacentur,ueluti halitu flammeo fructus urãtur.Græci appellant Apelioten,quod a sole spiret, unde & a latinis eadem ratione Subsolanus dicitur.
Euryale,fuit regis Minois filia,quæ Neptuno Orionem peperit. Alia fuit Prœti Argiuorum regis filia. Alia ex tribus Gorgonibus una.
Euryalus, nomen unius ex principibus Peloponesiacis qui argos & propinquas urbes incolebant, & ad Troiã cum octoginta nauibus uenerunt. Alium troianum finxit Virgilius.Fuit & nomen histrionis.Iuue. Nobilis Euryalum Mirmillonem exprimat infans.
Eurybates,nomen uiri Ithaci. Ouidi.Simul Eurybates me, Talthybiusq; uocarunt.
Eurybiades,teste Herodoto, fuit un⁹ ex ducibus Xerxis,
Eurybia nympha, quæ stellas & luciferum genuit.
Eurycion nomen fabri argentarii, de quo Virgili. lib.x Quæ bonus Eurycion multo cælauerat auro.
Eurycratidas uir lacedæmonius,de quo Plutarchus.
Eurydamas,pen.cor.uir troianus,latine dñ late domans. Oui. Vtq; uel eurydanas ter circumbusta Thrasylli Est lariſæis tractus ab hoste rotis. Vbi per eurydamãta intelligunt Hectorẽ,qui uirtute cuncta domitabat.
Eurydame, teste Herodoto fuit uxor Leutychidis Spartanorum regis.
Eurydice uxor Orphei, p qua recuperãda ferũt Orpheũ ad inferos descendisse.Alia fuit Nestoris coniunx.
Eurylochus fuit Phlegiaꝝ rex, qui Thebas destruxit,an teq̃ ueniret Cadmus,qui eas postea reædificauit.
Eurymedon nomen patris Peribœæ, ex qua Neptunus genuit Nausithoum regẽ Phæacum.Alter fuit Atheniensium dux.
Eurymone nympha Oceani,& Tethyos filia,mr Leucothoes.alia fuit Apollinis filia,quæ adrastũ argiuorum regem, & Eriphylen Amphiarai coniugem peperit.
Eurypylus penu.cor.Euemonis filius,qui teste Homero cum quadraginta nauibus ad bellum troianum est p fectus. Alium aũt Eurypylum idem Homer⁹ in Odyssea Telephidem appellat.
Eurystheus fuit Stheneli Mycenarum regis filius, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, ut uaria monstra superaret,quibus posset perire, qui duodecim labores appellati sunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Eurytus pe.cor. Oechaliæ rex, & pater Ioles. Hinc eurytis,idis.patronymicũ fœmininũ. Oui.Eurytidos Ioles, atq; insani Alcidæ. Alter fuit centaurus.

Eustratius,nomen philosophi,qui in ethicam Aristotelis scripsit, ab στρατὸς exercitus nomen deductum.

Eustathius,nomen fuit grammatici græci.

Eusymbolus latine bonum nomen dicitur.

Eutychus latine fortunatus, cui omnia ex sententia succedunt. Nam εὖ bonum, & τύχη fortunam significat.

Eutaxia,latine bona ordinatio dicitur.

Euthyoria εὐθυωρία est nõ per diuerticula itinerẽ,q̃ obiectu montiũ,& interuentu conualliũ, aut fluminũ flexu,plærũq; necessaria sunt, sed in directũ acta mẽsura.

Euthymus,nomen uiri,qui pycta.i. pugil appellatus est. Hic in locris Italiæ, qui epizephyrii cognominantur, ortus Astycleo patre, uel ut indigenis persuasum est, Cecino amne genitus,qui Locros a Rheginis diuidit.

Euterpe fuit una ex musis,ἐυ bonum τέρπω delecto,quasi sit bona delectatio.

Eutrapelos pe.cor.quidam aiunt significare tricubitos. Mar.Eutrapelus tonsor,dum circuit ora luperci. Vide Pli.li.vii.circa principium. Alii putant hoc nomen significare apud græcos eũ, q facilitate quadam moꝝ ꝑditus est,hoc est comis,lepidus elegans,& facetus.

Eutyces nomen fuit hæresiarchæ.

Euthymedon pe.cor.nomen cuiusdam philosophi.

Euthymia, animi tranquillitas. Laertius in uita Democriti.Finem esse rectum,quietumq; animi statum, quẽ euthymiam dicit, dum nullo metu, nulla superstitione,aut alia quauis perturbatione agitatur.

Euxinus pe.cor.mare illud est,quod incipit a Bosphoro thracio, componitur ex εὖ quod bonum apud nos indicat,& ξένος hospitium, uel amicus, quasi bonum sit hospitium,quod per contrarium dictum est. Nam ibi sunt loca asperrima. Ouid. li.iii.de trist. Euxinus falso nomine dictus habet.Sed teste Pli. li.vi.Pontus Euxinus antea ab inhospitali feritate,axenus appellat9 est, peculiari inuidia naturæ,sine ullo fine indulgẽtis auiditati maris. Post commertium illarum gentiũ mollitis aliquantum moribus dictus est Euxinus.

Euxinum bonus sapor, Macer.cap. de Eruca. Aut semẽ gratum dicunt præstare saporem. Euxinumq; solent hac causa dicere græci.

Euzomum pe.pro.bonum ius, εὖ enim bonum, ζωμὸς ius,quod comeditur latine dicitur.

Euzonos pe.cor. strenuus,ζώνη cingulum,nam qui militant,cinctos dicimus,discinctos inhabiles.

E ante X

Exactum,præteritũ,transcursum. Vir.li.iii.Geor. At tribus exactis ubi quarta accesserit æstas. Exacti menses dñr,qui circa partum sunt. Idem. Exactis grauidæ cũ mensibus errant. Item exactum diligens. Vale.Maxi. Quia nunq̃ remotos ab exactissimo cultu ceremoniarum oculos. Item exhaustum,superatum.Sene. Vt tot ꝓcellis,tempestatibusq; exactis, aliqñ in portũ uenia mus.In hũc sensum ueteres exanclatũ accipiũt.Habet & alia significata,de quibus in dictione Exigo.

Exactor,& exactio. Vide in dictione exigo,is,

Exactum substantiuum significat exactionem. Quint. de pastu cadauerum, Sacrosanctus mercator opportunus opinor inuenit mercis exactum. Hiero. Non exactum sed exactionem inuenies.Exactus uero, a.um.ea significat quæ Exigo. Ibi ergo require.

Ex præpositio de qua supra in E. & Ex.

Ex aduerso appellare. Vide in dictione Appellare.

Exaggeratio,magna coaceruatio, ponitq; ꝓ altitudine & excellentia.Translatio sumpta a terra, q̃ exaggerata,& in aggerẽ erecta sustollitur in fastigiũ. Cice. li.ii. Tuscu.Hoc tibi propone,amplitudinẽ animi, & quasi quandã exaggeratiõem q̃ altissimam animi,qui maxime eminet in contẽnendis, & despiciẽdis doloribus, unam esse oĩm rem pulcherrimam. Oratores exaggerationem facere dicũtur, quando pluribus uerbis unã eandemq; rem uehementer dicunt, quæ res maxime uenustat orationem. Apud Catonem luculenta illa exaggeratio est.Succidias humanas facis,decem funera facis,decem capita libera interficis,decem hominibus uitam eripis,indicta causa,iniudicatis,indemnatis.

Exagoge, pe. prod. latine eductio dicitur. ἀπὸ τοῦ ἄγω ἄγῳ μέλλων ἀξω.

Exagito,as.significat uehementer uexo. Lactan. lib.vi. Poetæ tres furias esse dixerũt, quæ mentes hominum exagitant.Item significat exaspero,ad iram prouoco. Salust.Tamen quia in tali tempore tanta uis hominis magis lenienda q̃ exagitanda uidebatur.

Exalburno,as. Vide in dictione Alburnum.

Exalto,as.in altum eleuo. Colu.Senum pedum latitudinis sulcos dirigunt fodiuntq;, & exaltant in tres pedes. Per translationem significat magnifice laudo.

Exaluminati,dicuntur uniones,qui colore præstant.

Examen noua apum soboles,quã parentes ex suis aluearibus ad nouas sedes quærendas exire cogũt, ꝙ hæ ita uniant,ut simul ligatæ uideant. Nec solum de apibus, sed etiam de uespis, & huiusmodi intelligitur. Rursus examen,stilus est in lance,siue statera,qui quo pondus se uergit,exit. Vir.lib.x.Iuppiter ipse duas æquato examine lances. Hæc bilancis seu stateræ lingua, ab aliis æquamentum,ab aliis libramentum, ab aliis æquilibrium,& trutina dicitur. Vnde metaphorice ponitur pro æquamento, & iudicii inuestigatione.Persius.Examenq; improbum in illa castigas trutina.

Exacerbesco,scis.ualde acerbus.i. asper fio,quod ab exacerbeo,es.fieri constat, licet Acerbeo raro inueniatur Apul. in Apol.Quis tam est mitis quin exacerbescat?

Examino,as.pe.cor.scrutor,& inuestigo æquãdi causa.

Examussim. Vide in dictione Amussis.

Exanimus, a.um.& exanimis,& hoc exanime, & exanimatus, a.um. ambo duplicẽ, eandemq; significationẽ habent.Licet Ser. uelit hæc inter se differre.Exanimus siue exanimis idem est qđ mortuus,ut apud Liui.li.ix. Vt uno ictu exanimem equo præcipitaret. Vir.Exanimumq; auro corpus uendebat Achilles.Interdũ idem est, quod exterritus. Idem li.iiii. Audiit exanimis,trepidoq; exterrita cursu, Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis, Per medios ruit, sic exanimatus, non solum pro exterrito,siue perturbato,ut Ter. in An.Ibi tum exanimatus Pamphilus bene dissimulatũ amorẽ, & cælatũ idicat,sed ẽt ꝓ mortuo accipiẽ,ut apud Liui. lib.xxii. Vnã in ipsa porta sospite filio repente oblato

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in conſpectu eius expiraſſe ferunt. Alterã,cui mors filii falſo nũciata erat,mœſtã ſedentẽ domi ad primum conſpectum redeũtis filii gaudio nimio exanimatam.

Exanimalis,& hoc exanimale,quod non eſt animal, uel quod eſt ſine anima. Plau.in Bac. Nam neq; Bellona mihi unquam,neq; Mars crepuat,ni illum exanimalẽ faxo,niue exhæredem fecero uitæ ſuæ.

Ex animo facio,ſignificat facio,quod in animo uolo,ut ſit quaſi ex ſententia animi.Ex animi enim ſententia, locutio eſt quotidiana,qua utimur,quando ſignificamus aliquid factũ eẽ, prout optamus,& uolumus. Vt de dicimus.Habes uxorem ex animi ſententia.

Ex animo eſt, ut natura fert, hoc eſt ut refert naturalis ratio ingenita.

Exanimo,as.capitur ſicut animo, de quo ſupra, niſi qđ ex præpoſitio ſignificat extra, ſiue cum animam quis emiſerit,ſiue cum pene animũ pauore amiſerit. Quãdo ab animo fit,ſignificat perterreo,perturbo.Plau.in Aul. Nimis male timui, priuſq; intus redii exanimatus fui. Teren.in And. Oratio hæc me miſeram exanimauit. Quando uero ab anima eſt, ſignificat anima priuo,ſiue neco. Curtius.Multos exanimauit rigor inſolitus niuis, multorum aduſſit pedes, plurimorumq; oculis præcipue perniciabilis fuit.Gelli.Anus repente filio uiſo copia, atq; turba, & quaſi ruina incidenti inopinati gaudii oppreſſa exanimataq; eſt.

Exanio,as.Colu.lib.ultimo.Vt oẽm amaritudinem eius & pallorem exaniet. Et alibi. Patimur aũt nonnunq; tota nocte,& poſtero die,baccam uelut exaniari.

Exaniari ſignificat exudando ſiccari. Col.li.xiii. Compoſitis ſupra tabulatũ tergoribus,aut fruſtis uaſta pondera imponito,ut exanietur,hoc eſt quaſi ſanie expurgetur.Col.li.v. ait ſanie exaniari uulnus,pro eo quod eſt ſanie educta ſiccari.

Exanclo,as.ab ex, & anclo Priſci.dicente, Anclo pro anclor, ſignificat effundo, exhaurio, ſupero. Plau. in Sti. Næ iſte Ædepol uinum poculo exanclauit. Cice.lib.i. Tuſcu. Quod cum exanclauiſſet omnes labores, tum inciderat in mortis malum ſempiternum. Aliquando exanclare eſt perpeti.Lucil.lib.xxx. Quantaſq; modo erumnas, quantoſq; labores exanclaris. Aliquando perficere. Pacu. Non poteſt Menalippe hic ſine tua opera exanclari clauus.

Examurcari oleum dicitur,quando ab amurca defecatum fit. Apul.lib. iiii. Ac dum cœleſtis uaporis flammis examurcatur.

Exanthemata, appellantur a Plinio eruptiones pituitæ, aliquando papulæ.

Exarmo, as. manſuefacio. Vnde exarmatæ beſtiæ pro cicuribus & manſuefactis. Lampri. in Helio. Habuit leones, & leopardos exarmatos in deliciis, quos edoctos per manſuetarios, ſubito ad ſecundam menſam, & tertiam menſam iubebat accumbere, ignorantibus cunctis, q exarmati eſſent, ad pauorem, & ridiculum excitandum.

Exareſco perfecte aridus fio.Colu.li.iiii.Et ſole,ac uento penitus ſiccari, atq; exareſcere. Cice. Papi. Deinde ipſa illa ſi qua fuit in me facultas oratiõis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem,exaruiſſet, id eſt omnino arida facta fuiſſet, ſeu defeciſſet.

Exarefio idem quod exareſco, niſi quod exareſco proprie extrinſecus fit,exarefio intrinſecus,ut de fuco marino dicit Plini.lib. xxvi. Sed omnibus articulis morborum impoſitus antequam exarefiat.

Exaro,as. pe.cor.perfecte aro, ſed per tranſlationẽ ſignificat ſcribo.Qui eñ ſtilo ſcribunt in codicillis,hi quaſi ſulcos inſtar aratorum ducere uidentur. Cice. Cornificio.Hæc cum eſſem in ſenatu,exaraui.

Ex aſſe,duæ partes ſunt,ſignificatq; ex tota hæreditate, q̃ dr as aſſis,quæ pluribus modis diuidebaf. Vnde dicimus.Hic ex aſſe hæres relictus.i. ex toto.Mar. lib. vii. Heredem Fabius Labienum ex aſſe reliquit.

Exaſpero, as.ultra notã ſignificationẽ ſcat acuo. Sil.Saxoq; exaſperat enſem.Taci. Saxo exaſperat ferrum.

Exaſceare, aſcia polire, leuigare. Tranſlatio a fabris lignariis ſumpta,q ligna prius dolãt, deiñ poliũt.Plau. in Aſi.Iam hoc opus eſt exaſceatũ.i.perfecte dolatum.

Exædifico perfecte ædifico. Vide in Ædifico. Aliqñ ſignificat domo priuo,domo eiicio. Plaut. in Tri. Qui exædificaret ſuam inchoatam ignauiam.

Exauctoro,as,pe.cor.ſignificat ab auctoramẽto, hoc eſt obligatione militari, atq; ſtipendio libero, priuoq;,a quo exauctorati milites dicuntur,qui miſſionem habuerunt. Et quamuis frequenter cum dedecore exauctorare dicatur,perſæpe tamen ſignificat miſſos facere a militi a milites citra uituperationem. Liu.li.xxv. Volonũ exercitus, qui uiuo Graccho ſumma fide ſtipendia fecerat, uelut exauctoratus morte ducis ab ſignis diſceſſit.Et lib.xxvi.Cum diſſeruiſſet exauctoratos dimiſit. Vlpia.Exauctorare interpretatur inſignia militaria detrahere, quod cum infamia conficitur, ut eſt apud Lampri. qui ſcribit Alexandrum tumultuantes legiones exauctorauiſſe.

Exaudio perfectionem audiendi denotat, & hoc duob9 modis.Vno cum quod petimus impetramus.Vnde dicere ſolemus,ut nos exaudire digneris. Virgi.Et nulli exaudita deo9 uota, preceſq; meæ. Alio cum ſignificat proxime ſeu uehementer audio.Liui.li.i.Equitem clara increpans uoce, ut hoſtes exaudirent, redire in prælium iubet. Terent.in Hecy. Vereor,ſi clamorem eius hic crebro exaudiat,ne parturire intelligat.

Exbaliſto,as.a baliſta fit, & ſignificat decipio. Plau.Ego hunc cõem meũ,atq; nĩm oĩm hoſtem exbaliſtabo lepide. ἀπὸ τοῦ βάλλω λέγεται, καὶ ἄλλο δέ ἐστι σκόρπιος ἀπὸ τοῦ σκορπίζω ὁ ἀποσκεδάννυμι, ita ſcribit Michalus etymologicus,& baliſta eſt maio9 tormentorum genus, unam bricolam dicebant aui noſtri.

Excalfacio,& excalfactorius. Vide in dictiõe calefacio.

Excandeſco,is.& excãdefacio. Vide in dictione Cãdeo.

Excandeſcentia,ab Apu.li.de dog. Platonis,appellat ea aiæ pars, q̃ irritabilis eſt, hñs domiciliũ in corde, quã alio nomine iraſcentiam nominant,quæ iracundia a Cicerone dicta eſt in i. Tuſcu.a furore, & impetu animæ ducto uocabulo, ut inquit Plato in Cratylo.

Excantare,ſcat quod incantatũ eſt,alio incantamento liberare,qđ & recantare dr.Pli.li.xviii.Qui fruges excantaſſet.De recanto idẽ. Non pauci & ſerpentes ipſos recantari putant. Aliqñ excantare capiẽ pro excludere. Plau. Nam crede cuius cor excantare poteſt.

Excarnificatus dicitur ille, qui per carnificinæ torméta

diſcerptus eſt.Sue.in Vitel.Apud gemonias minutiſſimis ictibus excarnificatus,atq; confectus eſt.

Excerebro.as,cerebrum excipio,ut apud Eſaiam. Qui mactat pecus,quaſi qui excerebret.

Excetra,dicta eſt hydra,q̄ uno cæſo capite tria excreſcebant.Plau.in Perſa.Cū excetra,cum Antæo deluctari mauelim q̄ cum amore.Græco uocabulo dī echidna Oui.Pars quota Iernææ ſerpēs eris unus echidnæ.Scribit Dio.Herculē debellaſſe hydrā,non ſolū ferro,ſed ēt flāmis,adhibito Iolao,q̄ inciſam ceruicē ardēte face e ueſtigio iureret.Cōſtat ſcīm hiſtoricos Hydrā in Lerna argiuo⁊ palude extitiſſe,aquas euomentē,q̄ uaſtabant uicinas ciuitates,in qua uno meatu clauſo,multi erūpebant.Qd Hercules uidens loca ipſa exuſſit,& ſic aquæ meatus clauſit.Nā hydra ἀπὸ τοῦ ὕδατος.i. ab aqua nomen accepit.Plato aſſerit in Euthydemo hydrā fuiſſe callidiſſimū ſophiſtam,cui p̄ter ſapientiam p uno ſermonis capite amputato,multa repullulabant.

Excedo,is,pe.pro.diſcedo,egredior.Cice.In ipſa cura,& meditatione obeundi ſui muneris exceſſit e uita. Itē ultra cedo,tranſeo.Col.li. vii. Cum exceſſerint annos decem fœtibus inutiles ſunt.Plau.in aul. Iſthic adeſto ſi hercle tu ex iſthoc loco digitū tranſuerſum,aut ungue latū exceſſeris.Per tranſlationem ſignificat ſupero ut Cicero excedit omnes eloquentia.

Excido.pe.cor.ab ex,& cado,a in i mutata,ptm̄ facit excidi,ſupinū excaſum,ſcatq; deorſū cado.Vir.li.ii.geo. Nī ſæpe incautis paſtoribꝰ excidit ignis.Vū p̄ trāſlat. excidere aīo,eſt in obliuionē dare,ut apud eūdē. Nec dū etiā cauſæ iraꝝ,ſæuiq; dolores exciderāt aīo. Interdū diſſētire.Lucil.li.xxvii.Ego ab archilocho excido.

Excido,is.pe.pro.excidi exciſum,extra uel de aliquo cædo,& penitus deſtruo.Cice.li.ii.offi. Nec lapides exterra exciderent ad uſum noſtrū neceſſarii.Idem in ſom. Quo modo Carthagini,male iam diu cogitanti bellū inferat,multo tpe ante denūcio,de qua uereri non antedeſinam,q̄ illam exciſam cognouero.

Excidiū,& excidio,onis,ab excido deduci manifeſtū eſt p̄ emptione,& quaſi nece urbis,aut p̄uinciæ,ut cū cæſis hoſtibus mœnia ad ſolū deducunt. Hæc etiam a cædendo dici uideri poſſunt.

Exciſo,as,pe.pro.lanio,uerbero,& qd uulgo dī ſtratio, frapo.Plau.in Ciſ.Capillo ſciſſo,atq; exciſatis auribus.

Excello.is,exculi.excelſum,& excelleo.es. excellui, ſignificat ſupero.Lactan.li.vii.Qui omnes licet eloquentia excelluerit.Hinc excelſus magnus.Gel.li.i. Tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem.

Excerno is,purgamenta uentris emitto.Cel.li.iiii. Qm̄ portæ modo in inferiores p̄tes,ea q̄ excreturi ſumus, emittit.Proprie tm̄ excernere eſt extra cernere, quod uernacula lingua dicimus Cernir fora. Col.li.ii. Itaq; in areā detrita frumēta ſic aggeréda,ut oī flatu poſ/

Excrementū,purgamentū ut ſtercus. (ſint excerni. Vñ Pli.lib.x.ſcribit,q̄ quia coruus excremētis calcia menta fœdauerit a Mancipe exanimatus ſit.

Excerpo.is,ſecernēdo extraho. Vnde excerpta dicimus quæ ex libris ueluti floſculos extrahimus.

Excipio.is,pe.cor. extra capio.Cice. li.Tuſ. Nam ſi ſolū eos diceres miſeros, q̄bus moriēdum eſſet, neminem tu qdē eoꝝ qui uiuerēt exciperes.Aliqñ excipe eſt ad ſe aliquem recipe,& p̄prie excipiunt cadentes,aut ī calamitatem collapſi,Lactan.li.ii.Hunc errantē atq; inopem Ianus excepit.Vir.lib.iii.Heu qs te caſus deiectā coniuge tanto Excipit.Aliqñ aliq̄d recipe.Augu.li.v. conf.Et dum coram apiam ad excipiendū,quā diſerte diceret,pariter intrabat.Aliqñ inq̄rere.Cice.li.ii.de ora. Quædam dari ex hac uita ad p̄trahendos aīos hoīm, & excipiendas eoꝝ uoluntates.Aliqñ ſepare.Vir.li.ix. Ipſum illum clypeum,criſtaſq; rubentis excipiam ſorti.Aliquando per dolum cape,opprimere.Idem. Excipit incautum,patriaſq; obtruncat ad aras.Aliqñ colligere. Mar. Vētris onus miſero,nec te pudet excipis auro.Aliqñ abſcōdere.Plau.in Aul. Neq; partem tibi ab eo indipiſces,neq; furem excipies.

Exceptio,excluſio, q̄ ſicuti Vlpia.docet,interponit actioni cuiuſlibet rei ad excludendum id, quod intenti onem,condemnationemq; deductum eſt.

Excepto,as.ſæpe extra capio,uel ad me frequenter traho.Cice.in para.Et uideat aliquem ſummis populi beneficiis uſum,barbatulos mullos exceptantē de piſcia. Vir.li.iii.Geor. Ore omnes uerſæ in zephyrum ſtāt ripibus altis,Exceptātq; leuis auras,& ſæpe ſine ullis Cōiugiis uento grauidæ,mirabile dictu,id eſt frequenter ad ſe trahunt & capiunt.

Excipuus.a.ū.qd excipit,ſicut p̄cipuū,quod ante capit.

Excipula,ab excipiendo,ſicut decipula a decipiendo,& eſt ſeptum ex arundinibus contextis,ſeu foueæ q̄dam & quaſi loculamenta,qualia ad excipiendos fraudulē ter piſces in fluminibus fabricantur.Plini.lib.ix,ſcribit Anguillas in lacu Bænaco fluctibus glomeratas uolui in tantum mirabili multitudine,ut in excipulis eiꝰ fluminis,ob hoc ipſum fabricatis, ſingulorum miliū globi reperiantur.

Excieo,es,exciui,tū,extra moueo.Feſt. exciet,excutiet.

Excio.is,exciui uel excii excitum,extra uoco, uel extra ſeu ualde commoueo.Plau.in ciſ.Vt mihi exciuiſti lachrymas .i.cōmouiſti. Et in Epi.Quid eſt pater,q̄ me exciuiſti ante ædes,Vt matrem tuam uideas .i. euocaſti.Excire aūt expergefacere eſt.Liui.li.i.Hercules ad primam auroram ſomno excitus.

Excito.as.frequentatiuum.Teren.in Heau. Num uides quantū mali ex ea re excites. Pro expgefacio. Damaſus ad Hie.Dormientem te,& longo iam tpe legētem potius, q̄ ſcribentem quæſtiunculis ad te miſſis excitare diſpoſui.Pro p̄uoco,ſollicito ue.Col.li.i. Nam cum certamine opus exciteť,tum in ceſſantis aniaduerſio iuſta eſt,& ſine querela uidetur adhiberi.

Exclamare,uoce magna clamare.Plau.ī Am.Ibi neſcio qs maxīa uoce exclamat. Itē exclamare alte uocare. Idē ī eadē.Dū hęc agūť,uoce clara exclamat uxorē tuā.

Exclamationes fieri ſolent ſine aliquo adminiculo, modo per ntm̄ modo per actm̄,modo per vtm̄.

Excludo.is.pe.prod.extra claudo,eiicio.Plau.in Aſi.Homo hercle hinc excluſus eſt foras. Hie.Philippū regē Macedonū introeuntē ex more cubiculum uxor irata excluſit. Per tranſlationem excludere ponit p̄ liberare.Actius.Qua uirtute hic ſe ſeruitute excluſit.Item pro incubando pullum emittere.Col.li.ix. Veteranas aues ad rem eligi oportebit, q̄ iam ſæpius id fecerint. moreſq; earum maxime pernoſci,quoniā aliæ meli⁹

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

excludant,aliæ editos pullos cõmodius educent. Idẽ. Columbæ excludũt uigesimo die.Sic excludere, emi nere,& apparere,quod idem fere est qđ emittere, ut in ps.Excludant,qui probati sunt argento.Vnde dicũ tur,& in arte argentaria exclusores.i.ex quadam con fusione massæ ad suæ formæ expressores.

Excolo.is.pe.cor.pfecte adoro.Lactã.lib.vi. Nã si deos cultores simulachra insensibilia excolũt,& quicqd p̃ cioſi hũt,in ea cõferũt.Hẽt & reliquas significationes quas colo,sed pfectas rõne p̃positionis ex.

Excõicatio,ut in Decre.iii.q. iiii.distinguit ab anathe mate tanq excõicatio sit minor.Anathema maior. Vnde anathematizati ab ecclesia omnino separant. Cũ talibus neq sermõe congressus neq cibus cõicat. Hos Cypria.abstentos uocat eleganti uocabulo.

Excomposito significat secũdum ordinem datũ. Liui. Tum excomposito orta uis,signoq dato,iuuentus ro mana ad rapiendas uirgines discurrit.

Excorio,as.uide in dictione Corium.

Excors,extra cor,quasi sine corde,hoc est aĩo,quo sapi mus.In corde eñ,ut inqt Pli.habitat mens. Vñ ponit p insipiente.Lactan.li.iii.In quo alios non excordes tñ fuisse arbitror,sed etiã ipios,q in secreta cœlestis illius,puidentiæ curiosos oculos uoluerũt immittere.

Excreare,est quadã ui expuere.Cels.Et interdum aliqd puruléti excreat.Dictũ a scratis. Scratæ uero nugato riæ ac despiciẽdæ mlieres dicebãt,ab hisq screa idem appellabãt id qđ qs excreare solet,q̃ten9 id faciẽdo se

Excrescere,ualde siue extra crescere.Co- (purgaret. lu.li.v.Si satis excreuerint iugo supponantur.

Excretum supinũ ab excerno,significat egestũ. Vnde excreta tritici dicunt uulgo granatia,hoc est q̃ ex in cerniculo pro immundis seponunt.Col.lib.viii. Vbi annona est carior,excreta tritici minutæ cõmode dã tur gallinis.Ibi excreta nomẽ est.Participiũ uero,ubi paulopost ait.Furfures a farina excreti. Excretũ uero supinũ ab excresco,significat quod ualde creuit. Vir. li.iii.geor.Multi iã excretos,phibẽt a matrib9 hœdos.

Excrementũ,quod egerit ex cibo potuq.Et est duplex, siccũ.s.& humidũ.Conceptaculũ humidi dr uesica, cõ ceptaculum sicci aluus nominatur.

Excubo.as.pe.cor.uigilo,custodiã facio,& q̃si minime iaceo,ut milites extra castra,uel extra tentoriũ ad im peratoris custodiã noctu armati considunt.Sal. in Iu. Neq sec9, q̃ si iter faceret castra munire, excubitum in porta cohortes ex legionibus,pro castris eqtes au xiliarios mittere.Liui.Ptolemæum ac Leonatum ex cubantes ad cubiculi limen excitauerunt.

Excubiæ,uigiliæ,licet uigiliæ tantum nocturnæ dican tur.Excubiæ & diurnæ & nocturnæ.

Excubitor,qui excubat,unde gallus dicit excubitor, q peruigil horas cantu indicat.

Excudo.is.pe.prod.si.uel excudi.sum, fcat cudendo eli cio.Vir.Vt primũ silicis scintillã excudit Achates.Per transl.Lactan.de opi.Profiteor nulla me necessita te,uel rei,uel tpis impediri,quo minus aliq excudã, quo philosophi sectæ nr̃æ,quã tuemur,instructiores, doctioresq in posteꝝ fiant.Sic Vir.Vt uarias usus me ditando excuderet artes.i. studiose repiret. Excudere etiã dicunt gallinæ oua,q̃ ex eis pulli nascunt, quod & excludere dicimus.Colu.li.ix. Negat anser aliena excudere oua,nisi subiecta sua quoq habuerit.

Excurro.is.Vide in dictione Curro.

Excuso,as,obiectum crimen purgo,& a me repello,uel cãm in alium reiicio,sicut accuso causa onero. Cice. Nulla est excusatio peccati,si amici cã peccaueris. Et excusare est afferre in excusationẽ id qđ peccãdi cãm p̃buit,quod potius p accuso dici debere uidet,uelut si latrones,aut flumina impediẽto fuerunt,ne ad diẽ adesse possem.Eo modo quo Quintil.Tu tñ, si inter pellatus tempestatib9 serius uenisses,excusares mare & ambiguos flatus.i.mare in excusationem adduce res.Liui.de Torquato, oculoꝝ ualetudinẽ excusauit.

Excusabile,quod excusatione dignum est.

Excusatorius.a.um,quod ad excusationem pertinet,ut excusatoria epistola.

Excutio.is.pe.cor.ab ex & quatio,fcat quod lingua uer nacula dicimus scorlare.Plau.Excute dum pallium. Vir.li.xii.Sũmasq excussit uertice cristas.Sciendũ ue ro q excutit, aut se excutit,aut aliqd aliud. Si aliqd aliud,Excutiens est,excussus non est.Si aũt se excutiat, & excutiens est,& excussus.Si ab alio excutiat,excussus est,non excutiens.Si aũt excutiat seipm excutiẽs est, qa excutit se,& excussus, qa excutit a se. Duobus etiã modis dicimus excuti aliqd,siue illud quod inde ex cutit,siue illud unde excutit.Nam & excussus est pul uis dicimus,& excussa est uestis.Tenent aliq & excuti unt uestẽ,& exit inde puluis q ihæserat. Quid dicis de puluere? Excussus est puluis. Quid dicis de uestes? Ex cussa est uestis.Dicimus etiam excuti aliqd, ut exeat inde quod forte absconditũ est. Aliter.n. dicimus ex cuti uestemut excutiamus inde puluerẽ,& aliter excu ti saccum,ut illud quod intus latebat exeat.Per trãsla. Excutere fcat eiicere,emittere.Plau.in aul.Mihi mi sero cerebrum excutiunt tua dicta soror,lapides loq ris.i. frangunt.Vir.Excussus aconteus fulminis in mo rem.Item deiicere. Hinc excussores equi dicunt,qui sessorem deiiciunt.Pli. Excusso circensibus auriga cu curriſſe excussores constat & primatum obtinuisse.

Excussorius,a.um,quod ad excutiẽdum pertinet,ut ex cussorium cribrum,quod excutit & trãsmittit farinã ignobiliorem ad panem secundarium,qui apud no strates sub uentrem,apud alios tritellum. Pollinariũ tenuius flori farinæ accommodum. Nam farina in pollinem,& secundarium,& furfures partitur.

Exdiscutio,ab ex,& dis,& quatio, significatq pfecte dis cutio.Hie.ad Ctesi.Cum hæc se ita habeãt, puoco ad uersarios,ut oẽs retro chartulas exdiscutiant,& si qđ i meo ingeniolo uitii reperint,proferant in medium.

Exdorsuo.as,dorsum confringo,uel dorso nudo.Plau. aul.Tu machærio cõgrum murenã exdorsua q̃tũ po tes.Hæc duo uerba p̃ter regulã cõponunt cũ ex.Non eñ ex,sed e componit cum d,ut educo.

Exdotes.pe.pro.quasi sine dote. Apud Amb.lib.de Re sur.Immunes uidentur,& exdotes reatus,quum gra uiores pœnas intra luant.

Execo:as,pen.cor.ab ex & seco,sed s abiicit,& fcat exci do,extra seco.Col.lib.iii.Arborẽ quam inserere uoles diligenter exectato,ea parte,q̃ maxima nitida,& sine cicatrice est,dabisq operam, ne librum lædas.

Execro

Execro,as,pe.cor.ab ex,& sacro,abiecta s,& a in e muta ra. Dicit & execror deponēs, p horrori,& abominationi habeo,quod est magis in usu. Vir. Et terrā altricem sæ ui execramur Vlyssis. Hinc execratio q̄ aliqñ sumit p iuratione q̄ maledictis obstringit,q̄ accidant ei q̄ peie rauerit,ut inquit Augu. quale est illud Gene. xxvi. ca. Fiat execratio inter nos,& inter te.

Exedo.is.pe.cor.uel exes,conrodo,cōsumo. Pli.li. xxvi. Nascūt quoq; in sanguine ipso hois aīalia exesura cor pus. Cic.li.iii.tus. Ægritudo lacerat,exest aīam,planeq; cōficit. Aliqñ exedere significat extra,seu de aliquo ua se edere. Ter.ī Phor. Tu tibi intristi,oī tibi est exedēdū.

Exedra,locus spatiosus,quasi triclinīū,q̄ quasi ad occi dentē uersa esse solebat. Ci.li.iii.de ora. Tūc dedita opa qescētib⁹ aliis in eā iā exedrā uenisse,in qua crassus po sito lectulo requiesset. Hie.ad Eust. Si qs cœpit ægrota re,trāsferē ad exedrā latioré, & tanto sēnū ministerio confouet,ut nec delicias urbium,nec matris q̄rat affe ctum. Michalus aūt etymologicus. Ἐξέδρα τόπος τις ἢ ἀπὸ τοῦ ἕδρα καὶ ἐξ καὶ ἐν κατὰ καθέδρα.

Exemplū,ut inqt Festus,quod sequamur, aut uitemus.

Exēplar,ex quo fiē faciamus. Pli.xxxv. Sunt q̄ Venerē dianeā illo pictā exēplari putāt. Sed sæpe confundunt, ut exēplū sit,ex quo fiē faciam⁹. Sal. Līas, q̄s sibi noīe Catilinæ redditas dicebat,exēplū eaꝫ infra scriptū est .i.eaꝫ forma infra scripta est. Quin.li.x. Sic līaꝫ duct⁹ ut scribēdi fiat usus,pueri sequunt. Sic musici uocē di centiū. Pictores opa priorū. Rustici expimēto culturā in exēplū intuent. Cic. Apio. Ex līis,quaꝫ ad me exem plū misisti. Oui. de trist. Plurib⁹ exēplis scripta fuisse re or. Ponunt nōnunq̄ p eodē. Cic. pro Mure. Domesticū te hīe dixisti exēplū ad imitandū. Et iteꝫ. Ad imitādū uero tā mihi ppositū exēplar illud est,q̄ tibi. Dī & exē plariū p exēplari. Pli. Iuba hæc omisit in hoc tractatu nisi exēplariū uitiosum est. Sciendū tñ q̄p exēplū dicit qñq; grauis pœna,q̄ pōt cæteris documento esse. Terē. in Eu. Quæ futura esse debent exēpla in eum indigna. Rursus exēplū dī illud,q̄p adhibet rei aut pbādæ aut or nādæ cā. Vñ pars pbationis uocat ab exēplis. Et in elo cutione exēplū inter ornamenta numerat,pro quo exē plar dici nō pōt. Similiter exēplū uocat,quod uulgo dī,la mōstra. Cice. Si qs purpurā, aut aliud quippiā uendēs dicat,sume a me,sed huiꝰ exēplū aliūde rogabo tibi, quod ostendā, aut si aceruos dicāt se tritici hēre, & eo rū exemplū pugno non habent quod ostendant.

Exemplar & exemplarium. Vide in Exemplum.

Exemptus,uide in dictione Eximo.

Exequor,pe.cor.fcat perficio,& executioni mādo. Apu. Neq; in tenebris,sed in ppatulo iussa dñi exequebar. Qñq; declaro,exprimo. Cice. Var. Habeo multa oc cultiora,q̄ uix uerbis exequi possum.

Exequiæ,funebre officiū,quod.s.in funere exeq̄mur,ab eo dictæ,q̄p hoīes pōpā p⁹ sequūt, hæ ēt parētalia dīr.

Exequior, aris,exeqas facio,uel exequiis cōuiuor. Var. Ipsum propter ius liberti semitracti exequiantur.

Exerceo.es.cui,exercitū,ab ex & arceo,quasi extra arceo pmo,fatigo. Teren. in Adel. I sane,ego te exercebo ho die,ut dignus es silicernium. Qñq; exercere est in ope ram ponere. Vir.li.iii Geor. Exercete uiri tauros. Qñq; tractare. Colu.li.iiii. Qui urbanas ac delicatas artes ex ercuerit. Qñq; habere. Salu. Iurgia,discordias, simultā tes,cū hostibus exercebāt. Qñq; lucrari. Terē. in Heau. Ancillas,seruos,nisi eos q̄ ope rustico faciundo facile sumptū exercent suū,oēs pduxi,ac uendidi. Qñq; pbe terrā colere, Vir. lib.i. geor. Exercetq; frequens, atq; im perat aruis. Hie.a sīl in pfat. psalmoꝝ. Cogitis ergo,ut ueluti quoddā nouale pscissum iā aruū exerceā, & ob liqs sulcis renascētes spinas eradicē. Qñq; īseq. Vir. Tū uos o Tyrii stirpē,& genus oē futuꝝ exercete odiis.

Exercito.as.frequentatiuum. Cice. pro Cluen. Homo in primis ingeniosus,& in dicendo exercitatus. Hinc exer citatio,de qua idem lib.i. ad Heren. Exercitatio est assi duus usus,consuetudoq; dicendi.

Exercitiū est ipse actus,& usus exercendi operāndiq;.

Exercitus,a.um,pticipiū,ut hō exercit⁹,q̄ multis negoci is assuetus sit,& expientia doctus,& detritus. Gel. Ade rat forte ibi amicus nr̄ī,hō lectiōe multa exercitus. Hu ic cōtrariū est īexercit⁹,pro nō exercitato. Ci.li.v. Tus usus est īexercitus,pro nō exercitato,cum ait. Asclepia dē ferūt nō ignobilē,nec inexercitū philosophum. Ali qñ exercitus sumit pro fatigato,& in laborib⁹ assueto, Vir.li.iiii. Nate iliacis exercite fatis. Aliqñ pro indura to,ut cū qs diu se exercēdo durus,hoc est robustus fa ctus est corpe in laboribus pferēdis. Salu. in Iug. Nab dalsa exercito corpe.i.solidato,ut exponit Nonius. In terdū pro contēpto neglecto,ut docet Fulgen. allegās illud Plau. Nos nr̄amq; familiam habes exercitam.

Exercitus,us.nomē,significat militū copiā ab exercēdo, qa ut inqt Var. exercendo fit melior. Veg.li.ii. Nūerus militū exercitat,uñ ex re ipsa,atq; ope exercitus nomē accepit,ut ei nūq̄ liceret obliuisci,qd̄ uocabat. Docet etiā Vege. romanos milites tā ueteranos q̄ tyrones ex erceri solitos ad oē genus armoꝝ. Oēs.n. artes iugibus exercitiis pficiunt,cūcta exercitatiōe cōualescunt, ut merito dictū sit,quotidiana exercitia ad sanitatē plus pdesse q̄ medicos. Et nō unā cohortē,neq; unā alā, sed numeros multos militū exercitū esse Vlpia. scribit.

Exercitorius,qui se exercet.

Exercio.is.iui.itum,ab ex & sarcio,& significat sarcio.

Exentero,as,pe.cor.perforo. Plau. in Epi. Acutum cultꝝ habeo,qui exenterem marsupium senis.

Exegeticon.i. expositiuum uel enarratiuum.

Exegematicus character dicit,in quo tantum poeta lo quitur,ut Virg. in tribus lib. Geor. Dramaticus in quo nusquam poeta loquit,ut in Comœdiis & Tragœdiis. Tertius character mistus. in quo & poeta, & introdu ctæ personæ loquuntur,ut in Æneide.

Exeo.is.extra eo,egredior,& cōstruit tam cū actō q̄ cum abltō,ut Exeo domum,& exeo domo. Per trāslat. exire est liberari. Lucil.li.xxviii. Ne hoc faciat,atq; æruinna exeatis. Itē uitare. Vir.li.v. Corpe tela modo,atq; ocu lis uigilantibus exit. Itē erūpe,ut apud eundē li.ii. Non sic aggeribus ruptis cū spumeus amnis exit. Dī etiam exit in laudem,exit in uituperationem,exit in acta,ex it in fabellas,& sīlia .i. fit uel efficit. Lactan. Potuerunt .n. libri aboleri,& tā res in memoriam exire .i. fieri me morabiles,& de qbus fiat mentio. Plini. li.vii. Exit hic animi tenor aliqñ in rigorē quendam, toruitatēq; na turæ duram & inflexibilem. Quintil. Si historicus nar ret fabellam eleganter exit in fabellam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Exire de poteſtate,ſignificat mentis impotem fieri. Cice.li.iiii.tuſcu.Itaq; iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate,id eſt de conſilio,de ratione,de mente.

Exero,is,pe.cor.exerui exertũ,ab ex & ſero ſignificat extraho,emitto,eleuo,nudo.Sta.Fulgẽtẽq; exerit enſem Oui.li.i.Faſt.Credibile eſt illos pariter uitiiſq;,iociſq;, Altius hũanis exeruiſſe caput.Idẽ.Exerit hic hũeꝛ,ueſtes trahit ille ꝑ altas.Col.li.ix.poſuit pro exeo,cũ ait. Nam dũ uincula exerere conant,non quieſcunt.

Exerto.as.frequentatiuũ ab exero.Virg.li.iiii.At Scyllã cæcis cohibet ſpelunca latebris,Ora exertantem,& naues in ſaxa trahentem.

Exetaſticon,latine inquiſitiuum dicit. ἐξεταστικόν.

Exſio,ſignificat purgo,a quo Exſitus,us,ꝑ purgatione.

Exgrumare dicũt cochleæ grumos eruẽtes,& ex grumis exiliẽtes,grumus.n.eſt terræ collectio,a cõgerie dict⁹.

Exhæredare. Vide in dictione Abdico.as.

Exhalo.as,pe.produ.extra ſpiro.Lactan.li.vii.Quos aũt morbus interimit ſpiritum diutius exhalant. Vir.lib. vii. Sæuamq; exhalat opaca mephitim.

Exhaurio,prorſus euacuo,finio. Vir.li.iiii. Heu qb⁹ ille iactat⁹ fatis,q̃ bella exhauſta canebat. Inde ĩexhauſt⁹ ꝑ infinito.Sic dicimus.Gſas deo inexhauſtas replico.

Exherbare,eſt herbas extirpare. Col.li.v. Perticalis fere ſalix eundẽ agrũ,quẽ uiminalis deſyderat,melior tñ riguo ꝓuenit,atq; ea taleis cõſerit,& cum germinauit, ad unã ꝑticã ſummittit,crebroq; fodit atq; exherbat,nec min⁹ q̃ uinea pãpinat.Et alibi.Exherbandus eſt locus.

Exhibeo,es.pe.cor. profero,in publicũ deduco,& uideo di tãgẽdiq; hoĩs facultatẽ ꝑbeo, ut re oñdo,q̃ſi extra ſecretum habeo. Pau.Exhibere eſt facere in publicum ptãtem,ut ei q agit experiundi ſit copia.Exhibere negociũ eſt labore uel moleſtia afficere.Ci.li.iii.offi.Qd cum audiſſet adoleſcens negociũ exhiberi patri.

Exhorreo,a quo exhorreſco,pro expaueſco.Pla.Cic.Sed non poſſum nõ exhorreſcere,ſi quid intra cutem ſub eſt uulneris, quod prius nocere poteſt, q̃ ſciri, curariq; poſſit.Ibi paſſiue.Vir.actiue dixit li.vii.adueniat,uult⁹ neue exhorreſcat amicos.

Exhomologeſis latine dr̃ cõfeſſio .Aug.Qui criminum ſuoꝝ ſorde pollut⁹ eſt,exhõlogeſis ſatisfactiõe mũdet Cy. Ne in eccleſia exhomologeſin criminũ facerent.

Exſibilo.as,pe.cor,ſignificat cum ſono uocis,& populari tumultuariaq; ſibilatione expello,derideo. Cicero.Hiſtrio ſi paulum ſe moueat extra numerum,aut ſi uerſ⁹ pronunciatus una ſyllaba breuior,aut longior, exſibilatur atq; exploditur.

Exigo.is.pe.cor.exegi exactum,excludo,eiicio,expello, quaſi extra ago.Plau.Itaq; oẽs exegit foras. Et exigere eſt debitum repetere.Cice.Caſſio. Longiores expectabo,uel potius exigam.Hinc exigere pecuniã dicimur, q̃ nobis debet.Et exactores uocant, q pecunias exigũt. Interdum eſt conuenienter poſtulare. Lactan.li. iiii. Sapiẽtia ſpectat ad filios, q̃ exigit amorẽ.Interdum uehementer,& cũ inſtantia poſtulare.Hiero.in pro. Tobiæ.Mirari nõ deſino exactionis ueſtræ inſtantiã. Exegiſtis em̃ librũ chaldæo ſermone ſcriptum ad latinũ ſtilum trahã. Interdum agere ſeu traducere. Teren.in Hecy.Illiq; exopto,ut reliquã uitã exigat.Interdũ pdiſcere,inquirere.Virg.Quærere conſtituit,ſociiſq; exacta referre.Sue.in Cæſare.Britanniã petiiſſe ſpe margaritaꝝ, quaꝝ amplitudinẽ cõferentẽ interdũ ſua manu exegiſſe pondus.Interdum facere.Vir. Quos improba uẽtris exegit cæcos rabies. Interdum definire,conſtituere.Idem li.iiii.Decreuitq; mori ſecum ipſa modũq; exigit.Interdũ cõplere.Plau.in Am. Menſes iam tibi exactos eſſe uides.Interdũ ui extorquere.Cice.li.de di. Et cũ eſſet tritici modi⁹ ſeſtertiis duobus,pro frumẽto in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe.

Exitiũ ab exeo.is.Feſtus.Exitiũ antiq ponebant pro exitu,nunc exitiũ peſſimũ exitũ dicimus.Vñ & mors dr̃. Aliqñ calamitas.Teren.in Phor. Qd ego nunc ſubito huic exitio remediũ inueniã miſer? Colu.li.i.Sic emunita ſola,& latera horreorũ prohibent curculionẽ, qd genus exitii,cũ incidit,multi opinant arceri poſſe,ſi exeſæ fruges in horreo uentilent,& quaſi refrigerentur.

Exitiale,mortifeꝝ,calamitoſum,dãnoſumq;.Pli.li.viii. Ille cõtra urinã ſpargit prudens hãc quoq; leõi exitiale.Vir.li.vi.Sed me fata mea,& ſcelus exitiale Lacænæ

Exitiabile idem quod exitiale.Ouid.lib.vi.Met.Dumq; manu tentat trahere exitiabile ferrum.

Exilio pe.cor.ab ex & ſalio,ſignificat exeo,& q̃ſi ſaltãdo ꝓrumpo.Cice. Tyro.Mihi crede tuis,& illius liis perfectis,exilui gaudio.Huius frequentatiuũ eſt exulto.

Exilium priuatio patriæ,quaſi extra ſolum.Señ.in li.de conſolatione ad Albinam matrem exilium diffiniẽs ait.Exilium nempe loci commutatio eſt.Hanc cõmutationem loci aliquando ſequunt incommoda paupꝛtas,ignominia,contemptus,quibus detractis,nihil eſt ꝙ magnopere exilium ſit ptimeſcendum,nec commutatio loci oneroſa.Aſſiduus em̃ eſt humani generis diſcurſus,& naturalis q̃dã irritatio animis mortaliũ inſe credit,& cõmutandi ſedes,& trãsferendi domicilia.

Exilior,aris,exul fio.Vnde ſcribitur de Ioanne Apoſtolo, ꝙ Domitianus iuſſerit eum exiliari.

Exilicus.a.um,quod ad exilium pertinet,ut exilica cauſa quæ aduerſus exules agitur.

Eximo.is.pe.cor.ab ex & emo,ſignificat excipio ſeu aufero.Terẽ. Vbi ubi iueniã Pãphilũ, ut ægritudinem in qua nunc eſt eximã atq; expleam animũ gaudio. Augu.li.viii.con. De uinculo deſyderii cõcubitus, quo artiſſimo tenebar, & ſeculatium negociorũ ſeruitute quemadmodum me exemeris narrabo.

Exempti dr̃ excepti.Exẽptus apud iuriſcõſultos dr̃,qui a ſuo iudice,ſiue iuriſditione ordinarii ſubductus eſt. Exemptus eſt rebus humanis, id eſt,mortuus eſt.

Exemptibile,quod auferri & eximi poteſt. Colu.lib.ix. Quadratæ perticæ paxillis ſuperponunt,ut auem recipiat aſſilientem.Sed idcirco ſunt exemptibiles,ut cum res exigit a paxillis deductæ liberum aditum cõuertẽtibus ſtabulum præbeant.

Eximium,excellẽs,egregiũ,ab eo ꝙ ĩ ſacrificiis optimũ pecus de grege eximebat,uel ꝙ eximia ſpecie animal numini offerendũ.Et eximii porci dicebant maiores ad ſacrificandũ electi erant, ſignati macula, aut nota ſicut egregiæ oues e grege electæ. Nã qd a uulgo exẽptum eſt,ſingulare dr̃,quod in aliorum ordinem nõ ſit redigendum. Vnde Virgilius.Eximias hoſtias dixit, quæ ad ſacrificium deſtinatæ eximuntur a grege, ut Quattuor eximios præſtanti corpore tauros. Dicitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur & in malũ. Cice.in Ver.Sin hanc uos in rege tam eximiam iniuriam,tam acerbam neglexisse.

Exin,pro exide significat propter hoc,quapropter,Ideo. Liui.li.i.Vt igit pauloante aim inter Fidenatẽ,Roma nãq; ré ancipitẽ gessisti,ita iá corp⁹ passim distrahẽdũ dabis.Exin duab⁹ admotis quadrigis in curru eaq; distentum illigat Metium.

Exinanio.is.ab ex,& inanio,euacuo,attenuo,& ad nihilum redigo.

Exinsperato,aduerbium significat quod non sperabat. Liui.li.i.Tunc clamore,qualis exinsperato fauentium solet,Romani adiuuant militem suum.

Exis,dictio græca ἕξις, qua significat habitus.Plin.in epist.Ad tantam ἕξιν studio & exercitatione peruenit, sed cum h,hexis, ἀπὸ τοῦ ἔχειν.

Existimo,as,puto,iudico,& q̃si ex æstiatione statuo atq; decerno.Quin.Ex pteritis existimari solẽt psentia.Hic existiatio,q̃ fere semp passiuæ significatiõis est,& pro reputatiõe ac bona fama capit,ut hõ magnæ existiationis.i.de quo oẽs bene opinant.Paul.Iurisco. Existiatio est dignitatis illæsæ status,legibus,ac moribus cõprobatus,q̃ ex delicto nro, auctoritate legũ aut minuit, aut consumit.Minuit,quotiẽs manẽte libertate circa statũ dignitatis pœna plectimur,sicut cũ relegat qs,ut cũ ordie mouet,uel cũ,phibet honorib⁹ publicis fungi uel cũ plebeius fustibus cædit,uel in opus publicũ dat, uel cũ in eã causã qs incidit,q̃ edicto ppetuo infamiæ cã memorat.Cõsumit uero quotiẽs magna capitis diminutio interuenit.i. cũ libertas amittit, ueluti cum aqua & igni interdicitur.

Existo,appareo,emineo,prodo,exurgo,exalto. Cice. de di.Sũmersus equus uoraginibus nõ existit.Et itẽ.Existit hoc loco q̃stio subdifficilis.Et li.ii.offi.Atqui eo tẽpore tantæ discordiæ secutæ sunt,ut & tyrãni existerẽt, & optiates exterminarent.i.exurgerent uel exaltarent.

Extare uero est eminere,supesse.Vir.Torpent mole noua,& summis uix cornib⁹ extãt.Vñ extare dicunt libri q demortui non sunt.Cice.Quæ ut scis,extat oro. Nã ut de hoie, q adhuc uiuit,dicimus supest, quasi nõ est sub terra humatus,ita de rebus extant,quasi extra stãt & non intra,atq; in tenebris latent.Et est trãslatio sumpta a statua,q̃ stat & apparet.Hui⁹ cõtrariũ est interdo,quod est peo.Pli.li.xxxv.utrunq; cõplexus est.Iã uero & onerariis nauibus,qñ & pericula expingimus,ne qs miret & rogos pingi,exceptis opẽ claritatib⁹,q̃ & ipsa conueniet attingi,siue extant,siue intercidere. Interdũ extare est manifeste esse.Lactan.li.iiii. Si cœlestibus beneficiis extiterit ingratus.

Exiurare scat ualde iurare.Plau.in Am.Exiurasti mihi te dicere p iocũ.Eiurare uero significat id quod desyderat non posse præstari.Idem.Eiurauit militiam.

Exlex,qui sine lege uel extra legem uiuit.

Exoculasso,is,uide in dictione Oculo,as.

Exoculatus,oculis priuatus.Apul. Cæcam & prorsus exoculatam esse fortunam.Defioculus uero cui deest oculus,quem luscum dicunt.

Exoche,eminentia uel excellentia latine dicit. Vnde ca texochen dicit per excellentiam,ἔξοχος ἐξαίρετος.

Exodiũ genus cantus, ut inqt Iul.Pol.Quẽ cedentes de theatro cantare cõsueuerunt,ab ἔξω ᾠδῶν.Sunt q exponãt exodiũ esse cãtũ, ab ἔξω extrã, ᾠδὴν cantũ. Erãt.n. fm eos exodia ridicula uersibus intexta fabellis, Atellanis potissimũ inserta,q̃ sine cãtu solebant iuuenes iactitare.Iuue.Tandẽq; redit ad pulpita notũ exodiũ.Et iterũ.Vrbic⁹ exodio risũ mouet atellanæ. Sue.in Ty. Vñ uox atellãico exodio pximis ludis assensu maxio excepta p crebuit,hircũ capreis natura ligurire.Et exodiũ ẽt scat exitũ,q̃si ἔξω τῆς ὁδοῦ.i.extra uiã,vñ Var.finẽ uitæ appellat exodiũ,cũ ait.Qd cœpas mõ in uia, narra,ut ad exodiũ deducas.Vñ ẽt exod⁹ liber,quo Iudæorũ exitus ab Ægypto describit,sed scda syllaba corri.in exodo tã in prima q̃ in secũda scatione,q̃uis alterũ ab ὁδοῦ,qd uiã scat, alterũ ab ᾠδῆς.i.a cãtu,c⁹ penul. pdu.

Exolesco,is.eui,ab exoleo fit,& scat crescere desino. Vñ exolet⁹,masculũ scortũ,seu pathicũ cõcubinũ iã adultũ,& fere dimissum, qꝝ crescere desinit.Oli Alexander R.o.Imp.exoletos heliogabali iussit deportari,aliquos etiã naufragio mergi.Scribit Plini.hoiem crescere ad annos usq; ter septenos in lõgitudinẽ,tũ deinde in plenitudinẽ.Aliqñ exolescere est uehemẽter crescere. Vñ exolet⁹.a.ũ,pro uehemẽter adulto. Plau.Reliq domi exoletã uirginẽ.Aliqñ scat ueterẽ fieri,deficere.Agretius.adolescere augmẽti est,inolescere coaugmẽti,exolescere uanescẽtis est.Pli.li.xxxvii.Carchedõii,nescio, an in totũ exoleuerint,postq̃ metalla æris ibi defecerunt.Col.li.ii.Nã multa sunt,ut dixi,q̃ negligẽtia exolescãt,& fiant sterilia. Vñ exolet⁹,uetustus est ab usũ remotus.Quint.lib.viii.Obscuritas fit in uerbis ẽt ab usu remotis,ut si cõmentarios qs põtificũ,& uetustissima fœdera,& exoletos scrutatus auctores idipsum petat, Liui. Arte agendum exoleto iam uetustate odio.

Exoletus.Vide in Exolesco.

Exoluo,is,quod ligatũ erat pfecte soluo.Plau.in epi.Tu ut exoluã manus.Lactã.li.i.Religionũ aios nodis exoluere pgo.Itẽ exoluere est pfecte soluere.Hier.in proœ, epi.psal.Sunt nonnulli, q uotum,quod deo uouerunt, se in singulos dies psalteriũ totũ in eius laudẽ esse dicturos,uel diabolo exagitati, uel econtra ieiunioꝝ austeritate,uel debilitate corpis,id exoluere neq̃ant.Item premio afficere.Lactan.li.v.Impatori oium deo fides seruanda est, qui non tm̃ uiuentibus, sed etiam mortuis põt uirtutes exoluere.Item expedire,liberare.Teren.in Hecy.Illas errore,& te simul suspicione exoluas.

Exomus,expeditus,& exertis humeris.

Exomidas pe.cor.appellãt uestes sine manicis, quasi humero tenus exertas,& citra humeꝝ desinentes talibus usi sunt monachi,& Eremitæ,q hodie æque ita figurãt exertis extra uestẽ brachiis Quod genꝰ uestiũ Colobia nuncupat,quasi truncata & mutilata sine manicis.

Exopolis pe.cor.dicitur qui extra muros urbis habitat, quasi extramuranus.

Exorbito,as.pe.cor.qũasi ex orbita recedo. Orbita uero uestigiũ est rotæ decurrentis,siue circuitus. Aug.li ix. ci.dei.Nõ eis cedẽtes ad aliqd approbãdũ uel ppetrandũ,quod exorbitet ab itinere sapiẽtiæ & lege iusticiæ.

Exorcizare,uel potius exorgizare. Nam componit ab ὀργὴ καὶ ὀργὴ ἐνθεν ῥῆμα, ἃ δουίδας ὀρχιεῖν εἰς ὀργὴν ἐμβαλεῖν. Est autem exorgizare,ut inquit Augustinus libro primo de uita beata,per diuina immundum spiritum adiurando expellere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Exorgiſmus adiuratio. Exorgeſta adiurator.

Exordiũ, initiũ. Vir. li. iiii. æne. Quo nã reginã ambire furentẽ audeat Affatu, q̃ prima exordia ſumat. Ci. li. i. ad Herẽ. Exordiũ eſt principiũ orõnis p qd̃ aĩus auditoris uel iudicis cõſtituiẽ uel apparaẽ ad audiẽdũ. Dictũ ex ordiũ, qa ex re & cauſæ uiſceribus oriri debet.

Exordior, ris, exorſus, incipio. Plau. in Aſi. Pergã, quo oc cœpi, & ibi conſilia exordiar. Vir. li. ii. geor. Nõ hic te carmine ficto, atq; p ambages & longa exorſa tenebo.

Exordine, ſine intermiſſiõe. Vir. li. iiii. Septem illam totos perhibent exordine menſes fleuiſſe.

Exorior, naſcor, emergor, exurgo. Teren. Tu ſola exorire quæ perturbas hæc tua imprudentia. Et exoriri, inuadere eſt. Nam, ut Dona. inquit, qui expectans aliquẽ inuadit, exoriri dicitur.

Exorno, nas, ualde orno, ſeu magnifice apparo, inſtruo. Plau. in aul. Repudiũ rebus paratis, exornatis nuptiis. Terẽ. in Eu. Ita uiſus eſt dudũ, qa uaria ueſte exornatꝰ fuit, nũc eo uideẽ tibi fœdꝰ, qa illa nõ hẽt. Interdũ exornare fœdare dr. Idẽ in he. Ego næ ſi uiuo, adeo exornatũ, adeo depexũ dabo, ut dũ uiuat, meminerit ſp̃ mei.

Exors, tis, extra ſortem, cui contrarium eſt conſors.

Exoro, as, orando induco, ſeu orando impetro. Teren. in Phor. Nequeo te exorare, ut maneas triduũ hoc. Idẽ Orator ad uos uenio ornatu, plogi, ſinite exorator ſim. Interdũ exorare ſignificat p̃ magna gratia orare, præſertim, q̃n cum duobus actis cõſtruiẽ. Plau. in cap. Vnũ exorare uos ſinite nos. Sic dicimꝰ. Hoc unum te exoro hoc eſt unũ p̃ magna gr̃a, ſiue magnope te oro. Qd̃ p̃poſitio ex, & oro cõmode & naturaliter expetunt.

Exorabula, ab Apuleio uocanẽ oĩa artificialia argumẽta, qbus orator p̃ uim eloquentiæ iudices exorat.

Exos, ſine oſſe. Lucil. Exos & exãguis tumidos pfluctuat

Exoſſo. as, oſſa detraho. Teren. Adel. Congrũ (artꝰ. iſtum maximum in aqua ſinito ludere pauliſper, Vbi ego uenero exoſſabitur. Apul. Exquamatus atq; exoſſatus piſcis uix palpitat amplius.

Exoticus, a, um, quod eſt peregrinum, aduentitiũ, Plaut. in Muſt. Non poſſunt olere unguenta exotica, hoc eſt aliunde apportata. Dictum exoticum, ab ex extra, & otion auris, quaſi a noſtris auribus alienum.

Expalmo. as, ſignificat palmis cædo. Augu. in quodã ſermone. Expalmaẽ qui eſt uera palma uictoriæ.

Expando, is. Vide in dictione Pando.

Expalpo. as. elicio. Plau. in Aul. Nũc ſeruus argẽtũ a pa

Expapillo, as, uſq; ad papillã denudo. (tre expalpabit. Vñ brachium expapillatum diciẽ. Plau. in mili. Idem connexum in humero læuo expapillato brachio.

Expato. as, pe. cor. in locũ patentẽ me do. Pacu. Expatãt ſe oẽs, publiceq; oñdũt, et ſic a pateo ſit. Quidã a ſpaciũ deriuant, ut ſit Expatare in ſpaciũ ſe cõferre. Sed & ſpaciũ a patẽdo deduciẽ. Nihil. n. aliud eſt ſpaciũ q̃ locꝰ ſiue tp̃s patens, hoc eſt interuallũ, uel loci uel tẽporis.

Expectoro. as. pen. cor. extra pectus eiicio. Cice. li. iii. de orat. Tũ mihi pauor ſapiẽtiã oẽm exaĩato expectorat

Expello. is. eiicio. Plau. Ancillam domo expulit.

Expulſo. as, frequentatiuum, quod ſignificat frequenti pulſu agito. Mar. Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris, Sum tua, ſi neſcis ruſtice redde pilam.

Expulſor & expultrix uerbalia. Cic. expultrixq; uitiorũ.

Expulſim aduerbium, ſignificat frequenter pulſando.

Expeculiati, dicuntur ſerui ſine peculio, quo uocabulo utitur Plautus.

Expecto. as, ab ex & ſpecto, ſignificat obſeruo. Teren. in an. Expecto qd uelis. Q̃n uero aſpiciẽtes aliqd diligenter, manere diutius eodẽ loco ſolemus. Expectare q̃nq; p̃ manere capiẽ & opperiri. Teren. in phor. Senẽ quoad expectatis ueſtrũ. Itẽ p̃ deſiderare, q̃n q̃ deſyderamꝰ cũ uoluptate aſpicimꝰ. Vir. in ii. Expectate uenis. Terẽ. in And. Expecto quid uelis. i. deſydero ſcire quid uelis. Vñ expectatus p̃ odioſo & moleſtæ uitæ. Nam filiis parentes aut amabiles ſunt, aut expectati, amabiles boni, expectati mali, quoꝝ mors in dies ſingulos expectãda, & optanda eſt. Item proſperare. Vir. li. i. geor. Sed illos expectata ſeges uacuis eluſit ariſtis.

Expedio. is. pe. cor. libero, & quaſi pedũ ligamenta diſſoluo. Siſen. lib. iii. hiſt. Inermes armat, ĩpeditos expedit. Aliq̃n poniẽ p̃ explico. Sene. Iã diu utile ſit expedi. Aliq̃n, p̃ extra fero, profero. Vir. Cereréq; caniſtris expediunt. Aliq̃n pro extollo. Idẽ. Tũ uero auguriũ rutuli clamore ſalutãt, expediuntq; manus. Et expedire eſt utile ſeu bonũ ac neceſſariũ eẽ. Sed hoc tm̃ ĩ tertia pſona ſingularis uel pluralis nũeri. Terẽ. in heau. Expedit bonas eſſe uobis. Idẽ in Phor. Nr̃apte culpa facimꝰ, ut malos expediat eſſe, dũ nimiũ dici nos bonos ſtudemus & benignos, hoc eſt cõgruat, & q̃ſi neceſſe ſit. Expedire etiã eſt euentũ hẽre. Plau. in Am. Nequiter bñ expediuit.

Expediti milites dicuntur leuioris armaturæ, & ſine impedimentis.

Expeditio uocaẽ cum exeunt milites ad bellum, quod expediant Remp. aut ſe a cæteris negociis &c. Curtius. Oẽm expeditionem ac militarem apparatũ eduxit

Expendo. is. pondero. Plau. in Aſi. Quot pondo te cenſes eſſe nudum? At pol ego q̃ te expendi ſcio nudus, uinctus centum pondo es per pedes quando pẽdes. Q̃nq; ſignificat exacte examino conſydero. Cice. li. i. offici. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quiſq; habeat, ſua eademq; moderari. Ambro. lib. ii. offi. Expendat atq; examinet uerba ſua. Quandoq; eſt pfecte ſoluere. Virgil. li. ii. ænei. Et ſcelus expendiſſe merentẽ Laocoonta ferunt, id eſt perſoluiſſe. Quandoq; exponere, erogare, unde expenſæ dictæ ſunt. Hieron. Qualiter fauente deo tota hæc dies expendatur in laudem, & cum gaudio celebretur.

Expenſa, ſæ. ſumptus, hoc eſt quod erogatur.

Expio. as. Vide in dictione Pio, as.

Expgo, is. quaſi exporrigo, a ſomno excito. Cice. Expge te iam, unde experrectus excitatus, q̃ recẽtes a ſomno exporrigi, & extendi ſolemus.

Expgiſco. is. & expgefacio, & expgifico actiuam ſignificationem habent. Plini. Vrtica letargicos expgiſcit tactis cruribus, magiſq; fronte: Gellius. Ingenio expergificando ratus idoneas. Cicero expergefacias ſcripſit, pro te expergefacias. Expergiſcor & expergefio paſſiuam. Cicero. Expergiſcimini aliquando atq; exurgite Ab expergiſcor fit experrectus ſecundum Diomedem. Expergitus ab expergor. Et expergefactus ab expergefio. Expergitus dicitur, qui ſatiatus ſomno ſponte uigilat. Vnde & Lucil. ait. Ego e ſomno pueros, cum mane expergitus clamo.

Experrectus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Experrectus a quiete impeditus. Saluſti. Experrecti ſommno arreptis armis tumultum facere.

Expergefactus, qui per alium ſomno excitatus eſt. Feſt⁹ aliter. Experrectus, qui per ſe uigilare cœpit.

Expgit⁹, ab alio excitat⁹, quẽ ſolem⁹ dicere expgefactũ.

Experior, ris, exptus, ꝓcat tentare. Teren. in Eunu. Oĩa prius expiri conſilio q̃ armis ſapiẽtem decet. Vnde in exptus, ītentatus, Virg. Nequid inexptum fruſtra moritura relinquat. Et expiri, doceri. Idem. Vos & cyclopea ſaxa experti reuocate animos. Vnde expti, periti dicunt. Experiẽtia, uſus, doctrina.

Expiẽtia cognitio nullo docẽte p uſũ repta, & ꝓprie ſingulariũ, ars uero uniuerſaliũ, ut ait Ariſt. li. i. me. Mani li⁹ lī. i. p uarios uſus artẽ expiẽtia fecit exẽplo mõſtrã/

Expes, ab ex & ſpes, ſed. ſ. abiicit, & ſigni/ (te uiam. ficat extra ſpem uel ſine ſpe.

Expers, extra pt̃e, uel ſine p te, & ponit̃ pro ignaro rudiq; & nullã rei expientiã habente. Apul. Hõ rudis, omniũ bonaꝝ artiũ expers. Q̃ñq; etiã pro eo q non ſentit. Vñ expers doloris, qui non ſentit dolorem. Expers mortis qui non moritur. Expers lucis, q non habet lucẽ. Qui dã hoc nomẽ cõponi uolũt a pars, q dam ab exꝑior.

Expeto. is. pe. cor. quo ad ſignificationẽ cupiendi. Vide in appeto. Interdũ expetere ſignificat euenire. ſicut appeteꝛ aduẽtare. Plau. in Am. Ergo in ſeruitute expetũt multa iniqua. Interdum uelle. Pacu. Dii me & ſi pdũt tamen eſſe adiutam expetunt. i. uolunt. Interdum accipere, tranſcendere, euadere.

Expilo. as. pe. pro. diripio. depdor, furtiue fraudo, dictũ a pilis Romanoꝝ telis, uel a græco πιλῶ, q̃ ὀπιλῶ. i. cõplano, q̃ qui e domo ſupellectilẽ detrahũt, æquare ac cõplana reoĩa uident. Inde apud iuriſcõſultos titulus eſt de crimine expilatæ hæreditatis, & q alienã hæreditatẽ expilauerit, extraordinarie ſolet coerceri. Cice. in para, Si ſocios ſpolias, ærariũ expilas. Oui. li. iii. met. Expilatq; genis oculos, Matern⁹ ſi luna a Mercurio de fluẽs ferã ad martẽ in diurna genitura, faciet effracto res, fures, & q tẽpla ſemp ſacrilego furore expilent.

Expiro, as. pe. pro. dictum a ſpiritu effuſo, uel a ſpiraminibus, quaſi ſpiritum emitto, Luc. li. iii. Expirans aĩam pulmonibus æger agebat. Aliquando per ſe plenum eſt, ut expirauit, id eſt mortuus eſt.

Expiſcari, eſt diligenter q̃rere ubi nã piſces lateant. Sæpiũs tũ expiſcari pro indagare ſumit̃. Teren. in Phor. Per inde expiſcare, quaſi non noris. Q̃ñq; pro lucrificare. Plau. Tandemq; neſcio quid ab eo expiſcatur.

Explano. as. perfecte planum facio, declaro. Saluſtius: De cuius moribus hominis, pauca prius explananda ſunt, q̃ initium narrandi faciam.

Explanto. as. uide in dictione Planto.

Expleo. es, pfecte impleo, ſeu facio. Virg. li. iii. geor. Improbus ingluuiẽ, raniſq; loquacibus explet. Salu. Neq; pfius iugulandi finis fuit, q̃ Sylla oẽs ſuos diuitiis explebuit. Interdũ cõpleo ſeu pficio. Vir. Diſcedã, explebo numeꝝ, reddarq; tenebris. Plini. li. xxxvi. Vlcera eoꝝ purgant leniter, explentq; cicatrices, & emendant. Interdũ conſolor. Teren in Heau. Hem tot mei ſolius ſolliciti ſunt cauſa, ut me unũ expleant. Interdũ minuo. Nã ex quandoq; priuatiua eſt. Ennius. Nauibus explebant ſe ſe, terriſq; replebant.

Explico, as. pe. cor. ꝓprie extẽdo. emitto. Cice. Quæ uirt⁹ ꝓter cæteras, totã ſe ad alienas utilitates porrigit, atq; explicat. Per trãſlationẽ ꝓcat explano, oſtẽdo. Idẽ li. iii. offi. Vt q̃dã ſibi concedant, quo facilius, q̃ uolunt explicẽt. Itẽ extraho. Oui. Atq; explicat enſem. Itẽ exhibeo. Mar. Explicat & cœnas unica menſa duas.

Explodo. is. pe. cor. ſi. ſum, ab ex & plodo ſignificat, cum ſono elido, quod fit, cum rem aliquã q̃ non placuit, clamore & geſtu ac ſtrepitu damno. Nec ꝓprie idem eſt quod manib⁹ cum ſono pulſantibus eiicio, ſicut Lau. Val. docuit. Nec ſupplodo eſt pedẽ terræ incutio. Nec cõplodo ꝓcat aduerſas manus inuicẽ collido, qd̃ nõ ſignificat ex ſe, alioqn Cice. fruſtra pedẽ adieciſſet lib. i. de Ora. Pedẽ nemo in illo iudicio ſupploſit. Similiter Quint. li. xi. Pedis ſupploſio, ut loco eſt opportuna, ut ait Cice. in cõtentiõibus, aut incipiendis, aut fouendis, ita crebra eſt inepti hoĩs, & deſinit iudicẽ in ſe cõuertere. Aliqñ p trãſla. ſupploſus ꝓ reiectus ponit̃. Dama. papa Hie. Abſciſſis opiniõibus, ambiguitatib⁹ ſupploſis. Idẽtidem de Complodo dicendum eſt, qm̃ & Hie. lī. nume. manibus addidit. Iratuſq; Balach cõtra Balam cõploſis manibus ait, ad maledicendũ inimicis meis uocaui te, quibus e contrario tu modo benedixiſti. Et in Ezech. Ecce complosi manus meas ſup auaritiam tuã. Apul. ſcribit. Cõplodere uacuas manꝰ doloris, & mœſtitiæ ſignum eſſe. Quint. li. xi. Nam etiam & complodere manus ſcænicũ eſt, pedes applodere interim licet. Præterea q̃ iſta uerba a plodo compoſita, nõ niſi actibus pedis, uel manuum accõmodari poſſint, minime crediderim, q̃uis plærunq; accõmodent. Lactant. li. de opi. ad lĩguæ actum uſus eſt cõplodo, cũ dixit. Beſtias etiã potu adiuuat, protẽta. n. cauataq; hauriũt aquam, eãq; cõprẽſam linguæ ſinu, ne tarditate ac mora defluat, ad palatũ celeri mobilitate cõplodũt. Hie. li. Iu. Cœperũt buccinis clãgere, & complodere inter ſe lagenas. Cũq; p gyꝝ caſtroꝝ in trib⁹ ꝓſonarent locis, & hydrias confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lãpades, & dextris ſonãtes tubas. Præterea q̃ explodo ſignificet eiicio manib⁹ & qdẽ cũ ſono pulſantib⁹, nequaq̃ ueꝝ ẽ, qm̃ ſi eiicio ſignificaret, Cice. li. iiii. de fi. bo. nõ dixiſſet. Quærim⁹ aũt nõ q̃ ſint iã, ſed vñ ſint exploſæ, eiectæq; ſñiæ Pyrrhõis, Ariſtõis, Herilli. Et ꝓ Cluen. Te uero illud idẽ, qd̃ tã exploſum & eiectũ erat, nunc retuliſſe demiror. Si aũt ſignificat p pulſationẽ eiiciendũ quẽpiã manuũ uel pedũ, ſiue alio aliquo, liquet explodo nõ ſignificare eiicio, qm̃ & copulare debet diuerſa, & non temere Ciceronẽ eiectæ & eiectũ ſubtexuiſſe credi par ẽ. Q̃ñq; explodere ſignificat aliqd tanq̃ indignũ ſeu iuti le eiicere. Ci. li. ii. de di. Sed hoc gen⁹ diuinatiõis uita iã cõis exploſit. Applodo etiã Hie. pedibus accommodauit. Sicut ſupplodo contra Vigil. ſcribens. Recordare q̃ſo illi⁹ diei, qm̃ me de reſurrectiõe corpis pdicante ex latere ſubſultabas, & plaudebas manu, & applodebas pede. Item Domi. Nã ſi applosiſſet pedem, intendiſſet oculos, rugaſſet frontem, iactaſſet manus, uerba tonuiſſet, tenebras ante oculos offudiſſet iudicibus. Igitur applodo, complodo, explodo, ſupplodo, & ſi qua alia reperiant̃, ſecundum rei actum, cui applicant̃, ita ſumi oportet. Et quicq d ꝓcat quatio, eiuſq; cõpoſita, idipm plodo, ei⁹q; cõpoſita deſignãt, niſi q̃ in ſono pulſatiõis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diuersa esse existimo,& quibusdam actib⁹ rerum ista non accommodari,quibus illa.

Exploratores,dicti sunt inquisitores.

Exploro pe.pro.exclamo,& cū fletu quodam uocifero. Var.Gemit,explorat, turbā oēm concitat. Vñ tractū est,ut capiaē pro intentius,ac ēt cū uoce inqrere.Virg. Exire,locosq; explorare nouos.Hīc exploratores dicti sūt.Interdū explorare dī obseruare.Idē li.ix.Nec nō & trepidi Troes formidīe portas explorāt.Interdū ꝓ,pbare.Cic.in cato.Quis est tā stult⁹ q̄uis adolescens,cui sit exploratū se ad uesperū ēe uictuꝝ? Interdū ꝓ delibera re.Vir.Tu⁹ o regia,qd optas explorare labor. Interdū ꝓ siccare.Idē li.i.geo. Et suspēsa focis explorat robora

Expono.is.explico,declaro,ostendo.Cic.li. (fumus. Phil.Anteq̄ de Rep. scribā.P.Con.exponā uobis breui ter cōsiliū profectionis & regressionis meæ.Vñ exposi tio pro interp̄tatione.Idem.Vocat ad cœnā deīde ip̄e p̄torem,exponit copias suas oēs.i.ostēdit. Ponit q̄q; pro extraho,& quasi extra pono.Virg.lib.xi.Socios de puppib⁹ altis pontibus exponūt.Q̄q; pro abiicio.Vñ infantes abiecti,ut pereant,expositi siue exposititii dicunt.Teren.in Heau.Erat hic corinthia anus haud impura,ei dedi exponendā. Plau. Reuertar ad illā puellā exposititiā.Q̄q; pro expendo.Soli.Cū magnā iis pecuniā exposuisset.Q̄q; pro expromo.Cice. Cum tibi exposita esset ad prandium omnis Pamphilia.

Expositi & exposititii.Vide in expono.

Exposco.is.Vide in dictione Posco.

Expostulo.Exqro,cōqueror,accuso,seu q̄relā apud eū ip̄m depono, q fecit iniuriā,& cū q̄rela apud amicos insto,& quasi officiū amicitiæ in alio desidero. Apul. Eā etiānum lachrymanté sic expostulat,hæccine mihi pollicebare,qd de te spero.Et nō solū ablatiuo cum p̄ positione iungit,sed etiam alii ablatiuo.M.Cice.filius Lenis & facilis a te existimari debeo,q nihil tecum de ipsis rebus expostulem.Aliq̄n sine ipso ablatiuo,ut cū iniuria,de qua quis rōnem postulat in actō ponit,& tunc etiā fcat exqro.Teren.in An.Sed qd agam? adeā ne,& cum eo iniuriā hanc expostulē? Iniuriā .i. rōnem siue cām iniuriæ.Aliq̄n expostulare est uehemēter postulare .i. uehementer uelle,rōne ex,q̄ multum auget. Postulo uero pro uolo sæpe sumit.Teren.in And.Etiā me nunc seducere istis dictis postulas.Inde expostulo. Idē in adel.Si me in illo credidisti esse hoīm numero, q ita putant sibi fieri iniuriā ultro,si quā fecere ipsi ex postulant,& ultro accusant. Dona.Expostulatio q̄rela aduersus illum ipsum qui peccauerit.

Exprimo,is.pe.cor.p̄mendo extraho.Pli.Exp̄sso uino infundit aqua uinaceis.Aliq̄n declaro,manifesto.Macr. Nil unq̄ locutus fuit exp̄ssius.Hieron.in prolo.Tobiæ. Quicqd mihi ille hebraicis uerbis exp̄sit,hoc ego accito notario sermonibus latinis exposui.i.elocutus est Idē.Et nomē dñi tetragrāmaton in q̄busdā græcis uoluminibus usq; hodie antiqs exp̄ssum lr̄is inuenimus .i. clare uel proprie scriptum.

Exprobro.as.pe.cor.culpam obiicio,ut in euang.Exprobrauit ī credulitatē illoꝝ & duritiam cordis. Aliq̄n im ꝓpero,q̄ aliis beneficia cōtuli. Teren. Nam ist hæc cō memoratio quasi exprobratio est īmemoris būficii.

Expromo.is,pe.pro. Vide in dictione Promo.

Expurgo.as. Quære in dictione Purgo.

Expugno. Vide in dictione Pugno.

Expungo.is.extrudo atq; amoueo.Persi. Expungā nāq; est scabiosus & acri bile tumet. Vñ etiā fcat milites ab exercenda militia repellere,a dēpto stipendio.Sene.lib. iiii.de bñficio.Pignus est ꝓtinus aliud,inuicē mittere, & munus munere expungere,quod fcat delere, ne debere uideaē.Milites em̄ punctis scripti inserunt legiōi & iurant,ut docet Vege.li.ii.Inde expūcti dicti deleti, & a militia remoti.Itidem Expūgi dicunt iudices q̄n amouent a iudicando,ueluti cancellati ex albo iudicum.Dispungere quoq; fīe est,quod significat cōferre accepta & data,sicut Papinia iurisconsultus docet.

Expuo,is.cum fastidio aliqd eiicio,quasi pus extramitto.Pus aūt est oīs humor corpori onerosus,ut Et periculosam cum tussi miser expuo saliuā.Teren.p transla tio.in Eu.dixit.Illā ubi expueret miseriam ex animo.

Exputo.as.pe.cor.ab ex & puto cōponit,fcatq; ex arbore puto,& incido.Colu.li.xi.Palos una opa cædere & exputatos acuere centū nūero pōt.Itē exputare est pfecte siue extra putare,ut apud eūdē li.iiii.Deinde uelut ueteranā uitē totā exputare,& ad unā materiā firmissimam redigere,nodosq; & cicatrices alleuare,satis officiū est.Itē est pfecte intelligere seu discernere. Plancus Cice.Quæ mens eū,aut quoꝝ cōsilia a tāta gloria,sibi uero etiā necessaria ac salutari auocarint,& ad cogitationē cōsulatus bimestris fūmo cū terrore hoīm & insulsa cū efflagitatiōe trāstulerit,exputare nō possū.

Exputare uero cōpositū ab ex & sputo,& hēt penul. syllabam prod. & significat quasi extra sputare.

Exquiro,is,pe. ꝓdu.diligenter inqro,secerno,eligo. Vnde exq̄sita opa,dicunt opa electa,quasi diligenter quæsita.Plau.in Am.Te certo heri aduenientem illico,& salutaui,& ualuisses ne usq; exquisiui.

Exquiliæ tñ p̄r Romæ mons erat ab excubiis regis,ut q excultæ fuerint a Tullo rege.Oui.li.i.fast.Adde q ex cubias ubi rex Romanus agebat. Qui nunc exquilias noīe collis habet. Hic & exquilinus mons dicit. Var. Exquilinus mons septiceps apud ædem Iunonis Lucinæ,ubi Æditimus habitare solebat.

Exta ꝓprie iecur,cor,& pulmo dicunt,quia in pte supiori locant ab extando.Et lien,& iecur hoc nomīe appellant,q̄n supra inferiora intestina locant.Virg.in geo. Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis. Oīa simul complexus est.Romanoꝝ religio semp extoꝝ caput putauit iecur.Vnde Festus hæc oīa exta dici putauit,quia diis ꝓsecent,qui extant,eminentq;,ut non a situ,sed ab officio dicta putarit. Scribit Pli.li.xxx.p̄cordia uocari uno nomine exta in homine.

Extales,uia purgandi alui.Hiero.in li.Reg. Et computrescebant prominentes extales eorum.

Extēplo aduerbiū,tota una dictio,significatq; statim,q̄ si extra tēpus,hoc est tpis cōmoditatē. Tēplū em̄ dīcus manu designatus in aere post quē illico captant auguria,seu quod augures statim uisis auspiciis,uel a tēplo cœli oculos auertebāt,uel e tēplo terræ discedebāt

Extispices penul.cor.dicti sunt haruspices ab extis inspiciendis.

Extispicium & extispicina ipa extoꝝ inspectio,quæ alio nomine haruspicina dicitur.

Extpe

Ex tempore duæ partes ſunt,& ſignificant ex improuiſo & impræmeditate.Cic. Quos credimus expedire rem & conſilium ex tempore capere poſſe.Inde uocatur ex temporalis ſiue extemporaria oratio. Vide in dictione Temporalis. Aliqñ ſignificat ex tempore pro temporis cõditione.Cic.li.iii.offi.Huius generis quæſtiões ſunt hæ oẽs,in quibus ex tempore offñ quæritur.

Extendo,is. Vide in dictione Tendo.

Extenuo,as.ualde tenuem facio,ſiue minuo. Cice.lib.ii. ad Herẽ.Defenſor autem fuiſſe cauſam negabit, ſi poterit,aut eam uehementer extenuabit.

Exterreo, res. Vide in dictione Terreo. Hinc exterritus, qđ modo pauefactũ ſignificat.Vir. Plauſumq; exterrita pennis Dat tecto ingentẽ.Mõ accenſum, inflammatum.Idem.Sæuit agris,aſperq; ſiti, atq; exterritus æſtu.

Exterebro,bras. pe.cor. extra uel ualde terebro ꝑ tranſl. ſignificat aliquid extorqueo,ſcrutor,& curioſus quæro.Var.Atq; adeo perquirit,atq; exterebrat artes.

Exter,a.um. pe.cor. idem quod externus. Vnde Sta. Exter honos dixit, pro extranio.

Exterus,a.ũ.idem qđ exter. Vir.lib.iiii.Et nos fac extera q̃rere regna. Fitq; ab exter,qđ ab extra deduci certũ ẽ. Hinc exterior extimus,ſicut ab inferus iferior infimus.

Extera manus, malleus ferreus pulſandis foribus idoneus. Hæc hoſtio appingitur uicem manus in claudendis,& aperiendis foribus præbens.

Externus,a.um.quod nõ eſt ex patria.Liui.lib.i.Timor deiñ patres inceſſit, ne ciuitatẽ ſine impio, exercitum ſine duce, multaq; circa ciuitatũ irritatis aĩs uis aliq̃ externa adoriret.Proprie aũt,qđ foris,& palam eſt.At heſternus cum h.& s. ſit ab heri.Cic.li.i.Tuſc.Dici non poteſt, quam ſim heſterna tua diſputatiõe delectatus.

Externo,as.ab ex & ſterno ꝟcat dementem facio. Pacu. Sed eccam miſeram, quã frequens luctus externauit.

Exterraneus,aduena,q̃ſi ex alia terra ſicut Cõterraneus q eſt ex eadẽ terra, q̃uis id nomẽ parũ ab eruditis uſurpetur.Exterraneus ẽt uocatur q ante tps natus,uel potius eiectus eſt, dictus ꝙ eum mater exterrita eiecerit.

Extero,is.pe.cor.extra tero,aut terẽdo extraho.Col.li.ii Cũ rurſus amplior meſſis prouenerit,qcqd exteret capiſterio expurgandũ erit.Var.li.i.de re ru. Apud alios exterit grege iumentoq; inacto,& ibi agitato pertricis,ꝙ ungulis e ſpica exterunt grana. Exterere ẽt dicimus aciem ferri,ut acuta ſit. Sed & aciem trahere dũr aquæ,ꝙ eo quod eſt exacuere, id ſ῾ιλ῾ωσιν græci uocãt.

Extermino,as.extra terminos mitto. Ci.li.iiii.offi. Atq; hoc oẽ genus peſtifeq;, atq; iniuriũ ex hoĩm cõmunitate exterminandũ eſt. Aliqñ exterminare ponit ꝙ demoliri.Hie. in Mat. Exterminant exules,q mittuntur extra terminos.Cum ergo in Euangelio dr.Exterminant facies ſuas, ſemp demoliũtur debemus accipere.

Extillo, as. ab ex & ſtillo. Vñ & diſtillo,eſt aũt extillare. guttare, & guttatim finiri Terẽ.in Phor.Hiſce ego illã dictis ita ſibi icẽſam dabo,ut nę reſtinguas lachrymas ſi extillauerit.i.ſi lachrymæ ex corpe guttarẽt,aut corpus guttatim finiret, uel totũ in lachrymas cõuerteret.

Extimeſco, ualde timeo acerbæ tantum ſignificationis repperi. Cice. in Cato. Quod igitur adoleſcentes & hi quidem,non ſolum indocti, ſed etiam ruſtici contemnunt, id docti ſenes extimeſcentẽ.

Extinguo,is,ab ex & tingo,minorem in ſe uim hẽt,q̃ op primo.Cic. in Lel.Primũ danda opa eſt, ne q̃ amicoꝝ diſſidia fiant.Sin tale aliqd euenerit,ut extictæ potius amicitiæ,q̃ oppſſæ uideant, q̃ſi quod extinguiſ poſſit reclamari, qđ opprimiſ nõ queat. Aliqñ extinguere ẽ perfecte diſtinguere.Idem in Hor. Quã ſi ſubtraxeris qui.i.quõ extingues artificem ab inſcio. Aliqñ ſignificat occidere deſtruere. Lact. lib.iii. Cœleſtes aĩas una cum corporibus extinguunt.Idem li.iiii. Iudæoꝝ nomen & gentem Veſpaſianus extinxit,id eſt deleuit.Teren. in Adel. Seni animam primum extinguerẽ ipſi, qui illud produxit ſcelus, id eſt, auferrem.

Extiſpex idem q haruſpex.hoc eſt,qui extis inſpectis futura prædicit, a quo extiſpicium & extiſpicina.

Exto.as.extiti,ſupinũ non legi. Vide ſupra Exiſto, is.

Extollo,is.extuli,elatũ. Vide in dictione Tollo.

Extorris, q eſt extra terrã.i.patriã eiectus, ſicut exul extra ſolũ ſic extorris extra terrã noiaẽ.Gel. Exul extorriſq; eſt,& ꝑprie uagabũdus. Sappho ad Phaonem.At uos extorrem tellure remittite noſtrum.

Extorqueo,es.ſi.ſum,uel tum. ſignificat tormento ueritatem elicio,Aliqñ ẽt per uim aufero, extirpo, euello. Dona.Torquemus hoĩem,extorquemus ueritatẽ.Cic. in Cato.Nec mihi hunc errorem,dum uiuo extorqueri uolo.Liui.li.ii. Neq; ambigiſ, quin Brutus idem qui tñ gloriæ ſuperbo exacto rege meruit, peſſimo publico id facturus fuerit, ſi libertatis immaturæ cupidine priorum regum alicui regnum extorſiſſet.

Extra ꝓpoſitio ſepata ; cui cõtraria eſt i ſignificatiõe in t . .Ab extra deducunt exter exterus, extraneus, extrarius,extriſecus,extro,extras,extrorſum, & extremus.

Extrarius alienus, q extra focum,ſacramentũ, iuſq; eſt. Apul.in Apol. Præterea minabaẽ ſi extrario nup ſiſſet, nihil ſe filiis eius ex paternis eoꝝ bonis teſtamento relicturum.Hic accipitur ꝙ eo qui non ſit domeſticus,& ex eadem familia, ẽt ſi ſit ex eadẽ tribu & ciuitate.

Extrarius canis, q nõ ẽ itra canes domeſticos educatus.

Extraneus,qui eſt ex altera terra quaſi exterraneus.

Exterricineus dicitur qui ante tempus natus eſt. Dictus ꝙ eum mater exterrita aluo eiecerit.

Fœniſeca. æ. qui fœnariis falcibus fœnū in pratis ſecat. Col. li. ii. Ita necubi ferramentū fœniſecis poſſit offendere. Var. lib. i. de re ru. Herba in pratis ad ſpem fœniſecæ nata, non mō nō ēuellenda in nutricatu, ſed etiā non calcanda. Idē non multo poſt, Sicilienda prata, id eſt, falcibus conſectanda, quæ fœniſecæ præterierūt.

Fœniſecium, ipa fœni ſectio, & ueluti meſſis fœni. Idem in eodē. Nec primo anno rigari, nec paſci ante ſecunda fœniſecia, ne herbæ uellanſ, obtritq; hebetentur.

Fœniculum a fœnore, ut q̄dam exiſtimāt, quaſi paruū fœnus, qđ ſemen terræ mandatū magno fœnore reddat fructum. Græci Marathron uocant, oculoq; claritati mire confert, angues p hyemem membrana corpori obducta fœniculi cibo impedimentū illud exuūt quod ſenectus, & Vernatio appellatur.

Fœteo. es. male oleo. Fœtidus male olens. Fœtor malus odor. Plau. in aſi. Dic amabo, an fœtet aĩa uxoris tuæ.

F ante O

Folium græci φύλλον dicūt. Sed ideo p ſimplex l ſcribiſ, qa antiqui non geminabant conſonātes. Eſt aūt foliū qđ in libris poniſ a palmaq; foliis, in quibus olim ſcribi ſolebat, & græca uoce philura appellatur. Cuius extremitas margo dī, & pagina utraq; pars folii. Nam folium duas paginas habet. Veteres etiam quarundam arborū libris, hoc eſt corticib⁹ ſcribere ſolebāt. Ex quo libri, & per dimi. libelli, & codices a codice, q & caudex uocaſ, ex quo cortex extrahiē. Hinc componunſ Trifolium, Quinquefolium, græce pentaphyllum. Latifolium, quod habet lata folia. Millefolium, græce Myriophyllon herba, & huiuſmodi multa.

Foliatus. a. ū. qđ folia habet. Vñ foliatū unguentū p̄cioſum, dictum unguentum nardinum a nardi folio, quo confectum eſt. Hoc Pli. ſcribit conſtare omphacio, balanino, iunco, nardo, amomo, myrrha, balſamo. Plau. in Cur. græca dictione ſignare uoluit, cum dixit. Tu petalion. Petalon enim græci uocant folium.

Foliaceus, a. um. quod ex foliis factum eſt. Plini. lib. xix. Paucis foliacea, & lata, ut a triplici ſunt ſemina.

Follis maſculini gene. Inſtrumentū, quo attrahiē uētus, atq; emittiē ad ignē excitandū. Vir. li. viii. Alii uentoſis follibus auras accipiūt, redduntq;. His utunſ ferrariæ argētariæq; officinæ. Vtunſ & coqui ſed paruulis, ne opus ſit ignē inſufflare buccis. Quod qui faciūt Sufſitores uocanſ. Primus Anacharſis philoſophus folles ignis exuſcitatores inuenit, ut refert Stra. lib. vii. Et follis, ſiue folliculus dī uter. i. pellis flatu plena. Liui. lib. ix. Eques folliculis in caſtra frumentū ueheret. Ibi accipere uideē pro ſaculis, & crumenis. Rurſus follis pilæ genus ex pelle, atq; inflatiōe factum, & pugno reddiē, a flatu nomē habēs, ſiue q ueteres follē pellē dicebant, & p diminutionē folliculum. Mar. Ite procul iuuenes mitis mihi cōuenit ætas. Folle decet pueros ludere, folle ſenes, Sueto. in Aug. in diminutiua forma dixit, ſeparauitq; pilā a folliculo, cū pila ſit illa puſilla, folliculus ſit illa uento tumeſcēs. Poſt bella ciuilia ad pilam primo, folliculūq; trāſiit. Qñ uero follis pugno p̄cutiē, pugillatorius follis qñq; uocaſ. Plau. Extēplo hercle ego te follem pugillatoriū faciā, & pendentē curſabo pugnis p iuriſſime. Quādoq; accipiē, p marſupio, receptaculoq; nummorum. Iuue. Et tenſo folle reuerti. Hinc Follitus pro bene nummato & follib⁹ numariis pleno, a Plau. in Epi. dictus eſt. Nā ſicut folles pilæ uento tumeſcunt, ita crumenæ pecunia turgent, a qua ſimilitudine inditum nomē. Ex diſciplina militari decem folles, hoc eſt decē ſacci, ut Vegetii uerbis utar p cohortes ſingulas exponebanſ, in quibus militū pecunia cōdebaſ. Augu. li. ul. ciui. dei. ſcribit hipponēſem quendā ſenem coquo uendidiſſe piſcem prægrandem follibus trecētis, in cuius uentriculo annulus aureus eſt inuentus.

Follicul⁹, cū ſit diminutiuū a follis, p̄oiē tñ qñq; p uulua. Nā (ut inqt Pli.) antea uulua uocabaſ. Qñq; p theca fruméti, uel lini, uel cuiuſlibet alterius rei, q̄ granū cōtinet inūolutū. Vñ apud exodū legimus, Linū cum iā folliculos germinaret. Qñq; pro corpe. Lucil. lib. xxvi. Et quo folliculo nunc ſum indutus, non queo.

Follico, as. pe. cor. ſignificat inſtar folliū reciproco ſpiritu nares agito. Apul. li. ix. Follicantes nares languidas. Hie. Caligas monachoq; follicantes dixit, p calceis laxis, & enormitate flaccētib⁹, quales Hypocritæ geſtāt ut cōtemptores humani cultus eſſe uideantur.

Folliculare, pars remi, quæ folliculo tecta eſt. a quo uita follicularis dicta eſt.

Fomes, itis. a fouendo hoc eſt nutriēdo ignē dicit. Eſt eī aſſula ex arbore excuſſa, dum cæditur. Ponitur & pro omni materia ſicca, in qua facile ignis inflāmaſ. Virg. Ac primū ſilicis ſcintillā excudit Achates, Suſcepitq; ignē foliis, atq; arida circū Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammā. Per tranſlationē fomes dī quicqd excitat nos, & accendit ad aliquid agendū. Gel. Fomitem eſſe quendā dicens & incitabulū ingenii uirtutiſq; ſi mens, & corpus hoīs uino flagraret.

Fomentū ſimiliter a foueндo, id eſt calefaciendo, uel nutriendo. Vnde fomenta dicuntur applicationes rerum calidarū, ſeu humidarū ad partes corporis læſas & medendi gratia, quæ & fotus appellantur. Pli. : Decoctura eorum cœliacos iuuat potione, & fotu.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fons a fundendo ꝙ inde fundat aquã, tam mascu. q̃ fœ. generis est. Inter fontẽ, & puteũ hoc interesse Augu. putat, ꝙ omnis puteus fons, nõ ecõuerso. Vbi. n. de terra aqua manat, & se usui præbet haurientibus fons dicit. Si aũt in alto, & in ꝓfundo sit ita puteus uocat, ut fontis nomẽ nõ amittat, fons græce πηγὴ ὃ κρήνη λέγεται unde pagus simul posita uillæ. i. rusticanæ domus plures nomen accepit, ꝙ circa fontes hæ ponerent.

Fons solis est in Libya, de quo Pli. li. ii. Iouis hammonis fons interdiu frigidus noctibus feruet.

Fonticulus diminutiuũ, paruus fons, a quo Fonticellus. Pli. Vbicunq; moueris humũ fonticuli scatent.

Fontanus, a. um, quod ex fonte est. Pli. Fontanæ aquæ cyathos duos. Augu. lib. ii. de ciui. dei. Sub hoc tot deorũ præsidio, quos numerare quis potest. Numera indigenas, & alienigenas, cœlestes, terrestres, infernos, marinos, fontanos, fluuiales.

Fontinalia, fontiũ sacra. Fontinalis porta urbis Romæ dicta est ob propinquitatẽ scaturiẽtiũ fontiũ. Eadem Capena uocabat. Iuue. Substitit ad ueteres arcus, madidãq; Capenã. Liui. Ædiles alterã porticũ ad portam fontinalẽ, ad martis arã qua in cãpos iter eẽt, ꝓduxere.

Forago, pen. produ. a ferendo filum, quod a textricibus fertur, ut diurnum opus distinguant, licet & a forando etiam dici posse uideatur.

Foro, as. penetro, quasi foras do. Colu. lib. vi. Amygdala, si parum ferax erit, forata arbore lapidem adiicito, & ita librum arboris inolescere sinito. Hinc fiunt cõposita Inforo. Perforo. penul. cor. ꝙ est multum foro. Idem li. v. Sed aliud est ferramentũ quo priores uitẽ perforabant. Liui. Vna tamen perforata naui.

Foramen q̃si diminutiuũ a foribus. Sisẽ. li. iiii. hist. Neq; porta, neq; foramẽ erat, quo posset eruptio fieri.

Foratus, us. idem ꝙ foramen. Lact. li. de opi. Oculorum orbes cõcauis foraminibus cõclusit, a quo foratu, frontem nominatam Varro existimauit.

Forũ neutri. ge. a ferendo dicit, ꝙ cõtrouersiæ, & res uenales illuc ferant. Et quatuor modis dicit. Primo negociatiõis locus, quo uenalia ferunt, ut forũ Iuliũ, forum Flaminiũ, foꝝ Semproniũ, ab eoꝝ nominibus, q̃ ea fora custodienda curarũt. Quod etiam in uiis & locis priuatis, & in agris fieri solet, & ubi res multæ uariæ uendunt. Vñ foꝝ boariũ, in quo boues uendunt, forũ holitoriũ, in quo herbæ, quod erat antiquũ macellum, quapꝓpter nũc quoq; holerum locũ Lacedemonii macellũ uocãt. Forũ piscariũ in quo pisces. Cupedinis forum, in quo uendunt cupedia, sic em̃ antiqui lautiores cibos noiabãt. Secũdo, in quo iudicia fieri, cũ populo agi, & cõciones haberi solẽt, quod ibi iudicia ferunt. Vñ causæ forenses. Tertio cum is, qui prouinciæ præest, forũ agere dr, cũ ciuitates uocat, & de controuersiis cognoscit, ac sententiã fert. Quarto cũ id forũ ueteres appellabant, qd̃ nunc uestibulũ sepulchri dici solet.

Forum uinarium, uas de quo Var. li. i. de re rust. Itaq; lectus defertur in forum uinarium, unde in dolium inane ueniat electa in secretam corbulam, inde in ollulas addatur, & in dolia plena uinaceorum. Colu. li. xii. ait. Torcularia, & fori diligenter emũdata, lotaq;.

Forulum dimi. quod & foriculum, apud Var. dicitur.

Forum Iulium regio Italiæ quæ quondam Iapidia dicebatur. Virgi. libro iii. Geor. Castella in tumulis, & iapidis arua Timaui, in ea sunt Aquileia, Vtinum, Ciuidale, & Tergestum.

Forũ liuiũ, ciuitas in Æmilia, nobilis Galli poetæ ortu.

Forum Cornelii, similiter urbs Aemiliæ, quæ nunc Imola uocatur.

Forensia, uestes, quibus in foro utebant, sicut Cœnatoria, quibus domi utebantur in cœna. Sueto. de Aug. forensia autem, & calceos nunquam non intra cubiculũ habuit. Alio nomine dicuntur togæ forenses. Apul. Forensi toga indutus accumbebat.

Foracia, a foro dicitur mulier uillatica, quæ fructꝰ uillæ, uenales, hoc est pulla stros, pipiones, poma, nuces, & huiusmodi in forum defert.

Foras & Foris, aduerbia, primũ ad locũ, secundũ in loco & de loco significat, ut egredior foras, tu moraris foris. Ponitur quandoq; Foras loco præpositionis. Hiero. Foras sepelierunt corpora martyrum. A foris fiunt composita. A foris & Deforis pe. cor. ut est apud Gñe. Et in clusit eum dominus deforis.

Forensis duobus modis intelligi potest. Vno cum a foro descendit, in quo iura reddunt, ut causæ forenses. Et forenses, qui in foro uersant, quos græci pragmaticos dicunt. Et forenses quibus utimur in foro, ut forensis eloquentia. Altero cũ a foris aduerbio fit pro externo. Amb. li. i. offi. Non ꝑm forensem abundantiã æstimãdam beatitudinẽ singulorũ, sed ꝑm interiorẽ cõscientiam. Idẽ. li. Hexa. Quæ signis forensibus internam exprimat uoluntatẽ. Sic uestimẽta forensia dicunt a Colu. quæ foris, nõ in domo gerunt. Apud Liui. Forensis factio & turba capit, ꝓ humili & sordida. Et forensia, neutro genere, uestis, quã ad forũ proficiscẽtes sumebant. Sueto. de Aug. Forensia & calceos nunq; non intra cubiculum habuit.

Fori numero plu. sunt tabulata nauiũ, uel locus in naui apertior qui iter nauẽ ꝓambulãtibus ꝓbet, ab eo quod ꝑ illos ferat incessus. Ci. in Cato. Cũ alii malos scandãt, alii ꝓ foros cursitẽt, alii sentinã exhauriant. Itẽ Fori dicunt Circensia spectacula. i. loca erecta, ut ex his spectetur. Li. li. i. Tũ primũ circo q̃ maximus dr, designatꝰ est locus, diuisa loca a patribꝰ equitibꝰ, ubiq; sibi spectacula quisq; faceret, fori appellati. Ex his minores forulos dicimus q̃ armariola q̃q; significant, siue capsulas, in qbus reponunt libri. Sue. in Augũ. Hos quoq; delectu habito condidit duobus Forulis auratis, sub palatini Apollinis basi. Iuue. Hic libros dabit, & forulos, mediamq; Mineruã. Apud Vir. pro oppidanis accipimꝰ forulos, cũ li. vii. ait. Casperiamq; colunt, foruloſq;, & flumẽ Hymellæ. Fori etiã in agris sũt, ueluti parui sulci, & oblongi. Colu. Angustoſq; foros aduerso limite ducẽs.

Foruli diminutiuum. Vide in dictione Fori.

Fores ꝑprie, inquit Serui. quæ foris aperiũt. Vñ Plu. memorat primũ Valerio Publicolæ fratri cũ de Sabinis triũphasset, domũ publice positã, cuiꝰ fores extra aperirent, cũ añ cæteraꝝ ædiũ intro referãdo appellerẽtur, ut ex hac cõcessiõe honoris appareret, quotidie eã domũ aliqd̃ publice admissurã. Valuæ quæ intꝰ reuoluũt, & se uelãt, hæ ꝓ diminutionẽ forulæ appellãt. Ianua primꝰ domi ingressꝰ, cætera ĩtra ianuã ostia, siue ualuæ, siue fores generaliꝝ uocãt, q̃uis usus ista corruperit. Hoc nomen

nomen etiã ſinguſt declinaſ. Oui. li. i. de amo. Difficilẽ moto cardine pande forem. Cice. pro Cor. Aperuit forem ſcalarum. Terẽ. Quidnam fores crepuit? Vbi Dona fores ſingularis numeri nti caſus. Plau. in Am. Orationem comprimam increpuit fores. Horati. Excluſus fore cum longaremus foret intus.

Foriculus deus putabaſ, qui foribus præerat, ſicut Cardinea dea, quæ cardinibus præerat, & Limentinus deus, qui limini præerat.

Foriculæ dimi. a fores. Var. li. i. de re ruſt. Et ideo oportheca qui faciunt, ad Aquilonem ut feneſtras habeãt, atq; ut pflentur, curant, neq; tamen ſine fqriculis, ne cũ humorem amiſerint ptinaci uento uieta fiant.

Forinſecus pe. cor. ſcat, qd ad foris eſt, ſicut intrinſecꝰ qd eſt intus. Aug. li. xxi. ci. dei. De pomis terræ Sodomoꝝ forinſecus quaſi maturis, intrinſecus fumeis.

Foria, ſtercora liqdiora, ſic dicta, q facile ferant foras.

Forio. is. uẽtẽ exonero, foras deiicio. Cuius cõpoſitũ eſt Conforio. Pom. in Mago. Conforiſti me Diomedes.

Foriolus, q uentrẽ ſolutum habet, & foria facile emittit Laberius. Foriolus eſſe uideris in coleos cacas.

Forica pe. cor. locus in quem alui ſtercora deiicimus. Iuue. Inde reuerſi conducunt foricas. Et proprie de publicis dicitur, latrina de priuatis, a latendo.

Forem. es. et. pro eo, qd eſt eſſem. es. & cætera declinatione deficit, inqt Dio. Salu. in. Iug. Nã ego qdem uellẽ, & hæc q ſcribo, & ea q antea in ſenatu q̃ſtus ſum, uana forent. Aliqñ dĩ de ptõ, p fuiſſem. Vir. li. viii. Qd a ſtirpe fores geminis cõiunctus atridis. Fore uero hẽt ſignificationẽ participii futuri, una cum infinito eſſe. Idẽ eſt em fore, qd futurum eſſe. Ideo iungiſ cum noſe, nõ cũ participio, ut ſpero te amicum fore, non amatuꝝ fore. Cice. Treba. Scribit ad me Cæſar, ſe tibi nondum familiarem eſſe ſatis propter occupationes ſuas, ſed cito fore. Qñq; etiam cum participio pſentis, quod eſt contra Lau. Val. Cæſar, Nonnulli etiam Cæſari nunciabant, cum caſtra moueri, aut ſigna fieri iuſſiſſet, non fore dicto audiẽtes milites. Compoſita uero ſine noſe, & ſine participio. Ouid. Eſſe quoq; in fatis reminiſciſ affore tempus. Eſt autẽ Affore affutuꝝ eſſe, afforem adeſſem. Vir. Atq; utinã rex ipſe noto cõpulſus eodem Afforet Æneas. Cic. Ser. Sul. Maior mihi ratio affore nulla põt, q̃ coniunctio cõſuetudinis, ſermonũq; noſtroꝝ. Abfore, de quo ſupra. Confore, cõuenire, & cõcordes eſſe. Teren. in An. Reſtat Chremes, q mihi exorãdus eſt, & ſpero confore. i. conuenturos eſſe. Defore deeſſe. Cice. contra Rul. Verum arbitrabantur non defore, qui illam reſtituerent. Profore profuturum eſſe. Hora. Quæ nocuere ſequar, fugiã quæ profore credam. Perfore ualde futurum eſſe. Cice. Appio Pul. Tunc mihi ille dixit, q claſſe tu uelles decedere, perfore accõmodatũ tibi, ſi adillã maritimã partẽ, puinciæ nauibus acceſſiſſem.

Fornalia, furni ſunt. Auguſt. Quomodo molæ ſeruiunt tritico, quomodo panibus coquendis fornalia, ut illi coquantur, illi conſumantur.

Forcipes, pe. cor. a foruo, & capio, quaſi foruicapes dictæ ſunt, q̃bus forua, i. calida capiunt. Nã foruũ eſt calidũ. Vñ & formoſos dicimus q̃bus calor pulchritudinem creat. Vir. lib. viii. Verſantq; tenaci forcipe maſſam. Et eſt fin Priſcia. tam maſculini q̃ fœminini generis.

Forfices quibus telam, ſeu fila incidimus, a ferro, & fio dicti. Huius dimi. ẽ forficuli. Pli. lib. xxxv. Præterea mirũ inuentũ eſt, q iciſum forficulis, ut diximꝰ, ſcribãt.

Forpices, pe. cor. quibus icidimus pilos, a ferro & pilo.

Forcus nomẽ uiri propriũ, qui tres filias habuit Gorgonas, ſtenio. ſ. Euryalem, & Meduſam, q̃ nimis locupletes fuerũt, & gorgones dñr. i. terræ cultrices.

Forficuli, diminutiuum. Vide in Forfices.

Forda, bos prægnans a ferẽdo. Oui. Forda ferens bos eſt, fœcunda q̃, dicta ferendo. Priſci horda dicebant. Vnde ſacra Fordicalia, quibus prægnantes boues (ut inquit Varro.) immolabantur.

Forma, facies cuiuſq; rei, quæ imobilis eſt, & naturalis. Vultus & mouẽ & fingiẽ. Terẽ. in An. Forma, & uultu Soſia adeo modeſto. Qñq; tñ ſpecialiter, p pulchritudĩ ne ſumiẽ. Hora. li. i. car. Forma captiuæ dñm tegmeſſæ. Inde formoſus. Trãſferẽ ad architectos pro deſignatione. Ci. li. i. offi. Formã quidẽ ipam Marce fili, & tanq̃ faciẽ honeſtatis uides. Hinc cõpoſita ſunt Conformis. Deformis Informis. Vniformis. Multiformis. Semiformis, & hmõi adiectiua. Colu. li. ix. Quæ cũcta remedia credunt eẽ aduerſus tonitrua, q̃bus uitiant oua, pulliq; ſemiformes interimunt, añq̃ toti ptibus ſuis cõſumẽt.

Formula, parua forma, diminutiuum eſt & capitur non nunq̃ p lege & inſtitutiõe. Ci. li. iii. offi. Nondũ Aquilius ptulerat de dolo malo formulas. Et formulæ dicuntur, q̃ nos inſtrumenta uocamus, ſeu libellos. Quin. lib. vi. Qui humiliori libere aduerſus ſe loquenti, colaphũ inquit tibi ducã, & formulã ſcribo, i. libellũ mitto.

Formella diminutiuũ a formula. Hie. lib. Regum. Accipe fratribus tuis decem formellas caſei.

Formagines. Theo. li. iii. animalium. Ex amphora lactis caprini formagines obulæ undeuiginti cõficiant.

Formoſus, pulcher a foruo calido, q ſanguie calidiore forma acquiriſ. Cõtra lãgueſcẽte corpe forma pit. Hic fit dimi. Formoſulus, quo uſus eſt Hiero. cõtra. Ioul.

Formo, as. formã impono. Lac. li. ii. Nã ſolis lunęq; ſimulachra humanũ in modũ format. Huius cõpoſita ſunt. Conformo ſimul formo, cõfiguro. Gel. li. ii. Hippocrates in eo libro, de quo ſupra ſcripſi, cũ & numero dieꝝ, quibus cõceptũ in utero coagulũ cõformaſ. Cice. li. iii. ad Herẽ. in primo loco rei totius imaginẽ cõformabimus. i. in formã cõponemꝰ. Aliqñ cõformari eſt quaſi aſſimilari. Idẽ Lentulo. Veꝝ tñ me ipſe conformo ad eius uoluntatẽ, Et apud Apoſtolũ. Nolite conformari huic ſæculo. Hinc cõformatio, q̃, p cõfiguratiõe poniſ. Ci. li. i. tuſcu. Quaſi uero intelligãt, qualis ſit in ipo corpore, q̃ cõformatio, q̃ magnitudo, q locꝰ. Aliqñ, p exornatiõe rhetorica, q̃ fit cũ pſona fingiſ, aut cũ res muta, ſiue informis ſit eloquẽs, & formata. Græco uocabulo dr pſopopeia. Deformo deſtruo, & quaſi de forma deiicio. Ci. Qui ſũt, q Italiã deformauerũt? Carthaginẽſes Qñq; maculo, & turpẽ facio. Hie. Licet longa macerẽt ieiunia, abiecta & nigra ueſtis deformet, lõga officioꝝ, & opeꝝ texaſ ſeries &c. Lact. li. de opifi. Quã mirabili, q̃ diuia rõne molitus eſt, ut tñ hiatus ipe naſi oris ſpẽm nõ deformaret. Interdũ deformare eſt pfecte formare, figurare, deſignare. Hie. li. Nu. Turgẽtibꝰ gẽmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt. Victruuius. Architectus graphidis peri

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tus,ut deformare possit lineis imitationē,quā uelit ædificioꝝ. Var.li.iii.de re rust. Inter quas locus deformat⁹ ad tabłæ lītariæ spēm. Informo,formādo īstruo. Amb. li.offi. Et sicut Tulli⁹ ad erudiēdū filiū,ita ego quoq; ad uos informādos filios meos. Lac. Chīs īstructus uenit ī terrā,ut eā doceret, hoīemq; informaret. Reformo, in priorē formā pono. Lact.li.i. Pedes quoq; claudoꝝ ad officiū gradiēdi reformauit. Trāsformo, in alterā formā formo. Idē li.vii. Et trāsformabit de⁹ hoīes in sīmitu

Formiæ latina urbs maritima,iuxta (dinē angelorū. Caietā,quā Lacones cōdidere. Stra.li.v. scribit oppidū Formias esse maritimū ultra Taracinam, quod prius Hormias ab ὅρμου,id est stationis bonitate appellabāt.

Formica a ferēdis micis dī. Mica uero ꝓprie ē puluiscu lus ille qui in arena quasi argētū fulget a quo & panis & oīm reꝝ mīmæ ptes, micæ dicūt,q̄si minutim cadē tes. Vel dī simpliciter a ferēdo, qd nullū aīal freq̄ntius pōdera cōuehat,neq; si mēsuram corpis respicias ma/

Formicula diminutiuū,parua formica. (iora.

Formicinus,a.um.penultima producta, quod est formi cæ. Plau. Homo formicinus.

Formicatio uitiū corporis,cū parua tubercula, rotūda, pinguia,corpus infestāt. Pli. Cinis muliebriū crinium cū fuerint cōbusti,addito melle, sanguinem sistit illi/co,& formicationē corporū. Dicta formicatio,qd uelu ti exesse carnē formicæ uideant. Et deformicatū dicī a formicis submersum,q̄bus cōfoueri solitū erat.

Formido nomen,pauor a ferendo, ut quidam sentiunt, q̄ uehementius in mouendo, ut ab se abeat foras ferē. Cice. Formidinem metum ꝑmanentem diffiniunt,

Formido,as.magnū timorē habeo. Plau.in Ca. Nimisq; hercle illū male formidabam. Huius cōposita sūt De/formido,& Reformido,quæ significant ualde timeo. Colu.li.i. Si uexationem uiæ non reformidet.

Formidolosus,& actiue, & passiue sumitur pro eo qui ti met. Terē. Ego formidolosus ī.ego ne,qui timeam? Et pro eo,qui aliis timorē infert. Sal. Regibus boni q̄ ma li suspectiores sunt, semperq; his aliena uirtus formi/dolosa est. i. quæ formidatur.

Formidabile,quod est formidandum.

Fornax,a foruo calido,uel a furuo atro. Caminꝰ ubi co quunt lapides. Cuius diminutiuū est Fornacula.

Fornacalia,feriæ farris torrēdi gratia īstitutæ q̄rinaliū tpe,q̄ ad fornacē,q̄ in pistrinis erat, sacrificiū fieri sole bat. Ouī.li.ii. Fast. Facta dea est fornax,læti fornace co loni. Et paulo post. Curio legitimis tūc fornacalia uer bis Maximus indicit,nec stata sacra facit.

Fornix,icis.pe.cor.gene.mas. Arcus in ædificiis, & quod/cūq; opus cōcameratū a furuo atro. Loca aūt in arcū ædificata subobscura sunt. Cic. Videt ad ipm fornicem fanianū. Qm̄ uero meretrices in hmōi locis ī. fornici/bus prostare cōsueuerūt,ponit fornix pro lupanari, seu meretricia cella. Sene.li.i. contro. Redoles adhuc fuli ginē fornicis. Et in Pria. Nigri fornicis oblitus fauilla. Hinc fornicor,& fornicari⁹. Vnde fornicariæ mulieres Iuue. Lenonū pueri quocūq; in fornice nati. Se. et lupa/nar locū cōmunē appellat,cū ait li.ii. Suasoriarū. In cō muni loco stetisti,superpositus est cellæ tuæ titulus.

Fornico.as.pe.cor. fornices facio,uel specie fornicū assu mo. Pli.li.xi. Ruentes ceras fulciunt pilarū instar inte/rius a solo fornicatis,ut sit aditus ad sarciendū. Idem li. xvi. Populus cōtra oīa inferiora pandat, palma cō/trario fornicatur. ī. curuatur.

Fornicor deponens significat meretricari, quamuis ad alia peccata transferatur.

Fornicator qui fornicē facit, seu qui minister in balneo est. Vñ Vlp. scribit, balneatorio instrō legato continet & fornicator. Per trālla. dī qui cū meretricib⁹ coit.

Fornicarius.a,um, quod fornicat, ut mulier fornicaria, quæ ut Hiero. inqt, ea dicitur quæ copulat cū pluribus Adultera, quæ unum uirū deserens alterī iungitur.

Fortis a ferēdo,q̄ æquo aīo ferat aduersa, & infractū ha beat animū. Q̄nq; dī qui ualidis uiribus p̄dit⁹ est. Q̄nq; Celer. Vir. Si fœmia forti fidis equo. Q̄nq; Formosus. Plau. in Bac. Sed bacchis etiā fortis tibi uisa est. Q̄nq; diues. Idē. Cū sororē despondisset in tam fortē familiā.

Fortitudo est cōsyderata piculoꝝ susceptio,& laboꝝ ꝑ/pessio. Vel ut alibi idē Cice. diffinit. Est scīa reꝝ ꝓferen darū,uel affectio animi in patiēdo,ac ꝓferēdo summæ legi parēs sine timore. Aug.li.i. de li.arbi. fortitudo est illa animæ affectio, qua omnia incōmoda, & damna rerū nō in nostra ptate cōstituta,q̄ cōtemnim⁹. Macro. Fortitudinis ē animū supra piculi metū agere, nihilq; nisi turpia timere, tolerare fortiter,uel aduersa,uel ꝑ/spera. Fortitudo præstat magnanimitatē, fiduciā, secu ritatē, magnificentiā, constantiā, tolerantiā, firmitatē.

Fortifico,as. fortē facio. Plau. Fortifica animū.

Forteſco,fortis fio. Neui⁹. Crescit ānis,& forteſcūt uires,

Forticulus,dimi.a fortis. Cice. Quāuis idē Epicurus for/ticulum se in torminibus,& in stranguria sua p̄beat.

Fortuna a ferendo dicta,q̄ temere & sine rōne ferat. Est enim accidentiū rerū subitus atq; inopinatus euentus. Speusippus fortunā sic diffinit. Fortuna est mot⁹ aboc culto in occultū quodā casu fœlicis actionis causa. For tuna,& bona & mala dicit. Bona dicī ab his qui aliqd a fortuna acceperūt. Mala uero ab his, a quibus abstu lit,quæ ante dederat. Bonā fortunā græci ἀγαθὴν τύχην uocant,malā κακὴν τύχην. philosophi fortunā insanam & cæcam & brutā esse phibēt. Cæcā, quia nihil cernat. quo sese applicet. Insanam,quia incerta īstabiliq; sit. Brutam, quia dignum aut indignum nequeat inter/noscere. Cic. in Lel. Non ipsa solum fortuna cæca est, sed eos etiam plerūq; efficit cæcos quos complexa est, Pli.li.ii. Fortuna sola laudat, sola arguitur, & cū conui ciis colit, uolubilisq; a plærisq; & cæca existimata, ua/ga, incōstans, icerta, uaria, indignorumq; fautrix. Pla. Fortuna mens est,& ipsius anima mundi, quā tum de/am, tum prouidentiā, tum necessitatem nuncupant, q̄ efficiat multa improuisa, nec opinata nobis ꝓpter ob/scuritatem ignorationemq; causarum. Stoici dicunt. Eorū quæ sunt quædā p se, nōnulla externa ui fūt, nō nulla fato, plæraq; fortuna fiunt. Aug.li.iiii. de ciui. dei. Fortuna quæ dicitur bona, sine ullo examine meritō/rū fortuitu accidit hoībus bonis & malis, unde etiam fortuna nominat. Quomodo ergo bona est, quæ sine ullo iudicio & ad bonos & ad malos.

Fors fortuna, est euentus bonus. Virgi. Forte sua lybicis tempestas appulit oris. Terē. O fortuna, o fors fortuna Do. Aliud fortuna est aliud fors fortuna. Fortūa dicta est icerta res. Fors fortūa, euēt⁹ fortunæ bon⁹. Nā fors

fortuna

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fortuna est,cuius diem festum coluut, qui in arte aliqua uiuunt. Aliquando Fors pro forsitan.
Forsseat,fors fuerit. Sido. Remigio.
Fortuno.as.est prospero,in bonis augeo. Cice. Curioni. Tibi patrimonium dii fortunent.
Fortunatus.a.um.quod est prosperum, quandoq; propicium. Vir. O fortunati quorum iam mœnia surgunt. Afra. Deos ego omnes,ut fortunati sint precor.
Fortunatæ insulæ a fructuũ ubertate dictæ sũt, de qbus Stra.li.i.sic inqt. Fortunatæ insulæ cõtra Mauritaniæ finẽ ad occidentẽ sũt. Quã qdẽ ad partẽ & Hispaniæ terminus cõcurrit. Ex ipso aũt noĩe manifestũ est, qm̃ & has ipsas fœlices existimabãt,q a hmõi locis ꝓpinquæ forẽt. Fuerũt aũt sex nũero,quaꝝ pria Ombrion, scda Iunonia,tertia eodẽ noĩe,quarta Capraria,qnta Niuaria, appetua niue nebulosa,sexta Canaria plena cani
Fortunatim aduerbiũ ꝑcat,ꝓspere. Plau. (bꝰ ingẽtibus: Si dederit Iuppiter ut fortunatim oĩa succedant.
Fors capiẽ pro fortuna. Hora.li.i.Ser. Qui fit Mœcenas, ut nemo quam sibi sortem, seu ratio dederit, seu fors obiecerit,illa Contentus uiuat. Nec habet alios casus, nisi ablatiuũ singularẽ. Virg. Forte sua lybicis tẽpestas appulit oris, Aliquando forte aduerbium dubitãdi est, ut Forte sub arguta consederat ilice Daphnis.
Forse,Fortassis,fortasse,forsan,forsitan,& forsit, q̃ aliqñ accipiunt̃ pro temere,aliqñ sunt aduerbia dubitandi. Hora.li.i.ser. Dissimulo hoc illo est,quia nõ ut forsit honorem,Iure mihi inuideat quis.
Fortuitus.a.um pe.indifferente,qm̃i .littera in eo.is.,pducta & correpta inuenit̃. Nã itur lõga, iturꝰ breuis,ut Superũq; in lumen ituras. Et itur in antiq̃ siluã. Iuue. coripuit fortuitus cũ ait. Nõ quasi fortuitus nec uentoꝝ rabie,sed Iratus cadat in terras. Contra Hor. Nec fortuitum spernere cæspitẽ leges sinebãt. Signat aũt qd̃ casu accidit,a forte,& eundo,ut quidã aiũt. Aug.li.v.ciui. dei. Fortuita dicũt̃ esse, q̃ uel nullas causas hñt, uel nõ ex aliquo rationabili ordine ueniunt. Hinc fit aduerbium Fortuito. Est & fortuitus nomen quarti ordinis, ut apud eundem lib.xi. Et sicut non est consequens, ut fortuitu potius q̃ ratione diuina,deus nõ alio, sed isto in quo est loco,mundum constituerit.
Fossa locus,uñ terrã fodissẽt,ab effossa terra dicta. Col. li.iii. Priusq̃ pomariũ cõstituas,q̃ magnũ hĩe uoles, circũmunito maceria,aut fossa,ita ut nõ solũ pecori, sed nec hoĩ trãsitus sit,nisi ꝑ aditũ, dũ adolescunt semina. Vlpi.scribit fossam esse receptaculũ aquæ manufactũ ut ad castra,seu urbes,oppida ue,aut alia hmõi muniẽda. Põt etiam Fossa esse participium, ut Fossa terra.
Fossus.a.um.a fodio participium,ut terra fossa.
Fossor,qui fodit. Vir.li.ii.Geor. Et labefacta mouens robustus iugera fossor.
Fossio ipa fodiẽdi actio. Col.li.v. Deinde malleolo inter ordines posito crebris fossionibus pastinatũ resoluere.
Fossura,fossio. Idẽ in eodẽ. Hanc planã fossuram maxime nos probamus,numerus autem fossionis,aut idem debet esse,qui primi anni,aut una minus.
Fossula diminutiuum, parua fossa. Cato. Deinde fossulas facito,qua radices aspergi dimittas.
Fossarius,clericus mortuos sepeliens. Scribit Hiero. primũ in clericis gradũ fossariox ordinẽ esse, q̃ in simili tudĩe Tobiæ sancti sepelire mortuos admonent̃, ut exhibentes uisibiliũ rerũ curã,ad inuisibiliũ festinẽt, & resurrectionem carnis credentes in domino ,totũ quod faciunt deo se præstare,non mortuis cognoscant.
Fossitius,a.um. ꝙ foditur. Pli.li.xxxvi. Arenæ tria genera, Fossitia, cui quarta pars calcis addi debet, Fluuiatili aut marinæ tertia.
Fossile,pe.cor. quod foditur,seu quod fodi potest. Pli.li. xxxvi. Theophrastus auctor est,& ebur fossile candido, & nigro colore iueniri,& ossa e terra nasci. Et li.xxxiii. Tunc salem fossilem adiiciunt.i.qui foditur.
Fotus.a.um.participiũ a foueo, ut apud Esaiã. Vulnꝰ, & liuor, & plaga tumens non est circũligata, nec curata medicamine,neq; fota oleo.i.aspersa.
Fotus,us.substantiuũ, Amb.li i.offi. Radices arborũ aut uruntur frigore,aut fotu solis uirescunt.
Foueo,es,foui fotũ, ꝑcat nutrio,sustineo,proueho. Virg. li.iii.geor. Progenié,nidosq; fouẽt. Interdũ aspgo,made facio. Idẽ li.xii. Fouit ea uulnꝰ lympha lõgæuus Iapyx. Interdũ cõstituo. Idẽ li.iii.geor. Sub terra fouere larem. Interdũ Tueor,ut apud eundẽ li.xi. Nõ obuia ferre Arma uiros, sed castra fouere. Interdũ amplector, seu in deliciis habeo. Idem Infœlix o semper ouis pecus, ipse neærã Dũ fouet,ac ne me sibi præferat illa uereẽ. Huiꝰ cõposita sũt, Cõfoueo simul nutrio. Circũfoueo. Amb. Mater eũ maria sinu circũfouet. Refoueo rursꝰ foueo. Col,i ꝑsa.li.ii. Sed si freq̃nti,& tẽpestiua, & modica stercoratiõe terra refoueat̃. Et hæc fo.syllabam cor.

F Ante R

Frenũ,a frangẽdo. Instrm,quo equus coercet̃,dictum ꝙ equoꝝ ora frãgat. Sunt etiã qui a ferẽdo deducãt,quod equos uertat,feratq; quo uelit. Se. Hippolytꝰ arctis cõtinet frenis equos. Frena Peletronii inuenere, q & strata equoꝝ primi mõstrauerũt. Et in singulari qdẽ neu. gene. est in plurali tã masc. q̃ neu. Aug. li.x.cõ. Itaq; freni gutturis tẽperata relaxatiõe,& cõstrictiõe tenẽdi sũt. Hic cõponunt̃ Effrenus.a.ũ. Et effrenis, & hoc effrene qd̃ est sine freno. Vir.li.iii.geor. Gens effrena uiꝝ Riphæo tundit̃ euro. Ser.i. sæua,rectorẽ recusans. Hie. Ne quaq̃ effreni lĩgua reꝑiaris. Infrenꝰ, siue infrenis eiusdẽ significatiõis,ut illud Hic Numidæ infreni cingunt.
Frenum mordere, significat contemnere. Translatio ab equo, qui cum sessorem contemnit, frenum mordet. Ci. Corni. Si frenum momorderis,peream.
Fræno,as.cõtineo,cohibeo. Vir.li.iiii.ge. Et glacie cursꝰ frenaret aquaꝝ. Huiꝰ cõposita. Defreno, qd̃ est frenũ depono, siue absq; freno,rectoreue duco. Oui.li.i.Met. Et defrenato uoluũt̃ ĩ æquora cursu. Effreno idẽ ꝑcat. Ci. li.iiii. Tus. Vt ægritudo q̃si morsũ aliquẽ doloris efficiat, metꝰ recessum q̃ndã ani,& fugã,læticia ꝓfusã hilaritatẽ,libido effrenatã appetentiã. Nã effrenatꝰ dr̃,q cohiberi,& ꝓ arbitrio nr̃o agi nõ põt. Refreno, q̃si retraho. Lact.li.vi. Virtꝰ est irã cohibere,cupiditatẽ cõpescere,libidinẽ refrenare. Suffreno. Pli.li.xxxvi. Sed ad structurã infidelis,nisi multa suffrenatione deuinctus.
Frætus,a.um. idem quod sustentatus,cõfisusq;. Et est incertæ origis. Licet a fruor qdã participiũ esse uelĩt. Et scribit̃ cũ diph. ut differat a fretũ ꝙ mare significat. Pla. in Am. Magnanimi uiri fræti uirtute, & uiribus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Frango,is,fregi.ctum,rumpo. Plau.in Asi. Quis nr̃as sic frãgit fores? Dicimus etiã fregit nauim, fregit brachium,quasi ipse fregerit,& nõ potiꝰ passus sit. Ter.in An. Is fregit nauẽ apud Andrũ. Ci. Gregalesq; eũ ĩ campũ, cũ nõ uenisset requirerẽt excusauit uespam. Terẽtius, q; eũ brachiũ fregisse diceret. Hoc est, q; ei brachiũ eẽt fractũ. Huius cõposita sunt. Cõfringo,simul seu in totũ frango. Lact.lib.iii. Vt uideat iam pridẽ suis armis esse cõfracta. Defringo,de quo alibi. Diffrigo diuersis modis,siue in uaria frusta rũpo. Plau.in Asi. Crura hercle diffringent. Effringo ualde frãgo. Idẽ in Cap. Neq; ieiuniosiorẽ,neq; magis effractũ fame uidi. Teren.in Adel. Fores effregit. Et effringere dr̃, ut auctor est Var. cum glebæ grãdes prima aratione solẽt excitari. Infringo, ualde frango. Vñ infractus, Offringo, pfringo, ualde, siue in totũ frãgo. Cic.li.iii.offi. Ego etiã cũ Catone meo dissensi, nimis pfracte uidebat ærariũ, uectigaliaq; defendere. Præfrigo uide alibi. Refringo. Suffringo, aliquantulũ seu p mediũ frango. Lact. lib.iiii. Carnifices nõ putauerũt ossa eius suffringere sicut mos eoꝝ fere/bat. Plau.in Tru. Vt ego hisce suffringam talos. Ascen. Frangi in fœminam longe aliud significat.

Frangi uero in fœminam, est rem habere cum fœmina Cypria, ad Euagrium docet, quemadmodum masculus frangatur in fœminam, & sexus arte mutetur.

Fragmẽ, & fragmentũ accipi solẽt, pro parte rei fractæ.

Fragor,sonitꝰ, qui ex arbore, aut alia re fracta redditur. Virg.lib.i.Geor. Et horridus altis montibus audiri fragor. Serui. Horridus fragor, sonitus, qualis solet fieri ex aridis cũ frãgunt arbores. Li.lib.i. Iam fragor tectorum, quæ diruebant, ultimis partibus audiebatur.

Fragosus,a.um asper,atq; præruptus. Colu.li. ii. Incultũ igit locũ consyderemus, siccus, an humidus, nemorosus arboribus, an lapidibus confragosus.

Fraxo,as. uigilias circũeo, q; eo labore homo frangat.

Frageo,es. a quo fragesco,is. quod est frangor. Pac. Fragescit animus miseriis.

Fragile,caducum,debile,& quod facile frangi potest. A quo fragilitas,debilitas,incõstantia.

Fragiliter,inconstanter.

Fracidus,a,um,pe.cor. a frango dicit, quod est plusq; maturum,& iam putrescens. Cato. Fractores uolũt, ut oliua in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius efficiant. Quidam fracidum a fraceo deducunt.

Fraceo,es. a quo Fracesco. quod est quasi frangor resolnor,& quasi uetustate putrefio. Colu.li.i. Oleũ qd̃ minꝰ prouenit, si cõgelat, fracescet, id est putrescet. Var. Hæc de qua fit oleũ cõgeri solet aceruatim dies singulos in tabulata, uti ibi mediocriter fracescat.

Fragidites,pe. cor. auctore Cesso dicuntur uenæ grãdes quæ tumidæ ab utroq; latere colli apparent.

Fraga,mora quæ in terra nascuntur. Vir. Qui legitis flores,& humi nascentia fraga.

Fragrare,odorẽ emittere a frãgẽdo, q̃a res fractæ uehemẽtius olẽt. Aug.li.i.de ci.dei. Nã parimotu exagitatũ, & exhalat horribiliter cœnũ,& suauiter fragrat unguẽ

Fragrãtia,odor. Hie.in Ge. Vt sensit uestimẽtoꝝ (tũ. eiꝰ fragrantiã. Et fragrãtia herba quæ ꝓducit fragra.

Fragor,aris.non est in usu, cum tamẽ eius cõposita usurpent. Refragor,& suffragor, quorum primũ pro repugno,secundũ pro adiuuo, quasi subfragor accipit.

Framea,æ.pe.cor. ab aliqbus exponit, p̃ lãcea siue hasta. Tacitꝰ de Germanis. Ne ferrũ quidẽ supest, sicut exgenere telorũ colligit, raro gladiis, aut maioribus lanceis utunt, hastas uel iporũ uocabulo, frameas gerũt, angusto & breui ferro, sed ita acri & ad usum habili, ut eodẽ put rõ poscit, uel cominus uel eminꝰ pugnẽt, & eques qdẽ scuto, frameaq; cõtẽtus est. Aug. uero in octauum Psal. Pro gladio accipit, sic scribẽs. Gladiũ dei acutum; hoc ẽ frameã. Iuue. Et martis frameã, & Cirrhæi spicu/

Franosus dr̃ qui fraudẽ cõmisit. (la uatis.

Frater dr̃, q; sit fere alter, ut a græco. Græci enĩ φρατρίας cõiunctos appellãt, φρατρίαν uocãt contuberniũ, uel a φίλια gẽtilitate. Et quatuor modis in sacris lr̃is dr̃. Natura. f. gẽte, cognatiõe & affectu. Natura sicut. xii. patri archæ filii Iacob. Gente qua oẽs iudæi iter se frẽs uocãtur, sicut habet in Deute. Nõ poteris constituere sup te alienigenã, quia nõ est frater tuus. Cognatiõe frẽs uocant qui sunt de una familia. i. patria, quas latini paternitates interpt̃ant, cũ ex una radice multa generis turba diffundit, ut in Geñ. dixit Abraã ad Loth. Nõ sit rixa inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos, quia frẽs sum. Affectu, qui in duo diuidit in speciale, & in cõmune. In speciale, quia oñes Christiani frẽs dicunt, ut Ecce q̃ bonũ, & q̃ iocũdũ habitare fratres in unũ. In cõmune, quia oẽs homines ex uno patre nati, pari germanitate cõiũgimur, sicut apostolus ad Corinthios. Si quis frater nominatur fornicator aut auarus.

Fraterculus diminutiuũ. i. paruus frater. Iuue. Vnde fit, ut malim fraterculus esse gigantum.

Fratria uxor fratris. Nam fratriæ dicuntur, quasi duorũ fratrum inter se uxores.

Fratrueles, siue fraterni appellantur duorum fratrum filii, qui & patrueles dicuntur.

Frater patruelis, filius patrui. Frẽs patrueles, sororesq; patrueles dr̃, q; que duobus ex fratribus progenerant, ut apud iurisc̃sultos traditum est. Sue. in Cæsa. Qui fratri patrueli suo Marco in cõsulatu successerat.

Fratrernus, substantiuũ appellat fratris filius, inquit Hiero. quo uocabulo usus est in libro Canticorum.

Fraternus a.um, nomen possessiuũ, ut fraternus amor, a quo fraterne aduerbiũ, quod est ad similitudinẽ fratris Aug. Cum eum a teneris annis, ardentissimo illo puerili amore mihi coniunctum, plusq; fraterne amarẽ.

Fratri puerorũ mammæ, q; uelut fratres pares otiant. quod etiam in frumento spica facere uidetur.

Fratilli uilli sordidi in tapetis, quod per terrã ferant.

Fraus a ferẽdo, deceptio, quæ alicui infertur, sicut impostura ab imponendo. Accipitur quandoq; pro periculo. Virgi.lib.v. Quis deus in fraudem, quæ dura potentia uestra egit. Et in iure lectum est. Erat illa res fraudi, id est periculo. Quandoq; pro pœna. Cice. libro de orato. Idcirco narrabo, & fraude capitali esse. Virgilii libro .xi. Iam nosces, uentosa ferat cui gloria fraudem. Differunt tamen ſm Vlpianum pœna, & fraus, quod fraus sine pœna esse potest. Pœna sine fraude esse non potest. Pœna est noxæ uindicta. Fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio, Νῦν φράζω δ' ἐγὼ λέγω, καὶ φράσις ὁ λόγος ἐκ μικροῦ ἐν τῷ λόγῳ, ὅλος ἐν πράγμασι.

Fraudulosus

Fraudulosus,qui fraudem facit, qđ magis a diminutiuo fraudula,q̃ a fraude uideť descendere. (de.
Fraudulẽtus,fraudis plen⁹, a q̃ frauduleter,hoc ẽ cũ frau
Frausus erit qui fraudem commiserit. Plau.in Asi.Non placet metuo in cõmune ne quam fraudẽ frausus sit.
Fraudo.as.decipio,uel fraudib⁹ eripio. Et dicimus fraudo te.Et fraudo te hac re. Virg.Quem regno Hesperiæ fraudo,& fatalibus aruis. Val.Max.Sed pii simul ac religiosi animi laude fraudandus non est.
Fraudare genium,est non satisfacere necessitati naturæ & uoluptati.Cuius cõtrariũ est curare geniũ.i.laute uiuere.Fraudare desideriũ est,nõ facere qđ cupit, & non esse uoti compotem. Vñ legimus. Non sunt fraudati a desiderio suo.Hinc componitur defraudo.
Fraxinus genus arboris, quod in fragosis locis nascať.
Fregella olim ciuitas,nũc uero uic⁹ nõ lõge a Velitris.
Fremo.is,ui.itũ,tumultũ facio,ut fit ab undis maris. Virgi.Talibus Ilioneus,cũcti simul ore fremebãt. Ser. Fremebãt,hoc ẽ cõsentiebant.Et bñ ore, qa ẽt armis possumus fremere. Vñ Lac.li.vii. Fremẽt ubiq̃ bella, oẽs gẽtes in armis erũt.Et fremere ẽ cõfusã uocẽ ex ira & indignatione emittere.Hui⁹ cõpositũ ẽ Infremo,pe.cor. q̃ est ualde fremo.Idẽ li.ii.Si belli terror infremuit.
Fremitus.us.pe.cor. ,pprie sonus fluctuum, & in populo murmur indignante,& p̃ iracundia humanã uocẽ imitante.Vir.Fluctibus & fremitu exurgẽs Benace marino. Festus uult fremitum dictum quasi ferimentum.
Frendeo.es.dui.fresũ, ƀcat frãgo. Vñ faba fresa dť mola leniter fracta.Colu.Cicera bubus erui loco fresa danť in Hispania betica. Et frendere ẽ dentẽ dẽtibus irascendo quatere,ut apud Esaiã,Rugiet,ut catuli leonum, & frendet,& tenebit p̃dam.Hiero.in Paulo heremita. At ille barbaq̃ nescio qd frendẽs,& frangẽs poti⁹ uerba,q̃ ꝑloquens , inter horrẽtia satis blandũ q̃siuit allocutũ. Sta.li.viii.The.sic ait. Infrendens. Hinc cõponiť Infrendo,qđ est ualde frendeo, Vir.li.iii. Dentibus infrendẽs gemitu,graditurq̃ per æquor Iam medium.
Frequens. Vide in dictione Celebris.
Frequento.as.sæpe uł cũ multis uado.Sal. Iuuentutẽ, q̃ domũ Catilinę freq̃ntabat. Aliq̃n freq̃ntare ẽ freq̃nter facere,Aug.li.ii.ci.dei. Extruãť amplissimæ, atq̃ ornatissimæ domus, ubi opipara cõuiuia frequentẽtur.
Frequentia.æ,cõuentio,cõcursus,seu multitudo.Sal.Eo senatũ aduocat,magna frequentia eius ordinis erat.
Frequentarius.a.um.ueteres dixerunt pro frequente.
Frequentatiuus.a.um. ut frequentatiua uerba quæ frequenter fieri aliquid significant.
Fretũ ab undaq̃ fremitu dictũ,ut Var.inqt, a similitudine feruẽtis aquæ,q̃ in fretũ sæpe cõcurrat æst⁹ atq̃ feruescat,& ƀcat;siue mare naturaliter mobile. Angustias eũ qbus Atlanticũ mare irrũpit terras,græci πορθμὸν latini fretũ appellant.Abusiue ꝑ ipso mari. Hinc transfreto.as.pe.cor.q̃ est trans fretum nauigo.
Fribolus pe.cor.quasi fere obolo dignus.
Frico.as.fricui,frictum. Vnde frictus ſm Priscia.Iuue. Si prurit fractus ocelli Angulus. Grego. tñ dixit Cõfricatus.Macer. Vrticæ foliis reuocatur uulua fricata . Est aũt fricare,sicut sonat. Virgi.li.iii.Geor.Fricat arbore costas.Huius composita sunt Affrico iuxta frico. Col. li.viii.Pecudes,aut morsu scalpunť,aut cornu,aut ungula tundũt,aut arbori affricãt,parietibusue detergẽt. Pli.Marathro herbæ sese affricat.Cõfrico simul frico. Plau.in Asi. At q pol hodie nõ feres ni genua cõfricentur. Col.li.ii. Boues cũ ab ope dimiserit substrictos cõfricet,manibusq̃ cõprimat dorsum & pellem reuellat. Defrico deorsum frico.Cice.li.iiii.ad Herẽ. Nã ut forte hic in balneas uenit, cœpit postq̃ defusus est defricari. Colu.li.ii.Solida i sole,sicceturq̃. & radice silphii trita, cũ aceto aspergať,defricẽť, Infrico intus frico. Idẽ lib. vii.Maxie,ꝑderit fuligo ex aheno ulceri ifricta. Colu. lib.vii. Deinde nares ꝑfricato, ut hoies discãt odorari. Pli.in prologo. Perfricui faciẽ,nec tñ profeci. Mos est eoꝝ, q cũ pudore aliquid agũt,ut faciẽ ꝑfricẽt, natura ipsa ad id impelléte,quasi ad abiiciendũ sanguinẽ qui ex præcordiis ad faciei superficiẽ cõfluit.Propter q̃ q̃rit Arist.Cur pudore facies homis erubescat,metu pallescať cũ pudor nihil aliud sit,q̃ timor futuræ rẽphensionis.Hinc ergo ortũ est,puerbiũ, ut quotiẽs dicere uolumus,nos pudorẽ deponere, dicamus Perfricui faciẽ, hoc est pudorem expuli.Refrico rursus frico.Cic. Sex. publii filio.Sin aũt oĩa,q̃ sentio pscripserim, ne refricẽ meis lĩis desyderiũ,ac dolorẽ tuũ. Et oĩa habẽt,pe.cor.
Frigus,oris,pe.cor.& Frigor,pe.pro.ꝑ horrore, q est contrarius calori. Vir.li.i.Geor. Friguscq̃ calorẽq̃ iter. Macer.Pellet frigorẽ,reuocabit & ipa calorẽ. Aliqũ sumiť pro metu ab eo,quod p̃cedit ad id qđ sequiť. Vir. Extẽplo Aeneæ soluunť frigore mẽbra. Ser. Frigore,i.timore,Reciproca trãslatio,& timor ꝑ frigore, & frigus ꝑ timore ponit,ut in Terẽ. Vxorẽ tuã pauitare aiũt,non timere,sed laborare frigorib⁹. Vtrũq̃.n.in unũ exitũ cadũt,sicut & de calore,& frigore urere dicimus,ut ẽ Aut boreæ penetrabile frigus adurat. Rursus frigus dť ipa aeris natura. Vir,li.ii.Ge. At sceleratũ exquirere frigus difficile est. Frigus opacũ diciť refrigeratio q̃ nobis calore æstuantibus per umbrã & leuem auram prouenire solet,lingua materna dicimus el fresco.
Frigeo,es,es.frigui,& frixi.ſm Dio.frigidus sum. Prisci. Syllaba uero naturaliter lõga añ geo,mutat geo in xi. lugeo luxi,frigeo frixi. Vir.li.vi. Corpusq̃ lauãt frigentis,& ungunt. Fit aũt frigeo,ut quibusdã placet a frango,q̃ tã calor,q̃ horror nimius corpora frangat. Alii a græco deducunt,ἀπὸ τοῦ φρύττω,quod est horreo. Vnde φρυκὴ,horror siue frigus dicitur. Interdum Frigere est segnem esse. Plau. Frigent omnes.nemo se mouet. Huius compositum est Refrigero.
Frigesco,is.frigidus fio.Lact.li.vii. Quos aũt morbus interemit,spũm diutius exhalãt ,ut paulatim frigescentibus mẽbris aia effleť, q̃ cũ materia sanguinis cõtineať, sicut lumen oleo, ea materia febriũ calore cõsumpta, necesse est mẽbroꝝ sũma q̃q̃ frigescere,qm̃ uenæ exiliores in extrema corpis porrigunť,& extremi & tenuiores riui,deficiẽte uena fontis,arescũt. Hic Refrigesco cõpositũ.Colu.li.vii.Si bos aut ex languore aliquo ad maciẽ ꝑductus est,aut sudãs in ope faciũdo refrixit.
Frigidus,a,um,quod habet frigus. Ouid. Frigidius glacie pectus amantis erat.Quandoq̃ frigidus dicitur segnis. Virg. Largus opum,& lingua melior ,sed frigida bello dextra.Quandoq̃ pernicios⁹,& nocens, eo q̃ frigida naturæ mortalium pernicios⁹ sunt. Idem. Frigidus o pueri,fugite hinc,latet anguis in herba,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Frigidulus diminutiuum eſt,qui eſt parum frigidus.
Frigorific⁹,a,ū.q frig⁹ iducit,ſic a calore calorificus.
Frigefacio,a quo frigefio notæ ſignificationis.
Frigero,ras. frigefacio, a quo refrigero,quod eſt rem ali quā calidā frigidā facio, ꝺ quo alibi.pfrigero,ualde frigero Pli.Oím eaꝫ uis eadē pfrigerare,& aſtringere.
Frigutio,is.iui. Frigutire,ſurſum ſaltare, ut ſit ex frigore tremere,uel a calore frigere,& quod nos uulgo dicim⁹ ſgriſolos habere.Plau. i Caſ. Nam quid frigutis? quid iſtuc tam cupide cupis?
Frigella auis dicta,q frigore cantet,& uigeat.
Frigo,frigis.xi.xum.& gui.ctum.ſcat torreo,q uulgo dicit Frizere ἀπὸ τ̃ φύτ|ῆρ. ὅθεν λέγετ φρύκη. Feſtus frigere,& frictū a græco Inde frictoriū,& frixoriū, i quo qd frigit̄.Hie.in Eſaia.Cōfrixa ſūt oſſa mea, tanq̄ in frixorio.Cor.Celſ. Tum res eadē magis alit iuruleta, q̄ aſſa, magis aſſa,q̄ frixa.Hie.ad Furiā.Pueri erant, nec dum ad ſartaginē uenerāt,in qua rex Babylonius ſenes iudices frixit.Qñq; ſcat Frendere.Plaut.in bac.Tā frictum illū reddā quā fractū eſt.Hinc fiunt cōpoſita.Cōfrigo. Defrigo,& perfrigo.Iuue.Et ſi pfrixit cantat bene.
Frixorium,a ſono uocis frixationis,dicit̄ ſartago in qua quid frigit̄, quæ & frictoriū appellatur. Vide in frigo.
Fritilla cibus ex pulte factus,qui frigitur.
Frit dicitur illud in ſumma ſpica iam matura, quod eſt minus,quam granum.
Fritillus,apud nos dicit̄ tabula luſoria,qui apud græcos Pyrgus,in quo teſſeræ cōiectæ,agitatæq; mittunt̄ inqt Porphy. Ex quo demonſtrat̄ teſſeras cōiici in fritillo, tanq̄ uaſculo,quo agitatæ,deinde mittunt̄ in alueolū. Iuue.Paruoq; eadē mouet arma fritillo. Dictus fritillus,ut quidā putant a crepitu ipſo teſſerarū, uel q ſup eo teſſeræ ferant̄.Hic etiā Alueolus dicit̄ & fimus.Mar. Dum blanda uagus alea december incertis ſonat hīc & hinc fritillis.Var.Quales ſunt teſſeræ,quibus in alueolo ludit̄.Hor.Mitteret in Pyrgū. Alii in fimū.
Frio,as. ſignificat tero ſeu minutim frango conterendo Pli.in ipſa quidem Æthiopia friatur. Huic tāta eſt ſiccitas,ut farinæ ſpiſſentur in panem. Huius cōpoſita ſunt Affrio.Infrio, quod eſt terendo aliquid digitis leniter inſpargo.Suffrio paululū cōtero.Colu.li.ul.Scrupulus aridæ myrrhæ ſeria ſuffriatur,perfrio ualde frio.
Friabile.quod facile friat̄, & quaſi manibus minutim teri.Pli.li.xxviii.Optimaq; eſt,quæ candidiſſima,& friabilis minimeq; ponderoſa,cū teratur inter digitos.
Friuolus,a.um.pe.cor.a frio,as.dicitur,quod eſt inane,leue,nulliuſq; momēti,ſicut friuola dicuntur uerba, quæ minus fide ſunt ſubnixa. Vñ friuola p nugatoriis q̄ñq; poni cōſueuerunt. Et uaſa friuola, quæ uix attrectando aliquid confringuntur,& in puluerē uertuntur.
Friſi populi ſunt protinus ultra rhenum oceano appoſiti.ut Ptolemæ.ait.
Frons,frontis ab oculorū foratu, uel a ferēdo, q indicia animi præ ſe ferat. A dextra,& ſiniſtra tpibus,a ſupiori capilloꝝ radice, ab inferiori uero pte ſupciliis termiata,corrugat̄ in triſticiā,& in lætitiā dilatat̄. Eſt.n. triſticiæ,hilaritatis,clemētiæ,ſeueritatis indiciū. Et pudorē ſcat.Perſi.Exclamet melicerta periſſe Frontē de reb⁹. Et ob hāc cām frontē Genio priſci cōſecrarūt. Dī etiā frons de rebus inaniatis. Vir. Frōte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrū. Et licet a grāmaticis gñe fœ,pferat.tū a Cæcilio genere maſ.ponit̄, hi ſūt inqt inimici peſſimi,frōte hilaro,triſti corde. Hīc fit compoſitū Bifrontes cognominati ſunt nobiles Romani (frons. a fronte.Cice.li.i.de natu.deorum.Silos & flaccos frontones capitoneſq; ſunt in nobis.
Frontale,quod ad frontem ponitur. Pli.lib.xxxvi. Qñq; tantæ magnitudinis fecere, ut equis regum in oriente frontalia,atq; pro phaleris penſilia facerent.
Frontati,ut eſt apud Victr.id genus laterū dicunt̄, quos græci diatonos appellant,quia per latitudinem totam porrecti utrāq; parietis frontem conficiant.
Frontoſus,qui hēt magnā frontē, &,p impudente capit̄.
Frons.dis.generis fœ.a fero,q frondes arboꝝ huc,atq; illuc a uento ferant̄.Proprie aūt frondes arboꝝ dūr, folia uero tam arboꝝ,q̄ herbarum,& florum.
Frondifer.Lucre.Frondiferaſq; domos auium.
Frōdeus.a.ū.q totū ex frondibus eſt, ut torus frondeus.
Frōdoſus.a.ū.q frondibus abūdat,ut arbor frondoſa.
Frondarius.a,um. quod ad frondes ptinet, ſiue quod ex frondibus eſt.Plin.lib.xviii. Vnus frondator quatuor frondarias ſiſcinas cōplere in diem iuſtum habet.
Frondeo,es.dui.frondes habeo, ut Nunc frondēt ſyluæ. Hinc frondeſcere,Colu.li.v. Nihilominus enim paucis frondeſcet pampinis.
Frondo.as.frondes emitto,a quo frondator, frondatio, & defrondo,quod eſt frondes deiicio.
Frondator,qui arbores amputat, & qui frondibus manipulos facit hyemis tpe animalibus ad paſtū efferendos. Et qui manibus uitiū folia uellit, quo ardor ſolis uuā maturiorē reddat,aīal quoq; quod frondibus ueſcit̄, & auis q̄ in fronde habitat,& nidificat frondator dicit̄.
Frondatio.Colu.li.vi. Atq; in frondatiōe cauēdū,ne aut plixiores pollices fiāt,q ex amputatis uirgis relinquūt̄.
Fruor.eris.fructū in ſupino,ſm Priſcia. ſicut ſtruo, ſtructum.Cice.in Horten. Et amœnitate ſūma pfructurus eſt. Vlp.tñ ad Sabinū,Frutum fruiturus,nō fructurus, quō ortū oriturus Erutū eruiturus mortuū moriturus dicit,q i cū in ꝑterito nō habeāt,id in futuro hñt. Hie. uero ad Principiā,fruitū dixit. Sæpe & multū flagitas uirgo Chriſti Principia, ut memoriā ſanctæ fœminæ Marcellæ literis recolā, & bonū quo fruiti ſumus etiā cæteris noſcendū imitandūq; deſcribā.Cice.li.iii.Tuſc. Zeno ſtoicorū acutiſſimus cōtendere, & magna uoce dicere ſolebat,eū eſſe beatū, qui ꝑſentibus uoluptatibus frueret̄,cōfideretq; ſeſe fruituꝝ. Vtra aūt ſit uerior ſentētia,q fruor fructum,an q fruitū faciat, nō ſatis dignoſci pōt quod raro hmōi exempla reperiant̄,& non nunq̄ uitiata,puto tñ q fructus,& fruit⁹,a quo fruitio, nō fretus faciat cum non ſit eiuſdē ſignificantiæ. Neq; aſtipulor illis,qui dicunt frui de humanis dici.Cum & in bonā & malā partem accipiat̄.Aug.lib.xv.de ci.dei. Boni ad hoc utunt̄ mūdo,ut fruant̄ deo, mali aūt contra ut fruantur mundo,uti uolunt deo.Hiero.ad Iulianum.Difficile immo impoſſibile eſt,ut & præſentibus, & futuris quis fruatur bonis,& uentrem hic,& ibi mentem impleat.Iuue.Exul ab octaua Mari⁹ bibit, & fruitur diis iratis.Eſt itaq; frui quaſi delectationem, & fructum capere.Terenti. in Adel.Eſt hic paululum, quod locitas foris huic demus,qui fruatur.Compoſita huius uerbi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ius uerbi sunt Defruor, & perfruor, quæ significant in totum fruor, seu omnem fructum percipio.

Fruiscor, a fruor deducitur, sicut a fateor, fatiscor. Metel lus ad Domitios. Illi uero omni iure, atq; honestate interdicti, ego neq; aqua, neq; igni careo, sed summa gloria fruiscor. Cælius li. ii. cum actõ iunxit. Domos suas, inquit, quandoq; iubet ire, & sua omnia fruisci.

Fruniscor, p fruor Cato posuit, & frunitũ dixit prudentẽ hoc est eũ, quo pfrui liceret, sicut econtrario infrunitũ insipientẽ, ac stolidum, qui nulli usui esset, q̃uis alii frõ nitum per o, a græco, φρόνιμον eñ græci prudentẽ dicunt, ἄφρονα uero dementẽ. Vñ est illud in sacris literis Et animo irreuerenti, & infronito ne tradas me.

Fructus. us. & fructi, & fructuis. Teren. in Adel. Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore illis fero. Var. Quæro utrum fructuis, an delectationis causa uendatis. Antiqui etiam hæc fructa dicebant. Cuius loco dicitur hæc fruges. Et a fruendo dicit fructus, ut inquit Varro, quia his fruimur. Quidam etiam a Ferendo fructus deriuãt & dicuntur illæ res, quas fundus fert, & quæ in fundo sunt feruntur.

Fructifer. a. um. quod fert fructum, hoc est pingue & fertile, & fructiferæ arbores, quæ ferunt fructum.

Fructuarius dicitur cuius sunt fructus.

Fructuarius. a. um. quod fert fructũ, seu quod ad fructũ pertinet. Colu. li. i. Pars autẽ fructuaria diuidit in cellã olearią, torcularią, & cellam uinariã. Aliqñ significat quod fert fructum. Idem li. iii. Cum uitem inserere uoles, optimi generis sarmẽta fructuaria, cũ gemmas agere incipiẽt, uẽto austro a mĩe pcidito. Pal. Decisis male natis oĩb⁹ & ueterib⁹, nouellos & fructuarios serues.

Fructicari, est fructus facere, ut est apd Cice. ad Atticũ.

Fructificus a. um. idem quos fructuosus, qui fert fructum id est, utilitatem præstat.

Fruges, is. uel hæc frux, frugis ſm Priscia. ut notat Var. de analo. Frux, legumen, triticũ, a quo frugi indeclinabile deriuat. Sũt aũt frugi hoies, q in oi re motibus aĩ moderant. Vñ est Pisonis illius cognomẽ. Auso. Ante eqdem campis, q̃ spicea suppetet frux. Festus. Pantices frux uẽtris. i. pinguitudo. Et a fructu, seu fruẽdo dĩ. Nã id est, qd segetes ferunt. Et gñaliter fruges dñr, qcquid ex fructu terræ in alimoniã uertimus. Vñ frugiferæ arbores dictæ sunt, q̃cunq; fructũ ferũt, qd redditũ dicimus, sicut docet Vlpia. Non solũ qd ex frumentis, & leguminibus, uerũetiam qd ex uino, ul ex syluis cæduis, cretæ fodinis, lapicidinis capit. Festus, Ser. & Do. frugis uocabulum a frumine eminente sub mento gutturis, seu gurgulionis parte, qua cibus in aluum demittit, a ferendo cibo appellatum dicũt. Et alio noĩe dĩ rumen. Errant igit q discernunt frumenta a frugibus. Nã Cic. ait. Olei, & frugũ minutatim, cũ de leguminibus diceret, ut oñderet etiam frumenta, fruges uocari. Liui. Eã gentem tradit fama dulcedine frugũ, maxime uini, noua tũ uoluptate captam. Hinc Defrugo. as. de quo supra.

Frugi, nomen a fruge denominatum, oĩs generis, & indeclinabile est, sicut nihil a nihilo, & ſm Prisci. li. vi. cũ oĩbus casibus iungit. Hinc Mar. Ientacula frugi dixit. Et tam frugi Iuno uellet habere Iouẽ. Quintil. Taxat eos, a qbus dĩ frugalis, & nõ frugi, tanq̃ frugalis sit dictio pars proba. Cum tñ qd mirum uideri põt frugalior, & frugalissimus usurpent. Dicit autem frugi homines. Teren. in Eu. Frugi es. Vbi Dona. Frugi utilis & necessarius, a frugibus, quæ q̃ his fruamur dictæ sunt. Inde fructus, & frumenta. Græci frugi hoies, χρησίμους dicunt. i. utiles. Vñ antiq seruũ laudare uolentes, frugi dicebant, tanq̃ sobrium utilem, & necessarium. Plau. in Am. Ita seruũ par uidet frugi sese ĩstituere. Ci. li. iii. Tus. Sed quia, nec q propter metũ p̃sidium relinquit, quod est ignauiæ, nec q propter auaritiam clam depositũ non reddit, quod est iniusticiæ, nec q propter temeritatem male rẽ gessit, qd ẽ stulticiæ, frugi appellari solet, eas tres uirtutes, fortitudinem, iusticiam, & prudentiam, frugalitas cõplexa est. Ergo frugi hominẽ bonũ, & uirtute pditum intelligimus. Cuius contrarium est nequam. Cuius significatio una est, q̃ sit libidinis intẽperans, altera, q̃ ad nihil bonus sit, sed plane malus. Vñ Piso frugi appellatus est. Colu. lib. i. Eiusdem agilitatis homo frugi melius, q̃ nequam faciet. Accipitur etiam frugi, pro eo, qui in uictu, ueſtitu, similibusq; temperãs est, sicut ecõtrario, luxuriosus, apud Sene. Quintilianũq; de duobus filiis frugi, luxuriosoq;. Hora. Parcius hic uiuit, frugi dicaĩ. Frugalitas est ut ait Speu. rationalis uitæ simplicitas, morũq; bonoꝝ studium. Vñ frugalitas autore Cicerone, ea uirtus dici potest, quam græci sophrosynem, latini tum tẽperantiam, tum moderationem appellare consu euerunt. Sene. Luxurioso frugalitas pœna est. Aug. li. i. de beata uita. Merito uirtutum oĩm matrem multi frugalitatẽ esse dixere. Quibus consentiens Tulli. etiam in populari oratione ait. Vt uolet quisq; accipiat, ego tñ frugalitatẽ, id est, modestiam, & temperantiã, uirtutem maximam esse iudico. Vt eñ nequitia est mater uitioꝝ oĩm, ita frugalitas mater cunctaꝝ uirtutum, & sicut illa a nihilo. i. sterilitate, sic hæc a fruge. i. a fructu, propter quandã animoꝝ foecunditatem est noĩata. Sic frugalior pro temperantior. Teren. in Heau. Dedo me patri nunc iam ut frugalior sim q̃ uult. Et frugalissimus, quasi expertus, & prudens. Colu. li. i. Magistros pecoribus oportet præponere sedulos, ac frugalissimos. Vnde & frugalitas p sufficientia. Idem. Minus in hoc officio, q̃ in cæteris agricolatio frugalitatem requirit.

Frugalitas. Vide in dictione Frugi.

Frux. Vide in dictione Fruges.

Frumen, summa pars gulæ interior, p quã cibũ lingua demittit i uentrẽ. Et a q̃ fruges dici a quibusdã putant, a ferendo cibo frumen appellatũ, alio noĩe rumen dĩ.

Frumentũ dictũ est, ueluti ferimentũ, uel a fruendo. i. uescendo, uel quasi frugamentũ a frugibus. Fruméti gña ut scribit Pli. hæc uulgatissima sunt, far, q̃ adoreũ dixerunt. Siligo, triticum, hordeum. Frumenta dici putant quæcunq; emittunt aristas, inquit Serui.

Frumẽtaceus. a. um. qd ex fruméto est. Hiero. Maiortur ba hordeaceis panibus, minor frumẽtaceis pascitur.

Frumẽtarius. a. um. quod ad frumẽtum pertinet, ut frumentarius ager, frumentarius negociator, frumentaria lex, quæ tractat de frumentis.

Frumentor. aris. frumentum colligo, & frumẽtatio frumenti collectio. (mõ conuehendũ.

Frumentator, qui aliunde quærit frumentum quoquo

Fruſus, genꝰ ruborũ tenue, spinis minoribꝰ, & nõ adũcis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Frutex dī, qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit, & ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed non demoritur, neq; areſcit, ut herba. Nam tertium eſt q̄ nec arborem, nec fruticem proprie dixeris, ut eſt uitis. Aliq̄ frutex ponit̄ p ſtirpe. Sue. de Veſpa. Singulos repente ramos a frutice dedit. Dictus frutex qd̄ magis herba ſe attollat. Nā fruticare ē attollere. Iu. Et fruticāte pilo.

Frutetum, ſeu fruticetum, ubi multi frutices ſunt.

Frutetoſus locus fruticibus abundans. Plini. li. xix. Siccis hæc & ſabuloſis locis, frutetoſiſq; naſcuntur.

Frutico. as. pe. cor. pullulo, & quaſi frutices emitto. Pli. li. xvii. Quod ſupra terram eſt e matre radi iubet̄ ne fruticet. Eſt & fruticor deponens. Cice. ad Atti. Exciſa eſt enim arbor, non euulſa, itaq; quam fruticetur uides.

Fruticeſcere eſt fruticem fieri. Plin. Puniceæ oleæ, quia celeriter fruticeſcunt.

Fruſtum rei cuiuſq; particula, dictum quod facile feratur. Vir. Pars in fruſta ſecant. Cat. Fruſto panis conduci poteſt, uel uti taceat, uel uti loquatur.

Fruſtulum diminuti. paruum fruſtū, a quo fruſtillum.

Fruſtatim aduerbium ſignificat per fruſta. Fruſtillatim per fruſtilla. Plau. in Cur. Iam ego te faciam ut hic formicæ te fruſtillatim differant.

Fruſtra aduerbium ſignificat incaſſum.

Fruſtro. as. decipio. Cæſar. Non fruſtrabo uos milites. Inuenitur etiam fruſtror uerbum cōmune, ſm Priſcia. Plau. in Am. Neſcio quis præſtigiator hanc fruſtratur mulierem. Paſſiue. Feneſtella. Fruſtratus igitur a ſpe deiectus in caſtra ſe recepit. Et fruſtrari eſt fruſtra agere. Colu. in p̄fa. Sæpe magnam dominis afferunt iacturam, cū imprudenter facta opera fruſtranē expenſas. i. proiiciunt, ſiue fruſtra agunt. Idem ibi. Sydeꝝ ortus & occaſus memoria repetat, ne imbribus, uentiſq; imminentibus opera inchoet, laboremq; fruſtretur.

Frutinal p. cor. dictum eſt templum Veneris frutæ.

F ante D

Fucinus pe. cor. lacus in quarta regione Italiæ, prope Albenſes Marſorum populos. Quo etiam noīe dictus eſt lacus Volſcorum. Mar. Fucinus & pigri taceantur ſtagna Neronis. Virg. li. vii. Te nemus Angitiæ, uitrea te fucinus unda, Te liquidi fleuere lacus.

Fucus genus apis ſine aculeo, ſed maior ape, quæ nō mellificat, neq; operam aliquam p̄bet in faciundo opere, niſi q̄ ad fouendos fœtus concalefaciendo adiuuat, & conſumit alimenta q̄ apes cōgeſſerunt. Vir. Ignauum fucos pecus a præſepibus arcent. Hæc alio noīe dī fur, ut inquit Var. Colu. lib. x. Fucus genus amplioris incrementi ſimillimū apis, & immune ſine doctrina fauis aſſidēs, de hoc Pli. li. xi. Fuci ſunt ſine aculeo imp̄fectæ apes, nouiſſimæq; a feſſis, & iam emeritis inchoatæ, ſerotin⁹ fœtus, & quaſi ſeruitia ueraꝝ apum, quāobrem imperant his, primoſq; in opa expellunt, tardātes ſine clementia puniunt. Dictus fucus ut inqt Pli. qa furtim mella deuorat. Hoc etiam noīe dicta ē herba ſm Ser. qua tinguntē ueſtes, & fucus color ipſe ceruleus, qui uirore cōmendat̄, & purpuriſſa, ſeu ceruſatus dī, ſiue medicamentum. Plau. Vitia corporis fuco occulūt. Siue unguentū, quale Mirrabolanum, & myrrha, qbus odoramentis mulieres capillos perungebant. Tibul. Quid fuco ſplendente comas ornare, qd ungues Artifices dicta ſubſecuiſſe manu. Per tranſlationē ſumit̄ pro fraude, aſtutia, ſiue inſidiis, in qbus ueritas occultat̄. Ter. in Eunu. Per impluuiū fucū factū mulieri. Quidā tñ hoc nomen p ph, ſcribunt, tam pro animali, q̄ a φάγω dedu cant, eo q̄ apum labores comedat, q̄, p herba, q̄ græce φῦκος dī. Sed alii non a φάγω ſed a φυκὴν deducunt.

Fuco. as. coloro. Vñ fucatæ mulieres dīr, quæ uel medicamentis quibuſdā colorant̄, uel uitia corpis induct̄is coloribus tegunt. Vir. li. ii. Ge. Alba neq; aſſyrio fucat̄ lana ueneno. Tranſfert̄ etiā ad alia. Lact. li. ii. Sic ueritas fucata mēdacio eſt. Amb. in Lucā. Plebem dīs ſimplicem req̄ſiuit, q̄ phalerare audita & fucare neſciret.

Fucilis pe. cor. falſus, ut res fucilis. i. falſa, & quaſi fucata.

Fugo. as. expello, & in fugam conuerto. Lactan. lib. i. Saturnus cum fugatus eſſet a filio.

Fugio. is. itum. contrariū eſt fugo. Fugere. n. eſt cum curſu, & celeritate diſcedere, Vir. Nos patriā fugimus. Dicitur etiam de nauigationibus. Vir. Tendunt uela noti fugimus ſpumantibus undis. Plautus. Remigio ueloq; quantum potes feſtina, & fuge. Aliq̄n capit̄ p facere. Plau. in Cap. Ad fugam fugitis, ſcio quam rem agatis. Aliq̄n pro decipere, uel fruſtra facere. Teren. in Heau. Vide ne i mea uita tu tibi laudem is quæſitum ſcelus, ubi ſi paululū modo quid te fugerit̄, ego perierim. Aliq̄n pro neſcire, ſeu non recordari. Lac. li. i. Quod illum ipſum poetam minime fugit. Cice. li. i. Tuſc. Niſi q̄ me forte fugiūt, hæ ſunt fere oīm de aīo ſententiæ. Aliq̄n pro cedere. Pli. li. xxxvii. Fictitiæ ſcarificationis candicantiam fugiunt, hoc eſt fictitias ad impreſſionem ſcarificantis cedere, quod gemmarii hodieq; appellāt fugere. Hinc ortum, ut uina, q̄ annis cedūt, hoc eſt ætatē ferre nō p̄nt, fugere dicant̄, ut Ci. in offi. Hui⁹ cōpoſita ſunt aufugio, alio fugio qd̄ ex ab & fugio cōponit̄, b in u mutata, ut fieret uox pronunciatu, auditu q; lenior. Hiero. ad Helio. Dominus, ne a turbis rex conſtitueret̄ aufugit. Confugio, ſimul fugio, concurro, aut totum ſimul reduco. Lact. li. ii. Conſtituit aſylum, eo paſſim cōfugerunt ex finitimis locis peſſimi. Liui. Inde Turnus, Rutuliq; diffiſi rebus ſuis, ad florētes Ethruſcoꝝ opes Mezentiūq; regē eoꝝ confugiunt. Hiero. Ad ſanctaꝝ grauitatem ſcripturaꝝ confugimus. Hinc confugium & confugela, defugio, diffugio, de qbus alibi. Effugio, extra fugio, diſcedo, deuito. Lactā. li. iiii. Neq; cultores deoꝝ pœnam ſempiternæ mortis effugient. Interdū celeriter tranſeo. Vir. li. iii. Effugimus ſcopulos Ithacæ Laertia regna. Interdum nō bene ſcio. Aug. ad Hiero. Satis nequeo admirari, ſi aliq̄d adhuc in hebraicis literis inueniat̄, qd̄ tot interpretes illius linguæ peritiſſimos effugerit. Interdum effugere eſt in totum fugere. Teren. in An. Nullon ego Chremetis pacto affinitatē effugere potero. Hinc effugium, & effugia. æ. ſicut lana & lanitium. Perfugio, q̄ eſt auxilii gratia ad aliquem fugio. Vñ p̄fugium, & p̄fugere, eſt perfecte fugere. Vñ perfuga, qui ad hoſtes tranſit, & perfugit. Refugio retrofugio. Pli. li. ix. Venantes refugere. ſ. piſces ipſos uenantes in ſuas cauernas. Gel. Poſtea cum prælio uictus in ultima regione refugiſſet. Et refugere confugere, unde refugium. Per trāſlationem ponit̄ pro deuitare, recuſare, & odio habere. Lactan. li. vi. Illos, qui aut uo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

luptates,aut diuitias non refugiunt, ab hac publica & celebri uia modice segregat. Aug.li.i.ci.dei.Sed aliud est,qđ carnis sensus infirmiter pauid⁹ refugit,aliud qđ mentis ratio diligenter enucleata cõuincit. Col.li.iiii. Idq; adeo plurimi dubitent,ut multi refugiant,& reformident talem positionem ruris. Profugio lõge fugio, a quo pfugus. Subterfugio,secreto aut astute fugio. Cice. p Cælio. Qui uolũt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatẽ,eo solũ uertũt. Suffugio, latẽter fugio. Sueto. uero p retrofugio,in Tibe. posuit. Adulationes adeo auersatus est,ut neminẽ senatoꝝ ad lecticam suã admiserit,consularẽ uero satiffacientẽ sibi,ac p genua orare conantẽ, ita suffugerit,ut caderet supinus. Transfugio transeundo fugio,ab uno ad aliũ locũ. Vñ transfuga,qui ad hostes fugit. Liui.li.i. Sextus filius eius, qui minimus ex tribus erat,transfugit ex cõposito Gabios. Salu. Modo hașe,modo illașe partium leuissime transfuga. Et omnia habent fu syllabam correptam.

Fugito.as.pe.cor.sæpe fugio, siue fugiẽdi consuetudinẽ habeo. Plau.in Asi. Heșe nosmet fugitare censes. Terẽ. in Eu. Fugitando fugi,ne qs me cognosceret.

Fuga ipse fugiendi actus. Vir.pro celeritate & cursu posuit. Vñ & uelocẽ equum fugacem dicimus. Vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice, uolucréq; fuga prævertitur Hebrũ,& Quintil.nauigationẽ dixit fugã,siue naues fugientes,q̃ uelocem faciũt cursum. Aliqñ fuga dr ipetus. Virg. Ille uolat,simul arua fuga,simul æquora uerrit. Fuga uero masc.ge.cõponit̃ uariis modis,ut pfuga,trãsfuga,lucifuga,noctifuga, solifuga,lucrifuga Plau. Cũ hos adhuc adii lucrifugas dãni cupidos. Sumptũ uerbum a græcis. Illi enim φυγή uerso y litera in u.

Fugia.æ.læticiæ dea,a fugatis hostibus dicta.

Fugax,qui facile fugit. Significat enim habitũ, & abundantiam rei,cuius est habitus,ut edax,bibax. Aug. Terrena gaudia consectantes,rebusq; fugacibus inhiãtes. Qñq; tamen ponitur pro celeri,& ueloci. Vnde fugacem equum dicimus uelocem. Hinc fugacior,fugacissimus,fugacitas,& diminutiuum fugaculus.

Fugitiuus seruus dr,q a dño ea mẽte recedit, ne ad eum redeat,etiã si mutato consilio ad eum reuertat̃. Et fugitiuus est,q extra dñi domũ,fugæ causa,ut se a dño celaret,mãsit. Item fugitiuus est,qui eo se confert, vñ eum dñs recuperare non possit aut abduci. Qui aũt incendium,ruinam,hostem,aut pceptorem, cui in disciplinam traditus erat,quia immoderate eo utebatur, aufugit, non fugitiuus dicendus est. Et fugitiuus est, qui simpliciter fugit. Iuue. Non dubitaturi fugitiuum dicere piscem. Aliquando dicitur qui fugæ paratus est. Teren. in Eunu. Quid restas fugitiue.

Fugitiuarius.a.um.quod libenter seu facilẽ fugit. Var. lib.vii. Idoneus sub dio sumendus est locus cochleariis quem totum circum aqua claudas,ne quas ibi posueris ad partum,non liberos eașe,sed ipsas quæras, a qua inquã circunfundẽda,ne fugitiuariis sit parãdus locus.

Fugitiuæ aquæ dicuntur,quibus ex publico riuo fluentibus, furtim quis, ac non suo iure utitur.

Fugalia festa,siue ludi. Au.li.ii.ei.dei. Sed demõstrent̃ ea,talibus aliqñ conuenticulis consecrata, nõ ubi ludi agerent̃ obscœnis uocibus,& moribus histrionum,nec ubi fugalia celebrarent effusa omnium licentia turpitudinum,& uere fugalia,sed pudoris & honestatis.

Fulcio.is.si.tum.munio,sustẽto,fortifico. Iuue. Nos urbem colimus tenui tibicine fultam. Huius compositum est suffulcio. Varro, Vt maioribus perticis suffultæ uites auras non pertimescant.

Fultura,sustentatio. Plini. ut eximantur trabes sine fulturis,ac reponantur.

Fulcra a fulciendo. i. sustinendo dicta sunt. Sunt eñ tabulæ compactæ,seu spondæ,in quibus lecti ponunt̃,q̃ toros fulciant. Vir. Fulgent genialibus altis Aurea fulcra toris. Gel. Neq; apud eius lecti fulcrum capsam esse cum strue,aut ferro oportet. Sue. in Clau. Adhibebant omni cœnæ & liberos suos cum pueris puellisq; nobilibus,qui more ueteri ad fulcra lectoꝝ sedentes uescerent̃. Sunt qui lecti pedes,fulcra interpretent̃. Alii summas lectoꝝ partes. Nec solum de lectis dr, sed etiam de aliis. Amb.li.Hex. Non ergo fundamẽtis suis nixa subsistit,nec fulcris suis stabilis pseuerat,sed dominus statuit eam,& firmamento uoluntatis suiæ continet.

Fulica pe.cor.auis, quæ & fulix dr matina,uel stagnensis ut inquit Aug.paulo supra magnitudinem columbæ, a fuluo. i. nigro dicta. Vir.li.ii.Geor. In sicco ludunt fulicæ. Quod aũt quidam libet impressus dictionarium appellet φήνην, male interpretatus est,autoritate Æliani in libris de aĩalibus,& Eustathii,& Homeri, quasi in fine li.iii. Ody. ipsa φήνη auis ẽ Ægypti magna. Home. ὡς ἐρὰ φωνήσασ' ἀπέβη γλαυκῶπις ἀθήνη φήνη ἐιδομένη, θαάμβος δ' ἔλε πάντας ἰδόντας. sed Suidas φήνη ἔιδος ὀρνέου ἴσον ἀετῷ, inepta eñ esset Homeri cõparatio p fulica.

Fuligo,similiter a fuluo. i. nigro.

Fulgor splendor.

Fulgidus.a.um. clarus,splendidus.

Fulgeo.es.si.sum. a φλόξ deducit̃, q̃ apud græcos flammam significat. Vñ & pro lucere, & splendorem mittere sumit̃. Luc.li.x. Fulget gẽma toris,& iaspide fulua supellex. Et fulgere ut inqt Festus, pro ferire prisci dicebãt, unde fulgur dictum est. Huius cõposita sunt Affulgeo ad aliquid fulgeo. Liui. Et nauium speciem de cælo affulsisse. Cõfulgeo,simul totus fulgeo. Plau.in Am. Ardere censui ædes,ita tũ cõfulgebant. Effulgeo splendorẽ emitto. Præfulgeo,uide loco suo. Refulgeo splendorẽ reddo. Persi. Qđ si dolosi spes refulserit nummi.

Fulgo.is.si sum. tertiæ coniugationis in eadem significatione. Vir.li.vi. Illæ aũt paribus quas fulgere cernis in armis. Idem li.viii. Auroq; effulgere fluctus.

Fulgur.uris.& fulgus.uris.uel oris.pe. corre. sicut tergus. oris.uel fulgus. eris. sicut munus,eris. Et est lux illa & quasi uibratio luminis, quæ ante cernit̃ q̃ tonitruũ audiat̃. Cõstat aũt fulmen,& fulgur æque ignem esse. Sed fulguratio,ut inquit Sene. nihil aliud est q̃ flamma futura fulmen,si plus uirium habuisset, siue fulmen non perlatum usq; in terras. Fulmen est fulguratio pducta in terras,& ipm (ut ita dicam) telum. Plin. Fulmen est cum flatus in nube,aut uapor erumpit ardens,cũ longiore tractu nitit̃ fulgetra. hinc aiunt naturalium causarum scrutatores,quia fulgura ex nubium collisione generent̃,in morẽ silicũ durioꝝ,quos cũ cõploseris sibi medius ex his ignis extritus elabit̃, atq; ita cum fulgore pariter & tonitrua mugire,tonitrum scilicet sonitu indicante,& fulgura excussi luminis claritate.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fulguritas ſplendor. Lucil. Luporum aciem claram, & fulguritatem arborum.

Fulgetra fulgor, q̃ ex colliſiõe nubiũ uideť añ tonitrua.

Fulgetrum, idem quod fulgur, & fulguratio.

Fulguro. as. pe. cor. fulgur emitto, ſeu fulgure afflo, vnde fulguratũ fulgure tactũ, uel exuſtũ. Qui locꝰ ſtatim fieri religioſus putabať, q̃ eũ deus ſibi dicaſſe uideret.

Fulgurator, fulgurum inſpector.

Fulgurio. is. fulgur iacio, ſicut fulguro. Neuiꝰ ſane a ſuo ſonitu claro fulguriuit Iuppiter. i. fulgure afflauit.

Fulmen uapor ignitus, compactus, & ſolidus, impetuoſe cadens, qui e nubibus excitatur. Virgi. lib. i. Geor. Ipſe pater media nymborum in nocte coruſca Fulmina molitur dextra. Sunt autem tria quæ a fulmine tangi non putanť. Aquila, uitulus marinus,, & laurus.

Fulminare eſt fulmen iacere. Sene. Minore enim igne ad fulgurandum, q̃ ad fulminandum opus eſt. Et fulminatum fulmine ictum.

Fullones, qui curanda poliendaq; ueſtimenta accipiũt, a fouendis aqua calida ueſtibus.

Fullonia ars dicta eſt qua ueſtes poliuntur.

Fuluus color dī, qui ex rufo & uiridi uideť eſſe mixtus in aliis plus uiridis, in aliis plus rufi habens, ſicut poeta diligẽtiſſimus, fuluam aquilam dixit, & iaſpidem, fuluos galeros, fuluum aurum, & arenam fuluam, & fuluum leonem, & fuluum æs. Eſt & epitheton commune ſerpentibus & mari. Clau. Fuluis ſerpẽtibus attigit idam, Fuluis adnatat umbra fretis.

Fumus, a fumo, a quo fumoſus, fumo abundãs. Fumeus ex fumo exiſtẽs. Infumibulum, per quod fumus erumpit. Per tranſla. fumus capitur pro ſuperbia,

Fumariũ, locus ubi uina fumo condiebanť. Mar. Improba Maſſiliæ qdquid fumaria cogũt. Accipit ætatem quiſq; ab igne cadus. Nã uina fumo p̃coquem trahũt maturitatẽ, & celerius uetuſceſcunt, ut docet Colu.

Fumo. as. fumum educo. Vir. Et iam ſumma procul uillarum culmina fumant. Huius compoſitum eſt infumo pe. pro. quod eſt ad fumum ſicco,

Fumigo. as. penultima correpta, ponitur pro ſuffio, & fumigatio pro ſuffitu.

Fumifico. as. fumum facio. Plau. Eiq; ut arabico fumificem odore.

Fundi. orum. urbs latinorum mediterranea. Dicitur & fundanus ager.

Fundus ager, q̃ fundat quotannis multa, uel q̃ ſit rei familiaris fundamentum. Nam pecuniarum ratio labilis eſt. Vel ideo fundus dicitur, q̃ planus ſit ad ſimilitudinem fundi uaſorum. Et fundi appellatione inqt Floren. iuriſcon. omne ædificiũ, & oĩs ager continet. Sed in uſu urbana ædificia ædes, ruſticæ uillæ dicuntur.

Funda genus retis, a fundẽdo, quia e ſuperiori loco a piſcatoribꝰ fundiť, ut in circuitũ ſe extendens, quicq̃d piſcium intra ſe deprẽdit, capiat, quod & reticulum dici ſolet. Virg. li. i. Ge. Funda iam uerberat amnem. Item funda inſtrumentũ quo funduntť & torquentť lapides q̃ uæ primũ inuenta fuit in Balearibus inſulis. De hac idem in eodem ſtuppea torquentẽ balearis uerbera fũdæ. Accipiť q̃ñq; pro ſacculo ſeu marſupio in modũ retis facto, in quo pecuniæ & alia gerunť. Macro. Cũq; acceſſiſſet ad ſellam demiſſa in fũdam pauperẽ manu, paucos denarios ꝓtulit, quos principi daret. Quod ſaculi genus etiã reticulũ uocatur. Hora. Reticulũ panis uenales iter onuſto forte uehas humero. Aliq̃n ꝓ circulo ex auro ſeu alio metallo, quo gẽmæ ita nectunť, ut aurꝫ nõ niſi margines amplectať. Pli. Funda includunť ꝓſpicuæ, cæteris ſubiiciť aurichalcũ. Rurſus fũda urbs quæ & fundi, Vnde fundanus lacus, hodie ſolũ paluſtre ibi eſt, ita tũ ut ædificiorꝫ ueſtigia ruinæq; cernantur.

Fundanus. a. um. poſſeſſiuum a Funda ciuitate, ut lacus fundanus.

Funditores, qui funda dimicant. Saluſt. Ipſe cũ expeditis cohortibus, adhuc funditorum, & ſagittariorum delecta manu.

Fundibularii ſimiliter qui funda dimicant.

Fundum ima pars cuiuſq; rei quæ aliquid liquoris in ſe contineat, uel ad continendum facta eſt, ut dolii, nauis, aluei, fluminis, lacus, maris. Hinc fundamentum, & profundum, q̃ proprie imum ſignificat, ut profundum mare, dictum q̃ procul habeat fundum.

Funditꝰ, aduerbiũ ſignificat a fundo, ſicut Cælitꝰ a cælo

Fundamẽ, & fũdamentũ utroq; modo dī, pro eo, ſup qd quid fundatur. Aug. li. xviii. ciui. dei. A quibus tantum prima cœpta fundamina, & altera conſtructum eſt.

Fundo. as. firmo, & quaſi fundamentum facio, ſtabilio. Pro quo etiam dicere ſolemus, Ieci fundamentũ. Trãſfertur & ad incorporalia. Quinti. Fundatam paternis, auitiſq; opibus domũ exhaurit. Cice. Quantum in me fuit ieci fundamenta pacis. Huius cõpoſita ſunt effundo. as. q̃ eſt a fundo euerto. Suffundo, ſufficio, ſubiicio. Var. Qui in domibus latericiis paululum mõ lapidibꝰ ſuffundatis, ut humorem fugerent, habitabant.

Fundo. is. fudi, fuſum, liquefacio. Vnde metalla dicunť fuſa. i. liquefacta. Plini. Fuſo ac ſuperiniecto plumbo. Hinc fuſile, fuſor, & fuſorius. Qñ uero quæ fuſa ac liquida ſunt, ſpargi ſolẽt. Fũdere pro ſpargere ponitť. Clau. Et peſſima fudit uina cadis. Lact. lib. vi. Fundendus ad ultimũ cruor, omnia deniq; amara, & grauiora patienter ferenda. Aliq̃n pro proſternere. Vir. Nec prius abſtitit q̃ ſeptem ingentia uictor Corpora fundat humo. Aliq̃n pro profligare, quod uernacula lingua dicimus mettere in rotta. Liui. li. i. Exercitum fundit, fuſum perſequitur. Aliq̃n pro abundanter præbere. Vir. Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. Aliq̃n pro large loqui. Idem li. iii. Talia fundebat lachrymans. Aliq̃n pro demittere, ut apud eundem. Criſtiſq; a uertice flammã Fundit. Huius compoſita ſunt affundo, ad aliquid fundo. Pli. Exprimiť foliis ſuccus molliſſimis in pila tuſis, affuſo paulatim uino auſtero. Confundo perturbo, q̃ primo, ſiue oĩa in unũ miſceo, coniungo. Liui. li. i. Alterius urbis duo populi in unum confuſi ſunt. Vir. li. iii. Qui nũc ore Arethuſa tuo ſiculis cõfundiť undis. i. conjungitur. Pli. Et ſi miſceantur facile confundunt colorem. i. perturbant. Circunfundo, circum circa ſpargo. Apul. Atq; eo liquore ſtabulũ oñe circunfundit. Vir. Vndiq; uiſendi ſtudio troiana iuuẽtus circunfuſa ruit Defundo deorſum fundo. Cice. li. iiii. ad Here. Nam ut forte hic in balneas uenit, cœpit poſtq̃ defuſus eſt, defricari. Diffundo, effundo, de quibus ſupra. Infundo infundo. Col. li. ii. Merũq; faucibus, ſi æſtuauerint boues, infundet. Hiero. Cæleſtis plane imber uirgineum in uellus placido ſe ifudit elapſu. Hinc infundibulum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Qñq; infundere eſt ſupra fundere. Vir. li. i. Geor. Certa tim largos humeris infundere rores. Qñq; abundanter fundere. Hiero. li. Reg. Feſtina, & ueni, qm̃ inſuderunt philiſtim ſup terrã. Interfundo, in medio fundo. Amb. de filio prodigo. Et quaſi interfuſo luxuriæ æſtu ſeculari, diuortia hĩe ſancto⁊. Offundo, Perfundo, ualde ſi ue p oẽs partes fundo, ſpargo. Oui. Perfuditq; genas lachrymis. Hiero. Vere plena, p quã largo ſancti ſpũs imbre pfuſa eſt oĩs creatura. Profundo, refundo, repẽdo. Sene. Id erat non tam accipere beneficium q̃ refundere. Interdũ reſtituo q ſparſum erat. Idem. Quicqd deerit ex meo refundam. Interdum reiicio, ut Oẽm culpã in te refundam. Interdũ retrofundo, euomo. Pli. Quod heſterna crapula ingurgitauerat, palam refudit. Suffũdo eſt ſupra fundo, aut deorſũ iniicio. Colu. li. vii. Laſſæ, & æſtu anti mulæ ad os, in fauces dimittitur, utrũq; in os ſuffunditur. Plaut. in Cur. Mane ſuffundam aquulã. Interdum forinſecus ſpargo, cum infundo potius de interiori parte dicatur. Vir. lib. i. Geor. At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem Ventus erit. Serui. Suffuderit forinſecus habuerit. Hinc ſuffuſio, qui morbus eſt oculo⁊, uulgo cataracta uocant, hæc paracẽteſi curat. Eſt aũt παρακέντησις quæ manu fit a chirurgicis, dũ curari aliter morbi non poſſunt. Inungit prius locus, deinde uel acus, uel hamulus infindit, idq; paracenteſis pe. pro. dit. Interdum ſuffundere eſt ſubiicere, a quo ſuffundatum, ſubiectum dicimus. tractũ a fundamento. Varro. Qui in domibus latericiis paululũ mõ lapidibus ſuffundatis, ut humorẽ fugerent, habitabant. Interdũ confundo, ſiue rubore pfundo. Hiero. Hæc & hmõi Theophraſtus differẽs, quẽ nõ ſuffundat chriſtianos, quo⁊ cõuerſatio eſt in cælis. Cice. p inſpergo poſuit ad Lentu. ſcribens. Noui animũ tũ mihi amiciſſimũ, tũ nulla in cæteros maliuolentia ſuffuſum. Superfundo. Lactã. li. vi. Extinguit protinus, tanq; igni aquã ſuperfuderis. Tranſfundo, de uno ad aliud fundo, ſpargo, mitto ue. Cice. Dolobellæ. Libentius oẽs meas laudes, ſi mõ ſunt aliquæ meæ laudes, ad te trãſfuderim, q̃ aliquã partẽ exhauſerim ex tuis. Cato de re ruſt. Vbi dies. xxx. præterierint tranſfundito, ita relinquito.

Fundito. as. pe. cor. ſæpe fundo. Plau in Am. Cum cruciatu tuo iſthæc hodie uerna uerba funditas.

Funis tam maſc. q̃ fœ. gñis & a fundo. is. deduci uidet, q dũ trahit, atq; attenuat linum fundi uideatur.

Funalia cærei, quod ante uſum papyri funes cæra circundatos habere ſolebant. Vnde & funera dñr.

Funales equi ſunt, q̃ fune. i. reſte iuncti, currũ pcedunt. Sueto. in Tiberio. Dehinc pubeſcẽs actiaco triumpho currũ Auguſti comitatus eſt, ſiniſteriore funali equo.

Funus. eris. pompa, quæ fit in exequiis mortuo⁊. Ennius Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. A funalibus dictũ funus, q incenſi funes mortuis pferebant, qm̃ noctu efferebant cadauera, uel potius, qm̃ φῶς λέγεται, ἀπὸ τοῦ φῶν ἰωνικῶς, φονῶ γὰρ τὸ φονεύω ὅθεν καὶ φόνος. Interdũ pro cæde mortẽ. Virg. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. Interdũ ponit pro cadauere. Terẽ. Efferẽ funus. Interdum pro ſepulchro. Virgil. Ergo inſtauramus Polydoro funus.

Funereus. a. um. quod ad funus ptinet, ut funereæ mulleres, ad quas ptinet funus, utputa ſoror, & mater.

Funerale dr̃ qcqd ad funus uel exequias ptinet.

Funebre, pe. cor. ſimiliter, qd ad funus ptinet, ut funebris pompa. Quintil. Quid ſibi uelit ille funebrium longus ordo pompa⁊. Et funebres tibiæ quibus in funere canebatur. Aliquando dicitur cædibus plenum, uel mortale. Hora. in Ser. funebre bellum dixit.

Funero. as ſepelio. Plini. lib. xxxiii. Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertiis undecim millibus.

Funeſtus. a. um. quod eſt funere inquinatum. Vnde funeſto. as. Et funeſtum mortiferum, cruentũ. Sene. Vox illa funeſta reip. Item funeſtum, quod funeribus adhibetur, ut funeſta tibia, qua ad funera canebant.

Funeſto. as. funere inquino. Vñ domus funeſtata q̃ aliquo funere affecta eſt. Plau. Paternam domum funeſtaſti. Aliquando funeſtare, ſignificat cruentare.

Funabulus pe. cor. qui gradit p funes. Hunc græci ſchœnobãta dicũt. Funabulũ uero, p fune poſuit Hiero. de morte Paulæ. Iactẽt alii pecunias, & i corbonã dei æra congeſta, funabuliſq; aureis dona pendentia.

Funepeus, idẽ qd funambulus. Apul. Comœdus ſermocinat, tragœdus uociferat, & funepeus periclitatur.

Funiculus, cum ſit diminutiuũ a funis, ut funiculus duplex difficile rumpit, ponit tñ qñq; pro menſura certi itineris, ut apud Pſal. Semitam meã, & funiculũ meum inueſtigaſti. Iuxta eñ Ægyptios in ripis fluminũ ſolẽt naues funibus trahere, certa habentes ſpacia, q̃ appellant funiculos, ut labori defeſſo⁊ recẽtia trahentium colla ſuccedãt. Nec mi⁊, ſi una quæq; gens certa uiage ſpacia ſuis appellet nominibus. Cũ & latini miliarium mille paſſus uocant, & Galli Leugas, & taſtas uniuerſa Germania, atq; in ſingulis noĩbus diuerſa menſura ſit.

Funeta pe. pro. in uineis dicuntur, quum palmites inter ſeſe funium modo iunguntur.

Fungus, a funere, ut quidam aiunt, deſcendit, q ueſcentibus periculoſiſſimus ſit, cũ uel caligaris clauus, uel calybis rubigo, aut panni marcor affuerit, aut ſi ſerpens primo paſcentẽ adhalauerit. Fungo⁊ diuerſa ſunt genera. Nam ſunt boleti, pratenſes albi, qui in pratis naſcuntur. Spongioli a ſimilitudine ſpongiæ. Digitelli a digitis. A porrigine porriginoſi. Naſcuntur & in arboribus fungi, & in ſpinarum radicibus.

Fungoſus. a. um. quod eſt ra⁊, & leue, ad ſimilitudinẽ fungi. Pli. Hunc totum fungoſa replet medulla.

Fungor. eris. functus. Fungi ſignificat uti, ſeu officiũ aliquod, aut dignitatẽ habere agere q̃, ut Fungor officio delegato. Fungor prætura. Fungor uita, quod eſt, fungor officio uitæ, & munere adminiſtrãdi corpus. Inde defunctos mortuos dicimus, qui munia uitæ pegerũt. Et conſtruit cũ ablto. Lact. Ita eñ delegato ſibi officio functi ſunt. Aliqñ cũ actõ. Terẽ. in Adel. Æſchinus tuus neq; boni, neq; liberalis functus eſt officium uiri. Sue. Senatoria munera fungerent. Plau. in Men. Nã paratus octo hoĩm munus facile fungit. Fungi quoq; finire dr̃. Vñ uita functus dr̃, q uitam finiuit. Lact. li. iiii. Et cum magiſterio functus fuiſſet, traderet in manus impiorum. Huius compoſita ſunt Defungor, qd eſt expedio, finem facio, perago, ceſſo, & liberor ab aliquo officio, uel munere. Virg. O tandem magnis pelagi defuncte periclis, id eſt, q̃ finiſti, & euaſiſti pericula. Liui. Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere. i. quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

euaserũt morbos. Terẽ. in Adel. Vtinam hoc sit modo defunctum. i. utinam hoc malũ ultimũ sit, quo defungat, in quo finiat officiũ suum. s. Æschino talia ꝓpetrandi. Perfungor, perfecte fungor. Cic. Lẽtulo. Cũ & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus, Idem. Perfuncto hoc misero, fataliq; bello.

Fũctus est exitu naturali, id est, morte naturali.

Fuo. is. fui, futũ, ſcat arguo. Plau. in Am. Ne qs tã audax fuat hõ, q obuiam obsistat mihi. Hinc futo. as. de quo infra. Est etiam idem, ꝙ sum, unde & præteritum fui.

Furuum obscurum, a quo Furnus, fornax, Fumus, furiæ, fuligo, & fulica.

Fur generis cõis, subtractor, a fero, ꝙ ferat. i. auferat res alienas. Vel at inqt Var. li. xiiii. rer. diui. a furuo nigro, ꝙ furta clam fiant, & plerũq; in nocte. Sabinus a fraude, alii a græco φώρ, a quo furtum deducit. Differt autẽ fur a latrone ſm Hier. ꝙ fures insidient, & occulta fraude decipiant, latrones audacter aliena diripiãt. Qui eñ furant, nocte furantur, & in tenebris. Vñ significanter ait Oseæ, ꝙ fur clam ingressus sit, & latrunculus expoliet foris. Sed plerunq; indifferẽter ponunt. Per translationem qñq; fur capitur pro seruo. Virgil. Quid dñi facient, audent cum talia fures? Composita sunt bifur, & trifur. i. summe fur. Aurifur, qui furatur aurum.

Furculus, ſm Prisc. ia. diminutiuum est a fur.

Furunculus etiam diminu. a fur. Cice. in Piso. Olim furunculus, nunc etiam rapax. Accipitur etiam qñq; pro mustella syluestri, qua in cauernis cuniculi capiunt. Et furunculus dr tuberculum acutum cum inflãmatione ac dolore, in carnosis maxime partibus, ut scribit Gale. Prouenit ex humorib9 crassis, differtq; a phymate, qd hoc maius est furũculo, rotũdius, atq; planius. Fit etiã furunculus ex capillamento. Colu. li. v. Plerunq; autem germen de cicatrice procedit, quod siue longum prosiluerit, in flagellum summittitur, siue breuius in pollicem. siue admodum exiguum in furũculum, is ex quo libet, & minimo capillamento fieri potest. Dictus furunculus, ꝙ quasi furtim nascatur.

Furtum, ut Paul. Iurecon. diffinit est cõtrectatio rei fraudulosa lucri faciendi gratia, uel ipsius rei, uel etiã usus eius possessiõis ue, quod lege naturali prohibitum est admittere. Veteres tñ uocabant furtum qcquid clam committeret. Virg. Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furta. Hinc furta pro adulteriis legunt. Tibul. Cælari sult sua furta Venus. Pro insidiis. Vir. li. xi. Furta paro belli conuexo in tramite syluæ, Armato ut biuias obsidam milite fauces. Salu. li. i. histo. Metu gentis ad furta belli peridoneæ. Furta domestica uocantur, quæ serui dominis, uel liberti patronis, uſ mercenarii, apud quos degunt, surripuerunt.

Furtim aduerbium significat latenter. Vir. li. iii. Æneï. Infœlix Priamus furtim mandarat alendum.

Furax. cis. dicitur qui facile furatur.

Furtificus, qui furtum facere solet. Plaut. in Persa. Vbi illa altera est furtifica lena?

Furtiuus. a. um. quod furto raptum est, in significatione passiua, Plau. in Penu. Quæ furto raptæ erant furtiuas uendere ingenuas collibertus meus. Quãdoq; furtiuũ dicitur clandestinum. Vnde & furtiue litteræ, & furtiua scripta, quæ artificio quodam fiunt, ne legi possint ab alio q̃ ab eo, ad quem scribuntur. Gel. Res quasdam occultas nunciare regi furtiuo scripto uolebat.

Furari est furtum facere, ut apud apostolum. Qui furabatur, iam non furetur.

Furfur nomẽ auis, & purgamentũ farinæ. Vñ furfureus. a. um. qd est ex furfure. Et furfures morbus capilloꝝ.

Furca a fero, instrumentum, quo stramenta feruntur. Vnde bifurcus, & bifurcatus, & bifurcatim.

Furcula dimi. parua furca, a quo fit aliud dimi. Furcilla.

Furcilla diminutiuum a diminutiuo furcula est, & significat instrumentum, quo frumenta cillentur. i. mouentur. Nam cillere mouere est, & quo fœnum paleæ, & id genus reliqua iumentis ministrãtur. Hoc rustici in fœno colligendo utuntur. Var. li. i. de re. rust. Herba cum crescere desiit, & æstibus arescit, subsecari debet, & ut perarescat furcillis uersari. Furcilla etiam siue furcilles quibus homines suspendebantur.

Furcilis pe. cor. instrumẽtum bidentatum, tridentatum ue, quo utimur ad extrahendum simum.

Furciferi dicebantur serui, qui ob leue delictum cogebant a dñis ignominiæ magis, q̃ supplicii causa circa uicinos, furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, simulq; monere cæteros, ne qd simile admitterent. Vnde Plutar. in uita Coriolani. Furcifer hinc nomen est, ꝙ maxia pœna apud antiquos seruo peccanti erat, ut is plaustri lignũ, cui temo affigitur, spectãte uicinia ferens circũageret? Qd ubi factum erat infidus a domesticis, & uicinis existimat9, furcifer appellabatur. Nam latini lignum illud furcam appellant. Hinc trifurcifer, summe furcifer dicitur, sicut triuenefica, summe uenefica.

Furor insania, q̃ quis inter se differant, sicut Cic. li. iii. Tus. declarat. Itaq; non est scriptum, si insanus, sed si furens esse incipit. Insaniam enim esse censuerunt incõstantiã sanitate uacantem, quæ tñ posset tueri officioꝝ, & uitæ cõmunem cultum atq; usitatum. Furorem autem rati sunt mentis ad oĩa cæcitatem. Quod cum maius esse uideatur, q̃ insania, tñ eiusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. Fit eñ furor aliqñ uitio ualitudinis, ut in iis, quĩ melancholici appellantur, quos tñ Aristoteles censuit habere aliqd in animis præsagiens, atq; diuinum. Aliqñ accipit ꝓ mente ui quadam diuina concitata, qualis est furor poetaꝝ. Nam poetæ corripi furore dñr, cũ iustũ carmen effundunt. Negat quippe Democritus quenpiam poetam magnum esse posse sine furore. Cice. Ineſt igit animis præsagitio extrinsecus iniecta, atq; inclusa diuinitus. Ea si exarsit acrius, furor appellat, cum a corpore animus abstractus, diuino instinctu concitat. Interdũ furor sumit pro nimia ira. Luc. Quis furor o ciues, q̃ tãta licentia ferri? Sed inter iram, & furorem Hiero. hoc interesse scribit, ꝙ furor sit uindicta irrationabilis, cum fellis amaritudie. Ira uero commotio animæ. Dictus furor, ꝙ huc atq; illuc temere feratur.

Furiæ deæ furoris sunt dictæ, & noctis, Acherontisq; filiæ fuisse memorantur. Alecto, Tesiphone, & Megæra. Vir. Dñr geminæ pestes cognomine diræ, Quas & tartareã nox intẽpesta Megærã Vno eodemq; tulit partu. Fictũ est a poetis inferna loca furias habitare, sed tormenta scelestæ mentis esse ueteres uoluerunt. Cice. ꝓ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Roſcio. Nolite putare quemadmodũ in fabulis ſæpe numero uidetis, eos q̃ aliq̃d impie ſcelerateq̃ cõmiſerũt agitari, & perterreri tedis ardentibus, ſua quemq̃ fraus & ſuus terror maxime uexat, ſuum quemq̃ ſcel⁹ exagitat amentiaq̃ afficit, ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæq̃ animi terrent. Hæ ſũt impiis aſſiduæ domeſticæq̃ furiæ quæ dies noctesq̃ parẽtum pœnas, a ſceleratiſſimis filiis repetant. Tres etiã furiæ ſignificant tres animi affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agũt, uidelicet ira, cupiditas, libido. Ira ultionem deſyderat, cupiditas opes, libido uoluptates. De iſtis Euripides in Oreſtis tragœdia. Sed aliud eſt parcæ Clotho, Lacheſis, Atropos, de q̃bus Cebes Thebanus in pictura uitæ. ὁ δὲ γέρων ὁ ἄνω ἑστηκὼς, ἔχων χάρτην. ὄνομα ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος δαίμων καλεῖται. προστίθεις δὲ τῆς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ ἄνθρωποι ἐπιθυμῆσαι εἰσελθόντα εἰς τὸν βίον. καὶ δεικνύει πλείονα ὁλοῦ αὐτοῦ δεῖν ἐπιθυμεῖν εἰσιόντα εἰς τὸν βίον.

Furioſus dī, à q̃ furor nunq̃ recedit, furiat⁹ q̃ furit ex cã.

Furo.is. inſaniui, ira exagitor. Apul. Furit, enſem corripit, ferit in eũ præceps, nil tale timentẽ aggredit. Q̃nq̃ furere eſt inſanire. Cice. li. i. offi. Verſutum, & callidum factum Solonis, qui quo tutior uita eius eſſet, & plus aliquanto reipu. prodeſſet, furere ſimulauit.

Furio.as. cum furore concito. Hora. li car. Quæ ſolet matres furiare equorum.

Furiatus, qui ex cauſa furit. Vir. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Corebus. Vide in Furioſus.

Furibundus, qui uehementer furit. Saluſt. Tum ille furibundus, quandoquidem circumuẽtus, inquit, agor, incendium meum ruina extinguam.

Furnus, a furuo. i. nigro colore, ꝓpter fuliginem uel propter obſcuritatem, quã intus habet, ut inquit Porphyrio, locus in quo panis coquitur. Differtq̃ a clybano, q̃ clybanus mobilis eſt, & q̃ſi paruus furnus, teſtaq̃ aliq̃n tegit, ſed fere e metallo fit. Interdũ etiã ex lapide cõſtat non tam pani, q̃ aliis dapibus coquendis ſeruiens. Furnus uero ex cæmento & calce conſtat, magnuſq̃ & immobilis eſt. Pli. Cortices quoq̃ decuſſi lini clybanis, & furnis ꝓbent uſum. Os furni præfurnium dicitur.

Furnaceus. a. um. quod ad furnum pertinet. Idem. Nam furnaceis panibus binas adiiciunt libras.

Furnaſia abſolute dī, ſicut cœnacularia, & ſagaria. Dicitur aũt qs furnariam exercere, qui ex furno paniſq̃ cõctura quæſtum facit, uel q furnos locat cõductoribus. Sue. de Vitel. Cuius filius ſectionibus, & futuris uberius compendiũ nactus ex muliere uulgari Antiochi cuiuſdam, furnariã exercẽtis, filia equitẽ romanũ genuerit.

Furnariæ mulieres uulgo dr̃, furno operantes.

Fuſcina, pe. cor. telum tridens, ſiue triſulcum piſcatoriũ q̃ fundo natãtia capiat, inſigne Neptuni erat, ut apud Priapeiam, Neptuni fuſcina telum. Hoc etiam retiarii in gladiatoriis ludis utebantur. Iuue. Vicerat hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi.

Fuſcinula dimi. parua fuſcina. Hiero. li. i. Reg. Habebat fuſcinulam tridentem in manu, & mittebat eam in lebetem, & quod leuabat, fuſcinula ſibi tollebat.

Fuſcus. a. um. color ſubniger. i. non plene niger, qualis eſt Indorum meridionalium & Aethiopum color.

Fuſile, pe. cor. quod fundi poteſt, ſeu quod fuſum eſt, uel quod pronum eſt ad fundendum. Gel. qui ſunt leues & fuſiles, & importuni locutores.

Fuſorius. a. um. quod ad fuſionem, hoc eſt, liquefactionẽ pertinet, ſeu quod funditur aut fundi poteſt, ut opus fuſorium. Hiero. in Exo. Formauit opere fuſorio, & fecit ex eis uitulum conflatilem. Fuſoriũ uas in quo metalla liquefiunt. Et ars fuſoria, ars fundendi, miſcendi, tranſmutandiq̃ metalla.

Fuſores, qui fundunt, id eſt liquefaciunt.

Fuſus. a. um. participium à fundo. is. Fuſus, fuſi, inſtrumẽtum, quod mulieres nendo digitis voluunt, ut eſt illud Et digiti ei⁹ apprehenderũt fuſum. Fuſim aduerbium ſignificat ſparſim.

Fuſtigo. pe. pro. fuſte ſtimulo.

Fuſtuarium, ſupplicium fuſtium. Qua dictione Cicero & Liuius utuntur.

Fuſtudiæ. pe. pro. pro ergaſtulis & inſulis, q̃ ergaſtula nominãtur, q̃ ſerui in ergaſtulis fuſtibus contunduntur.

Futo. as. redarguo. a quo cõfuto, & refuto. Vide in dictione refuto. Cato. Futauit uſus eſt ſæpius, pro ſæpe fuit.

Futio, futis, effluo, a quo cõponit effutio, de quo alibi.

Futile pe. cor. quod facile funditur. Vñ fas futile, qd̃ erat latiſſimi oris, ex altera parte arctũ, qd̃ ſtatim poſitum effundebat. Vtebant̃ eo in ſacrificiis deæ Veſtæ, quia à qua ad ſacra hauſta, in terra non ponit̃. Qd̃ ſi fiat, piaculum eſt. Vñ excogitatũ uas eſt, quod ſtare nõ poſſet, ſed poſitum ſtatim effunderet̃. A quo futiles dicti ſunt, qui continere tacenda non poſſunt ſed ea effundunt. Apul. Leuis homo, & futilis, ac rimaq̃ plenus. Sciendũ q̃ noĩa uerbalia uel participialia in ilis deſinentia triũ generũ ſunt pe. cor. ut fero fertilis, utor utilis, uolo uolatilis, textus textilis, alt⁹ altilis, fictus fictilis, futio futilis.

Futuo, tuis, tui, tutum, obſcœnũ uerbũ, qd̃ a futio deduci uidet̃. Cũ nihil aliud ſit futuere, q̃ ſemẽ effundere.

Futinus erat deus, in cuius ſinu pudendo nubentes ꝓſidebant, ut illaq̃ pudicitiam ꝓior deus delibaſſe uideret̃.



Littera muta eſt: q̃

in uerboꝝ ꝓteritis mutat̃ in ct, ut legor lectus, agor actus. Aliq̃n in s, ut ſpargo ſparſi, mergo merſi. Aliq̃n in x, ut rego rexi, pingo pinxi. Apud græcos, qd̃ illi per c ſcribunt, q̃nq̃ nos per g ſcribimus, ut κυκνὸς nos cygnus, illi κόβιον, nos gobius, uel gobio.

Gaba, per ſimplex b, teſte Ioſepho lib. v. antiquitatum Iudaicarum, Galileæ oppidum eſt.

Gabba, per duplex bb, Syriæ urbs eſt.

Gabaon olim metropolis, & regalis ciuitas Euhoꝝ, & nũc (ut refert Hiero.) oñdit̃ uilla eodẽ noĩe in quarto miliario Betelis, cõtra occidẽtalẽ plagã iuxta Rhamã ubi Salomon oblatis uictimis diuinũ meruit oraculũ.

Gabaonitæ, pe. pro. ſunt populi Gabaon habitantes.

Gabatæ pe. cor. uaſa concaua, eduliis, pulmentariiſq̃ aptiſſima. Mar. Tranſcurrunt gabatæ, uolantq̃ lances. Et alibi. Sic implet gabatas, paropſideſq̃.

Gabalus pe. pro. apud ueteres crux, ſiue patibulũ dicebatur. Var. Nos barbari, q̃ innocentes in gabalũ ſuffigimus hoĩes, uos non barbari, q̃ noxios abſoluitis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Gabalum pe.cor.oppidum Auernoꝝ in Gallia Aquitana, Narbonensi terræ proximum. Hinc Gabali populi apud quos olim fiebat optimus caseus.

Gabii.orum. Volscoꝝ urbs fuit.lxx.milibus passuum ab urbe distans,a galacto,& Bio fratribus siculis condita ut scribit Soli.ubi latomiæ,plusq̃ reliq lapides Romæ suppeditãtes. Hic gabini dicti sũt hoies gabiis habitan

Gabinus.pe.p.toga,q̃ sicut docet Ser.sic in tergũ (tes: reiecta est,vt vna eius lacinia a tergo reuocata,hominem cingat.Quo uestimenti genere utebatur consul, bella indicturus.

Gabriel hebraice,latine fortitudo dei dicitur.

Gabieni ligures uesuli montis accolæ.Vnde origo padi.

Gaderes ciuitas Syriæ, non longe ab Ascalone.Ex qua Theodorus rhetoricæ præceptor,qui Strabonis ætate floruit,gadareus dictus est.

Gades duæ insulæ sũt,& utranq;, tam singulari numero gaddem,quam plurali gaddes appellamus. Et sunt in fine Bethicæ prouinciæ,& in extremo nostri orbis uersus occidentem,ubi Europa ab Africa dirimit. Vocabulum pœnum est,qd septũ indicat, eo p in morẽ sepis circundet.Gadis maior insula, quã alii Erythream qm̃ Tyrii ab origine eoꝝ orti, ab Erythreo mari ferebant. Alii Aphrodisiã, qdam Iunonis insulã uocauere Distat a Calpe.dccl.stadi. interuallo,parua qdem insula,sed uiroꝝ dignitate excellens,in qua equestris ordinis Gaditanos qngentos in uno cẽsu numeratos aliqñ fuisse cõpertum est in uno, atq; perexiguo oppido qd Gaddium uocabat. In hac insula Geryones habitauerunt. Gadis minor insula habet oppidum ciuium Romanoꝝ,quod Iulia appellatur. In Gade erat templum Herculis honoratum, in quo quidam columnas illas esse existimant, quæ Herculis columnæ nuncupantur. Sunt autem ex ære cubitorum octo.

Gadditanus.a.um.possess.ut mare Gaditanũ.Et gadditanæ puellæ dñr libidinosæ.procaces. Mar. Tã tremulum crissat tam blandũ prurit, ut ipm Masturbatorẽ fecerit Hippolytum. Gadditani oriundi sunt a Tyriis. Vnde Luc.Tyriisq; a gaddibus hospes.

Gaddir,neutri gene: urbs opulenta in gaddibus, de qua Prisc.ia.lib.v.ait.Vt alii tradiderunt Tartessum Hispaniæ ciuitatem,quam nunc Tyrii mutato noie Gaddir habent.Rufus Festus in descriptione orbis,Gaddir prima fretũ solida supereminet arce,Attollitq; caput geminis inserta colũnis,Hæc Cotinussa prius fuerat sub nomine prisco,Tartessumq; dehinc Tyrii dixere coloni.Barbara quinetiam gades hanc lingua frequentat, Pœni quippe locum Gaddir uocant undiq; septum. Suidas. γάδειρα, τόπος καλὰ τὴν ἐσπερίαν μοῖραν, μέχρι τούτων ἐλθὼν ὁ ἡρακλῆς, ἠμὴ δυνάμενος πλεῖν, στήλας πρὰ τῶν ἑγχωρίων λαβὼν ἱδρύσατο.

Gætulia pars Aphricæ, quæ proximos habet Garamantas.Dicta Getulia a Getula Vulcani filia.

Gætulus pe.pro.Vir.li.iiii.Destruat ut captam ducat getulus Hiarbas.Iuue.Cũ getula ducẽ portaret belua luscum. Oui.Quid dubitas uinctã getulo tradere Hiarbæ,Getuli Aphricæ ppli sunt. Aphricã initio lybies habuerũt,deiñ aphri,postea getuli,postremo Numidæ.

Gagates seu gages nomen fluuii in Sicilia, & nomen lapidis p̃cios,in eo primũ repti, q̃uis etiã i Anglia abundet.Hic lapis,q̃uis rudis,& rusticus uideat,diuini tãscio qd in se hẽt,ignẽ emñ alit in laternis, quẽ solo oleo licet extingui.Si qs aũt aquã, & eius lapidis frustula biberit, si carnis senserit maculas, extẽplo emingit, neq; cohibere urinã põt.At si uirgo non cogit meiere.

Gagas in lycia haberi constat oppidum ab amne gaga, ubi & gages lapis inuenitur. Diosco. Amnis a quo lapis nomen habet gages appellatur.

Galaad,mons est,a quo ciuitas in eo condita sortita est uocabulum,quam & accepit de Amorreorum manu galaad filius Machir filii Manassæ.

Galactopotæ,pe.cor.dicuntur lac potantes. Colu,li.viii. Quibusdam nationibus frumenti expertibus uictum commodat,ex quo nomadum, Getarũq; plurimi γαλακτοπότωι dicuntur.

Galateia,nympha fuit, quam Polyphemus amauit,ut inquit Ouidius.

Galata oppidum Aphricæ,cuius terra scorpiões enecat

Galba uermiculus miræ exilitatis,qui nascitur in æsculis a quo qui primus Sulpitioꝝ cognomẽ Galbæ tulit ab exilitate ita uocitatus est,quanq̃ alii ecõtrario, p pinguis fuerit nominatum scribunt.Talem enim Galli uocant Galbam. Alii, p oppidum Hispaniæ frustra diu oppugnatum, illatis demum galbano facibus succenderit. Nonnulli, p in diuturna ualitudine galbeo, hoc est remediis lana inuolutis uteretur.Alii a colore auis,q̃ galbula dr̃, galbas appellatos dicunt.

Galanthis.idis.mustela, a qua piscis quidam dictus est, hæc & gale dicitur,& galeus.

Galbanus pe.cor.fœ.ge.& Galbanũ neutri succus est,siue lachryma cuiusdã herbæ,similis ferulæ, q̃ in ipso fruti ce in æstate prumpit, nascit in nicomedia & syria & multis est apta medicaminibus.Græci χάλβανον dñt p ch,nñ uero ch,in g, conuertunt. Hiero. in eccle. Et ãsi styrax,& galban9 & ungula,& gutta. Luc.li.ix. Hic ebur lum stridet, peregrinaq; galbana fudant Galbanũ in Syria gigni,testis est Pli.li.xii. Qd sinceꝝ si uret, fugat nidore serpentes. Est etiã hoc noie genus uestimẽti de licatoꝝ,a colore albo,ac sublucido, p nullos hẽt pilos Iuue.Cerulea indutus scutulata,& galbana rasa.

Galbanatus nomẽ sibi pticipio formauit Mar.qd ẽ galbano indutus.Accipiq; p hoie molli,& effœminato.

Galbinus.a.um.pe.pro.mollis & lasciuus.Mar. Galbinos habet mores.Tunica quoq; galbina a colore dicta est. Flauius Vopiscus in Aureliano. Inter hæc fuit tetricus chlamyde coccea, tunica galbina.

Galbuli pilæ cupressi.Var.li.i.de re ru.Quædã ad orientẽ sunt,usq; adeo parua,ut sint obscura,ut cupressi.Nõ emñ galbuli,q nascunt.i. tanq̃ pilæ paruæ cortice id semen, sed his intus primigenia semina dedit natura. Galbulus etiã auis,q & galbula & icterus dr̃. Mar. Galbula decipitur calamis & rætibus ales.Apud nostrates galberius uocatur.

Galbula.æ. Vide in Galbuli.

Galbeum,ornamenti muliebris genus.

Galbaneus mali odoris.

Gale mustela.Arist.li.de aĩal. Gale quotiens dimicatura cũ serpẽte est.Pli. Mustelæ cũ anguibus uisæ sunt pugnare,quotiẽs ictæ sunt rutæ foliũ morsu apphẽderes,

Galeus piscis,qui a nostris etiã mustella dr̃. Pli. Pastina-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cam piſcem uenenatum perſequitur galeus.
Galea caſſis,a galero,quo multi ueteres uſi ſunt, a qua galeati dicuntur,qui galeis armati ſunt.
Galeola uas ſinuoſum,a galeæ ſimilitudine dictum.
Galeotæ,nō mō ſtelliones appellanť, ſed & uates quidā in Sicilia,& Attica a Galeote Apollinis filio, q̄ fī Telmeſſi eius tradiť,q̄ Telmeſſum urbē in Caria cōdiderit,oraculo ex Dodone accepto. Vñ Ælia. ſcribit Dionyſ.tyrannum Galeotas ſolitum conſulere in Sicilia.
Galerus,& galeꝫ pe.pro pileus rotundus,q̄ in modū galeæ eſſet factus,ut inq̄t Var. Sta. Et temperat aſtra galero. Accipiť interdū ꝓ coma aliena, quā ad galeri effigiem formatā,capiti ita aptare ſolemus,ut internoſci non queat. Hoc apud Sue. in Cali. capillamentū noiať. Huius diminutiuum eſt galericulus.
Galerita pe. ꝓ.auis q̄ nūc alauda dī a galeri ſimilitudīe. Var. Galericū appellat,q̄a plumā elatā in capite hēt.
Galeſus,pe.pro.fluuius iuxta Tarentum. Vir. li.v. Qua niger humect at flauentia culta Galeſus.
Galena liquor qui in fornacibus remanſit, nam primus liquor qui fluit ſtagnum appellatur, ſecundus argentum. Pli. galenam uocari tradit uenam plumbi argentiq̄ communem, quam & Molybdenam nuncupant.
Galgulus auis genus quæ cum aue cui nomen eſt crex gerit inimicitias Et Eſt. turture maior.
Gallus aduleſcentis nomē deum matri dilecti cum forte nimis offenſam contraxiſſet actus furore pudenda ſibi abſcidit,& ad Terian phrygiæ fluuium conſedit, q̄ poſtea gallus ab eo dictus eſt,ut Polyhiſtor refert. Ab hoc amne berecynthiæ ſacerdotes galli dicuntur,cuius aqua epota mentem mouet. Ouid. in Faſt. Inter ait, uiridem Cybelen,altaſq̄ Celænas Amnis it inſana nomine gallus aqua. Qui bibit inde, furit. Et gallus gallinaceus nocturnus uigil,quē excitandis in opera mortalibus,rumpendoq̄ ſomno genuiſſe prouidentia diuina uidetur. Eſt & nomen gentis,& nomen uiri propriū & fortunam corporis ſignificat ut inquit Quinti. i. caſtratum. Nam tales erant galli ſacerdotes,de q̄bus Aug. li. vii. ciui. dei refert,q̄ ideo matri deum abſciſſi ſeruirent,ut ſignificareť eos qui ſemine indigeāt, terram ſequi oportere,quæ mater deum nominatur.
Gallus.a.um. quod ex gallia eſt. Vnde galli dicti ſunt, q̄ ex gallia originem habent.
Gallia, regio Europæ a candore populi dicta. Gala emī lac latine dicitur. Nam montes & rigor cæli ab ea parte ſolis ardorem excludunt,ut non eorum corpora colorentur,quæ triplex eſt tonſa .ſ. ſiue togata, comata, & bracata. Gallia togata dicitur ciſalpina,ut Plin. li. iii. ſcribit. Mar. Gallia romanæ nomīe dicta togæ. Comata cognominatur omnis tranſalpina gallia, quam in tria populoꝝ genera hiſtorici diuiſerunt Belgicā, Celticam, Et Aquitanicā,q̄ Remonica ante dicta eſt. Nā a ſcalde ad ſequanam Belgica. Ab eo ad Garumnam Celtica, eademq̄ Lugdunenſis. Inde ad Pyrenei mōtis excurſum, Aquitania. Auguſtus quadrifariā diuiſit ad dita Lugdunenſi ꝓuincia. Ammianus in multiiugas ꝓuincias diuiſit, utpote qui primam & ſecundam Lugdunenſem,& primā & ſecundam Aquitanicam faciat. gallos celtas a noīe regis dictos,ab eius matris uocabulo Galatas ſermo græcus appellat. Narbonenſis uero ꝓuincia appellaťpars galliarū. Braccata aūt dicta eſt a genere ueſtiū. A gallia ſit gallus,a.um. de quo ante.
Gallicus,ca.cum. quod ex gallia eſt,ut arma gallica.
Gallica genus terræ quod margon Pli. appellat qua gallia & britannia utuntur.
Gallicanus.a.um. idē quod gallicꝰ, ut gallicanæ ueſtes.
Gallius.a.um. quod eſt ex gallia. Salu. lib. iiii. hiſto. Duæ galliæ mulieres conuentū uitantes ad menſtrua ſoluēda montem aſcendunt.
Gallogræcia Galacia dicta eſt,a quo gallogræci. Nā cū galli multitudine abūdantes,relicto natali ſolo Italiā inūdaſſent,græciā impleuerūt,Macedoniā occuparūt, in Aſiā tranſierūt duce Leonorio,qui gallogræciā mixto ex gallis,græciſq̄ uocabulo cognominauerunt.
Gallicia regio hiſpaniæ,q̄,ut Iuſti. refert, a Teucro Telamonis filio condita eſt.
Galacia græce γαλατία ꝓ ſimlex l. regio minoris Aſiæ. Hæc ab oriēte cappadociā, & halym fluuiū, ab occidēte bithyniā,& Aſiam,a meridie Pamphiliā, a ſeptentrione pontū euxinū habet, quā olim galli ex europa uenientes habitarūt,unde gallogræcia poſtea dicta eſt.
Galatæ pe.cor. populi qui galaciā habitāt. Hi primo gomoritæ dicti ſunt a Gomer Iaphet filio, ut Ioſephus li. i. refert,& fratre Aiacis. qui ad ea loca ueniēs, ibi ſedes poſuit,nuncupata eſt.
Gallina auis nota,a quo nomīe dicuntur adiectiua quæ ſequuntur.
Gallinacius,a.um,quod ex gallinis eſt, ut pullus gallinaceus. Var. Gallinaceis emī pullis bis deni dies opus ſūt, pauoninis ter noueni.
Gallinaceus ſubſtantiuū ipe gallus. Peſcēninus niger ob unius gallinacei direptionē decē cōmanipulares, qui raptum ab uno comederāt,ſecuri pcuti iuſſit. Sic gallinacea pro gallina. Var. Si oua gallinis pauonina ſubiicies, cum iam decem dies fouere cœpit gallinacea tū deniq̄ ſubiice,ut una excludant.
Gallinarius,& gallinaria, qui uł quæ gallinas curat. Pli. li. x. Tradiť quædam ars gallinarii cuiuſdam dicentis, q̄d ex quaq̄ eſſet. Var. Inter duas oſtiū ſit,qua gallinarius curator earū ire poſſit. Et gallinarius qui quæſtus cauſa alere gallinas multas ſolet.
Gallinaria inſula eſt in mari Thuſco,ſcd̄m italiā,contra mōtes liguſticos,uigī timiliū Albinga unū. Aliis ab his uillaticis inuectis,a nautis,ibi feris factis īuſitatis, ut inq̄t Var. li. iii. de re ruſt. a gallinis ruſticis appellata. Eſt & ſylua gallinaria Cumis uicina,de q̄ Cice. ad Petū. Q. Ceparius obuiam mihi fuit in ſylua gallinaria. De hac Stra. ſic ſcribit. Hoc quoq̄ ī ſinu fruticoſis uirgultis frequēs,& arboribꝰ ſylua ē multis porrecta ſtadiis, a quarū
Gallinariū locus,in quo moranť gallinæ. (indiga.
Colu. li. ix. Gallinaria cōſtitui debēt parte uillæ,quæ hibernū ſpectat orientē. Græci auctore Polluce petaurū, uulgus a pullis gallinaceis pullarium appellāt.
Galliciniū,pars noctis appellata eſt,qua galli cantant,q̄ eſt quarta caſtrenſis uigilia.
Gallo,gallas. inſanio. Varro. Et deam gallantes uario retinebant ſtudio.
Gallulo,as.pe.cor.pubem emitto, a quo gallulaſco, pubeſco,quod pubeſcentes uocem grandiorem, ad gallinacei ſimilitudinē faciant. Neu. Cuius uox gallulaſcit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Galla fructus quercuũ. Græci quoq; gallã lac nominãt. Vñ & galli ꝑm aliquos dicti ſunt, quaſi lactei Gallã bibere, ac rugas cõducere uentri, ait Lucil. q.d. parſimonia eſſe utẽdũ, neq; gulæ indulgẽdũ, uẽtréq; coarctãdũ.

Gallaici, ſiue galleci hiſpaniæ populi ſũt, gallis finitimi. Mar. Nec quæ gallaico linuntur auro.

Galilæa, nomen duarũ regionũ, ex q̃bus una galilæa gẽtiũ uocat, uicina tyriorũ finibus, ubi & Salomon xx. ciuitates donauit Hyrã regi Tyri in ſorte tribus neptalim. Altera galilæa dr̃ erga Tyberiadem, & ſtagnũ genesareth in tribu zabulon. Galilea teſte Pli. Syriæ Arabiæ, atq; ægypto coniungit, terra ferax.

Galenus triũ ſyllabarũ nomẽ medici excellentiſſimi ex Pergamo Aſiæ urbe, qui uulgo Galienus dici ſolet barbare, & ĩcepte, nã ἑλλωισὶ παλλωὸσ λέγεται, ἀπὸ τ̃ πάλακτος, ὡς ἐγὼ οἶομαι ῥυτέσι λδυκότητος. Floruit tempibus Marci, & Cõmodi imperatorũ. Multa cõpoſuit in medicina, philoſophia, grammatica, & rhetorica. Quo nomine etia dictus eſt imperator Romanus.

Gallumbri populi, qui nunc Romandioli uocantur.

Gamma græce, latine lr̃a γ. quæ apud nos ſignificat g.

Gamale, pe. cor. urbs ĩ Iudæa. Ioſephus. Syriæ habitatio quædã fuit gamale. Sueto. in Tito. Gamales appellat, Tarichiam inquit & Gamalem urbes ualidiſſimas Iudææ in poteſtatem redegit.

Gãmarus, pe. cor. aquaticũ aĩal ſimile cancri, uel ut quidam putant ipſe cancer, cui bina brachia denticulatis forpicibus, ad caput porriguntur, concoctus fit rubeus. Mar. Concolor in noſtra gammare lance rubes.

Gamos græce, latine nuptiæ. Hĩc cõpoſita fiũt. A gam⁹, Monogamus, Bigamus, Digam⁹, Trigam⁹, Quadrigamus, Octogamus. Hie. contra Io. Non dãno digamos, immo nec trigamos, & ſi dici poteſt octogamos.

Gammoides ferrum quo utuntur chirurgici ad extrahendum pus.

Gamphaſantes ꝑpli in Libya, ſine ullis ueſtibus uiuẽtes, qui ſicut ſcribit Pompo. a ꝑliis abſtinẽt, cũ nec tela iacere, aut uitare noſcant. Ideoq; obuios fugiunt.

Ganea, æ, & Ganeum lupanar meretricũ, guloſoq; diuerſoriũ, & popina, q̃ ſcilicet ſit in terra, non ut cœnacula ſupius. Eſt eñ locus abditus, & uelut ſubterrane⁹ uinolentiæ, & libidini aptus. Terẽ. in Adel. Vbi ego illũ quæram? Credo abductum in Ganeũ. Colu. in ꝓlogo. Mox deinde, ut apti ueniam⁹ ad ganeas, quotidianã laconicis cruditatem excoquimus. Pli. tñ uidet̃ innuere popinas eſſe, in quibus unctiora edulia conficiebant̃, & pro ipſa ingluuie cibarii iſq;. Ait eñ de porco lib. viii. Neq; alio ex animali numeroſior materia ganeæ.

Ganeones, elũones, qui ganea frequentant. Iuue. Sed laudem ſiliquas occultus ganeo, pultes.

Ganonia ſuauitas corporis, & Ganaſtẽ gaudere, diſſoluĩ, formæ ſtudere.

Ganges, is. & gangetis. Indiæ fluuius maximus, qui uniuerſam circuit Indiã ſecũ aureas arenas trahens. Alio nomie Phiſon a græcis dictus, de Paradiſo exiens, quẽ alii incertis fontibus, ut Niſum, rigantẽq; uicina eodẽ modo ferunt. Alii in Scythicis naſci, ipſamq; Indiã ſecare dixerũt, fluereq; in eum triginta amnes. Minima gangis latitudo ꝓ octo millia paſſuũ, maxima per xx. patet. Altitudo, ubi uadoſiſſimus eſt, menſurã centum pedũ implet. Dictus ganges, a Gange Æthiopum rege, ut ait Suidas. Oui. lib. iiii. Meta. Decolor extremo qua cingitur India gange.

Gangeticus. a. um. poſſeſſiuũ a gange. Colu. li. ix. Iã nunc gangeticas, & Ægyptias auis temulẽter eructãt. Arria. li. v. de geſtis Alexandri Magni, θν τάξιλα ὁ ἀλέξανδρος ἀφίκετο πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, τὴν μεσόγειον τῶν μεταξὺ ἰνδῶν τε ποταμοῦ καὶ ὑδάσπου, καὶ ἐκεῖ ὁ πόρος βασιλεὺς ὃς ὀξῶν ἀλέξανδρον.

Gange. es. eſt urbs Indiæ regia.

Gangaridæ (ut inquit Curtius) populi inter Aſſyrios, & Indos, iuxta Gangẽ, qui nouẽ oſtiis effluit.

Gangræna cũ diph. caro emortua ex ulcere, uel inflãmatione, ac rubore. Subalbeſcit aũt primo, demũ atra fit ſenſu amiſſo in ꝑminẽtibus mẽbris, id eſt inter ungues & alas, & inguina. Et in ſenib⁹ fere, atq; his, quoq; corp⁹ mali hit⁹ ẽ. Luc. li. i. Saty. Serpere uti gangræna malo.

Gangilion, ſiue ganglion, genus morbi in capite, cũ humor quidã includit̃. De quo Colu. li. vii. Eſt & gangliõ (ut docet Pau.) neruĩ alicuius, uel exitũ, uel ex laſſitudine cõtortio. Multis quidẽ oĩno ꝑtibus corpis, ſed ꝑcipuę mollibus, ut in extremitate manuũ, atq; pedibus.

Gannio. is. iui. uel gannii, itũ. Proprie canes dicunt̃ gannire cũ metuunt plagas ſummiſſo corpore. Inde gannitio & gannit⁹. Var. Aſinos rudere, gannire canes, pullos pipare dixit. Lucre. Longe alio pacto gannitu uocis adulant, & cũ deſerti baubant̃ in ædibus, aut cũ plorãtes fugiũt ſummiſſo corpe plagas. Et gãnire obmurmurare. Perſi. Secretã gannit in aurẽ. Afra. Gannire in aurẽ nunq̃ didici. i. maledicere. Huius cõpoſitũ eſt oggãnio, quod eſt in aurẽ ſecreto loquor, & ueluti ĩmurmuro. Apul. lib. ii. In aurem mulieris oggannit. Aliq̃ multũ dico, inculco. Plau. in Aſi. Cui nunq̃ unã rẽ me licet ſemel præcipere fieri, quin centies eandem imperem atq; ogganniam.

Gannitus. us. ipſa uox, quæ & Gannitio dicitur. Aliquando uox appellatur.

Garamantes, populi Libyæ, Pſyllis finitimi, a Garamãte Apollinis filio cognominati, qui ibi Garama oppidũ ex ſuo nomine condidit. A quo garamantius. a. um, & garamantis, idis. Fuit & alius garamantes rex, cuius filiã Garamantida Iuppiter apud Bragadem fluuiũ cõpreſſit, & ex ea genuit Hiarbã.

Garganus pe. pro. mons in Apulia. Luc. li. v. Apulus adriacas exit Garganus in undas.

Gargara pe. cor. mutatiõe litteræ, a κάρα, κάρας. i. caput capitis. i, altitudis altitudo κάρκαρα capita. Vnus eſt ex collibus montis Idæ. Eſt & oppidũ huius nois poſitũ in imis radicibus Idæ mõtis. Et defluẽtibus inde humoribus gargara irrigant̃, fiũtq; feraciſſima. Apud hãc ciuitatẽ tãta erat frugũ copia, ut qui magnũ cuiuſcũq; rei numerũ uellet exprimere, ꝑ multitudine ĩmenſa noãret. Vñ Oui. Gargara quot ſegetes, quot habet methymna racemos. Dr̃ & gargarus numero ſingulari. Strabo. li. xii. Gargarus in ſupioribus Idæ partibus locus oñditur, a quo Gargara dr̃ Æolica ciuitas. Græci γάργαρον neutro gñe dr̃. Sũt & gargara in Myſia. Sũt q gargar⁹ dici uelint, ἀπὸ τ̃ γαργαρίζειν τὰς πίτας, id eſt ab emittendis fontibus. Ouid. Creberrima fontibus Ida.

Gargariſſo, as, ſicut ſonat. Pli. lib. xx. Sedat anginas, cum melle

melle, ac hyſopo, ex aceto gargarizatū. Apud græcos γαργαρίζω. Fit aūt gargarizatio ī ſummo gutture. Et gargarizare, ſæpe ad gurgulionē. i. guttur reuocare. Et duplici mō conſtruiť. Nā res qua ſæpe guttur alluiť in ntō, plærunq; in abltō poniť. Pli. li. xx. Voci ſuccus ſub certamine utilis, & qui gargarizať una tumente adie/cta mēta. Cel. li. iiii. In uetuſto capitis dolore cōmunia ſternutamenta excitare, inferiora uehementer refrica re, gargarizare his, quæ ſaliuam mouent.

Garrio. is. garriui, uel garrii, tum, inepte loquor. Cic. li. ii. de ora. Nā & ſæculis multis ante gymnaſia inuēta ſunt q̄ in his philoſophi garrire cœperint.

Gariophylū, flos garofol⁹ nomē nec græce nec latīe hēt.

Garruli proprie dūr (ut inqt) Aug. qui uulgo uerboſi appellanť accedente lætitia, nec ualētes nec uolentes tacere. Et garrulæ dūr aues canoræ, & hilares. Vir. Gar rula quem tignis nidum ſuſpendit hirundo. Garrulus etiam dť cordatus. Var. In hac ciuitate tum regnabat Dionyſi⁹ hō garrul⁹, & acer. (tatis dicētes o fortuna.

Garridito. as. pe. cor. idē qd' garrio. Var. Quid nā garridi/

Garum, apud Colu. liquamen eſt ex piſce factum.

Garumna fluuius, ex tribus amplificatus amnibus per bi turiges, & ſantones, gallicam utranq; gentem efluit. Eſt eñ in Gallia Narbonēſi terminās Aq̄tanos. Diſtat a Narbone ſtadiis octingentis. Delabiť ex Pyrenæo, & in oceanum excurrit. (accipiunt.

Gaſter, ſeu gaſterium, genus uaſis, cui⁹ formā alii aliter

Gaſtrimargia penul. acuta, nimia īgluuies, ut Apud Ari ſtotelem in Ethicis. Gaſtrimargus, guloſus.

Gaudium, eſt affectio alicuius p̄ſentis boni opiniōe cō cepta, & ꝓprie cū exhilarať animus aliqua re, neq; tñ ita ad exteriora diffundiť ultra modū, ut facile appareat Lætitia uero cū ita mouet animū, ut etiā ad exteriora egrediať, & maxīe in uultu. Hic dñt Stoici gaudiū ī ſapi entē cadere poſſe, læticiā nō poſſe. Dictum gaudiū q̄ſi gauriū, græci. n. γαυρὸν lætū dñt. Ex quo fit dimi. Gaudi olum, & Gaudiloquus, pe. cor. q cū gaudio loquitur.

Gaudeo. des. gauiſus, gaudium habeo de bono proprio. Quandoq; etiam de bono alterius, ſed intrinſecus. Læ tari uero extrinſecus. Conſtruiturq; uariis modis. Nā quandoq; abſolute, ut Gaude, & lætare. Quandoq; cū datiuo. Cice. Mihi gaudeo, tibi gratulor. Quandoq; cū ablatiuo. Virgi. Numero deus impare gaudet. Quan/doq; cum ablatiuo mediante in. Cice. Lentu. In mole ſtia gaudio. Quandoq; mediante de. Hiero. ad Helio. Gaudebo de aſcenſu, ſed timebo de lapſu. Aliquando gaudere, eſt ualde ſeu cū delectatione, quod uulgo dici ſolet godere, & conſtruiť cum actō. Hiero. in prologo Iob. Beatū Iob, qui adhuc apud latinos iacebat in ſter core, & uermibus ſcatebat erroꝛ, integrū immacula/tumq; gaudete. i. cū gaudio perguſtate. Terē. in Adel. Hunc ſcio mea ſolide ſolum gauiſuꝛ gaudia. i. pergu/ſtatuꝛ. Cice. Peto. In theatrum Curionis Hortenſius introiit, puto ut ſuum gaudium gauderemus. Aug. li. viii. confeſ. imperſonaliter uſus eſt. Qñ inquit, cū mul/tis gaudetur, & in ſingulis uberius gaudium eſt, quia feruefaciunt ſe, & flammantur in alterutro. Et alibi. Multum inter ſe hæc duo gaudia differunt, ſuntq; in/ter ſe oīno contraria. Quandoq; gaudeť in ſæculo, nō gaudetur in domino. Hui⁹ uerbi compoſita ſunt Ad, gaudeo qd' eſt quaſi applaudo. Lac. lib. iiii. Ego erā cuī adgaudebat, hoc eſt quaſi applaudebat. Congaudeo, ſiī gaudeo. Amb. Cōgaudete mecū, & cōgratulamini.

Gaudeo uoti, ſignificat ex anio gaudeo te uoti compo/tem factū eſſe. Apul. li. i. Sed qd iſtud ſ uoti gaudeo.

Gaudere in ſinu, puerbialis locutio eſt quā & poetæ uſur pant, quod ſignificat ſecū, & cū ſuis lætari. Cice. l. b. iii. Tuſ. Quoniā plauſibilia nō hæc ſunt, ut in ſinu gaude/ant, glorioſe loqui deſinant. Tibul. Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu. Prop. In tacito cohibe gaudia clauſa

Gaudimoniū pro gaudio uſurpať. Hie. in phe (ſinu. mio prophetarū, Gaudimoniū eius erit in luctum.

Gauleon, teſte Solino mons Libyæ obiacens, in qua ſer pens neq; naſciť, neq; inuectus uiuit, puluiſq; eius quo/cunq; gentiū iactus, angues, & ſcorpiones perimit.

Gaulus, nauis genus paruæ, & rotundæ.

Gaurus, mons Campaniæ.

Gauſape pe. cor. militare ſtramentū utrinq; uillos habēs uel una tātū parte, quod pro lecto in caſtris ſternebať. Pli. li. viii. Antiquis torus e ſtramēto erat, qualis nūc in caſtris gauſape. Nūc poniť pro pāno, quo mēſa ſteruī tur. Declinať aūt hoc Gauſape. Antiqui hic gauſapes, & hæc gauſapa, & hoc gauſapū, vñ in plurali hæc gau/ſapa. Perſi. Iam chlamydes picti, iam lutea gauſapa ca ptas. Caſius ad Mœcenatē. Gauſape purpureo ſalutať.

Gauſapina, pe. cor. genus ueſtis. Martia. Menſe uel augu ſto ſumere gauſapinas.

Gaza, dictio perſica, & numero ſingulari ſignificat oīē quod poſſidemus. Pom. Mela. Gazā perſæ ærarium uo cent. Cur. Igitur quaſi parū munimentis oppidi fidēs, ante ſolis ortum pecuniam regiam (gazam Perſæ uo cant) cum præcioſiſſimis rerū efferri iubet, ſimulans fugam. Inde nomē eſt Gazæ ciuitati, eo q Cambyſes il luc belli, & opes, & pecuniā intulerat. Hæc eſt Euehorū ciuitas, in qua habitauere Cappadoces priſtinis culto ribus interfectis. Apud ueteres terminus erat Chana/neorū iuxta Ægyptū, cecidit q; in ſortē tribus Iudæ, & vſq; hodie inſignis ciuitas Palæſtinæ, ut ſcribit Hiero. A qua Gazæus. a. um. quod eſt ex Gaza urbe.

Gazæus, a. um. Vide in Gaza.

Gazeticus, a. um. poſſeſſiuū. Sido. ad Fauſtum. Vina mi hi nō ſūt gazetica, chia, falerna. Suidas. γάζα ἡ θησαυρὸς λέξις μηδικὴ, ἡ πόλις ἄλλως ἐστὶ φοινίκης, πολίτης πεζάιος.

Gazophylacium cum c. nomen compoſitū ex dictione perſica, & græca φυλάττω, vel φυλάσσω λέγεται, quod ē cuſtodio, quaſi locus ille dicatur eſſe, in quo opes recō duntur. Augu. in Pſal. Gazophylaciū arca, ubi collige/banť ea, quæ ad indigentiā ſeruorum dei mittebantur. Amb. in Epi. ad ſtudium. Quid eſt Gazophylaciū? Col latio fidelium, ſumptus pauperum, requies egenorum, iuxta quod ſedens Chriſtus, ut habetur ſm Lucam, duo æra mulieris uiduæ, diuitum muneribus cenſuit præfe renda. Significat & capſam, qua res p̄cioſiores, & ſecre tæ in primis ſcripturæ ſeruantur. Vnde ſcrinarii, ſecre tarii quos etiam aſecretis dicimus.

Ante E

Geomātia, p. acuta diuinatio ex terra. γαῖα ἡ μαντεία.

Geometer, & geometra penul. cor. terræ menſurator. Græci γεωμέτρης, μέτρον menſura.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Geometria.terræ mensuratio dicitur.Et geometria quidem scientia est mathematica,sicut astrologia, musica,& arithmetica,quæ in nūeros, ac formas diuisa est, quam oratori necessariam esse autumant eruditi.

Georgius, nomen uiri proprium quod apud nos colonus significatur.Georgia agricultura.

Georgica,quæ ad agrorum cultum pertinēt, ἔργον opus γαίας terræ.

Georgi,populi Scythici agros incolentes.

Gebalena,regio in finibus Eleutheropoleos.

Gebanitæ inquit Pli.li.xii.populi quorum caput Thōna. Vnde genus myrrhæ Gebaniticum.

Gebusæus,filius Chanaan,a quo Gebusæi dicti sunt,qui Hierusalem inhabitauerunt.

Gebenna mons,qui hodie dicitur mōs Cineuere. Luca. Caua pendentes rupe Gebennas.

Gedeon,nomen propriū iudicis Israel,qui Oreb,Ceb Cebea & Salmana interfecit.

Gedrosia,regio maioris Asiæ.

Gehenna hoc nomen propriū,inquit Hiero.primū a salua tore nostro ponitur.Quæramus, quæ sit sermōis huius occasio,Erat idolū, bahal iuxta Hierusalem ad radicē montis Mora, in quibus Siloa fluit. Sed notandū est,q̄ idolū producit pe.contra consuetudinem ignari uulgi,nam græce scribit̄ per ω mega,& ει diphthongū in principio.Si qs aūt corripiat,ut ille. Idola dicta dei, barbare loquit̄,& fatue pronūciat. Hæc uallis,& parua campi planicies irrigua erat,& nemorosa, plenaq̄ deliciis,& lucus in ea idolo cōsecratus. In tantā aūt populus Israel uenerat dementiā,ut deserto templo,uicinia ibi hostias īmolaret,ut rigorē religiōis deliciæ uincerent,filios suos incēderēt dæmonibus,uel initiarent,Et appellabat̄ ipse locus Geennō.i.uallis filiorum Ennon. Hoc regum uolumē & Paralipomenon, & Hieremias plenissime scribūt.Et cōminat̄ deus se locū ipsum impleturū cadaueribus mortuorū, ut nequaq̄ Tophet, & Baal,sed uocet̄ Polyandrū.i.tumulus mortuorū.Futura ergo supplicia & pœnæ ppetuæ, quibus peccatores cruciandi sunt,huius loci uocabulo denotant̄.Duplicē autem esse gehennam nimii ignis,& frigoris in Iob plenissime legitur.

Gela, fluuius in Sicilia, dictus ab atra nimiaq̄ nebula quam exhalat.Caliginem enim siculi gela uocāt. Alii ab hymari filio Gelono ex Etna suscepto. Ab hoc amne,Gela urbs nomen habet. Virgi.libro iii. Immanisq̄ Gela fluuii cognomine dicta. Silius. Venit ab amne trahens sibi nomen, uenit & hesa. Suidas. γέλα πόλις σικελίας, καλεῖται ἢ ἀπὸ ποταμοῦ γέλα, ἐν ᾧ πέφυκεται ἡ πόλις, ὁ δὲ ποταμὸς ὀνομάζεται οὕτως, ὅτι πολλὴν πάχνην γεννᾷ. ταύτην δὲ τὴν ὀπικὸν φωνῇ καὶ σικελῶν, γέλαν λέγεσθαι. ἀπὸ γέλωνος τοῦ ἕτνησι χθὲς μάχης. ὁ ἐθνικὸν γελῶος οὐ γελῶος.

Gelasini,pe.pro.dentes anteriores, quos ridēdo oñdim⁹ γελάω γελῶ est rideo.Et gelasini,lineæ,quæ ridēdo efficiunt̄. Mar. Nec grata est facies, cui gelasinus abest. Et gelasini dicunt̄ mimi, qui gesticulatiōe facetā populū oblectāt. Vñ gelasinus ille plautinus risiōibus & falsis dicteriis populū delectat.Et dū facit, ut ab oībus rideatur, irridet̄. Vñ & plautinū illud. Caue ex gelasino fias catagelasin⁹,hoc est deridiculus.Gelos,otos.risus.

Geloi,campi in Sicilia apud Gelam fluuium. Vir. Campiq̄ Geloi.

Geloni uel gelones,populi scythici,interius habitātes,& Agathyrsis proximi,a Gelono Herculis filio.Hi solebāt se pingere. Virgi.Pictosq̄ Gelonos.Luc.li.iiii. Massagetes quo fugit equo,fortesq̄ geloni. Hi nunc Getæ dicūtur,siue Tartari corrupto uocabulo uocantur.Sanguinem equinum cum lacte mixtum bibunt.Virgi.Bisaltæ quo more solent,acerq̄ gelonus,Cum fugit in Rhodopen,atq̄ in deserta Getarum,Et lac cōcretum cum sanguine potat equino.

Gelboe,mōtes alienigenarū in sexto lapide a Sintopoli, in quibus etiam est uicus grādis, qui uocatur Gelbos.

Gelu,proprie glacies dictū, ἀπὸ τοῦ λύειν,hoc est a soluēdo terrā. Nam glacie prosciss̄a terra resoluit̄.Aliqñ tū ponitur pro frigore,vnde gelidum frigidum dicimus.Dicitur etiam hoc gelum,& hic gelus. Lucre.li.v. Assiduosq̄ geli casus mortalibus aufert. Et lib.vi. Demittit̄ quasi sæpe gelum,quod continet in se.

Gelicidium,ipsum gelu. Colu. Vt prius conualescant radices frumentorum,q̄ hybernis imbribus, aut gelicidiis,pruinisue infestentur.

Gelo.as.Pli.lib. xvii.Si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est,etiam paucis diebus necat.Iuue. Pauidoq̄ gelantur pectore. Hinc componuntur congelo,& regelo,pe.cor.Colu.lib.i. Oleum, quod minus prouenit,si congelatur,fracescet.

Gelascere,est in gelu astringi. Gellius. Vina rarenter cō gelascunt.

Gelabile,quod gelu durari pōt.Gel. Cur fluuiorū,& fontium aquæ gelu durentur,mare oīne ingelabile sit.

Gelidus.da.dum.pe.cor. frigidus. Hinc componunt̄ Prægelidus,& egelidus, quod significat id quod non est calidum neq̄ frigidum. Nam e quandoq̄ priuationē denotat,q̄uis Serui.pro ualde frigido exposuerit. Suet.de Augusto. Vngebatur sæpius,sudabat ad flammā,deinde perfundebatur egelida aqua uel sole multo tepefacta. Oui.Sed gelidum Boream,egelidumq̄ notū. Vbi gelido egelidum opposuit.

Gelima.æ.pe. cor. fasciculus manibus, genibus ligatus. Gelimarum uero multitudo meta dicitur.

Gemma oculus uitis,quē primo emittit. Virgi. Tument in palmite gemmæ. Ad huius gēmæ similitudinē gēma lapillus uocat̄,q̄uis generale nomen sit,cōprendēs proprie quæcunq̄,nec oblonga,nec pforata. Augu.in Dialec.Similiter ornamentorū diuersos lapides compendiose uocauit gemmas. A gemma fit, bigemmis, trigemmis a numero gemmarum.

Gēmula dimi.a gēma,quo etiā flores significāt̄,q̄b⁹ tāq̄ gemmis uerno tpe cūcta pinguntur,& prata uestiuntur. Apul.li. x. Plane tenui specula solabar clades ultimas, q̄ uer in ipo ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret.Gemmare est gēmas in arboribus emittere.Colu.Cum primū uites incipiunt gemmare.

Gemmascere,in gemmas effici.Pli.Atq̄ ut gemmascere incipient,legetur calamus.

Gemmatus.a.um.quod est gēmis ornatū distinctūq̄.

Gemmosus,a.um.quod est quasi totū ex gemmis. Apuleius libro quinto,Auro facto gemmosisq̄ monilibus onustas eas tradit reportandas.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Gemo.is.itũ. Inde gemitus,q̃ eſt pectoris, cũ p̃ anguſtia in ſonũ prorũpit. Vñ iumẽta,& inaiata,cũ nimis onuſta ſunt,gemere dr̃. Virgi. Gemit ſub põdere cymba. Græcũ tñ eſt γέμω.i.plenus ſũ, forſan ab eo qđ ſequit, ut uidemus alternari ab ſcriptoribus,ſed in alia etiã ſignificatione γεμίζω ꝑcat.n.impleo.es.Qñq; tñ gemere ponit ꝑ flere,& qñq; ponit ꝑ canere,de his ſolũ auibus, q̃ flebilẽ cantũ hñt,ut turtur,& colũba. Vir. Nec gemere aerea ceſſabit turtur ab ulmo. Hinc fit ingemo, de q̃ ſra,ſed talia ꝓficiſcũt ab metaphoris qbuſdã, qb⁹ græci pleni ſunt.

Gemitus.us.pe.cor. Vide in Gemo.is.

Gemurſa,tuberculum ſub minimo pedis digito, q̃ gemere faciat eum,qui id gerit,inquit Feſtus. Plini. obliteratum id,& nomen,& malum ait.

Gemini,ꝓprie dr̃ duo. Vir.li.vi. Sũt geminæ ſomni portæ. Nam ſi tres ſunt,ter gemini dr̃,ſi quatuor, quater gemini. Col.li.iiii. Albanas equitiæ familiæ trigemino matres. Qñq; gemini dr̃,qui uno partu naſcunt, etiã ſi tres,uel plures naſcerent. Qñq; geminus ꝑ ſimili ponit. Pacu. Par fortitudo, gemĩa cõfidentia. Et gemini cæleſte ſignũ, qđ Caſtor & Pollux conſtituunt. Var. lib.ii.de re ru. geminos intelligit Apollinem, & Herculem. De quibus Sene. In magna tempeſtate apparent quaſi ſtellæ cælo inſidentes, adiuuariq; ſe tunc periclitantes exiſtimant Pollucis,& Caſtoris numine. A Col. dr̃ geminum aſtrum,quod.xiiii. Kalendas Iunii ſol ingreditur. A geminus fit compoſitum Congeminus, q̃ cum aliquo natus eſt. Aug.in Pſal. Phares congemino ſuo prælatus eſt. Sed poſtea q̃ de conſtellatione gemino retigimus,dicimus totum zodiacum in.cccl.x.gradus diuidi,rurſuſq; ſubdiuidi in.xii. ſigna,q̃ ab aſtrologis etiam domus dr̃. Eſt aries,taurus,gemini, cancer, leo,uirgo,libra,ſcorpius,ſagittarius,capricornus,aquarius,& piſces,quæ regiones cælo hñt denominationẽ ab aliquo animali, propter ꝓportionem & quandam conuenientiam. Aries eſt domus martis, nati ſub tali ſigno aſcendente,ſunt inclinati ad militiam, & rixoſi, diuiteſq;,& de lanificio ſe intromittentes,hñt etiam capillos criſpos,& in negociis ſuis agiles, & expediti. Loquor.n.quantum de natura eſt ipſius ſigni, nam aliud eſſet ſm̃ ſitũ,& aſpectũ planetarũ. Taurus aũt facit natõ collum groſſum, qa eſt ſignũ, uel domus Veneris, ideo erit natus mulieribus deditus, & agriculturæ, ſed tardus in negocioꝝ,& reꝝ ſuarũ expeditiõe. Geminoꝝ ſignũ eſt Mercurii,natus ſub tali aſcendẽte,erit deditꝰ liis,& uiris illuſtribus,uel principibus, & totus affabilis & ſemp cũ ſocietate alicuius,erit pulcher. Cancer facit natũ longũ corpus habentẽ, & breuibus cruribus, linguam nõ ſatis expeditã,& q aliqñ in ſtatu ſuo augeat, aliqñ uero deprimat,modo ante proficiet,mõ retrocedet,& labrum ei alterũ altero maius, erit tñ fortunæ cito mutabilis,& agilis in rebus peragẽdis. Leo facit hominem natum ſub tali ſigno crura retorta habentem uel ſignatum in crure, & qui tardus ſit ad proſperitatẽ habendam,tamen inclinabitur eſſe curialis,& habebit amicitiam dominorum,erit iuſtus & pius, & habebit nobilem animum,ſed inuidi eum ſemper agitabunt. Virgo facit hominẽ ſterilem,qui naſcẽt oriente tali ſigno,erit tñ pulcher,& humanus,& doctus,& qui amiciam habebit principũ. Libra facit natum iuſtũ,& humanũ,& qui a ꝓditoribus patiẽt multa pericula. Scorpius ſignũ Martis,q̃ habuerit tale aſcendẽs,erit ꝓditor niſi alicuius planetarũ, uel Iouis, uel Veneris benignitate minuat talis malicia,uel faciet homĩes in iudicio damnari. Sed ſi Mars fuerit in eo ſigno aſcendente, dabit diuitias multas,uel hæreditatẽ,uel militiã,uel accuſator erit. Sagittarius facit natũ pugnacẽ,humanũ,tenuẽ,& affabilẽ,& qui equis delectet. Capricornus facit natũ ſub tali ſigno eſſe doctũ. Quis nõ miraret ſ̃ ꝑſertĩ in mathematicis,facit etiã effœminatũ. Aquarius uero facit natũ benignũ,& clementẽ,Piſciũ ſignum facit natũ mercatorẽ ꝑ maria,uel rerũ liquidarũ,olei uel uini,& taliũ rerũ,& qui linguã expeditam nõ habeat,ſed balbus ſit. Sed unũ admonemus, ut q̃libet habitet urbes ædificatas ſub ſuo aſcendẽte,ut diues ſit & plurimũ gratus. Quicũq;.n.ſignũ oppoſitũ habitauerit.i.urbem ædificatam ſub ſigno oppoſito,ſemper anxius erit,pauper,odio omnibus,& infortunatus, ideo prouerbiũ eſt uulgariũ. Qui mutat locum,mutat fortunam,qm̃ quã doq; uadit ad loca ſui aſcendentis,ubi bene agit,& proſperatur. Subdit auctor. Homerus autem in hymnis. κάστορα τε πολυδεύκε᾽ ἀείσομεν ὀρσιγόνοιο λιγεῖα τινάξαντε ἰδὲ ζωνὸς ὀλυμπίου ὀξὲ νόον τε, ὃς ὑπὸ ταυρέου κορυφῆσι τέκετο πότνια λήδη λάθρῃ, ὑποδμηθεῖσα κελαινεφέϊ κρονίωνι.

Gemellus dimi. Vir. Mõ nãq; gemellos ſpem gregis alit ſilice in nuda cõnixa reliqt. Gemellæ uites a Col. dictæ ſunt,ab uuis ſemp geminis. Nã duplices uuas exigũt.

Gemino,as.duplico. Cui⁹ cõpoſita ſũt Cõgemino. Plau. in au. Nũc ſi patera paterã pepit,oẽs congeminauim⁹. Ingemino,intus duplico. Vir.lib.i.Geor. Tum liquidas corui ꝑſſo ter gutture uoces,Aut quater ingemĩnat.

Gemoniæ ſcalæ dicebant, ad quas corpora damnatorũ tracta ꝑcipitabantur. Cor. Tacitus. Tunc cõfoſſum,collaceratũq;,& abſciſſo capite,truncũ corp⁹ Sabini in gemonias trahunt. Pli.li.viii. ſcribit canem a corpore ſerui nõ receſſiſſe,abiecto in gradibus gemoniis.

Gemonidæ prægnantes & plenæ appellantur.

Gemellaria æ. inſtrumentum quo oleum defluit a torcular. Aug. in expoſitione ps. Quare tam cæcus es, ut amurcam fluẽtem per plateas uideas,oleum in gemellaria non uideas.

Gena uulgo palpebra dicitur,hoc ẽ mẽbrana, quæ ſuperius,inferiuſq; tegit oculũ. Terẽ. Hodie non cõpreſſi genam genæ,Pli. Aquatilia dormire exiſtimãt nõ oculõrũ argumẽto,quia non habẽt genas,ſed ipſa quiete placida ceu ſoporata. Extremus ambitus,ciliũ dr̃,unde ſupercilia,in quibus eſt animi pars. Nam ex his negam⁹, & annuimus. Hæ genæ pilos habent in modum ualli, quos a palpitãdo palpebras appellarũt. Genæ etiam dicunt partes illæ a cilio,ad uniuerſam partẽ oculis ſubiectam,quæ barba ueſtitur,quas radi in fœminis duodecim tabularũ interdicto antiqui uetuerunt, pudoris ſedes eſſe arbitrati,q̃ ibi maxime oſtẽdat rubor. Dictæ genæ,q̃ in his pili gignant. Vir. Tũ mihi prima genas ueſtibat flore iuuentus. Apu. in Magia. Purpuris infectas genas,& oculos illiſos illices. Hæc qm̃ in mali ſpeciem factæ ſunt rotundæ,dictæ ſunt etiam malæ.

Genauius,a.um. idem quod guloſus. Var. Hæ nouiſſimæ in triclinium genauium introierunt e culina, propter faſtidium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Genus,a græco γένος, proprie principiũ uniuſcuiuſq; generatiõis,uel ab eo qui genuit,uel a loco in quo genit⁹ eſt,ut Oreſtes a Tantalo ducit genus. Et Plato genere Atheniẽſis eſt.Patria.n.generatiõis uniuſcuiuſq; principiũ eſt,quẽadmodũ parentes.Hinc p trãſla.genus etiam uocamus multitudinẽ aliquoγ, ad unũ aliqd, & ſe inuicẽ quodãmodo ſe habentiũ,ut Romanoγ gen⁹ dicimus,quod ad Romulũ referr,& cognationẽ in ſe habet,p quã a cæteris diſtinguit.Hinc rurſus appellat genus cui ſupponit ſpẽs,& p̃dicat de pluribus differẽtibus ſpecie,q; quaſi principium ſit oĩm, q̃ ſub ipſo ſunt ſpecierũ.Itẽ genus dr quicqd e. .p quod alicuius rei qualitas indicat.Vñ genus mortis,genus uitæ,genus pœnæ, genus marmoris,genus coloris,& hmõi.Se.Sũmũ genus infœlicitatis miſero eſt,fuiſſe aliqñ fœlicẽ.Vir.Qd genus hoc hoim,q̃ue hũc tam barbara morẽ Permittit patria ? Nonnunq̃ ſumit,p accidẽte partiũ orationis,ut cũ dicimus,Animal eſt gene.neu.Et eſt ſciẽdum q; licet genus ſit tertiæ declin. in cõpoſitiõe tñ qñq; fit ſecũdæ,& adiectiuũ,ut Alienigenus,a.um, multigen⁹, na.um.Pli.li.x.Multa hæc & multigena terreſtriũ,uolucrumq; uita.Dicimus quoq; id genus,pro eius generis ut Multa ſunt id genus monſtra, quod eſt fere ſimilia, & eiuſdem generis monſtra.

Generoſus,ſa,ſum,quod eſt nobile, & ex p̃claro genere, q; nõ a ſua natura degenerauit.Vir.li.i.Geor. Cõtinuo pecoris generoſi pullus i aruis Audet & ignoto ſeſe cõmittere ponto.Ci .in Lel.Humilẽ ſane relinquũt, & minime generoſum (ut ita dicã) ortũ amicitiæ, quã ex inopia, atq; indigẽtia natã uolũt.Interdũ dr forte.Cic. li.iii.offi.Cũq; de impio certatũ eẽt,cũ rege generoſo, atq; potẽti.Et generoſum dr, qd generare facit, ſeu p̃ducit.Colu.li.iiii.Atq; ubi multa inuitabũt regiõis cõmoda,ut nobilẽ uitẽ cõſeram⁹,generoſam requiremus. Idẽ li.iii.Vitẽ maxĩe populus alit,& poſtea ulmus ,quã atinã uocãt ruſtici generoſiſſima eſt.Hinc generoſitas nobilitas,& q̃ſi p̃ducibilitas.Idẽ in eodẽ.Qui uineã,uel arbuſtũ cõſtituere uolet,ſeminaria pri⁹ facere debet.ſic em̃ ſciet,cui⁹ gñis uitẽ poſitur⁹ ſit. Nam q̃ p̃cio parata diſponit, certã generoſitatis fidẽ nõ habet,cũ dubiũ ẽ, an is q uendidit legẽdis ſemib⁹ adhibuerit diligentiã.

Generoſitas, ut Speuſip. inquit eſt uirtus ingenii moris facilitas animi ad dicenda pariter atq; agenda. Vide in Generoſus.

Generale,qd ad omnes ptinet. A quo aduerbiũ Generaliter,quod ſignificat ſimul,q̃ ſub genere ſunt amplectẽdo,ut amo generaliter omnes homines.

Generatim,p ſingula gña, ſeu magis p ſingulas ſpẽs, ſiq dẽ ſpẽs genera uocam⁹, ut multa ſũt gña uerboγ. Vir. li.ii.geor.Quare agite o,pprios generatim diſcite cultus Agricolæ.Var.Non in uolucribus generatim ſuaſ analogia,hõ ut ex aqũilis aqlæ,neq; ex turdis,p creanſ turdi,ſic ex reliqs ſui cuiuſq; gñis.Aliqñ generatim dr, nõ p ſingula genera ſed generaliter,& in uniuerſum & uniuerſaliter.Ci.li.ii.de ora.Infinitũ mihi uidet id dicere,in quo aliquid generatim quæreret,hoc modo,expetenda ne eſſet eloquentia,expetendiue honores ?

Genero,as. notæ ſignificationis. Hĩc generatio quæ ſic diffinitur a Speuſippo. Generatio eſt motus ad eſſentiam,acceptio eſſentiæ,proceſſus in eſſe. Huius cõpoſita ſunt Cõgenero.as,p adiungo aſſocio.Enni. Quæ mihi cõgenerat affinitas.Degenero,de quo in Degener.Ingenero,quod ſignificat mõ genero,modo intus genero.Lact.li.vi.Deus itaq;,cũ hoiem primũ fingeret, mirabili prouidentia ingenerauit ei prius iſtas animi cõmotiones,ut poſſet capere uirtutẽ. Cice.li.offi. Eadẽq; natura uĩ rationis hoiem conciliat hoĩ,& ad orõnis & uitæ ſocietatẽ,ingeneratq; in primis præcipuũ quendã amorẽ in eos,qui procreati ſunt.Progenero, ultra generationẽ produco.Colu. Nam & humidæ res & ſiccæ quas terra progenerat, facile uitiant. Hinc progenies pro genere & familia.Regenero, rurſus genero. Lact. lib.iiii.Ex eorum ſemine regenerari eum iuſſit.

Gener,filiæ meæ uir, quia ſit generis propagator. Adhibetur enim ad genus augendum. A quo progener. Hunc appellat auus neptis ſuæ uirum.

Genitor,mõ pr dr,modo ad honorẽ refert,Similiter genitrix,& pro matre,& pro uenerationis gratia.

Genitus,a gigno.is.idem quod natus. A quo unigenitus primogenitus,& progenitus.

Genitura q̃ſq; generationem ſignificat. Gel. Ac multo etiã ante,q̃ pater ipſe, ac mater naſcerẽtur, ex eorũ genitura debuiſſe iam tunc proſpici. Quandoq; ſemẽ hominis, qd & ſemen genitale dicitur.

Genitalis & hoc genitale,idẽ eſt quod natalis.Vñ genitale ſolũ dicit patria,in qua nati ſumus,quod & natale ſolũ appellat.Amb. Ranunculi circa genitales ſtrepunt paludes.Et genitalẽ diẽ,quo ſcilicet geniti,id eſt, in lucem proditi ſumus.Genitalia ſemina,quibus aliqd p̃creat & gignit.Vir.li.ii.Geor.Vere tument terræ,& genitalia ſemina poſcunt,Colu.li.iiii.Adhibẽda ratio eſt ſubtilior,ut ex his partibus trunci ſumant, qui & genitales ſũt,& maxĩme fertiles. Idẽ li.viii. Fœminis quoq; uuluæ ferro exulcerant,& cicatricib⁹ claudunt,ne ſint genitales,id eſt,ne poſſint generare. Genitalia mẽbra, ſiue genitales partes dicunt pudenda,tam in uiro,q̃ in fœmia.Aug.li.xiiii.ciui.dei. Seminaret igit prolẽ uir, ſuſciperet fœmĩna genitalibus mẽbris,qñ id opus eẽt. Colu.lib.vii.Elicit cupiditas odore genitaliũ admotoꝝ naribus.Idẽ in eodẽ.Et ipſos neruos græci cremaſteras appellãt,q; ex illis genitales p̃tes dependẽt cõprenſæ.

Genitiuus.a.um.quod habet uim generandi.Vnde genitiuus humor,& genitiuus caſus. Et genitiuus dicit quaſi genitalis,a natura ingenitus & genuinus,& originalis,& cum naſcente congenitus,ut genitiuæ notæ,quæ ſunt maculæ a natura ingenitæ.Sueto .de Augu. Corpore traditur maculoſo diſperſis per pectus atq; aluũ genitiuis notis,in modum & ordinem,& numerũ ſtellarum cœleſtis urſæ.

Genethlius latine natalis dicitur,qui & deus nuptiis p̃fectus putabat ab antiquis,ut ſcribit Hie. Docet Suidas, quod etiã genethlius palæſtin⁹ fuit ex petris ſophiſta, diſcipulus Minutiani,& Agapeti, qui tãdẽ uiridi æuo mortuus ſit.Scripſit aũt multa. λαλιὰς ἱερὰ παλεξεως ἡμελέτας,& multa alia,ut mirabile ſit dictu,tam paucis annis uitæ tanta ſcripſiſſe.

Genethliacus,qui ex die natali fortunã hominis, & ſucceſſum pronũciat, ἀπὸ τ̃ γεννάομαι φύω & γενέθλη γένος ἀρχή, γενεθλιον.

Genius,ueterũ ſententia, dicit uniuſcuiuſq; ania rõnalis. Ideo

Ideoq; esse singulos, singulosq;. Vel dī genius, qñ cū qs genitus fuerit mox eidē copulaī. Hic tutelator fidissimusq; germanus aīos oīm mentesq; custodit. Hūc etiā prælitē uocant q; pōsit gerūdis oībus. Fuere etiā q dicerent genios deos, aquā, terrā, ignē, & aerē, q̄ reȝ semina sunt, elementaq; appellata. Duodecim quoq; signa, luná q;, & solē inter hos deos putabāt, & a gerēdo, q; multa gerere possent, Gerulos deinde genios uocitarunt. Censorinus scribit, Genios dictos, qa ut gignamur curent, siue q; una gignanī nobiscū, uel etiā, qa nos genitos suscipiāt ac tueanī. Certe a gignēdo genius appellaī. Eundē esse genium, & Larem multi ueteres memoriæ pdiderunt. Euclides Socraticus duplicē oībus oīno nobis geniū dicit esse appositū, hoc est duos lares. Hi etiā penates dici solent. Ab aliqbus genius dī uis, & naturæ deus hospitalis, & ipsa uoluptas. Scintra de antiquitate uerboȝ li. iii. Scis geniales hoīes ab antiqs appellatos q ad inuitandū, & largius apparandū cibum promptiores essent. Iuxta qd etiā Ser. interpretaī pro uoluptuoso, & cōuiuali. Vir. li. i. Geor. Inuitat genialis hyems. Nam quotiens uoluptati operā damus, Genio operā dare dicimur, sicut ecōtrario, ut apud Terē. Suū defraudans geniū, cū parce uiuimus, & a uoluptate cessamus. Cebes Thebanus in pictura mūdi. ταῦτα μὲν καλῶς μοι δοκεῖς, ἔφην, ὑπηγεῖσθαι, ἀλλ' ἐκεῖνο οὐδέπω δηλοῖς, τὴν προσάτ[ε]ιαν δαιμόνιον τοῖς εἰς τὸν βίον. Proculus autem Platonicus in theurgicis diuinis loquitur, eū legant, qui curiosius talia quærunt, & pro Hora. loco, & aliis autoribus.

Geniale, quod ad geniū ptinet. Vel qd est uoluptuosum Quo noīe apparatus oīs nuptiaȝ intelligiī. Oui. Et platanus genialis, acerq; coloribus impar. Vnde & genialis lectus qui in nuptiis sterniī in honorem Genii. Genialis homo hospitalis adq; inuitandum & largius apparandum promptior. Vir. Lucent genialibus altis.

Genuini, dentes posteriores, qui in extrema gingiua in hoīe gignunī nouissimi. Nam circiter. xx. annū multis etiam octogesimum innascunī. Dicti genuini, qd a genis dependeant, uel a gignendo, q; cum hoīe generenī, & cum ipso intereant. Cice. Dentibus in ore constitutis mandiī, atq; ab his extenuaī, atq; moliī cibus, eoȝ aduersi acuti diuidunt escas, ultimi aūt conficiūt, qui genuini dīr. Hos satyroȝ instrumēta esse ad morsum ostendit Persi. Secuit Lucilius urbem, Te lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis. Hiero. ad Marcel. In plærisq; prouinciis familiare est, ut genuino se dente lacerent, Iuue. Ad morsum esculenti referens ait. Quæ genuinū agitent, non admittētia morsum. Hos aūt genuinos græci κωοδόντας, nīi caninos dentes appellant.

Genuinus sermo. i. natiuus, ac peculiaris. Apul. genuino sermone nomen Augusti Cæsaris inuocare tentaui.

Genocha bestia paulo minor uulpecula colore inter nigrum & croceum, maculis nigris interpositis, mansueta est si non lacessitur.

Gens & natio differunt, q; in se plus contineat gens q̄ natio. Nam gens est tanq̄ genus, natio species. Gens eī Itala habet Ethruscos, Vmbros, Picenos, & huiusmodi Cice. lib. i. offi. Propior est eiusdem gentis nationis linguæ qua maxime coniunguntur.

Gentiles, qui ex eadem familia sunt, & qui eiusdem noīs sunt, qui & cognomines dicunī. Vñ Cincius. Gentiles mihi sunt, qui meo noīe appellanī. Vnde Cic. li. i. Tus. Pherecydes syrus primū dixit aīos hoīm esse sēpiternos. Antiquus sane, fuit. n. meo regnāte gentili, hoc est Seruio Tullio, quia eiusdē noīs erat. Et hoc ē quod ait Pli. Seruos dñorū fuisse gētiles. i. eodē noīe appellatos, quo domini appellabanī, ut Marcipor, ut publipor. Cice. in Topi. Gentiles sunt, qui inter se eodē sunt noīe, ab ingenuis oriundi, quoȝ maiorū nemo seruitutē seruiuit, & qui capite diminuti nō sunt. Idē li. i. ad He. Si paterfamilias intestatus moritur, familia, pecuniaq; eius agnatoȝ gētiliūq; esto. His gentilitas peculiariter esse dī, cū neq; seruorū neq; libertinorū gentilitas ulla sit. Itē Gentile dī, q; est gētis propriū. i. familiare, ut apud Iuue. qui Gētilia tympana dixit. i. gentis, ppria, Suet. de Tybe. Capillo pone occipitiū summissiore, ut ceruicē etiā obtegeret, quod gentile in illo uidebaī. Et gētiles dīr natiōes. Vir. Quas gētes Italū, quas nō oraueris urbes. Rursus gētiles dicti sunt idoloȝ cultores, q; aliter q̄ Christiani de deo sentiūt. Diuersæ eīn gētes innumerabilia numina habuerūt, qa in gentiliū, id est maiorum suoȝ fide pstiterūt, nec relligionis cultū mutauere.

Gentilitia noīa dīr, q̄ originē gentis, uel familiæ declarant, ut Portiº, Cornelius. Gel. Vulgº aūt, quos gētilitio uocabulo Chaldæos dicere oportet, mathematicos dicit. Sic Gentilitia nota a Li. Gentilia funera Pli. nuncupanī. Aliqū tñ Gentilitiū a gente. i. natiōe, nō a familia usurpaī. Inde gentilitia sacra dīr a Liuio, q̄ statuta sunt eidē genti. Gentilitiū sacerdotiū, quod ad ius familiæ ptinet. Et nunc uulgo iuspatronatus dicit.

Gentilitas proprie multitudo ipsa, uel familiæ, uel gētis seu nationis alicuius. uel ipsi gentiles.

Genselia, quæ multis exfamiliis conficitur.

Genesis, pe. p latine generatio, natiuitas, Genethle, genº. Inde Genethliaci. i. natalitii, qui contēplātes hoīm natiuitates de uita pdicunt, imo græcū est, γένεσις.

Genearcha, generis princeps.

Genealogia, sermo de origine generatiōis, γενεᾶς generationis, & λόγος sermo. Hie. Notandum, in genealogia saluatoris nullam sanctarum assumi mulierū, sed eas quas scriptura reprehendit.

Gentiana, herba amarissima, & medicinalis, sic dicta, q; eā rex Gentius inuenerit, ut inqt Pli. li. xxv. Paulus aūt æginita medicus excellētissimus, ita scribit de simplicibus loquens. γεντιανὴ πόα ἐστί, ταύτης ῥίζα δραχμὴ ὀβολοῦ σὺν ὄξει ἀσμάτικῃ λείαν.

Genu, genū, & genus, us. teste Prisc. declinari pōt, p femorū, ac crurū cōmissione. Dicta genua, q; hæc dū infans est in utero mīis genis oppositā sint. Siue a generādo, q; in genubus est uitalitas. Hinc cōgenudare qd est genu replicato cadere, uel genibº flecti. Ingeniculatū, qd est cœleste signū. Vict. li. ix. Pes igeniculati. Et genu nixū eiusdē fcatiōis. Oui. li. viii. meta. Cōsistūtq; loco specie remanēte coronæ, Qui mediº, nixiq; genu, anguēq; tenentis. Dī & genu de herbis. Vide in dictiōe Stipula.

Genetæum, pmontoriū, a Genete fluuio uocatū in quo templū fuit hospitalis Iouis, quem xenion appellāt.

Genesareth, a græco uocabulo dictū ē, quasi generās aurā. Sed tñ ego puto falsissimū esse, nam noīa græca, nō ita cōponunī, ut exeāt in sonū barbaȝ, & ideo nō ē sic

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicendū, neq; possibile ſm rectā deductionē. Licet em γεννάω dicat græcū uerbū, τὸ nihil ſignificat, nec in de ſtagnū Geneſareth dictū eſt, eo q; plantibus uentis criſpantibus undis, aurā ex ſe generare uideat. Idē dicitur mare Tyberiadis a Tyberiade ciuitate. Et mare galileæ ab adiacente Galilea prouincia, Tenet hoc mare ſiue ſtagnū, cxl. ſtadia in longitudine, xl. uero in latitudine. Non propter hoc mare uocatur, q; eius aquæ ſint amaræ, ſed hebrææ linguæ conſuetudo eſt omnes cōgregationes aquarū, ſiue ſalſæ ſint, ſiue dulces, uocare mare, ſicut in Geneſi ſcriptū eſt. Congregatiōes aquarum uocauit maria.

Geniculū diminutiuū, a genu. Pli. li. xviii. Genicula autē tritico ſunt quaterna, farri ſena, hordeo octona. Quandoq; geniculū accipitur pro germine.

Geniculatim aduerbium ſignificat per genicula.

Geniculatū dicit, quod frequentibus geniculis cōſtat, ut heliotropium, ob id genicularis herba uocat.

Genimen, pe. cor. a gigno generatio dī ut in Euang. Nō bibam amodo de hoc genimine uitis uſq; in diem illū cum illud bibam uobiſcum in regno meo. Et illud. Genimina uiperarū quis uos docuit fugere a uēnura ira.

Geneſtæ, arbuſculæ quædam.

Genua liguſticū emporiū. Hinc incipit Apenninus mōs, diſtatq; a Sabatiis ſtadiis ducētis, & lx. Eſt aūt extremū Allobrogū oppidū, pximū Heluetioꝝ finib⁹. Ex eo oppido pons eſt ad Heluetios ptinēs. Inter Varꝝ, & genuā habitāt Ligures. Dicta Genua a genu, quia habet tanq; unū genu recuruū a latere maris. Vel a Genuo Saturni filio, qui ferf eā cōdidiſſe. Vel (ut qdā aiūt) a Genuino Phaethontis ſocio. Alii etiā a Iano Italorum rege. Hanc Annibal penitus deleuit, ſed Cor. Seruilius cōſul inſtauratuit, ſicut Liui. refert. Hinc fiūt adiectiua genuenſis & genuanus. Quidā ex imperitioribus Ianuā hāc urbem appellant, q; a Iano conditam dicant. Cur aūt dicatur Liguſtica regio, apparet non obſcurū a Lyge gigante, qui Herculē profligauit Marſiliam uſq;, poſt aduentū ab Geryone defraudatis illi armentis. De quo etiā Euſtathius in cōmenta. Dionyſii lybici multa diſcutit, & multa alii græci ſcriptores. Et quid actum ſit, ubi Iuppiter uenit in auxiliū Herculi, aliter. n. actū erat de Hercule. Græci ſcribūt, habitauit Lygis prope Chryſopolim, id eſt Parmam, & Regium Longobardiæ, & Mutinā, & Mantuam.

Geodeſia eſt ſcientia earum quæ in ſenſibilibus ſunt corporibus magnitudinum & figuratum ſub diuiſionem & compoſitionem cadens.

Geodetes, qui geodeſiam nouit.

Gerræ, crates uiminiæ, Athenienſes enim, cum Syracuſas obſiderent, & crebro gerras poſcerent, irridentes ſiculi gerras clamitare cœperunt. Vnde factū eſt, ut gerræ, pro nugis, contemptuq; accipiantur. Græci omnia tegmina gerras dixerunt.

Gerrones, nugatores a gerendis nugis. Feſt. Gerrones leues, & inepti, a cratib⁹ dicti, quod Siculi aduerſus Athenienſes cratibus pro ſtratis uſi ſunt, quas græci gerras appellant. Auſo. ad Symmachum. Miſi itaq; ad te friuola gerris ſiculis uaniora. Hinc fit congerro pro cōnugone. Plautus in Perſa. Iam pol ille hic aderit credo congerro meus.

Gerra. ræ. nomen trium urbium, quarum una eſt in Syria, altera ppe Traconitas, alia in fœlici Arabia.

Gerres piſcis uilis & alecularii genus, ut habet Plin. Mar. Teq; iuuant gerres & pelle melandria cana.

Gerrus, fluui⁹ Scythiæ, ſeptimus ab Iſtro, mēoria dignus

Geron. tis. latine ſenex, Geronticus, ſenilis. Gerontio diminutiuū uetulus, quem latini ſenecionem, ſeniculāq; dixere. Geronticos aduerbium ſeniliter.

Gero. ris. ſſi. ſtum, proprie ſignificat porto. Vir. Bella manu, letūq; gero. Interdū gerere eſt habere. Idem li. ii. Et nos aliquod nomenq; decuſq; geſſimus. Interdū facere. Idē li. ix. Nec tecū talia geſſi Magnanimū Æneam, & fata extrema ſecutus. Interdū adminiſtrare. Cic. in Cato. qui ampliſſimū magiſtratū gerunt. Hinc dicūtur geſta, & geſtæ res, & bellū geri dicit, ſicut certamen iniri. Nam gerere ſuſtinere eſt, cū actō reciproco ſignificat uiuere. Amb. ī Luc. Si quis ſm Chriſti præcepta ſe geſſerit, iā nō lectus doloris eſt, ſed quietis. Huius cōpoſita ſunt, aggero, congero, digero. De quibus locis ſuis, Egero, extra porto. Lact. li. i. Qui ſimū ſtabulo, q̄ qui uitia de corde egerit. Colu. li. ii. Auium primū habet ſtercus quod ex colūbariis egeritur. Vñ qñq; pro euomo, uentrē exonero ponit. Ingero, vide alibi. Oggero, intēdo, ſeu iniicio, & q; uernacula lingua dicit tener adoſſo Plau. in Tru. Qñ intro aduenīūt, unus eoꝝ aliquis occlū amicæ uſq; oggerit, dum illi agant. Progero, ultra ſeu foras gero. Colu. lib. i. Ideoq; periti ruſtici quicquid ouilibus, ſtabuliſq; cōuerſum progeſſerunt, ſuperpoſitis uirgis tegunt, nec areſcere ſolis incurſu patiunt. Regero, retro porto, reduco. Pli. Qñ hauſtū omnem lucis auerſa illo regerat, unde acceperit. Hinc regeſtū. Colu. li v. Vt ſit inferior tenera ſubiacēs terra, quæ non arceat, nec duricia ſua repellat nouas irrepentis radiculas. Iſtud quidē cōtingere poteſt, etiam ſi ager bipalio moueat, & deprimantur ſcrobis in regeſto, q; eſt fermentatū plus dipondio ſemiſſe. Item Regerere eſt euomere. Apul. Nam & regeſta crapula ueſtem inquinauerat. Suggero, ſubminiſtro, in cor pono, ſeu ſupporrigo. Aug. li. i. ci. dei. Nam cū ei ſcriba ſuggeſſiſſet, quid de ſignis deorū, quæ multa capta fuerant, fieri iuberet, continentiā ſuā iocando cōdiuit. Hiero. ad Pauli. Quicqd aliis exercitatio, & quotidiana in lege meditatio tribuere ſolet, illis ſp̄ūs ſanctus hoc ſuggerebat. Hinc ſuggeſtus. Sunt & alia compoſita, ut belliger, armiger, mori ger, & multa hmōi, quæ oīa habēt pe. cor.

Gerulus, pe. cor. portator, qui fert aliquod onus, & pro baiulo accipit. Baiulum. n. dicimus, qui mercedis gratia oneraferre conſueuit. Sueto. in Cali. Ex gerulorū diurnis quæſtibus pars octaua exigebatur. Hinc nugigerulus, nugarum apportator.

Gerundium nomen participiale appellatur: Caret numeris & perſonis, & ſub una uoce actiuam & paſſiuam ſignificationem gerit. Vnde a gerenda duplici ſignificatione quidam gerundia dicta eſſe exiſtimant. A parte poſt ſeruat cōſtructionē ſui uerbi, & habet quatuor caſus, gtūm, dtī, actūm, & ablatiuū. Gtūs iungitur nominibus ſubſtantiuis in utraq; ſignificatione, ut Habeo uoluntatem docendi te bonos mores. Virgi. Et q̄ tanta fuit Rhomam tibi cauſa uidendi. In paſſiua, ut Habeo uoluntatem docēdi rhetoricam a præceptore.

Datiuus

Datiuus iungit adiectiuis noibus in utraq; significatio ne,ut sum aptus discēdo rhetoricam. Et sum aptus docendo rhetoricam a præceptore.Inuenit soluendo nō sum,qd nunq; patit secū substantiuū, & regit post se da tiuū,licet nō semp apponat.Cice.Lentulo.Ciuitatum principes ad me detulerūt sumptus decerni legatis nimis magnos,cum soluendo ciuitates nō essent. Interdum aliū casum,Quintil.Maximi tū uiroꝝ, & qbus artis suæ soluendo nō sit humanitas.Accusatiuus iungit uerbis significantibus motū ad locū,ut uado ad legendū Virgiliū.Et in significatione passiua.Salust.Cū ipse ad imperandū assidue uocaret.i.ut ei imperaret. Itē cū uerbis significantibus pmanentiā, ut maneo hic ad legēdum.Sū paratus ad audiendū, & sum idoneus ad intelligendū.Abltūs tribus modis accipit.Primo sine regimine,ut legendo disco,& currendo cecidi. Et ponit actiue & passiue. Vir.actiue.Cantando tu illū? Passiue Frigidus in pratis cantando rumpit anguis.Idem.Alitur uitium,crescitq; tegendo.i.dū incantat,& dū tegit Secundo cū ppositione de,ex, a, ab,cum,uel in.Cic.Ex quo ardescit,siue amor siue amicitia. Vtrunq;.n.dictū ab amādo.Idē.In defendēdo maior labor est,q; in accusando.Quintil.cū pcipere de apte loquēdo cœperim? Tertio cū uerbis significātib? motū de loco,ut Venio ab arādo, redeo a spectando. Licet magis usurpemus ab aratiōe,& a spectaculo.Quo modo autem gerundium a participio differat. Vide in dictione Participiū.

Gerontocomion, ubi alimoniæ subministrantur senibus destitutis.

Geryon,nomen regis Hispani, qui ob triplex regnū corpore triplicato fertur constitisse,quē Hercules interfecit,eiusq; boues abstulit,præfuit enim trib? insulis,quæ adiacēt Hispaniæ, balearicæ maiori & mīori,& ebusæ, fingitur etiā bicipitē habuisse canem, quia & terrestri & nauali certamine plurimū potuit. Quod nomē etiā Geryones,onæ,& Geryones.is.& gerioneus,fm Prisci anū declinari potest.Hinc geryonaceus. cea,ceū.Plau. Qui mihi intromisisti in ædibus quingentos coquos cum senis manibus,genere geryonaceo.Aristophanes βούλει ἀμμάχεσθῃ γηρυόνῃ τεθραπίλῳ. Suidas αὐτὶ τοῦ πεφακελάφῳ. ὁ γὰρ γηρυόνης τεκέφαλος ὢν, πολὺν ἀγῶνα ἔσχε τῷ ἡρακλεῖ.

Germen dī quod ex arboꝝ oculis nascitur surculus prægnans,a generando dī generationis principium.

Germino.as.pe.cor.pullulo,& germen emitto,Cuius cōposita sunt Congermino,quod est coalesco,socio, coniungo. Var.lib.iii,reꝝ humanaꝝ. Postea cū his unam rempu.cōiuncti ac congerminati tenuere.Egermino, extra germino.Colu.lib.v. Nam plurimū interest non esse longum sarmētum qd inserat, & rursus pluris oculos,qbus egerminet inesse. Progermino,ultra germinādo eo.Idem in eodem. Vt & radices deorsum agat, nec ex propinquo negligenter in summa terra refecta progerminet.

Germinasco.cis.& eius compositum congerminasco,significant coalesco,coniungor.Quadrigarius.Facite exempla eorum ut cum illis congerminascere sciatur.

Germani,quasi ex eadem stirpe geniti.Differtq; germanus a fratre,q; ille de eadem genitrice sit natus,non ut multi dicunt,de eodē germine natus,quos Var.tīn fratres uocat.Hoc tamē confundit usus.Inuenitur enim germanus esse a parte patris,& frater, q ex solo patre, uel ex sola mīe natus sit.Fœmininū huius noīs est germana. Vir.Inueni germana uiam,gratare sorori.

Germania regio,q̄ a Gallis,Rhetiis,ac Pannoniis, Rheno & Danubio fluminibus, a Sarmatis Dacisq; metu mutuo,ac mōtibus separat.Hinc germanici & germanicani,q̄ inter se differunt,sicut Hispanienses ab hispanis separant.Sicilienses,a Siculis.Nā germanicani dīr milites Romani in germania militātes.Germanici, q ex germania sunt.Sue.in Tibe.Flagitabāt ambo exercitus multa extra ordinē, aū oīa ut æquarent stipēdio p̄toriani germanicanis.Idē infra. Neq; eū deteriores esse,aut hispanienſi exercitu,q galbam, aut germanicano,q Virelliū fecissent.Germanici etiā dicti sūt qdā impatores,a deuictis germanis.Dīr & germani ip̄i indigenæ,ut Stra.li.vii.testat,pinde ac fratres,qū & pceritate corpoꝝ,& colore flauo,& forma, & moribus,& uiuendi ritibus pares existimant.Hi antea teutones appellabant,a Teutone eoꝝ deo,quē terra ortū existimabant.Postea Alemani dicti ab hmōi dei filio Mano. Alii Alemannos ad Lemannū lacum natos uolunt.

Gergonia oppidum in altissimo mōte in regione Auernorum,Cuius meminis Sueto.in Cæsare.

Gerusia in græcis urbibus uocabant conuentū senū, ut apud nos senatū,& senatulū ab ætatis uocabulo.Pli.li. xxxv.Sic extruxere domū regiā Attali Trallibus, item Sardib? Crœsi,quā Gerusiā fecere.Vict. Crœsi domus quā sardiani ciuib? ad requescendū ætatis ocio senioꝝ collegio,gerusiā dedicauerūt. Var. Senaculū uocatū, ubi senat? aut ubi seniores cōsisterēt,dictū gerusia.

Gesto.as.sæpe uel quasi continue gero. Hiero. ad Helio. Hic est ille operarii,& quæstuariæ filius,hic qui matris gestatus sinu hominem deus fugit in Ægyptum.

Gestito.as.pe.cor.frequentatiuū. Plau.in Curc. Rogita unde istunc habeat anulum,pater istū meus gestitauit

Gesta,acta. Vide in dictione acta.

Gestus.us.ideſt,quo indicatur quid geratur.

Gestus.a.um.participium a gero.

Gestuosus.sa.sum.quod est plenum gestibus lætitiæ.

Gestamen,qcqd gerit,ut uestes,arma,sceptrū.Vir.li.iii. Ære cauo clypeum magni gestamē Abantis, Postibus aduersis figo.i.quod geri solebat a magno Abante.

Gestatoriū appellat lectica,sella, siue carruca,& oē id,in quo gestamur. Hiero.li.ii.Mach. In gestatorio torq̄batur Antiochus, ut de corpe impii uermes scaturirent, Sue.de Clau.Solitus etiam in gestatorio ludere.

Gestatorius.a.um, qd ptinet ad gestandū. Sue.in Nero. Interdiu quoq; clā gestatoria sella delatus in theatrū.

Gestio.stis.iui.uel ii.,pprie fcat gestus indicantes aī affectus corpe facio.Ex motu eū corpis gestus fiūt.Quod Cice.li.ii.ad Herē.docet,cū ait.Motus corpis est,& uultus moderatio q̄dā,q̄ pbabiliora reddit ea,q̄ pnunciant.Cū ergo gestus sint qdam motus corpis,dextra,pedeue designati,aut capitis ictu,& hmōi, pfecto gestire est gestus facere,Gestimus aūt qñq; læticiæ, seu uoluptatis nimiæ causa, ut in Hymno. Emixa est puerpera, quē Gabriel p̄dixerat, quē matris aluo gestiēs clausus Ioannes senserat.Cic,li.i.offi. Aut uoluptate nimia gestiūt, quoꝝ oīm uultus, uoces,motus,statusq; mutant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Festus. Ille gestit, q̃ subita fœlicitate exhilarat⁹ nimio corpis motu, p̃ter consuetudinem exultat. Aliquando etiã mœsticiæ causa. Ci. li. ii. ad Here. Sin utemur amplificatione p̃ conquestionẽ fœmineo plangore, & capitis ictu nõnunq̃ sedato, & incõstanti gestu mœsto, & cõturbato uti optebit. Interdũ etiã qs gestit nõ p̃ lætitia, neq̃ p̃ mœrore, sed p̃ cõcupiscẽtia. Apul. li. iiii. Illud uenenũ rosariũ sumere gestiebã. Plau. in Am. Gestiũt pugni. i. gestus faciunt, siue mouent. Qd aũt Dona. in Teren. dicit, non esse gestire, qd lætũ esse, uerũ dicit, qa cũ prius dixisset, qd est qd læt⁹ sis? sequit. Quid est qd sic gestis? Chærea eñ gestus turpis amoris quosdã significabat. Sic Pli. li. viii. læticiã a gestu disiunxit, cum de panthera loqueret his uerbis, ut causam doloris intellexit, simulq̃ salutis suæ mercedem, exemit catulos, eaq̃ cũ his psequente usq̃ extra solitudines deductus, lætaq̃ atq̃ gestiẽte, ut facile appareret gr̃am referre, si militer Cice. li. ii. de fi. Quoꝝ alter læticia gestiat, alter dolore crucier. Significat etiã qñq̃ gestire, desiderare, si ue uehemẽter cupere, sed semp cũ gestu aliquo, ut apd Terẽ. in Phor. Ego illic succensẽã? ipm gestio mihi dari in conspectũ nũc sua ut sciat culpa lenẽ patrẽ illũ factũ esse acerrimũ. Qñq̃ etiã lætari, siue delectari, sed tñ cũ gestu. Persi. Non hic q̃ in crepidis graioꝝ ludere gestit. Aug. li. ii. confes. Vbi me pater in balneis uidit pubescentẽ, quasi iam ex hoc in nepotes gestiret, gaudẽs matri indicauit. Per translationẽ Cic. locut⁹ est p̃ Marcello. Parietes medius fidius (ut mihi uidet) huius curiæ gratias agere gestiũt. i. quasi gestu uidentes mihi parietes gr̃as agere, & hoc ut Cæsari gratularet. Hui⁹ cõpositũ est Prægestio, qd est ualde gestio, ut exponit Prisci. Hora. li. i. Car. Ludere cũ uitulis salicto p̃gestientis.

Gesticulor, gestum facio. Colu. in Præfa. Nec minus corporum gesticulatorem scrupulosissime requirant saltationis, ac musicæ studiosi.

Gesticularius. a. um. qd ad facientẽ actus læticiæ p̃tinet.

Gesa, hasta. Vide in dictione Cæsa.

Gessus, fluuius apud Iones.

Gessuri pe. pro. regio in Asia.

Gessemani, uilla pinguissima interpretatur.

Gessem, locus Ægypti, in quo habitauit Iacob.

Geth, Allophyloꝝ ciuitas fuit, hæc nũc appellat Zaph.

Gethæ, populi ĩ Scythia Europæa. Quidã Gethas dacos appellant, ut Apianus. Strabo arbitrat eos esse gethas q̃ ad pontũ in orientẽ spectãt. Helius. Spartia. Gethas dicit Gotthos. De his Oui. li. de ponto. Nulla gethis toto gens est truculentior orbe. Huius nominatiuus singularis est getha, uel gethes.

Geuma. atis. gustatus. Geuo gusto, cuius futurum Geuso. Vnde Geusis gustus.

Giarus pe. cor. insula p̃ua ex cycladibus, circuitu. xii. miliũ passuum, ad quam noxii damnabantur. Iuue. pluraliter dixit. Aude aliquid breuibus gr̃aris, & carcere dignum, ut alias etiam notaret.

Gibber, & gibbosus, & gibberosus, q̃ gibbum. i. tumorẽ in dorso habet, q̃us & pro alio quocũq̃ tumore solido ponat. Iuue. Attritus galea, mediisq̃ in naribus ingens Gibbus, & acre malum semper stillantis otelli. Gibbus & gibba, ipse tumor. Plini. Gallinaꝝ genus gibbarum uocat. Ipe quoq̃ gibbus noiatus gibber. Iuue. Attritus gibbere nasus. Iulius Firmic. tradit nasci gibberosos, qui in septima parte arietis habuerint horoscopum. Corne. Cel. tamen docet strumam extantiam quandam in tergo, gibbum uero in pectore.

Gibbus. Vide in dictione Gibber.

Gigas. antis. uir altissimæ staturæ, & terræ filius a poetis fingit, cũ nihil aliud gigantes fuisse credendũ sit, q̃ hominũ quandã impiam gentẽ, deos negantẽ, & ideo creditam deos e cælesti sede pellere uoluisse. Ioseph. uero li. i. anti. dicit gigãtes fuisse ex dæmonib⁹ ĩcubis p̃genitos. Idẽ Aug. li. xvi. de ci. dei, & Euse. de p̃pa. lib. vii.

Giganteus. a. um. possessiuum a Gigante.

Gigantomachia, gigantum pugna.

Gigeria, uide in dictione Gingreria.

Gigno. nis. genui, uel gignui ſm Dio. genitũ, ſcat genero. Lact. li. iiii. Hac conditione gignimur. Huius cõpositum est ingigno, q̃ est intus gigno, Col. li. iiii. Tanq̃ naturali & ingenita sterilitate laborantibus. Hinc ignis dictus est, q̃ in eo nihil gignat, & prægnans, q̃ iam occupata est in generando, quod concœpit, & benignus nomen compositum ex bono, & gignendo.

Gilo nomẽ ciuitatis, a qua Gilonitæ pe. pro. homines in ea habitantes dicuntur. Est & nomẽ uiri, de quo Iuue. Vnciolam Proculeius habet, sed Gilo deuncem.

Giluus color medius inter albũ & rufum, ut sentit Gel. Scribit. n. esse tria gña coloꝝ, nigrũ, albũ, mediũ, qd uocant χίρρον giluũ. Alii colorẽ buxeũ, uulgo gialdũ, quidam flauum intelligunt, qui ex uiridi & rufo & albo cõcretus est. Ser. Mellinum intelligit, alii cinericium.

Gindes fluuius, q̃ p̃ Dardanos fluens ingredit Tygrim.

Gingiuæ, in q̃bus dentes sunt, a gignendis dẽtibus. Lact. li. de opi. Dẽtes aũt ipsos, ne magis horrori q̃ ornamẽto essent gingiuis mollibus, q̃ a gignẽdis dentibus nominant, ac deinde labioꝝ tegminibus honestauit. Iuue. Frangendus misero gingiua panis inermi.

Gingiuula dimi. Apul. Cõplanatorẽ tumidæ gingiuulæ

Gingrio. is. ii. itum. Est aũt gingrire, anseꝝ uocis p̃priũ. Vũ genus quoddã tibiaꝝ exiguaꝝ, a uoce anseꝝ Gingrinæ dicuntur, a quibus Gingritor tibicen.

Gingrina tibia exigua.

Gingreria, ex multis obsoniis decerpta appellant. Quidam tamen Gigeria sine n, scribunt, esseq̃ gallinarum intestina, & quæ cum his coquebantur. Lucil. Gigeria sunt sine halio, his uescamur alacriter.

Gion, sed potius Geon quasi terra, q̃ antea melo uocabatur, fluuius, q̃ apud Ægyptios Nilus uocat, in paradiso oriens uniuersam circumit Æthiopiã. Iosephus. Gæon quoq̃ p̃ Ægyptũ fluens oñdit eũ, q̃ nobis ab oriẽte redit, quem græci appellant Nilum. Significatq̃ hoc nomen terræ hiatum. Quo nomine etiam uocatus est mons in Iudæa, apud quem Salomon in regem unctus fuit. Vide diffusius infra in dictione Nilus.

Girgillus, instrumentum, quo fili reuoluuntur.

Girim mons apud Garamantas, in quo nasci gemmas uetustas testata est.

Gith, genus seminis. Colu. lib. vii. Interdũ fastidio ciboꝝ languescit pecus. Eius remediũ genus seminis q̃d Git appellat. Pli. scribit aliquos id melanthion, alios me-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

laſpermon appellare, optimũq; excitatiſſimi odoris, & ꝙnigerrimũ. Colligiť ſuccus eius ut hyoſcyami, ſimiliterq; largius uenenum eſt, qđ miremur, quum ſemẽ gratiſſime etiam panes condiat. Pla. Git excalfactat.

Sante L

Glaber, a. um. quod eſt leue, & ſine pilis. Plau in Aul. Tu iſtũ gallũ, ſi ſapis glabrioré reddes mihi, q̃ uulſus ludi⁹. Nonius de doc. indagine. Legiť, qđ ludis p̃ſules pueri eſſent glabri, ac depiles ꝓpter ætatẽ, quos antiq; ludios appellabant. Aug. li. vi. de ci. dei. A quibus autẽ aſperinenť glabros, aut male barbatos uideremus. Huius diminutiuũ eſt glabellus, Glabra etiã, ſiue glabella uocatur interſtitiũ ſupcilia ſup naſum diſterminans, q̃ ſine pilis eſſe cõſueuit. Martia. ca. li. i. Quaꝫ una deoſculata philologiæ frontem illic, ubi pubem ciliorum diſcriminat glabellæ medietas.

Glabriones, idẽ ꝙ glabri. Et apud Romanos erat glabri onũ familia. Ex qua Accilius glabrio uir roman⁹ fuit.

Glabreta loca dr̃ quaſi caluata, q̃ fruticibus nuda ſunt, utpote nihil gignentia, quæ græci phalacras uocant a ſimilitudine caluicii, quod phalacron dicunt.

Glabellus, diminutiuum a Glaber.

Glabreſco, glaber fio, ꝓprie glabreſcere eſt ſine pilis, aut capillis, aut plumis fieri, qđ euenit nõnunq; morbo aliquo. Transferť etiam q̃ꝙ ad herbas. Colu. li. ii. Nam duma pecudibus legumina proculcãtur, herbæ etiam ungulis atteruntur. Atq; ita glabreſcit, & ſit idonea ſeminibus area, ideſt ſit glabra, mundaq;.

Glacies aqua congelata a gelu, quaſi gelacies.

Glaciari eſt in glaciem conuerti. Pli. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit.

Glacitare, proprium eſt uocis anſerum. Ouidi. Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer.

Gladius enſis, a clade dici uidetur, quia ad cladem ſit in uentus. Diciť & gladium neutro genere, ut docet Varro. Hinc digladior, aris. de quo alibi. Eſt & gladius genus piſcis marini, a roſtri mucrone dictus.

Gladiolus diminutiuum paruus gladius. Quo nomine etiam dicta eſt herba quædam, quod ſit foliis gladii ſimilis. Flores habet purpureos.

Gladiatores, dimicatores dr̃. Cice. li. iii. ad Herẽ. Tanq; gladiator habuerit, inter gladiatores ſpecialiter ſunt retiarii, q aduerſus mirmillones pugnabãt, dicti a rete, qđ ſub ſcuto gerebant, ut mirmillones inoluerẽt. Mirmillones dicebanť gladiatores, q gñe quodam gallicæ armaturæ utebanť, qđ mirmilloniũ dicebať. Vñ Galli ante mirmillones uocabanť, in quoꝫ galeis piſcis effigies erat. Solebãt aũt retiarii aduerſus mirmillonẽ pugnantes hæc uerba cantare. Non te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle?

Gladiatura, æ. ipſa ars gladiatorum.

Gladiatorius. a. um. ꝙ ad gladios ꝓtinet. Vñ ſpectacula gladiatoria. Cypria. ad Don. Parať gladiatorius ludus, ut libidinẽ crudeliũ luminũ ſanguis oblectet. Salu. itẽ ex ſenatus conſilio decreuere, ut gladiatoriæ familiæ Capuã, & ĩter cætera municipia diſtribuerentť. De gladiatoꝫ origine, ac cauſa Iuli. Cap. ſic hẽt. Multi dicunt apud ueteres hanc deuotionẽ cõtra hoſtes factã, ut ciuium ſanguine litato, ſpecie pugnaꝫ fortunã ſatiarẽt. Alii hoc lr̃is tradũt, quod ueriſimilius credo. Ituros ad bellum romanos, debuiſſe pugnas uidere, & uulnera & ferrũ, & nudos inter ſe coeũtes, ne in bello armatos hoſtes timerent, aut uulnera & ſanguinem phorreſcerẽt. Hinc mos tractus uidetur, ut imperatores ad bellum ꝓficiſcentes munus darent gladiatorium.

Glaneus nomen proprium uiri Chii, qui primus omniũ ferri compactionem fertur excogitaſſe.

Glaphyrus pe. cor. feſtiuus, iucundus, ornatus, politus, cõcauus, ſculptus, famoſus, aſtutus.

Glans. dis. & glandis. dis. dici põt, ꝓ fructu arboris quercus, & aliaꝫ arboꝫ glandiferaꝫ. Pli. li. xvi. Dulciſſima eſt oĩm glans phagi. Virgi. Nec de cõcuſſa tantũ pluit ilice glandis. Sed qa ex his hoĩes quondã uiuebãt, glandis appellatiõe (ut Vlpia. ſentit), oẽs fructus continenť. Hinc glans plumbũ, qđ eſt in modũ glandis formatũ. Salu. in Iug. Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare. Itẽ glans pars ſumma colis dr̃, q̃ ꝓpetuo tegiť, oculo ſimilis, Præputiũ emm̃ pellis eſt, qua glãs tegiť. Coles ipſe penis, a quo colei pendent. Rurſus glandes, ſeu glandulæ eſt morbus fauciũ, ob quandã glandis ſimilitudinẽ. Ibi emm̃ eſt caro ſuis glanduloſa, q̃ ab antiqs boni ſaporis putabať. Martia. Partitur apri glandulas paleſtritis. Apitius. Interpones pulpas pulli glãdulas edonas. Hinc illa pars ſuis laudatiſſima Glandiũ dicta eſt. Solẽt aũt hæ glandulæ intumeſcere, adeo, ut hoĩem graui morbo infeſtent. Hunc morbũ etiã tonſillas dicũt. Plin. lib. xxxvii. de electro. Pado uero annexa fabula euidente cauſa, Hodieq; tranſpadanaꝫ agreſtibus ſuccina geſtantib. maxie decoris cauſa, ſed & medicinæ, qm̃ tonſillis crediť reſiſtere, & fauciũ uitiis. Idẽ li. xi. Tõſillæ in hoĩe, in ſue glandulæ, qđ inter eas uuæ noĩe ultimo dependet palato. Hinc deducuntur glandifer, Glandula diminutiuum. Iuglans, & diiuglans, glandatio.

Glandeus. a. um. quod eſt ex glande.

Glandulæ morbus faucium. Vide in Glans.

Glandatio glandiũ collectio, & paſtio ſuũ ex glandibus

Glandium pars q̃dam inteſtinoꝫ eſt, ut inqt Priſci. Alii uolunt eſſe partẽ apri iuxta ceruicẽ, uel ipſam ceruicẽ, ſeu partẽ in iugulo aĩalis, ꝙ glandiculæ p̃ ſe ferat imaginẽ. Diciť & glandula. Hæ in hoĩe dr̃ tonſillæ, a græcis Adenes. Pli. li. xvi. Quibuſdã ſunt arboribus tubera, ſicut ſunt in carne glandia. Plau. in Cap. Pertruncauit tribus tergoribus glandia. Inde caro glandionica. Idẽ in Menæ. Glandionicã ſuillã, lardũ, pernam. Eſſe aũt ſuis hãc peculiarẽ laudẽ oñdit Colu. qui porcũ laudat, qui eſt amplæ & glanduloſæ ceruicis. Dicuntur etiam glandulæ de homine. Celſus libro quarto. Itemq; arteriæ quas parotidas uocant, ſurſum procedentes, ultra aures feruntur, & in ipſis ceruicibus glandulæ poſitæ ſunt.

Glarea terra ſabuloſa, quæ in fluuioꝫ ripis, uel maris littoribus reperiť. Hiero. In terra auꝫ quæriť & de fluuioꝫ alueis ſplendens profertur glarea. Luca. Aut impulſa leui turbatur glarea uena.

Glareola dimi. Plau. Glareolam manu effundens.

Glareoſus. ſa. ſũ. qđ eſt plenũ glarea. Pli. lib. xxvi. Silaris naſciť glareoſis, & pennib⁹ riuis, cubitalis apii ſi ſitudie

Glaſtum herba ſiſis plantagini, qua Britanni ſe inficiũt, ut autor eſt Cæſar, quo horridiori ſint aſpectu in pugna. Efficit emm̃ ceruleũ colorem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Glaux,græce γλαῦξ auis nocturna,a q̃ glaucus color.
Glaucus color (uti Placidus grãmaticus docet) interdũ ponit̃ p uiridi. Est em̃ q admixtũ hẽt uirori alborem. Vñ Vir.glaucas salices,& oliuas dixit. Itẽ in hoibus, & equis glauci oculi, p splendidis dñr.Hũc colorẽ qdam cæsium uocãt. Legimus nõnunq̃ & maris colorẽ glaucum,sed tũc qñ canescit fluctibus,Vñ glaucus deus marinus senior fingit̃,ex piscatore conuersus in deũ, gramine gustato. Fuit & alius Glaucus, q primus ex Chio insula,ut inqt Hero.ferri consolidaturã inuenit. Alius Hippolyti fili9, a quo Iones nati sũt reges.Multiq̃ hoc noĩe sunt uocati,inter quos fuit Minois filius in mellis dolio necatus, & Æsculapii opere reuixit. Itẽ glaucus caryst̃ius pugil ex Euboia, q ex aratro in olympia productus sæpe uicit,Glaucus itẽ Potnieus ex Bœrotia memorat̃,quẽ libidine furentes equæ lacerauerũt.Hic maris est numẽ. Apud Straboñ Libyæ sinus est, & amnis ibidem,ut inquit Plini.Et Glaucus nomen piscis.
Glaucium, herbæ genus syluestris, & erraticæ runagrũ uocatur. Alii paralaion dicũt. Nascitur in afflatu maris aut nitroso loco,inde nomen assumpsit.Nam glaucus ceruleum significat qui color est maris.
Glaucinum græce dr̃ oleũ mustum, hoc est expressum anteq̃ oliuæ p̃manẽt.Nã γλαῦκος græce,latine mustũ.
Glaucoma.atis.Glaucomatũ.ati. & Glaucoma.mæ. uitium humoris eius,q crystallinus appellat̃,in colorem glaucũ mutantis in oculo.Plau.in Mili. Glaucomam ad oculos obiiciem9.Serenus. Si uero horrendũ ducẽt glaucomata plumbũ,Spiritus alterius prodest,q grana cymini Pallentis mandẽs uisus exhalat in ipsos. Hypochysis uero,siue qd̃idem est, Hypochymata, q̃ nos suffusiones uocamus oculoꝝ, fit ex humore inter corneam,& crystallinam partẽ concreto.Interdumq̃ hæc oculi potentiæ,qua cernit̃,se opponit.
Glaucopis pe.pro.idis. habens oculos cæsios. Quo noĩe dicta est Pallas,q̃ a latinis dr̃ cæsia. Diodo. scribit aerẽ noĩatũ esse pallada,& ideo dici glaucopin,qm̃ aer glauci,hoc est,uiridis sit aspect9,scribit̃ cũ ω a græcis γλαυκῶπις. Solino teste,crystallum dat & succinum.
Gleba,cæspes terræ, quod sit quasi globus. Plini.li.xviii. Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquant̃, glebæ ne exultent.Græce, βῶλαξ & βῶλος gleba dicitur.
Glebula diminutiuum.Col.li.i.Eadem euentilata mundiora sunt,lapillisq̃ carent,& glebulis, quas per tritu ram fere terrena remittit area.
Glis,glissis, generis fœmini. terra argillosa. Glis glitis, etiam generis fœmini.carduus dicitur.
Glis,gliris,generis masculini,animal muri simile,nutrit̃ in arborib9.Mar.Somniculosos ille porrigit glires,Idẽ, Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo tempore sum,quo me nil nisi somnus alit.
Glirarium pro loco,in quo nutriuntur glires.Varro,Glirarium dissimili ratione habetur,quod non aqua, sed maceria locus sepitur.
Glisc̃ere ſcat crescere. Liui.li.vi. Glisc̃ete indies seditiõe. Vir.Glisc̃it uiolẽtia Turno. Itẽ pinguescere. Colu.li.ii. Pri9 tñ,q̃ exilẽ terrã iteremus,stercorare cõueniet. Nã eo quasi pabulo glisc̃it.Idẽ li.viii.Paleis,q̃ bñ oĩbus regionibus abundãt,etiã glisc̃it,scilicet asinus. Itẽ ardeo, cupio,ut in hymno. Nã glisc̃it aĩus p̃mere cãtibus uicto ꝝ genus optimũ.Huius cõpositũ est pglisco.Col.li. viii.Quæ prima luna saginari cœpit,uigesima pglisc̃it
Glisceræ mensæ lautæ,& pluribus ferculis opulentæ, q̃si glisc̃ẽtes,id est,crescentes p instructionem epulaꝝ.
Globus & globũ utroq̃ mõ dr̃ p corpe solido undiq̃ rotundo,quẽ græci Sphærã appellãt. Vir. Lucentẽq̃ globum.Ponit̃ qñq̃ p multitudine hoĩm, siue alioꝝ aĩalium,aut alterius cuiusc̃ũq̃ rei simul collecta, & quasi conglobata.Salu. Alii fiducia gnaritatis locoꝝ occultam fugam sparsi,alii globis eruptionẽ tentauerũt.Scindũ q̃ si glob9 ex filo,aut alia sili re fact9 sit,glom9 dr̃.
Globosus.sa.sum.pro rotundo spissoq̃.
Globo.as.aceruo,aduno,a quo cõglobor,de quo supra.
Glocito.as.pe.cor. ppriũ est uocis gallinaꝝ,cũ ouis i cubituræ sunt.Qd̃ fit crebris singultibus interiecta uoce
Glocio.is.idem qd̃ glocito.Colu.li.ix.Obser (acuta. uare debet custos,dum edant oua,ut ea quæ nata sunt recolligantur,notenturq̃, quæ quoq̃ die sint edita,& q̃ recentissima supponantur glocientibus.
Glomus.mi.& glomus.eris.est globus ex filo uel alia re simili factus.
Glomero.as.pe.cor.implico, & globi speciẽ formo,siue filum induco.Per transla.sumit̃,p cõgregare,accumulare. Virg. Et fœdã glomerãt tẽpestatẽ imbribus atris Collectæ ex alto nubes.Hinc fit cõpositũ Agglomero, qd̃ẽ applico,adiungo. Vir.Et lateri agglomerant não.
Gloria est frequẽs de aliquo fama,cũ laude. Quint.Consentiens laus bonoꝝ gloria appellat̃. Hanc Augustin9 dixit esse iudiciũ hoĩm bene de hoibus opinantiũ. Est tñ inanis gloria uitioꝝ plærunq̃ laudatrix, q̃ diffinit̃ qd̃ sit popularis fama ex honestatis simulatione prueniens.Cice.li.offi. Vix inuenit̃,q laboribus suscẽptis,periculisq̃ aditis, non quasi mercedẽ reꝝ gestaꝝ desyderet gloriã.Inter gloriã & claritatẽ hoc interest,ut inqt Sene.lib.xiii.episto.q̃ gloria multorum iudiciis constat,claritas bonorum
Gloriola diminutiuum est.Cice. Luceio. Illa nos cupiditas incendit,q̃ alacres animo sumus,ut cæteri uiuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant, & nosmetipsi gloriola nostra perfruamur.
Gloriosus,gloria plenus,ut gloriosus hõ, gloriosus dies, gloriosus triũphus.Cuius contrariũ est Inglorius, qui nulla laude aut gloria dignus est, & ueluti ignobilis. Vir.li.iiii.Geor.Ille horridus alter Desidia, latamq̃ trahens inglorius aluum. Interdum tñ gloriosus affectionem significat,& in malum, ut gloriosus dicatur, qui se inaniter iactat,uel alterius inani laudatione effertur & laudari quærit,ut miles gloriosus apud Teren.
Glorior.aris.construit̃ mõ cum præpositione de. Lactã. de ira. Apollodorus quidem,ut de ciui,& populari sua gloriatur.Modo sine præpositione.
Gloriabundus,qui abunde gloriatur.
Glos appellatur mariti soror,atq̃ idem fratris uxor.
Glossa.æ.p duplex ſſ,latie lingua dr̃. Vñ glossæ,& glossaria, p interpretationibus ponunt̃,qd̃ uice linguæ, hoc est uice doctoris funganẽt.Quintil.Glossæ sunt secretioris linguæ expositiones.
Glossemata,significant dictiones minus usitatas.
Glossematici,qui glossas conficiunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Glottis.idis.latine lingua,Hinc Plin. auem quæ rex cornicum appellatur,glottida uocauit,q̃ prælongam linguam habeat.

Glubo.bis corticem detraho,Vñ & pecus glubi dī, cum pellis detrahitur.Cato de re ru.Salictū suo tpe cædito, glubito,arcteq̃ alligato,librum cōseruato. Sue. de Tybe.Boni pastoris esse tondere pecus,non deglubere.

Gluma,folliculus grani frumentarii, a glubendo, q̃ eo folliculo deglubatur granum,hoc est decorticet. Autor Varro lib.i.de re rustica.

Glucidatum suaue, & iucundum, a græco γλυκύ, q̃ dulce significat.

Glutio.is.iui.itum,deuoro.Iuue. Quales tūc epulas ipm glutisse putamus induperatorē.Hinc fit deglutio.

Gluto gulosus.Ambro. Sic amat diabolus filios suos,ut perdat,sicut amat gluto porcellum, ut comedat.

Gluten & glutinū pe.cor.colla dī græce. Aug.li.iiii.confess. Laudet te ex illis aīa mea deus creator oīm,sed nō infigaī in eis glutino amoris p̃ sensus corporis.

Glutinosus.a.ū. qđ est uiscosum, & adhæret sicut gluten. Pli.Prioris laus,ut recēs sit & leuis, linguaq̃ glutinosa. Coli Asia Mysiaq̃ dēsa,ēt glutinosa terra maxīe exuberat.Apul.Mollicie cibi glutinosi faucibus inhærētis.

Glutino.as.pe.cor.cōiungo,ferrumino.Pli. Vis bituminis,q̃ sulphuris,sistit,discutit, attrahit, glutinat. Idem. Quo genere sistiē sanguis,& uulnus glutinaī.Huius cōposita Agglutino.Augu.lib.iiii.confes. Quia nō est uera amicitia,nisi cū eā tu agglutinas, inter hærētes tibi charitate diffusa in cordibus nostris.Conglutino. Pli. li.xxiii.Cortex uitium,& folia arida uulneq̃ sanguinē sistunt,ipsumq̃ uulnus cōglutinant.Deglutino,a glutine libero.Idē li.xxv.Purgant ulcera oculoq̃,explētq̃, & adcicatricē pducunt,palpebras deglutinant.

Glutinamentū,cōpactio,cōiunctio.Pli.li.xiii.Deprendit lentigo.l.chartæ oculis,sed mediis iserta glutinamētis.

Gluo.is.glui,distringo,ualde stringo.Var.de re rusti.Duricia est enim ea,quæ non solum stringit baccam, sed etiam ramis gluit,ac relinquit ad gelicidium.

Glyciamerides gen9 chamaæ.Vñ & Macro.glyciameri des uocauit in adiciali cœna lētuli flaminis appositas.

Gn ante A

Gnaphalon,genus tomenti. Nam quoq̃ natura mollis, candida,& oīno lanea est, γναφαλώδη græce appellantur,eiusmodi sunt dictiōi folia,ut inquit Diosc. & pars cucurbitæ interior,ut est apud Aetium.

Gnarus & narus dī scius,& peritus,Gnaritas, scientia. Sallusti.Nanq̃ alii fiducia gnaritatis locoq̃, occulta fuga spatsi,alii globis eruptionē tentauere. Hoq̃ contraria sunt ignarus & ignaritas. Gnare aduerbium perite,& q̃q̃ aperte.Apul. Qui gnare id nostris oculis contemplati sumus.Vide in dictione ignoro. Antiqui gnariter pro gnare dixere,a quo pgnariter, quod ēcat audacter,strenue.Plau. Age indicā prognariter.

Gnarauit.Liuius posuit pro eo quod est narrauit,& gnarauisse,pro narrauisse.

Gnoro.as.scio licet non sit in usu,sed eius composita habentur Ignoro,& Dignoro,de quibus alibi.

Gnauus & nauus,celer,strenuus,a nauiū celeritate. Grāmatici prothesin figuram appellant,qū apponit litera principio dictiōis,ut gnatus pro natus,ghotus pro notus.Cice. Noti erāt & naui,& nari, q̃bus cum in præpositione debet,dulcius uisum est,ignoti,ignaui,& ignari dicere,q̃ ut ueritas postulabat.

Gnathos,latine gena,maxillaue dicitur,aut bucca.Inde apud Teren.Gnatho parasitus. Hinc componitur Tetragnathius a numero maxillarum gen9 araneorum siue scorpionum,ut apud Plini.li.xxix.

Gneus corporis insigne est,& prænomen.

Gnidus,ciuitas Lyciæ, q̃ duos port9 habuit,& in fronte insulam,quæ stadia septem ambitus complectebatur, Theatralis,& alta,aggeribus iūcta cōtinenti. E Gnido uiri memorabiles fuerūt,Eudoxus mathematicus Platonis sodalis,& Agatharchides peripateticus historiæ conditor,& Theopōpus Iulio Cæsari familiaris, & Artemidorus eius filius.Et his antiqor Ctesias,q̃ Xersem medicatus est,& res syriacas,persicasq̃ conscripsit.

Gnosis latine cognitio,scientia,noticia.

Gnosos urbs Cretæ in plano sita, q̃ alio noīe Cerathus (ut scribit Strabo) appellata fuit a fluuio.Ea fuit Minois regia.Hinc Gnosius.a.um.& Gnosidus da.dū. q̃uis p̃ c magis scribenda sint.Suidas.γνώσιος ὄνομα κύριον, ὁ πολίτης ἀπὸ γνωσοῦ, γνωσὸς γὰρ πόλις ἐν τῇ κρήτῃ.

Gnostici,hæretici q̃dā,q̃ se sic appellabāt,ppter excellentiā sciētiæ,uī appellari debuisse gloriabanī,quū essent oīb9 uaniores,atq̃ turpiores. Vide Aug.li.de Hæresib9.

Gnomones dūr quarti dentes,q̃bus equoq̃ ætas dignoscit.Alii gnomonē aliter accipiūt.Aug.in dialec.Si detracti loco addas gnomonē,q̃ hemicycli specie ponit, plus tetragono maiori q̃ detraxeras reddidisti. Hero. uero sic. Nam poluere & gnomonem,id est,normā, & xii.diei partes a Babyloniis græci didicerunt.

Gn ante O

Gobius piscis,q̃ & gobio dī.Iuue. Cū sit tibi gobio tūn in loculis.Martia.Principium cœnæ gobius esse solet.

Goetia,penultima cum accentu. Nam græci γοητεία dicunt genus magiæ,quæ alio nomine theurgia dicitur a legibus prohibita.Vide in Magia.

Gomor proprie mensura uini est,ut interpretatur Ambro.in epistola ad Iustum.

Gomorrha,& gomorrhū utroq̃ mō dī,sicut Sodoma,& Sodomum.Soli.de situ Iudææ.Ibi duo oppida.Vnum Sodomum,alterum Gomorrhum appellatum.

Gonos,græce γόνος latine semen,γόνυ uero geniculum,ut poligonaton herba,a geniculoq̃ frequentia dicta.

Gonorrhœi dūr semine fluētes. Nam γονὴ genitura, ῥέω fluo.Ioseph.lib.vi.de bel.Iudai.Templum Salomonis aramq̃ cingebat ex saxo lorica, usq̃ ad cubitū surgens quæ populum a sacerdotibus segregabat, & gonorrhœos arcebat. γόνος latie filius dicitur,quod patet per eius composita.Antigonus.Chrysogonus.

Gorgias nomen rhetoris celeberrimi, qui pulcherrimū librum de concordia,Græcis tunc inter se diffidētibus recitauit Olympiæ.Fuit & alius Gorgias phus Leontinus,q̃ ausus est in cōuentu poscere, q̃ de re qsq̃ uellet audire,q̃ de omni re q̃cunq̃ in disceptationē quæstionēq̃ uocaret,se copiosissime dictuꝝ esse profitebatur.

Gorgones pe.cor.dictæ sunt Phorci filiæ.s. Scylla,Medusa,Stenio,& Euryale,quæ Dorcades insulas in Oceano

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Æthiopico sitas habitasse dicuntur cõtra Hesperidum hortos, quæ ab agilitate nomen habent, πήγασον enim agilem dicunt. Scribit Diodo. fœminas fuisse in Aphrica bellicosas, aduersus quas Perseus bellum gesserit, & earum reginam Medusam debellauerit, ac interfecerit, ex cuius cruore (ut est in fabulis) mox natus est Pegasus alatus equus. Inde ad Heliconem Bœotiæ mõtem euolans, & pede saxum feriens, πήγασον hoc est fontem aperuit, a quo Pegasus est nominatus, & ab eo fons ipe Hippocrene, siue Pegaseus, siue Caballinus dictus. Et gorgoneus. a. um. nomen possessiuum. Ouid. Gorgoneas tetigisse domos. Suidas. γοργόνος, ξεῖς γυναικὸς ἀπὸ τοῦ γόργον ἔιχον φοβερὰ τὰ πρόσωπα, ὡς καὶ τοὺς ὁρῶντας θυμώσειν: καὶ πήγασος ποταμὸς, ἢ τόπος λιβύης, ἔνθα αἱ γοργόνες ἐνέτυχον.

Gog, & magog, multi putãt esse gentes Scythicas immanes & innumerabiles, quæ trans montem caucasum & mæotida paludem, & prope caspium mare ad Indiam usq; tenduntur. Sed Hiero. teste in Ezech. nõ sunt gentes, sed latino sermone gog, tectum dicitur. Magog uero deiectum, quæ non literaliter, sed spiritualiter intelliguntur, & breuitatis causa omittimus.

Gortys, ciuitas Cretæ ab Heroe cognominata. Cuius accusatiu⁹ gortyn gortyna, pleriq; gortynam. Est & alia ciuitas in Arcadia huius nominis.

Gossampinus pe. pro. genus arboris.

Gotthia, regio Europæ, contermina Daciæ, & Nouergiæ, ex qua Gotthi immanes populi, qui olim Italiam armis subegerunt.

G ante R

Grabatus pe. pro. lectus exiguus, in quo meridiari solẽt, dictus quasi carabatus, q̃ in eo capite recumbamus, κάραν enim caput, βατὸν peruium græci dicunt. Vñ p lecticis paupeꝝ & mendicantium grabati accipi solẽt, ut est in Euangelio, Tolle grabatum tuum & ambula. Scribit aũt apud græcos duplici bb, κράββαρον, & ἀττικοεισικῶς κραββάτον, cum apud latinos prima corripiatur. Virg. Membra leuat sensim uili demissa grabato. Cice. lib. ii. de diui. diuersa facit lectos & grabatos. Ait enĩ Concursare oĩum mortalium, qui ubiq; sunt, non modo lectos, uerum etiam grabatos.

Graccus nomen auis, cornici similis, nisi q̃ minor est, a uoce, quam facit, uel a gerendo dicta, q̃ iacta segetum semina gerat, uel quia ex oliuetis cubitũ se recipiens, duas pedibus baccas, & tertiam ore ferat. Seu etiam, q̃ gregatim uolitet, siue a gracilitate, propter paruitatẽ. Est huic furandi natura, ex quo nõnulli monedulam eã appellauere a furãdis monetis. Exprimit sermonem humanũ, & cauea missus reuertit. Hæ auiũ tria sunt gña. Maiusculæ similiores sunt cornicibus, nisi q̃ sunt nigriores. Minimæ, & inter eas mediæ, quibus rostra & pedes rubent.

Graculus dimi. accipitur pro monedula aue, & pro pisce qui a Plinio dicitur q̃ sit similis dracunculo.

Gracchus p duplex cc, & cũ aspiratione cognomẽ fuit familiæ Romanæ. Duo aũt fuerũt Gracchi fratres Tiberius, & Caius, ambo eloquentes, quoꝝ eloquentiæ mater Cornelia multũ cõtulit. Veꝝ & doctior & eloquentior fuit Caius, q̃ erat minor natu, quo nemo plenior, nemo uberior fuisse fertur. Grandis erat uerbis, sapiens sententiis, genere toto grauis.

Gracile adiectiuum, pe. cor. ſcat, qd̃ est tenue, & corpore macilentum. Turpil. Nosti q̃ sit gracili corpe. Interdũ gracile ponitur pro molli. Hora. Quis multa gracilis te puer in rosa. A gracilis fit gracilitas, & gracilitudo.

Gracilens, & gracilẽtum, idem quod gracile. Neuius. Vide gracilentis colorem.

Gradus sunt, ex quibus scalæ constant, & quibus ad adificioꝝ altiora conscendit, a gradiendo dicti, q̃ p eos eatur. Vir. Ærea cui gradibus surgebant limina. Gradus etiam dr gradiẽtium pedum uicissitudo, ut apud eundem. Gradibusq; sonare cõpositis. Interdum gradus sumit p stadi firmitate. Cice. li. i. offi. Nec tum multudines de gradu deiiciunt. Hinc gradum facere, & gradum iacere dicimus, ut si in arborem, tectum ue scandere uelim, ex saxo, aut scamno, aliqua ue alia re gradum facio. Cic. contra Rul. Hunc, quasi gradum quendã atq; aditum ad cætera iactum itelligetis. Gradus quoq; cognatiõis dicti sunt ad similitudinem scalaꝝ loco ꝝ ue decliuium, quos ita ingredimur, ut a proximo in proximum. i. in illum, q̃ quasi ex illo nascit ueniam⁹. Quapropter graduum hmõi alios supioris ordinis esse Caius scribit, ut sunt pater & mater, qui sũt in primo gradu. In secundo Auus & auia. In tertio ꝓauus & proauia. Alios inferioris, ut liberi. Alios ex transuerso, siue latere, ut fratres & sorores, liberiq; eoꝝ. A gradus fiunt adiectiua Tardigradus. a. um. pe. cor. ꝓ eo q̃ tarde gradit. Vnde testudinem tardigradam dicimus. Spissigradus, ꝓ frequenti graduum motu incedente. Plau. Spissigradissimos tardiores, q̃ corbitæ sunt in trãquillo mari.

Gradior. is. quasi p gradus eo. A quo regrador pe. cor.

Gradator, a magno gradu. Plau. in Pœnu. Viceritis cursu ceruas, & gradatorem gradu, legitur tamen & grallatorem a grallis.

Gradarii eq., q̃ sine succussatiõe molliter incedũt. Lucil. li. xiiii. Ipse equus non formosus gradarius optimus.

Gradatio, apud rhetores dr, cũ ex prima sententia oritur secunda, & ex secunda tertia, atq; ita deinceps.

Gradatim aduerbiũ, ſcat p gradus, & ordinate, lenteq;. Var. li. i. de re rust. Cato q̃dem gradatim aliũ ꝓponens alio, agrũ meliorẽ dicit esse in nouem discriminibus.

Gradiuus pe pro. a gradiendo, uel q̃a gradatim, & p ordines in bellũ itur. Vñ Mars gradiuus dictus est. Sunt tñ qui gradiuum a gramine dictũ putent, q̃a gramine sit ortus. Vñ & graminea corona in re militari maximæ est honorationis. Alii a uibratione propter hastas crebro in bello uibratas, q̃n græci κραδαίνειν uibrare dicunt, alii gradiuum nõ latinũ, nec græcũ, sed thrax uocabulum esse, & significare bellicosum, & forte dicunt.

Gradior. eris. gressus, ſcat uado. Lact. li. iiii. Claudis uero ac pedũ uitio afflictis, non modo gradiendi, sed etiam currendi dabat facultatem. Huius composita sunt Aggredior, Antegredior, Congredior, Digredior, Egredior, de quibus alibi. Ingredior. Introgredior. Dicimusq; ingredior foꝝ, & in foꝝ: Aliq̃n ponit pro simplici gradior, incedo. Virg. li. iii. Ge. Continuo pecoris generosi pullus in aruis Altius ingreditur. Cice. ad Atti. Si dormis expergiscere, si stas ingredere, si ingrederis curre, si curris, aduola. Interdũ ingredi est ꝓuenire, & se ostẽ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dere. Plau. Nihil te pudet ſceleſte in conſpectu ingredi
Ingredi in mulierem, eſt mulieris pſonam aſſumere.
Hiero. in pſal. interpre. Solet in theatris unus homo frequenter diuerſas hīe pſonas, nūc ingredi in mulierē, nunc in uirū, nūc in regē, & q in regē pceſſerat, rurſus in ſeruum, pcedit. Interdum eſt quaſi incipere. Lact. li. vi. Iuſtus ergo, qm̄ dux aſperūq; iter ingreſſus eſt. Cic. ad Curionem. Qui ingredior ad explicandam rōnem ſententiæ meæ. Introgredior. Virgi. Poſtq̄ introgreſſi & coram data copia fandi. Progredior, ultra procedo. Cice. in Lel. Id primum uideamus ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Hinc progreſſus, & progreſſio, pro proceſſu. Idem li. i. Tuſ. Qui errantium ſtellarū motus, pgreſſiones, inſtitutioneſq; notauit. Ali qñ pgredi eſt anteire. Plau. Extremū intra carcerē ipm pgredi parthenopeum. Prætergradior, ultra tranſeo. Cice. Appio Pul. Currens Lepta uenit, mihiq; nuncia-uit te iam caſtra ptergreſſum eſſe. Apul. Cunq; ſtabulū ptergreſſus fuiſſem, re cognita, cœpit retrocedere. Hiero. Ponam & aliam expoſitionem, ne qd uidear ptergreſſus. Regredior, retro gradior, reuertor. Plau. i Aul. Illuc regredere ab oſtio. Lact. lib. vi. Cum uentū fuerit ad extremū, unde iam regredi nō licet. Supgradior, ſuperambulo, ſupero, ut eſt illud. Sed tu ſupgreſſa es uni uerſas. Subtergradior, tranſgredior, ultra gradior. D. Brutus Cice. Vt alpes tranſgrederer. Lact. li. ii. Nemo tunc milleſimū annum tranſgreſſus eſt. Tranſgreſſio apud rhetores dī cum ab ea ſententia, quam ppoſuimus, cōuertimus ſermonē ad aliquā pſonam, aut rem aut fortunā, & tanq̄ pſentem appellamus, ut hæc mulier nup fuit locuplex, & potens in amore, atq; deliciis neceſſarioꝝ, ornatus eius opibus abundabat, magnus ancillarū, q̄ ſequebanť, comitatus appellabať. Nunc cōtra ſubito, & graui caſu afflicta, uix mediocris ancillulæ dignitatē retinet. O fortuna, q̄ uehemēter te rerū uarietas oblectat, & q̄ magno odio eſt tibi beatæ uitæ perpetuus, & conſtans fructus.

Graſſor. aris. quaſi a gradior frequentatiuum eſt. Feſtus Graſſari pprie dīr latrones, uias obſidentes. Gradi ſiq̄dem ambulare eſt. Vñ tractū graſſari ab impetu gradiendi. Sed cū qs graſſať, i. cum impetu, ſiue frequenti gradu uadit in aliquē, & bono & malo aīo graſſari poteſt. Ideo & in bonā, & in malā partē accipi pōt. In bonam. Salu. in iug. Sed dux atq; imperator uitæ mortalium animus eſt, qui ubi ad gloriā uirtutis uia graſſať, ideſt, cum frequenti gradu uadit, abunde potens, pollenſq;, & clarus eſt. Sil. Graſſandum ad clara periclis. In malum. Lact. li. ii. Suis em̄ uitiis perditi ſæuiunt, & graſſanť, ut pdant. Ab hoc malo aīo in hoc uerbo graſſor ſæuio ſignificatio naſcit, eo q̄ cum qs graſſatur, i. frequenti gradu, ſiue cū impetu pperat in aliquē, ut ipm telo, ſeu quouis alio modo feriat, uel malo aīo rapiat, hoc ſæuire dī. Lact. li. iii. Archipirata quiſpiā, uel latronum ductor ſi ſuos ad graſſandū cohortē. Cæſar. Graſſati in hoſtes uetat. Aliqñ in hac ſignificatione ita accipiť, ut etiam in ppriam ſignificationē redigať. Liui. li. ii. Trecenti cōiurauimus principes iuuētutis Romanæ, ut in te hac uia graſſaremur. Antiqui tñ graſſari p adulari dicebāt. Huius cōpoſitū Oggraſſor, qd̄ eſt obuiam, ſeu cōtra cū impetu, aut freq̄nter gradior. Plau. i Pœ. Niſi cū pedicis cōdidiciſtis oggraſſari gradu.

Graſſator, q p uim, & inſidias latrocinať. Iuue. Interdū & ferro ſubitus graſſator agit rem. Calliſtratus. Graſſatores, q ꝑdæ cauſa id faciūt, pximi latronibus habenť.

Græcus nomen uiri proprium, a quo Græcia regio Europæ dicta eſt.

Græcia Europæ regio a græco rege dicta, hæc ab Iſthmi anguſtiis incipit, & a ſeptentrione in meridiem uecta, qua ſol oriť ægeis, qua occidit ioniis fluctibus obiacet. In ea Athenæ & Marathonii cāpi, Citharon & Parnaſus mōtes. Hic fiūt græcus, græcanicus, & græcoſtaſis.

Græcus. a. um. poſſeſſiuum ut uir græcus, mulier græca, dogma græcum.

Græcanicus. a. um. aduenticium de græcis ſumptum uelut notum, ut hectores neſtores.

Græcoſtaſis, pe. cor. quaſi græcoꝝ ſtatio. Locus, de quo Varro ſic habet. Ante curiam hoſtiliam roſtra, dextra a Comitio locus ſubſtructus, ubi nationum ſubſiſteret legati, qui ad ſenatum eſſent miſſi. Is græcoſtaſis appellatus. Senaculum ſupra græcoſtaſim, ubi ædis concordiæ, & baſilica Opimi.

Graiugenæ, penultima correpta græci dicti ſunt.

Græcari, eſt conuiuiis & libidinibus operam dare, ab eō q græci liberius ſe haberent in conuiuiis. Nam qñq; uerba trahuntur a moribus nationum.

Gralæ p ſimplex l, fuſtes furculas habētes, ſūt qb⁹nituntť.

Grallatores dicuntur, qui in perticis abiegnis paſſus ingentes faciunt, alio nomine dīr a græcis calobathræ. Grallatorium gradum Plau. uocat maximū, ſicut ecō trario minutulum formicinum, & teſtudineum. Plau. Vinceretis ceruas curſu, & grallatorem gradu.

Grāma. atis. & grāmatum. ati. latine lra dī. Vñ epigramma, & epigrammatum, cū aliis a gramma cōpoſitis.

Grammatica literaria dicitur. Eſt em̄, ut literæ ſuas cuſtodiant uoces, & quaſi depoſitum reddant. Eſt enim grammatica rectæ loquelæ, rectæq; ſcripturæ ſciētia quæ uſu, ratione, autoritateq; conſtat.

Grammaticus, literatorius, ſeu literator, qui grammaticam docet, qui & grammatiſta dici poteſt, & triuialis. ſed & poetaꝝ interptes grāmatici dīr, uerſanturq; nō ſolum circa ſermonem, ſed etiā circa hiſtorias, & carmina euagantur. Mar. De Epigrammatis ſuis. Grammaticis placeāt, & ſine grammaticis. Grāmatici prius critici dicti ſunt, autore Dione Chryſoſtomo. Cor. Nepos ait literatos proprie appellādos eſſe poetaꝝ interpretes, qui a græcis grammatici nominanť. Hi tātum autoritatis habuerunt, ut cēſores eſſent, ut iudices, eoſdem literatores uocitatos, Meſſala Coruinus autor eſt. Sunt qui grammaticum a grammatiſta diſtinguant ut literatum a literatore, tanq̄ grāmaticus abſolute, & perfecte doctus ſit, ſicut literatus. Grammatiſta, ſicut literator mediocriter eruditus.

Grammaticus. a. um. quod ad grammaticam pertinet.

Grammatocyphon, qui capite ſummiſſo, & in genibus papyrum tenens ſcribit.

Grammatice loqui eſt ubi cura ſermonis uitium nō admittitur, latine loqui, ubi elocutione lucēſcit oratio.

Grammateus, a græcis dī ſcriba, a rationibus ſcripturarius & librarius dicebať, qui rationes publicas ſcribit in tabulis, nunc uulgo cancellariū noſant. Apul. lib. xi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tunc ex his unus quem cuncti grammatea dicebant. In libris regum. Auricularius a secreto dī, quē lingua uernacula secretariū appellant, & ab epīs. Suidas ait grāmatea esse notariū, & ἀπορρήτων. i. arcanoꝝ partici pem. Archigrammateus princeps scribarum.

Grammatophylaciū, locus ubi scripta publica seruanť.

Gramme, longitudo sine latitudine mensuræ subiecta. Aug. Si omissa latitudíe, solam qs longitudinē uoluerit emetiri, lōgitudo sine latitudine mensuræ subiecta grāme dī, nō qđ sit lōgitudo aliqua, q̄ careat latitudíe sed q̄ solā qs metiens longitudinem, grammen metiri dī. Et hæc linea a nostris dicíť. Eam ita diffinit Euclides. Linea est longitudo illatabilis. Emensa uero cum longitudine latitudo, dicíť epiphania.

Gramiæ sunt oculorum pituitæ. Vnde gramiosi oculi, a quo qui tristes sunt, in hodiernum quoq; diem gramiosi uulgo nominantur.

Gramen herba uulgatissima sic dicta, q̄ geniculatis internodiis mirifice serpat, a gradiendo, uel a gignendi fœcunditate. Crebro enī nouas spargit radices. Refert Plini. eam herbam nasci, ubi humanus sanguis ceciderit. Gramen capiti circundatum sanguinis fluxiones e naribus sistit. Qñq; tamen gramen ponitur generaliter pro omni herba. Vnde graminea corona dicta est, quæ ab uniuerso exercitu seruato seruatori dabať, ubi obsessos aliquis seruasset, quodcunq; id genus herbæ foret, decerpto uiridi gramine.

Graminosus. a. um. plenus gramine. Colu. li. i. Quid syluester ager, quid humidus, & gramīosus, quid siccus & spurcus recusaret.

Grando gutta aquæ in aere congelata, sic dicta, qđ soliro grandior sit. Vel quia granis contineatur, hinc grandinosus a. um. ut grandinosa loca, in qbus frequentes sunt grādines. Grando etiam quam græci χάλαζαν & χαλάζιον uocant, collectio est sub cutē buboni, & Ægyptiæ fabæ similis, ut inquit Iul. Pollux, dolorem, si tangatur afferens. Dicuntur & in oculo grādines, cum segnis humor circa palpebras coit, sed ita ut id tuberculum digito huc & illuc impelli possit.

Grandinosus a um. ut grādinosus locus, in quo frequentes sunt grandines. Et grandinosum cælū, q̄ sæpe grandines infert. Colu. li. iiii. Post hæc non ignorabit dñs loci plus esse posse qualitatē cæli frigidam, uel calidam, siccā, uel roscidam, grandinosam, uentosamq;, uel placidam, serenam, uel nebulosam, ideſt, quæ sæpe grandinem infert. Roscida, quæ siccitatibus laborat.

Grandinatus a. um. participium, quod est grandine saucium. Augu. in Psal. Grandinata est uinea. Idem de cō uenientia a. x. præceptorum. Qui suo malo desyderio forinsecus furantur, iusto dei iudicio intrinsecus grandinantur. Et infra. Quid tibi prodest si ubi homo non uidetur furaris, & ubi deus uidetur grandinaris?

Grandebalæ pe. cor. pili subalares, quos Volsellis tolli sæpe molliores iubebant.

Grandis & hoc grande, apud ueteres, non ad corpus, sed ad ætatem tantum referebatur iam adultam. Teren. An sedere oportuit domi uirginē tam grādem. Quod si natu addať prouectiorem ætatem significat, & iam pene senilem. Pli. Iunior. Mulier natu grandior, & tot liberorum parens. Nunc uero grandis sumitur pro magno, & nonnunq̄ ad inanimata refertur. Hiero. Grandes materias ingenia parua non sufferunt.

Grandiusculus. la. lum. Diminutiuum. Teren in An. Iam fere grandiuscula profecta est.

Granditer aduerbium. Cypria. ad Cornelium. Docuisti granditer deum timere. Christo firmiter adhærere.

Granditas dicta est maior ætas. Sisen. lib. iiii. histo. Neq; ætatis granditatem, neq; ea merita, neq; ordinis hónestatem, aut dignitatem sibi esse excusationi.

Grandæuus. a. um. quod est prouectioris ætatis, hoc est, grandis æui, ideſt senex.

Grandiloquus pe. cor. eloquens, & q cum quadā uerboꝝ magnificentia loquitur. Cice. Nam & grandiloqui (ut ita dicā) fuerunt, cum ampla sententia, tum grauitate & maiestate uerborum. Hinc grandiloquentia.

Grandio. is. iui i itum. grandem facio. Plau. in Aul. Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manu, te, studineum istum tibi ego grandibo gradum.

Grandesco, cresco, grandis fio. Plin. li. xviii. Crescente luna, frumenta grandescunt. Hinc ingrandesco, quod est ualde uel intus grandis fio. Colu. Quæ lens, ut celeriter prodeat, & ingrandescat, antequam seritur fimo arido permisceri debet. Idem lib. ii. Omne autem frumentum spicam a tertio ad quartum nodum emittit, & cum totam edidit, octo diebus defloresçit, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem peruenit.

Granum fere frugum dicitur, ut tritici, hordei, farris, & hmōi, quod est intimum solidum. A quo granarium. Acini sunt cæteroꝝ fructuum, ut uuæ, baccaꝝ, & hmōi. Granum etiam generaliter dī pro omni eo, qđ græci uocāt coccum. Vnde coccum ilicis granum uocamus. Et coccum granum Emerita Lusitaniæ, ac bæthica fere tota copiosum fert. Vnde puto cōsecutum ut regio ea modo granata nominetur pro bæthica.

Granarium locus in horreis seruandis seminum granis paratus, uel in quo grana frugum reponūtur. Var. At triticum condi oportet in granaria sublimia, quæ perflentur uentis ab exortu, & septentrionum regione, ad quæ nulla aura humida e propinquis locis aspiret. Granaria quidam habent sub terris spelunças, quas uocāt syros, alii puteos. Persius. Iam nunc astringas, iam nūc granaria laxes. Nonnulli horreum ab hordeo. Festus a farre farreum uocat.

Granosus. a. um. dicitur omne quod intus habet grana.

Graphis. idis. ars pingendi uel pictura, quæ maxime lineis constat, & linearis uocatur, quam Pli. li. xxxv. scribit esse inuētam a Sophocle. Dicta graphis a stilo, quē græci graphion, & graphida quoq; nominant. Vitr. li. i. Architectum oportet graphidis scientiam habere. Pli. xxxv. Graphidis uestigia extant in tabulis, ac membranis, ex quibus proficere dicuntur artifices. In quo sciendum, per graphidis uestigia, picturæ genus accipiendum esse, quod græci uocant ichnographiā. Ea est circini, regulæq; modicæ continens usus, ex qua capiunt formaꝝ in solis areaꝝ descriptiones, ut inquit Vitr. li. i. qui & orthographiam & sciographiam nominat.

Graphium stilus ferreus, seu penna argentea, qua signantur in tabellis literæ, ut olim in cera, seu figuræ. Amb. li. Hexa. Neq; uero, si ipse nō comphendas, idcirco nō

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cœpit,aut nequaq̃ desinet,si ipse circuitum, uel atramento,uel graphio ducas,Ouid. Quid digitos opus est graphium lassare tenendo. Stilus autem, sicut docet Hieron. in expositione Psal. scribit in cera. Calamus in charta membrana,aut in quacunq; materia,quæ apta sit ad scribendum.

Graphus scriptus,uel pictus. A graphus non scriptus, uel nõ pictus. Graphia,scriptura uel pictura. Vnde scribo,p pingo,etiam apud nos,& picturas legere dicimus.

Graphicus hõ dr ad unguẽ factus absolutusq;, & quasi pictoris manu expolitꝰ. Plau. Næ tu habes seruũ graphicum,& quantiuis pcii. Graphice,eleganter,polite.

Graphicotera quoq; per comparatiuum dicta absolutiora elegantioraq;.

Graphe,apud græcos dr accusatio. Et ut inquit Suidas genus est cuiusdam publicæ accusationis.

Graphiariũ,graphio ꝛ theca,in qua stili reponunt,qbus & scribere simul, & pingere solebant,anteq̃ penicilli, & colores inuenirent. Dicitur & theca graphiaria. Mar. Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro.

Gratia (inquit Augu.) dicta est,qa gratis datur. Quare gratis datur? Quia merita non præcesserunt,sed beneficia dei te præuenerunt. Vnde recte gratia sumit pro beneficio. Cice. Cũ pstrim considerẽ nullã esse gratiã quá uel nõ capere aius meus in accipiẽdo, uel remunerando,cumulandoq; illustrare posset. Omne em̃ quod habent hoies a deo,gratia est. Nihil em̃ ex debito hñt. Quis em̃ prior dedit,& retribuetur illi? Tres aũt apud ethnicos scribunt fuisse gratias. Aglaiam .i. lætitiam. Thaliam .i. uirentem, quia beneficium semper uiret. Euphrosynem,quã delectationem nominant. Hæ græcis χάριτες uocant ἀπὸ τῆς χαρᾶς, quod lætitiam significat. Merito em̃ lætari uident, & q dant, & q accipiunt beneficium. Tris aũt ideo esse ꝓdiderunt,qa & beneficia esse in alios debemꝰ, & alio ꝛ bñficia suscipere, & his, q in nos liberales fuerũt retribuere. Dare aũt & accipere & referre,tres actus sunt inter se distincti. Hinc gratiosus. Aliquando capitur pro pœna,siue damno. Cic. Vt pro iniuria parem ei gratiam referret. Aliquando pro mercede. Idem in Lel. Vt em̃ benefici,liberalesq; simus non ut exigamus gratiam .i. mercedem,uel utilitatem neq; beneficium fœneramur,sed natura propensi ad liberalitatem sumus. Aliquando pro pace seu amore. Teren. in Hecy. Neq; alio pacto componi potest inter eas gratia. Et in Eunu. Adibo, atq; ab eo gratiam quã uideo uelle inibo. Aliquando pro benignitate. Tibul. Gratia magna Ioui,uetuit pater ipse ualere. Aliqñ pro causa,seu respectu. Salu. Rem oẽm aperit,cuius gratia mittebãtur. Aliqñ pro uirtute,seu efficacia,ut frequenter apud Ambro. Aliquando pro laude. Quintil. Nullã ingenii sperantes gratiam. Habere autem gratias,uel agere,uel referre. Vide in dictione Ago.

Gratus,qui gratiam,p beneficio refert, uel saltẽ memor est accepti beneficii. Cuius contrarium est ingratus, a quibus gratitudo,& ingratitudo. Grate,& ingrate aduerbia,& gratis,& ingratis. Accipitur etiam gratus ꝓ læto,& ingratus pro tristi. Vir. li. vii. Et cineri ingrato suprema ferebant. Et gratus pro spontaneo. Et ingratus,pro inuito,& coacto legitur.

Gratiosus,ualde gratus. Nam plenũ gratia ſcat, & is est qui habet gratiam .i. qui in populo acceptus est. Ci. lib. iii. offr. Tum Pithius,ut argentarius, qui esset apud oẽs ordines gratiosus .i. habens multam gratiam, Idẽ Lentu. Vehementer confidit his nostris literis apud te gratiosum fore .i. ualde gratũ. Gel. accipit gratiosum,tam pro eo,qui gratias adhibet,quã qui admittit.

Gratis aduerbiũ,significat sine ꝑmio,sine merito, quod uulgo dicitur,per gratiã. Hie. in Geñ. Quia frater meus es,nõ seruies mihi gratis. Amb. In diuinis scripturis reꝑscribit, qui non studuerit dare gratis, quod ipse gratis acceperit. Alias significat spõte. Augu. lib. iiii. Confessi. Quorũ exempli gratia quædã gratis posui, uel in ipso substantiæ genere innumerabilia reperiunt, Sic ingratis inuite,nõ ultro,quia ultronea grata sunt. Ingrata, quæ ab inuitis,& recusãtibus fiũt Plaut. in Amphi. Hęc heri immodestia coegit me,qui hoc noctis ingratis excitauit. Teren. in Eu. Opus faciam,ut defatiger usq; ingratis ut dormiam.

Gratuis,a quo fit Gratuitus. Plau. in Asi. Caue ne gratuis id est Caue ne grãm tibi nullã habeamus quod populum attentum feceris si modo interturbes.

Gratuitꝰ. a. um, pe. pro. quod daf gratis .i. sine ꝑmio, & qd nõ est mercenariũ. Ci. li. i. de le. Quid liberalitas, gratuita ne est,an mercenaria? si sine ꝑmio benigna,est gratuita,si cũ mercede,cõducta. Augu. Gratuitã nobis impendit deus dilectionẽ, qbus gratis unigeniti sui misit redemptionem.

Gratuito aduerbium significat sine præmio. Sue. in Cæ. Omnibus uero circa eum,atq; etiam parte magna senatus gratuito,aut leui fœnore obstrictis.

Grates numero tm̃ plurali, & in hac tm̃ terminatione ꝓ gratiis,q̃ referri debẽt ꝓ accepto beneficio. Vir. Grates psoluere dignas, Non opis est nostræ Dido.

Gratificor,rem gratã facio,cõsentio,cõplaceo. Cic. Len. Quod Pompeio se gratificari putãt. Differũt tñ gratificari,& gratũ facere, quod gratificari in se cõtineat qd dam maius. Est. n. beneficũ esse. Vnde dicimus deũ gratificari hoibus, quasi sit beneficia conferre.

Gratum uero facere sit obsequi,inseruire. Cice. Si hũc iueris,gratissimum mihi feceris. Hinc Gratificus.

Grator,aris. diis grãs ago,& q̃si supplico. Oui. li. iii. Fast. Quisquis ades,castæq; colis penetralia Vestæ,Gratare iliacis,thuraq; pone focis. Interdũ Gratari est gaudere de bono ꝓprio,ut apud eundẽ li. ix. Meta. O superi toto q̃ libens mihi pectore grator. Qñq; etiam est lætari de bono alterius. Vir. Inueni germana uiam,gratare sorori. Liui. li. vii. Tuũ sequentes currũ Iouis optimi maximi templum gratantes ouanteq; adire.

Gratulari cũ dtõ,ꝓprie est diis,siue hoibus, qui nobis beneficii fuerũt in successu,aut nro,aut alio ꝛ, cũ laudibꝰ festiuitatẽ oñdere. Orif em̃ ex lætitia gratulatio, ut ex dolore q̃rimonia. Lac. li. vi. Nihil ẽ qd sibi aliqs gratulet, si has inanes uirtutes adeptus est. Enni. in Hecuba. Iuppiter tibi summe tandẽ male re gesta gratulor. Interdũ ptermittif dtũs,cũ fuerit ꝓnomen. Oui. Prisca iuuẽt alios,ego me nũc deniq; natũ Gratulor, ubi itelligif mihi. Quin. Gratulemur iã q̃ nulla ciuitas laborat, subitelligif nobis. Gratulari ẽt ẽ grãs agere, siue supplicare. Li. Triũphãtes i capitoliũ ascẽdebãt, Ioui optimo maxio, cæteriq; diis gratulaturi, nec mirũ, si gratulari

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diis dicimus,quasi ostendere nos illis aggaudere, cũ salutare etiã eos dicamus,quasi salutẽ illis optare,qd nõ dtis,sed hoibus cõuenit. Vñ dicimus.Salue sancta parens.Gratulari cũ actõ,est gratũ habere.Ter. in Eu.Salutãt ad cœnã uocant,aduentũ gratulanť.Plau.in cap. Vbi quisq; uidet,eunt obuiã,gratulanturq; eam rem .i. gratã habẽt.Huius compositũ est congratulor.

Graue,suapte natura significat ponderosum,ut graue saxũ, qd nos cũ molestia grauat in ferẽdo. Vir. Vomis & inflexi primũ graue robur aratri. Et p trãslationem dr,morbus grauis,senectus grauis i.molesta, qm q molestiã ex senectute,morbo,cæterisq; hmõi sentiũt,qua si onere itolerabili pmunť,qd cupide uelut graue on⁹ a se uellent deponere.Cic.in Cato.Quod nunq; senectu tẽ tibi grauẽ esse senserim. Itaq; unus est modus, q̃ corpori,aut aio molesta sũt,ea grauia appellare,eo q; molestia a mole.i.a re magna uocata est. Alter modus ẽ, q; quemadmodũ grauia, & grãdia saxa nõ facile loco mouenť,sed ad oẽm tempo⁊ mutabilitatẽ hærent, ita hoies cõstantes,ac sapiẽtia pditi merito graues dicunť, q; nec pcibus,nec minis,ab æquo dimouenť,ut hi faciunt quos leues uocamus, qui in similitudinẽ paleæ,ad oẽm aurã uentilanť.Hinc grauitas p firmitate,ac constantia animi,ac in uultu,morib⁹, uerbis, rebus agẽdis quædã seueritas.Aliq̃ p molestia,& magnitudine, ut grauitas odoris,grauitas doloris, grauitas somni. Vatiis aliis modis dr graue,sed ad hos reduci possunt. Nã ponit p pnicioso,acerbo,nocẽte,Ci.lib.iii.offi.Magnũ illud bellũ, & grauẽ aduersariũ iperii sustulissent. Idẽ Facilius & in morbos incidũt adulescentes, & grauius ægrotãt.Pro forti,& robusto. Vir.li.v.Prima pares inerunt graui⁹ certamia remis.Pro grãdæuo.Idẽ.Hic gravis Entellũ dictis castigat Acestes.Pro utili,solido,firmo,cõstãte.Ci.li.i.offi. Vt iã sint alia grauiora,atq; meliora,tñ nos studia nostra naturæ regla metimur. Pro tristi.Vir.li.viii.Grauior ne nũcius aures uulneret.Pro sapiẽti cũ auctoritate.Cic.in Hor.Quid.n.aut Herodoto dulci⁹,aut Thucydide graui⁹.Pro põderoso.Vñ grue æs dr,qa deni asses singula pondo efficiebãt.Pro necessario.Lucil.lib.xxxviii. Habeasq; aio mihi admodũ causã grauẽ fore, q̃ me ab ullo cõmodo abducat tuo. Pro pleno.Virg.Tum pietate grauẽ,ac meritis si forte uirũ quẽ Cõspexere silẽt.Pro fœcũdo, & frugifero. Idẽ Quid labor,aut bñfacta iuuant, qd uomere terras Inuertisse grauis ? Pro multo.Varro. Vbi graues pascantur,atq; alanť pauonũ greges.Salu.lib.iii.hist. Cœpit p oẽm puiciã graue pciũ fructib⁹ esse.Pro amaro. Var. in qnquatribus. Absynthiũ ut bibã graue & castoreũ. A grauis fit aduerbium grauiter,& graue.

Grauatus,a.um. Vide in dictione Graue.

Grauiter significat multũ.Cæcil.Placere hoc cœpit grauiter. Cice. Nec uero audiendi grauiter, qui inimicis irascendũ putant. Vir.Grauiter spirantis copia thymbræ.Aliquando significat aspere,male.Idẽ Graue olentis auerni.Aliquando moleste.Cic.Grauiter, & iniquo animo tuli.Aliq̃ sapienter.Idem Si quid prudenter, si quid grauiter factum est,hoc est,nõ leuiter,ac insipiẽter,sed mature,sapienterq;.

Grauedo ponderositas.Sumiť quandoq; pro morbo,qui est torpor marcid⁹,& capitis grauitas somnolẽta. Pli. de Mandragora.Sic quoq; noxiæ uires grauedinẽ affrũt etiã olfactu.Alias significat distillationẽ humoris ex capite,quæ nares claudit,uocẽ obtundit,tussim sicã mouet,sicut docet Cel.lib.iiii.Plau.in Asi.Quod illã haud simulet quasi grauedo profluat.Hoc ne sic faciat tu labellũ abstergas. Græci coryzas noiant. Hippocrates distillationes oẽs & grauedines noiat coryzas.

Grauedinosus,nõ solũ qui grauedine infestatur,sed etiam qui ad eũ morbũ est ꝓcliuior.Cic.lib.iiii. Tus.Itaq; dicimus quosdã grauedinosos,quosdã torminosos,nõ quia iam sint,sed quia sæpe sint.Pli.appellat Eruũ grauedinosum,quod bobus in pabulo grauedinem facit.

Graueolẽtia,malus odor,Pli.Et oris graueolentia tollit.

Grauo,as.premo,onero,molesto.Vir. Nec me labor iste grauabit.Huius cõposita aggrauo,quod est super,seu plus grauo. Colu.li.ii. Tum etiã ratio rustici aggrauat exiguo ꝓfectu opis. Degrauo, deorsum grauo.Idẽ li.i. Et qd prius extructũ iminebat cedẽti paulatim degrauatum põdere suo pceps attrahet.Vir.li.iii. Degrauat Ætna caput.Cypria.Quo mõ cœlum petũt,& ad sublimia,& alta cõscẽdũt,qui terrenis cupiditatibus degrauanť.Ingrauo,intus seu ualde grauo.Hiero.in Exo.Ingrauatũ est cor Pharaõis. Prægrauo, ualde grauo. Idẽ ad Marcellã. Quapropter moneo, ut dũ mundi huius uiã currimus,nõ duabus tunicis,nõ calciamento⁊ pellibus pgrauemur.Et hæc omnia habent pe.cor.

Grauor depo.Plau.in Mili.Quid grauaris ? id est,graviter fers.Et modo absolutum,modo transitiuum est,ut cum dicimus.Grauor aduentum tuum. Passiuũ est cũ dicimus Grauor ingenti onere.

Grauate aduer. significat cũ labore,siue cũ molestia.

Graueſco,is.grauis & oneratus fio. Vir.lib, ii.Geor. Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit .i. onerať Hinc aggraueſco,magis grauis fio.Terẽ. in Ecy. Male metuo,ne Philomenæ magis morbus aggraueſcat.In graueſco,eiusdem significationis est.Auguſt.li.ii. ciui. dei. Nam ingraueſcente peſtilentia ludi ſcænici Romæ primitus inſtituti ſunt.

Grauida mulier,quæ iã cõcepto fœtu grauať. Prægnãs, q̃ iam occupata est in generãdo,quod cõcepit. Augu. quo modo fiet iſtud ut utero grauida ſim pudico,& ĩmunis ſim a marito ? Aliq̃ ponitur pro plena.

Grauido.as.pro impleo ueteres poſuerunt .Cæcil .Titte per myſteria hic honeſte grauidauit probo. Leo papa. Virgo regia dauidicæ ſtirpis eligiť, quæ ſacro grauidanda fœtu,diuinam humanamq; prolem prius conciperet mente, q̃ corpe. Et inſciens propinqua partui incitatus ſit fœtu eius.

Grauaſtellus grauatus annis.Plau.ĩ epi.Sed quis est hæc muliercula & ille grauaſtellus qui uenit.Quidã tamen ſegunt Rauaſtellus a rauo colore.

Grex differt ab armento,q; grex minor⁊ aniãliũ sit congregatio,ut ouium porco⁊,capra⁊,Armentũ maio⁊ ut camelo⁊,boum,equo⁊.Hie. in Deu. Habueriſq; armenta boum,& ouiũ greges.Oui.Mille greges illi,totidemq; armenta p herbas Paſcebãt. Vir. Hæc ſatis armentis,ſupat pars altera curæ, Lanigeros agitare greges,hirtaſq; capellas.Inueniť tamẽ qñq; grex de maioribus dici.ſ.bobus. Vir. Aut aliquam in magno ſequiť grege.Tñ ad diſtinctionem addidit magno, ſicut Ho-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ra.adiecit mugientiũ. Aut in reducta ualle mugientiũ ꝓspectat errantes greges. Quasi grex generalius nomẽ sit,armentũ specialius. Et illud sine appositio de pecoribus minutis intelligat, cũ appositio possit etiã ad maiora transferri. Apul.tñ dixit in greges equos sicut Ci. Fudit apothecas,cecidit greges armẽtoꝝ. Col.li.i. Nec absunt greges armẽtoꝝ cæterorũq; quadrupedũ culta, & dumeta pascentiũ. Ex quo dat intelligi grex generaliꝰ esse nomẽ. Armentũ specialius,& nõ solũ de quadrupedibus dr grex,sed etiã de auibus. Aug.li.xii.ci.dei. Alias uero greges instituerit,q̃ cõgregatæ, atq; in gregibus malint uiuere,ut sunt columbæ,sturni,cerui,damulæ, & cætera huiusmodi. Etiam bonoꝝ uel maloꝝ hoim dr grex. Cice. In his bonis gregibus omnes aleatores, omnesq; impuri,impudiciq; uersantur. Et est tam fœmi.q̃ mascu.gene. Græci ἀγέλω gregem dicunt.

Gregarius, magister gregis. Apul.lib.vii. Gregarius ille ꝓduxerat. Gregarius quoq; dr uilis & ꝓmiscuus, ut gregarius miles nõ electus, sed tumultuarie undecũq; collectus. Salu. Deinde multi memores Syllanæ uictoriæ, ꝙ ex gregariis militibus,alios senatores uidebãt, alios ita diuites,ut regio uictu,atq; cultu uitã agerent. Colu. li.vii. Gregarioꝝq; pastoꝝ,uelut minutã,pfessionis suæ disciplinam constantissime repudiasse.

Grego.as.de quo Priscia. Sũt & aliæ deriuationes diuersas terminationes hũtes,tã a noibus, q̃ a uerbis nascentiũ uerboꝝ,ut a græco græcisso,& græcor, a grege gre go,a pho philosophor. Huiꝰ tñ cõposita magis in usu sunt,ut abgrego,qd est deduco. Aggrego,associo,adiũgo. Lac.li.iiii. Si nobis credẽdũ nõ putãt, credãt Homero,q summũ illũ Ioué dæmonibꝰ aggregauit Cõgrego. Idẽ in eodẽ. Aliũq; sibi populũ fideliorẽ ex alienigenis cõgregaret. Segrego seorsũ pono,diuido. Festus. Segregare,ẽ ex pluribꝰ gregibꝰ ptes seducere. Et hæc oĩa

Gregalis,& hoc gregale,quod in grege ui (hñt pe.cor. uit. Var.lib.ii.de re rust. Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. Pli. equas gregales uocant,quæ in grege sunt.

Gregatim,p diuersos greges. Var. Merula,ꝙ mera.i. sola uolitet. Contra ab eo graculi,ꝙ gregatim.

Gressus.a.um.participium a Gradior. Gressus.us. incessus,ambulatio,ut gressus meos dirige.

Gressibile,qd aptũ ẽ ad gradiendũ, ut hõ est gressibilis.

Gressutus.a.um.pe.pro.idẽ qd gressibile,nõ qd magnos habet pedes,ut quidam autumant. Nam Aug.in diale. sic scribit. Socrates est homo,ergo gressutum est.

Grossus.a.um. nomen est quantitatem significans. Cuius diminutiuum est grossulus.

Grossi dr fici,anteq̃ maturescant. Alii dicũt grossos esse ficus,q̃ nõ maturescũt. Martia. In milibus tot ficoꝝ nõ uidebis grossum. Huius dimi. est grossulus. Primitiuæ ficus,quæ præcoces seu præcoques, & a neotericis flores appellant, apud græcos prodromi uocant, Col.li.iii. Si uoles ficum, q̃uis natura seram facere,cum grossuli minuti erunt fructum decutito.

Grossipion,siue xylon,seu grossapinus,frutex est ex superiori parte Ægypti q̃ in Arabiã uergit allatus, nũc etiã in quibusdam locis Italiæ nascens,ex quo lina fiunt, q̃ grossipina,siue xylina,seu grossopina dicunt. Paruulus est,similemq; barbaræ nuci defert fructum plenum lanugine,nec ullum genus lini in candore,mollitia præfertur huic,Iurisc̃onsulti inter lanas potius cõnumerant, dicũtq; lanam lineã a græcis appellari. Ex his fiunt uestes candidissimæ ac subtilissimæ,q̃ uulgo bombicinæ dicunt, cũ xylinæ,ac grossopinæ, grossapinæue appellari debeãt. Quidã hmõi linũ cotonũ uocãt, ꝙ frutices id ferentes quibusdã in locis folia habẽt uitiũ similia, nisi ꝙ minora sunt, ferũtq; cotonei mali similitudinẽ, & cucurbitas q̃ maturitate ruptę lanugis pilas emittũt

Grues,aues mĩme soliuagæ,q̃ ñ se segregãt,siue cũ uolãt siue cum pascunt. Et a sono uocis, excubias nocte diuidunt,capite subter alam cõdito dormiũt,alternis pedibus insistentes. Volantes aũt ordine quodã,y.literã faciunt,id quod Palamedem deprẽdisse legimus. Hie.ad Rusti. Grues unam sequunt ordine literario. Mar. Turbabis uersus, nec litera tota manebit, Vnã ꝑdideris si palamedis auẽ. De natura huius auis Amb.li.hexa. sic habet. Grues iniussu,& uoluntario usu in nocte sollicitam exercent custodiã,dispositos uigiles cernas,& cæteris cõsortibus gñis quiescẽtibus aliæ circũeunt, & explorant,ne qua ex parte insidiæ tentent, atq; omnẽ deferũt impigrã suo uigore tutelã, post ubi uigiliarũ fuerit tps ipletũ, ꝓuncta munere in somnũ se ꝑmisso clangore cõponit,ut excitet dormiẽtẽ, cui uicẽ muneris traditura est. At illa uolẽs suscipit sortẽ, nec usu nostro inuita,& pigrior somno renũciat,sed impigre suis excutitur e stratis,uicẽ exequit,& quã accepit gratiã,pari custodia,atq; officio rep̃sentat. Ideo nulla discretio, quia deuotio naturalis,ideo tuta custodia qa uolũtas libera. Hũc etiã uolitãtes ordinẽ seruãt & hac moderatiõe cẽm laborẽ alleuiãt,ut ꝑ uices funganꝰ ductus sui munere. Præcedit.n.una, & ꝑcurrit cæteris præstituto sibi tpe,& quasi antesignana præcurrit, deinde cõuertit,& sequenti sortem ducendi agminis cedit.

Gruo,is.grui. Fest. Gruere dicunt grues,ut sues grunnire. Hinc cõgruo,pro conuenio,cõcordo. Teren. in Heau. Cõcede hinc domũ,ne nos congruere sentiãt.i.concordare. Hinc congruũ,& Ingruo,is.de quo alibi.

Grumus,terræ collectio,minor tumulo. Apud Colu. dicitur cliuulus. Vnde li.ii.ait. Grumos, quos ad uersuram plærũq; tractæ crates faciunt, despiciemus ita ne cubi ferramẽtum fenisecis possit offendere. Cuius diminu. est grumulus. Pli.lib.xix. Quidam & alium ulpicum in plano seri uetãt, castellatimq; grumulis imponi, distãtibus inter se pedes ternos.

Grũmma,æ.mensura quædam, qua fixa uiæ ad lineam diriguntur,ut est agrimensorum,& similium. Hinc de grumor aris.pro dirigo. Lucil. Viamq; degrumaris, ut in castris mẽsor facit olim. Et exgrumor, Vnde exgrumantes apud Varro. legitur libro iii.de re rusti. quod est de mensura,& recta uia excedentes, uel grumos eruentes.

Grumiæ dicuntur loca media,inter quæ directe quatuor conueniunt uiæ.

Grunnio,is.iui.uel grunnii,itum, propriũ est uocis porcorum. Cic.li.v.Tus. Aut grunnit cum mactat sus. Iuuena. Et cũ remigibus grunnisse Elpenora porcis. Hĩc grũnitus pro ipsa porcorum uoce.

Grundire,ueteres dicebant,quod nos grunnire dicimus, Clau.lib.Anna.xv. Grundibat grauiter pecus suillum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Grundiles,lares dictos accepimus, quos Romulus cõsti tuisse dicitur in honorem scrophæ, quæ xxx.peperat porcos.Casius hemina. Sus parit porcos triginta cui⁹ rei fanum fecerunt Laribus grundulis.

Gryllus,animal est magnitudine cicadæ,corpore longio re,genus est locustæ,undiq; per orbẽ terrarũ pernicies agris,præterq; in Parthia.Parthi gryllos comedunt,ut testat Hie.contra Ioui.Dictus gryllus a sono uocis.Sui das γρύλλος ξενοφῶντος τ σωκρατικοῦ υἱὸς γρύλλος, ἡ λι ὁλωρος, καὶ γρύλλος ὁ χοιρος. Huic magnã auctoritatẽ perhibent Nigidius,magiq;,quod retro ambulet, ter ram terebret,noctibus strideat.

Grynus siue Gryni oppidulũ est Myrineorum ubi Gry næus apollo colebatur.

Grypes,Grypus,siue Gryphes,Gryphus,& Grypheus ani mal quod in hyperboreis montibus nascit alis,& facie aquilis simile,cæteris partibus leoni,ferocissimũ & ul tra omnẽ rabiem sæuiens.De quo Hie.in Leui.& Mela & Solinus. Sed multa referunt de his animalibus, quæ fabulosa ferme omnes existimant, qui de animalium natura scripserunt.

Gryphus ænigma ac sermo implicitus. Gryphon enim græci insolubile dicunt.Gel. aliosq; id genus gryphos neminem posse nisi se dissoluere.

Gryposis latine curuatio dicitur.Inde Grypus qui habet aduncum nasum.Quo nomine dictus est Demetrii fi lius,ut inquit Iusti.

Grypsma,atis.quod difficulter dissoluitur.

Grypus,per simplex p.nasus aduncus,gibbus,seu aquili nus,a gryphis similitudie deductũ nomẽ,græci γρύπες nos gryphes dicimus.

G Ante V

Guesellæ,uel Roserulæ uulgariter uocant mures quoz stercus habet odorem musci, habitãt in pratis, & super riuos,aliquando in domibus.

Gula,anterior pars colli,qua cibus,atq; pot⁹ meat,ab an gusta longitudine nuncupata,cui comes arteria iungi tur priorem obtinẽs situm. Nam collum, tam ceruicẽ posteriorẽ,q; gulam anteriorẽ habet. Et gula cum ossi bus intelligit. Sal. Laqueo gulã fregere. Aliqñ accipit gula,p gulæ uitio.Iuue.Dũ gula sæuit.Hinc fiunt gulo sus.Degulo,as,de quo alibi.Et ingluuies.

Gulosus,a,um.quod est deditum gulæ.

Guliocæ, nucũ iuglandiũ sũma & uiridãtia putamina.

Gummi,indeclinabile, & gũmis ge.fœ.Colu. Nostrorũ tempoz agricolæ existimarũt noua dolia liquida gũ mi pluere. Idẽ. Multi cum semel noua dolia, uel serias crassa gummi liuerũt,una in ꝑpetuũ gũmitiõe cõten ti sunt. Vñ gũmitio,Colu.li.ulti. Quã græci κόμμωσιν Est aũt gũmi lachryma arboz,q; est quasi gutta.

Gummatus,a,um.quod habet gummi. Vnde gumma tæ arbores dicuntur, quæ gummi producunt, Palladi. In cerasis hoc seruandum est, & in omnibus gumma ris,ut tunc inserantur,quando his, uel non est, uel non desinit gummen effluere.

Gurges,itis.locus in flumĩe profundus, in quo aqua uer titur.Et omnis aquarum cõgeries dicitur gurges, licet quandoq; per tapinosim ponatur pro mari. Virg. Nan tes in gurgite uasto.

Gurgito.as,pe.corre.deuoro,impleo. Hinc fiunt compo sita Egurgito,as.& Ingurgito,as.

Gurgulio,proprie pars gutturis a naribus ad pulmonẽ, cõstans ex cartilagine & carne,p quã spũs meat,ac re meat.Et hic spiritalis fistula dr. Rursus gurgulio uer mis quidam,qui in horreis nascens frumentũ absumit sic dictus,q; totus sit guttur. Virgi.Populatq; ingentẽ farris aceruum Gurgulio.

Gurgustiũ,& dimi.gurgustiolũ,genus habitatiõis angu stũ,a gurgulione uerme sic dictũ.Set.docet Gurgustiũ esse obscurã,& latentẽ tabernã.Cic.in Piso. Nescio quo e gurgustio te prodis.Amb.li.Hexa. Nõne quo splẽdi dior foris spẽs loci ei⁹ effulgeat,hoc horrẽtis desup scæ næ gurgustiũ eius intus obscurius fit.Apul.Ergo breui tatẽ gurgustioli nr̃i ne spernas,peto sis cõtẽt⁹ lare par

Gustus.us.unus est ex qnq; sensibus corpis. (uulo.

Gusto,as.quid significet,declarat ex psalmo cum dr.Gu state,& uidete,qũ suauis est dñs.Lact.lib.ii. Id aũt ꝑce ptũ fuit,ut ex arbore una,q; fuerat ĩ medio paradisi,nõ gustaret.Huius cõposita sunt Degusto,quod est multũ bñ gusto.Salu. Inde cũ post execrationẽ oẽs degustas sent,sicut in sacris solẽnibus fieri cõsueuit, aperuisse cõ siliũ suũ.Prægusto,añgusto.Hiero.in Exod.Carnẽ quæ a bestiis fuerit prægustata,non comedetis.

Gustatus,tus.Cic.in Cato. A qua oriens vua se ostendit, quæ & succo terræ,& calore solis augescens, primo est peracerba gustatu.

Guttus,poculi genus,quo in sacrificiis utebant.Pli.li.xvi Curius iurauit,se ex præda nihil attigisse, ꝑter guttum phaginũ,quo sacrificaret. Accipit & pro uase, in quod oleum mittit,dictus,quod guttam mittat.Nam eo usi sunt Romani in balneis ad ungẽda eoz corpa post la uationẽ. Gel.Puerũ iubet Taurus oleũ in ollã indere. Erat is puer gñe atticus festiuissimus, ætatis & gentis argutiis scatens.guttũ samiũ ore tenus imprudẽs ina nem,tanq; inesset oleũ,affert,cõuertitq; eũ, & ut solitũ est,circũegit ꝓ oẽm partem ollæ manũ,nullũ inde ibat oleum.Potest etiam dici uas,in quo odorifera unguẽ ta seruantur, ꝙ inde guttatim sumantur. Serenus pro uase uinario sumpsit,cum ait.Siue meri guttus,seu fri goris efficit aura.Var.de origi.Vt uinum minutatim funderet a guttis guttum appellarunt.

Guttulus dimi.Plau. Vt guttulã hauritet ex guttulo.

Gutta minima pars aquæ,uel alteri⁹ materiæ liquidæ, hoc est stilla.Cuius diminutiuum est guttula.

Guttatim,per singulas guttas.Plau. Aedepol cor miser rum meum quidẽ guttatim cõtabescit, quasi in aquã indideris salem.

Gutturnium uas, ex quo aqua guttatim in manus daf, ab eo,quod propter angustias guttatim fluat.

Guttur accipit ꝑ ea ꝑte, q̃ est a faucibus ad iugulũ, siue exterior siue ĩterior sit. Vñ Pli.Guttur hoĩ tñ,& suib⁹ intumescit,aquaz q̃ potant plærũq; uitio.Vir. ĩ Geor. Et lætæ pecudes,& ouãtes gutture corui. Plau. in Aul. mas.ge.,ptulit pro ano,cũ inquit. Etiam ne obturat in ferioꝛẽ gutturẽ, ne quid animæ emittat dormiens?

Gutturosi dicuntur,quorum guttur,tanq; spongia qua dã intumescit,ita ut hoc malum,non morbus,sed uiti um sit. Vlpi.de ædilitio edicto .Si quis natura gutturo sus sit,aut oculos eminentes habeat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Gante y

Gyges,nomen uiri, q̃ cœli & terræ filius fingit. Alius fuit Lydiæ rex. Quo etiã noie dictus est Lydiæ fluuius.

Gygæus,cum æ diphthongo lacus Lydiæ. Prop. Lydia gygæo tincta puella lacu.

Gymnos,latine nudus dr. Inde fiũt gymnesiæ,& aphrodisiades insulæ in mari hiberico, q̃s baleares uocant.

Gymnastes,præceptor exercitioꝝ,pueros exercens.

Gymnasium latine exercitium. Vñ etiã ponit̃ p loco,in quo palestritæ exercebantur nudi, & oleo uncti. Nam γυμνὸς latine nudum significat. Vel dicit̃ gymnasium γυμνάζω exerceo. Vñ gymnastica appellat̃ disciplina exercitatiõis. Verũ postea gymnasiũ, p ludo literario, & p omni loco, in quo fiat aliqd genus exercitatiõis sumi cœpit,cũ phi gymnasia tenuerint,& in illis disputauerint quæ & scholæ, & diatribæ uocitatæ sunt. Vnde apud rhetores, p gymnasmata p exercitamenta dicunt̃ id est,exercitationes q̃dam in dicendo, anteq̃ ad ueras actiones descendant. Aphthonius in rhetoricis συμβουλὴ ἀφ' ἑνὸς τῶν ῥητόρων προγυμνάσματα

Gymnastica,ars,seu doctrina qua pueri exercent̃. Vnde Aristo. p̃cipit li.viii.polit. adulescentes gymnasticæ, & pædotribicæ esse tradẽdos, ut ita fiãt exercitatiores firmioresq;. Plato.li.vii.de legi. Gymnasticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet, eamq; diuidit in saltationem,& luctationem.

Gymnasiarches,gymnasii princeps,& ludimagister.

Gymnosophistæ nudi sapiẽtes, philosophi indorum sic dicti, p nudi incederent. Nam σοφιστὴς sapiens dicitur, quoniam dicerent naturam omnibus rebus humanis prouidisse,nec quicq̃ deesse uoluisse, quemadmodum cætera animalia his contẽta sunt quæ sibi natura suppeditat,ita homines uitam suam informare deberent, ut nihil præter qd eis natura dedit inquirerent. hi summum bonum in uoluptate ponebant,summũ malum in dolore. Aug.li.xiiii.ci.dei. Cũ q.dã nudi philosophentur,vñ gymnosophistæ noiant̃. Et lib.xv. epist. Indoꝝ gymnosophistæ,q nudi phibent̃ philosophari in solitudinibus Indiæ,a generãdo se cohibẽt. Hie. cõtra Io. Apud gymnosophistas Indiæ,q̃si p manus huius opinionis autoritas tradit̃, p Buddã principẽ dogmatis eoꝝ e latere suo uirgo gñarit, Hi ab exortu ad occasũ p̃stare dñr,solẽ cõtuentes imobilibus oculis,feruẽtibus harenis toto die alternis pedibus insistẽtes. Hi frigora niuiũ,& æstus flãmæ citra doloꝛẽ p̃ferũt. De his Apuleioꝝ est genus apud illos p̃stabile gymnosophistæ uocant̃. Hos ego maxie admiror q hoies sũt piti,nõ p̃pagandæ uitis,nec oculandaꝝ arboꝝ,nec p̃scindẽdi soli, nõ illi norũt aruũ colere,uel auꝝ colare, uel equũ domare,uel tauꝝ subigere,uel ouẽ uel caprã tõdere, p his oibus norũt sapientiã p̃colere,tã magistri senes,q̃ discipuli iuniores. Et alia refert, q̃ qsq; legere poterit. Ferũt Alexandrũ macedonẽ ad eos accessisse,dixisseq; petite quodcũq; uultis. Qui rñderunt, da nobis imortalitatẽ, quã p̃ cæteris optam⁹. Quibus ille ait,Cũ ego sim mortalis imortalitatẽ nemini p̃stare possũ. Si ergo inq̃t, mortalẽ te eẽ cognoscis,cur nõ cõtẽt⁹ patriis sedib⁹ oĩ b⁹ infest⁹ totũ orbẽ subiicere conaris. Sui. γυμνοσοφισταὶ παὰ βασιλωνίοις οἱ φιλόσοφοι καὶ παὰ ἀσσυρίοις.

Gymnici ludi dicti sunt,quia in his se nudi, atq; uncti exercebant,in athleticis,& palestricis certaminibus. Nero edidit certamen gymnicum.

Gymni,ex equo & asina p̃ueniũt,quũ cõceptus in utero ægrotauit. Gymnis ẽt est idẽ quod μενόχορος in porco

Gynecocratumeni populi fuerũt amazonib⁹ uicini, bello ab ipsis uicti. Vñ nomẽ, qm̃ uictricibus obsequãtur ad p̃creandã sobolem, ut inquit Stra. qui tñ eos mõ gelas modo Gelositas uocat. Hiero. sauromates cõnubio amazonũ insignes,q̃ ob id sauromatides dicant̃. Steph. tñ eas a quibusdã uocari sauromatidas, seu sauropatidas scribit q̃ lacertis uescantur amazones.

Gyne, γυνὴ apud græcos,& mulieres,& uxores sonat.

Gynæciũ locus secretior in ædibus,ubi solæ mulieres habitãt,q & græce γυναικεῖον a mulierib⁹,q̃s græci γυναῖκας uocant. Plau. in Mus. Dare uult uxorẽ filio, quantũ potest ad eam rem facere uult nouum gynæcium.

Gynæconitis,pe.pro. mulierũ (ut dicã) senatulus, & in domo pars,ut apud Victru. Probus Æmili⁹. Nec sedet nisi in interiore parte ædiũ,q̃ gynæconitis dicit̃, ἀπὸ τοῦ οἰκῶ habito. Vñ οἶκος dr domus,a quo œconomus administrator rei familiaris,& œconomica, quæ ad rem domesticã p̃tinẽt. Oeconomia administratio. Oeconomo uillico. Andronitis uero locus, ubi uiri frequenter in domo sunt.

Gypsus,gen⁹ cretæ,q̃ facile cõglutinat̃,& indurescit, quo tectoria parietibus iducunt̃,& facile informant̃ signa, Vnde & pro ipso signo q̃nq; ponit̃. Iuue. Quanq̃ plena omnia gypso Chrysippi inuenias. Multis in locis ex lapide coquitur,alibi e terra fodit̃,ut in Cypro. Hinc formatur gypseus,a.um,quod ex gypso est. Gypsatus,a.ũ, quod est gypso infectum,uel gypso tectum.

Gypso,as.gypso inficio,seu tego. Tibul. Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Et gypsare est gypso obturare. Colu. Cum deinde modice aruerunt in uasa noua sine pice operculata, & gypsata sicco loco reponito. Rursus gypsare est,medicaminibus perfundere. Vnde Ci. Trebatio scribit,Medeam gypsatis manibus fuisse.

Gyrus latine circulus,uel ambitus dici potest.

Gyro,as.circundo. Vnde regyro,penul.produ. quod est retrogyro. Var. Quidam,quæ nõ solum a lateribus per fenestras,sed etiam subtus a solo uentus regyrare possit.

Gyttheum,oppidum quod Hercules,& Apollo,depositis eo loci simultatibus, communi opere condiderũt. De hoc Liui.in Mace.bello. Gyttheum inquit omniũ maritimarũ rerum lacedæmoniis receptaculum. Hic Gyttheates dicti sunt in eo habitantes.



Non potest esse finalis syllaba, præter ah & uah interiectiones, sed per apocopen dicta sunt, cum sit completa aha, & uaha, uel quia abscondita uoce solent proferri interiectiones. Iungitur autẽ uocalibus omnibus, & quatuor consonantibus, scilicet C. ut Chremes. P. ut Philippus, R. ut Pyrrhus, T. ut Thraso, & hoc,ut ualẽtius sonet dictio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Habeo Ante A

Habeo,es.ui.itũ,in uſitatiori ſignificatiõe.Plaut. in Aul. Virginẽ habeo grandẽ,dote caſſam,atq; illocabilẽ.Idẽ, hẽo uerba ſua modeſtiæ.Et hæc ꝓpria ꝟcatio, qđ græci dicũt ἔχειν.Per tranſla.ponit habere ꝓ tenere.Sal.Tale piculũ Reip.haud occultũ habuit.Pro facere.Idẽ Igitur comitiis habitis cõſules declarant,M. Tul.& C. Antoni⁹.Pro tolerare.Idẽ, Neq; cuiq; mortaliũ iniuriæ ſuæ paruæ uident,multi eas graui⁹ æquo habuere. Pro poſſidere,tenere,occupare.Teré.in An.At mihi unus ſcrupulus etiã reſtat,q me habet male.Sal.in Iu.Anim⁹ incorruptus æternus rector humani gñis agit, atq; habet cũcta,nec ipſe habet,Vir.Hoſtis hẽt muros.Pro credere,exiſtimare.Teré.in An.Semp ei⁹ dicta,atq; habita ẽ ſoror.Pro dicere.Sal. Lareſum Hiſpaniæ ciuitatẽ,quã nũc Tyrii mutato nomĩe Gadirĩ habẽt. Pro habitare. Plau.in Tri.Hæ ſũt ædes,hic habet.Sal.Credo falſa exiſtimãs ea q̃ de iferis memorant, & diuerſo itinere malos a bonis loca tetra,occulta, fœda,atq; formidoloſa hñe.Pro intelligere.Qđ.n.tenem⁹ corpe habem⁹ quoq; itẽ aío.Teré.i heau.Habet oẽm rẽ,ꝓgam quo cœpi hoc iter.Solet in hac ꝟcatiõe in extremo materiæ elegãter poni.Cic.Hæc habui de amicitia,q̃ dicerẽ. Pro accipe. Teré.in Eu.Hic ꝓ illo tibi munere honos eſt habit⁹ abeo,ꝓ deludere,decipe.Plau.in am.Is adueniẽtis ſuũ,ac ac dñm fruſtra hẽt.ꝓ tractare.Teré. in Ecy. Nũq; ſecus habui illã,ac ſi ex me nata eẽt.ꝓ ualere & incolumẽ eẽ, i tertia ꝑſona q̃nq; ſine ſuppoſito,ut bñ, ſeu male hẽt.i. bñ uel male ſe res hẽt,hoc eſt bñ,ſeu male res ſe ſuſtentat,aut bñ uel male ꝓcedit res,male ſe hẽt,hoc ẽ ægrotat.Lac.li.vii.Bñ hẽt,iacta ſunt fundamẽta, ut ait orator.Li.li.viii.Bñ hẽt,inq t,q̃rites ,uicit diſciplĩa militaris.Res male hẽt me.i.ſollicitat,afficit. Si ſe res ita haberẽt,quõ ſe,& Rẽp.habuerit.i. gubernauerint, & geſſerint.Male,uꝫ bñ a te habit⁹ ſũ.i.accept⁹ ſiue tractat⁹ ſũ: Cice. Tullia nĩa ualet,terẽtia min⁹ belle hũit.i. minus bñ ualuit.Itẽ hẽt,ꝓ ſe poſitũ ꝟcat ꝓcuſſus ẽ,ut Do.inq t, & ꝓprie de gladiatorib⁹ dĩ.q; pri⁹ alii uideãt q̃ illi ſentiãt ſe ꝓcuſſos.Te.in An. Certe capt⁹ ẽ,hẽt. Idẽ in diuerſis locis idẽ uerbũ uarie accepit. Vñ oróné hũit hmõi id ẽ ſic elocut⁹ eſt. Sciendũ eſt q; ſicut elegãter dicim⁹ ſermoné habere,& facere.Sic oróné habere,nõ facere, in frequẽti oratorũ uſu eſt.Sat habeo.i.ſufficit. Nunqd habes,quod cõtẽnas.i. nunqd inueniſti ? Q̃nq; hñe eſt ſuare,detinere,ut eſt illud Saluſtii.In cuſtodiis haberẽtur.Q̃nq; ꝓbere,exhibere,ut apud eũdẽ in Cic.Ita largitiõibus corruptus eſt,ut ſeſe,ac fortũas ſuas uenales habeat.Q̃nq; Debere,ut cũ dicimus habeo tibi gratiã.Habere iter eſt ꝓficiſci.Habere uerba eſt loqui. Habere fidẽ uerbis eſt credere.Et quod uulgo dĩ habere creditũ. Cic.li.offi. Summa igit, & ꝓfecta gloria cõſtat ex trib⁹ his.Si diligit multitudo,ſi habet fidẽ, ſi cũ admiratiõe nos dignos putet.Teren.in An. Nã propemodũ habeo tibi fidẽ,Et in He.Seni noſtro fidei nihil habeo. Habere ratiõné ſalutis,honoris,rei familiaris,eſt habere reſpectũ.Sed ſi cũ ablatiuo cõſtruat mediante cũ,ut habet ratiõné cũ terra,idẽ eſt, ac ſi diceret habet negocium,& cõmerciũ.Cice.in Cato.Rem habet cum terra, quæ nunq̃ recuſat imperium. Idem in Tuſcu. Quis eſt hoim,qui modo cum muſis.i.cũ humanitate & doctrina habet aliquod cõmerciũ,qui ſe non hũc mathematicũ malit,q̃ illũ tyrannũ.Et ad Atti. Cũ omnibus musis rationẽ habere cogito.Habere rem eſt coire. Habere rem cũ aduerſario eſt litigare.Habeo cõuenire.Habeo polliceri.Habeo audire.Pro cõueniendũ eſt mihi, pollicendũ,audiendum.Cic.Len. Tñ habeo polliceri. Idẽ in Ca.Neq; eos ſolũ cõuenire habeo quos uidi,ſed etiã quos audiui,& legi.Et li.de ora. Audire habeo, qđ hic ſentiat.Quidã tũ non cõtemnendæ auctoritatis interpꝛtant.Habeo polliceri.i.debeo, ſiue poſſum polliceri.Habeo cõuenire, audire.i.decreui, ſiue credo cõuenire,audire.Aſpiraꝫ hoc uerbũ,ut differat ab abeo,ab is,cũ ſuis cõpoſitis,in quibus a,uerſa eſt in i, niſi in deabeo,& poſthabeo. Hui⁹ uerbi cõpoſita ſũt Adhibeo Cohibeo,Dehabeo,Exhibeo,Inhibeo.Præbeo,Prohibeo,ꝓhibeo,Poſthabeo,& Redhibeo, de qb⁹ locis ſuis

Habere fruſtra ſignificat fruſtrari. Plautus in Am. Habet fruſtra.

Habitus.us.ſumiẽ pro qualitate & forma corporis & lineamẽtis & corporatura. Liui.Habitũ oris liniamẽtaq; intueri.Plau.Qualis habitus oris? Colu. li.i. Vineæ nõ ſic altos,& lacertoſos exigũt. Nã is habitus foſſuris magis aptus.Vir.li.i.Geor. Cultuſq; habituſq; locorũ.Accipiẽ etiã pro cultu corpis, & ueſtimẽto. Vñ habitus ſcænicus,habitus militaris,habit⁹ religioſus dĩ.Plau.Quis habitus iſte tã prolixus.Pli. Qui ad nos lugubri habitu aduenerat,& capillatior ſolito.Et habitus eſt,qui fit ex frequẽtatis actibus,& a philoſophis diffinit, ꝓ ſit alicuius rei,ſiue in anío,ſiue in corpe a natura cõcepta,ſed uſu corroborata,& plena ꝑfectio,græce dicit ἕξις.

Habitior apud ueteres ſumitur pro pinguiori.

Habitudo ipſe corporis habitus.Cice.li.iiii. ad Herẽ. Nã ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur ſæpe,ita grauis oró ſæpe imperitis uidẽ ea quæ turget,& inflata eſt.Apul. Nec pri⁹ inde diſceſſi q̃ diligẽter oẽm eius exploraſſem habitudinem.

Habentia,ab habeo.ſicut a ſapio,ſapiẽtia,ſignificat ipm habere,& diuitem eſſe.Ennius. Verebar enim,ne animos eorum inflaret habentia.

Habile dicitur quod quadrat,id eſt,quod optime habere & pro noſtro arbitrio tractare poſſumus.Virg. Nanq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcum. Cuius contrarium eſt inhabile,hoc eſt,male habitudinis,habilitas aptitudo.

Habitus,a,um.participium ,quod aliquando ponit pro pingui,& qui toto corpore melius habet. Plau. in epi. Corpulẽtior hercle,atq; habitior,id eſt,pinguior,& habitiſſimus pinguiſſimus. Gel.lib.iiii.Equum nimis ſtrigoſum & male habitum,ſed equitem eius uberrimum & habitiſſimũ uiderunt.

Habena,retinaculum equi,ꝓ ea equus habeatur.i. retineatur.

Habito.as. De quo Ser. Habitare actõ iũgit. Atq; humiles habitare caſas,qa hẽo domũ dicim⁹, vnde ẽ habito frequentatiuũ,quod eſt etiã frequẽter habeo.Var. hoc modo antiquos ſecundis rebus comas habitaſſe.Cuius paſſiuum in tertia perſona protulit Vir.lib. iii. Effuge cuncta malis habitantur mœnia graiis. Hinc habitaculum habitatio.Cohabito,adhabito,& inhabito.

Habraam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Habraam nomen uiri proprium apud hebræos, quo ſignificatur pater multarum gentium.
Habronicus nomen uiri proprium,& eſt græcum.
Hactenus pe.cor.ex hac aduerbio & tenus compoſitum, ſignificatq; hac fine,ſiue hucuſq;,quaſi uſq; ad finem,ſi cut uel hic ſit finis. Nam ꝓprie tenus eſt extrema pars arcus. Aliquando ſignificat intantum, ſiue adeo. Suet. in Nero. Cœnæ quoq; tempore interpellatus tumultuoſioribus literis hactenus excäduit, ut malum his qui deſciſſent,minaretur. Cice. Domum ſuam cum abſolutam dedicaret,hactenus comprobauit.
Hadrys græce,latine carens arboribus dicitur.
Hadros ſignificat Huber.
Hadrianus nomen proprium imperatoris Romani q̃ in omni doctrinæ genere præſtantiſſimus fuit.
Hadria maſcu.generis,pro ſinu maris,ſeu pro ipſo mari adriatico. Luca.li.v. Sonat Ionio uagus hadria ponto. Gene.fœmi.pro oppido,prope ferrariam, nũc demerſo,ad.xxv,lapidem,ari uulgo dicit, q̃ hadriatico mari nomen indidit. A quo fiunt adiectiua hadrianus.a.um hadriaticus.a.um.& hadriẽſis. Fuit hadria Romanoꝝ colonia arduo in colle ſita. Ex qua Hadrianus imperator originem duxit,qui in omni doctrinæ genere præſtantiſſimus fuit,Sunt tamen qui hoc nomen non aſpirẽt. Scriptores idonei præſertim Stepha. Atriam eam uocat. Vide in Atria.
Hadroſpherum dr̃ quicq̃d amplum adultiusq; eſt.

Hb ante Ae

Hæbudes pe.pro.inſulæ ſunt.Soli. A Calidoniæ ꝓmontorio,Thylem petẽtibus,bidui nauigatio, inde excipiunt Hæbudes q̃nq; numero. Et paulo poſt. Secundam a cõtinenti ſtationẽ Orcades p̃bent, q̃ ab Hæbudibus porro ſunt ſeptem dieꝝ,noctiumq; totidem curſu.
Hæc plurali numero,in genere neutro de fœminis dr̃, ueteribus.n.mos fuit,ut neutra fœminis iungerent. Teren.in Eu. Hæc adornant, ut lauẽt, cũ de ancillis tardis loquereꝰ. Et ſi cõponaꝰ cũ ad,ſcat ꝓterea. Salu. Cognoueram paruis copiis bella geſta cũ opulentis regibus, ad hæc ſcientia belli,Gallos ante Romanos fuiſſe.
Hæcatombæon,mẽſis dr̃,q a latinis uocatur Iunius.
Hædui populi Galliæ. Auernis finitimi, trãs Ararim habitantes,inter Burgundos nominati.
Hædus,cum diphthõgo,ut ab edo differat, dictus, quaſi fœdus lingua ſabina,ubi f in aſpirationem uertit,animal ex capra genitũ. Vir. Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hædos Noram,uel ἀπὸ τῶν ἀιδδίων .i. teſticulis,ideo cum æ,in principio, Manil.li.iiii. corripuit Incipiẽt eduli tremulum producere mentũ. Hinc fiũt diminutiua. Hædulus hædillus & hædiculus. Plau. in Aſi. Hagnellum me tuum dic eſſe hædillum. Iuue. E tyburtino ueniet pinguiſſimus hædus.
Hædinus.na.num. poſſeſſiuum,ut caro hædina,ſicut ab Agno agninus.
Hædile pe. ꝓ hædoꝝ ſtabulũ,ſicut caprile,ouile,porcile, equile,& his ſimilia,qd̃ in his ea aĩalia contineant.
Hædera,penultima correpta,ſemper uirens, per ſe ſtare nõ poteſt,hæret ergo arboribus,hæret & muris, quos ſæpe rumpit,quam Theophra. oĩm maxime uiuacem ſcribit. Huius tres ſunt ſpecies, nigra, candida, & quæ helix uocat. Dicta hædera,q̃ hæreat ſemp,& ſequat q̃c quid proximũ eſt. Vir. primã cor. Atq; hãc ſine tpa circũ Inter uictrices hederã tibi ſerpere lauros. Quidã ab Edo deducũt,q̃ parietes edat,atq; cõſumat,uel q̃ edita.i.alta petat,& ſine diphthõgo ſcribit. Huius racemꝰ corymbus dr̃. Hic hæderaceus,a.um.ut corona hædera
Hæluolæ,uuæ inſignes ſunt,colore inter purpureas,nigraſq; medio ſæpius uariante,& ob id uariæ appellatæ,ſeu uariæ.
Hæmatites,pe.pro.genus lapidis ruboris ſanguinei.
Hæmus mõs Thraciæ,ſic dictꝰ ab Hæmo Boreæ,& Orithyiæ filio. Callima. ὁ μὲν πρέσβυν ἀπείρονα κύμασιν ἥμος ὑπαλῆναι κορυφῆς ὑπὸ θρήϊκος αἵματος. Vide in Hemus.
Hæmonia regio,quæ poſtea dicta eſt Theſſalia.
Hæmatopodes, aues dictæ, a colore pedum ſanguineo, quos rubere tradit Pli.
Hæmorrhois,latie ſanguinaria dr̃, αἷμα ſanguis ῥοος fluor,ſerpẽtis genus peſtiferũ,a fluxu ſanguinis. Huius. n. morſu ſanguis oĩs e corpore fluit,nec ſiſti põt. Luc. Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera tullo. Dicit etiã hæmorrhoia. Pli. muſtũ ſerpẽtibus aduerſat,maxime hæmorrhoiæ,& ſalamãdræ,ueꝝ ſi mares ſũt hæmorrhoſi ſi fœmiæ hæmorrhoidas græci uocãt. Hæmorrhois ẽt genus morbi, qd̃ intra ſedẽ naſcit imaturi mori ſpẽ, interim ſine tuberculo ſciſſuras hẽt, unde ſanguis effluit, interim lenis,rubẽſq; tumor eſt, nec ſanguinem remittens,propter quod hæmorrhois cæca dicit.
Hæreo,es.ſi.ſum. Vñ hæſito.as. Scribit cũ h.ad differentiam huius noĩs æs,æris. quod in abltõ facit,ære,ſine h.& huius noĩs herus,quod in uocatiuo facit here ſine diphthongo. Eſt aũt hærere,proprie arcte rei inſidere. Vir. Hærent parietibus ſcalæ. Et uox faucibus hæſit. Quoniam uero qui ĩ aliqua re dubitãt nõ mouent ac ſi ſuſpẽ ſi etiã uident. Ideoq; hærere ponit q̃nq; pro dubitare,& ancipitẽ eſſe. Terẽ. in Eu. Hæreo quid faciã. Q̃nq; ſignificat figere. Vñ dicimus hærere radices altius. Terẽ. in Adel. Caue nũc iã oculos a meis oculis quoq; dimoueas tuos,ne mora ſit ſi innuero quin pugnus in maxillã continuo hæreat.i.figat,uel imprimat. Q̃nq; ſimpliciter ſedere uel ſtare,uel eſſe,ut apud eundẽ in Hecy. In te hæret oĩs culpa. Vir. li iiii. Multa uiri uirtus aĩo, multuſq; recurſat Gẽtis honos,hærẽt infixi pectore uultus. Huius uerbi cõpoſita ſunt Adhæreo,adhærens ſto,approximo. Lact. li.v. Quibus poſtea eiectis, oẽs q reſanati fuerit,adhærẽt religiõi, cuius potentiã ſenſerũt. Cohæreo ſimul hæreo,cõiungor,& cõuenio. Lact. li.ii. Eam q̃ eſt ſolis calore flagrãtior ꝓxima eſt, & cohæret oriẽti. Hinc cõhæreſco. Boe. ſuper li.ii. Topi. Hæc talia ſunt,ut ſæpius quidã adiũctis ſibi cohæreſcãt. Inhæreo, a quo inhæreſco,de quibus alibi. Suphæreo. Vñ de diuo Anaſtaſio ſcribit. Demũ bullã accipiẽtes quæ uinculis ſuperhæſerat,imperatori ſecum deuexerunt.
Hæreſco,hærens fio,infigor. Liui. lib. ii. Vndiq; in hoſtẽ tela coniiciunt, quæ cum in obiecto ſcuto hæſiſſent, neq; ille minus obſtinatus ingenti pontem obtineret gradu.i.infixa fuiſſent.
Hæſito,as.pe.cor.frequẽtatiuũ,Terẽ. in phor. In eodem luto hæſitas,ueſuram ſolues. Hier. Aut pariter in luto hæſitabimus,aut pariter expediemur. Pro dubitare accipit illud apoſtolicũ. Poſtulet in fide nihil hæſitans.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hæres,generis cõis,ab hæreo,q̃ qui hæres est hæret,hoc est,p̃ximus est illi,cuius est hæres. Quidã tñ hoc nomẽ ab herus deriuant,q̃ dominus fiat bonorũ quæ ad eũ pueniũt. Sunt aũt hæredes primi,& secũdi. Secũdus hæres dicit̃,qui hæredi instituto substituit̃,ut inquit Boe. in com. Top. puta,si ille hæres non erit,ille hæres esto. Hic bihæres,qui bis factus est hæres. Cohæres, q̃ simul hæres institutus est. Exhæres, qui extra hæreditatẽ ẽ. i. q̃ hæreditate priuat⁹ est. Est & hæres nomẽ deæ, cui ueteres post acceptã hæreditatẽ rẽ diuinã faciebant.

Hæreditas,succes̃io est in uniuersum ius,quod defunct⁹ habebat tempore mortis,uel quod supest deducto ære alieno. Et apud antiquos diuidebat̃ in xii. uncias, quæ assis nomine continentur.

Hæreditarius,a.um,quod ad hæreditatẽ ptinet. Hier. in Deut. Vt habet populũ hæreditariũ. Hĩc bona hæreditaria,& succes̃io hæreditaria,apud Ambrosiũ legit̃.

Hæredipeta,penul.cor. qui blandiciis,muneribus,& aliis huiusmodi artibus subornãt morituros,ut ab illis hæredes instituantur.

Hæredium,paruum prædium, quod nobis ex hæreditate,puenit,quod Varro scribit esse bina iugera,q̃ a Romulo primum diuisa uiritim hæredem sequerent̃, hæredium appellarunt.

Hærediolum,cum accentu in antepen. significat paruũ prædium,quod nobis ex hæreditate prouenit. Colu. in præfa. Ex qua cincinnatus obsessi consulis & exercitus liberator,ab aratro uocatus,ad dictaturam uenerit,ac rursus fascibus depositis,quos festinantius uictor reddiderat,q̃ sumpserat imperator, ad eosdem iuuẽcos, & quatuor iugerũ auitũ hærediolũ redierit.

Hæresis,pe. cor. græca dictio est,qua apud nos optio,uel electio,seu secta significatur ab αἱρῶ ἀπὸ τ̃ αἱροῦμαι,qd̃ significat eligo,capio,uel uolo. Vnde sumitur pro opinione tenaci,& sententia,in qua persistamus,electa. Cice. in para. Cato in ea est hæresi, quæ nullũ sequit̃ florẽ orationis. Apud doctores ecclesiasticos,hæresis, ut inquit Aug. est diuersa sequentiũ secta. Scisma aũt eadẽ sequentiũ separatio. Hinc cõponuntur diæresis diuisio. Aphæresis ablatio. Synæresis cõiunctio. Theologi hæreticum uocant,qui sectam aliquã,uel instituit,uel sequitur aduersus fundamenta religionis.

Hæresiotes,hæreticus. Hæresiarches hæretico⁊ princeps,

Hærba,ab hærendo dicta est,q̃ terræ fixa hæreat. Est autem proprie uiride pecudum pabulum. Virg. li. i. Geor. Et sulcis frumenti quæreret herbam. Apud ueteres etiam herba ponitur pro uictoria. Vnde herbam dare significat uictum se fateri,quod est antiquæ,& pastoralis uitæ indiciũ. Nam qui aut cursu, aut uiribus contẽdebant, cũ superati erant ex eo solo,in quo certamen erat decerptam herbam aduersario tradebant.

Herbula diminutiuum. Cice. lib. iii. de na. Ceruæ paulo ante partum perpurgãt se quadam herbula, quæ sesel̃is dicitur.

Herbilisander, a ueteribus dictus est herba pastus, quasi grauior q̃ pastus frumento.

Herbosus,a.um. quod herbis abundat.

Herbaceus,a.um. quod est ex herbis,ut betaceus,malaceus,& huiusmodi.

Herbicus.a.ũ. idẽ qd̃ hærbaceus. Plau. in Cur. Hærbeis.

Hærbidus.a.um,idem quod hærbosus. Colu. lib. ii. Montem sublimem & asperum, sed nemorosum, & hærbidum maxime probauerunt.

Hærbarius,qui uim herbar⁊ nouit,& discutit, & medicamenta ex his componit. Pli. lib. xxi. Scelus hærbariorũ aperietur in hac mentione partẽ eius seruantiũ,& quarundã alia⁊ herba⁊,sicuti plãtaginis substituentiũ.

Hærbari⁹,a.um. quod ad hærbas ptinet,ut ars hærbaria, qua herbarũ natura cognoscit̃. Pli. Herbariã,& medicamentariã artẽ a Chirone Saturni,& Phillyræ filio.

Hærbo.as,epitheton pratorũ est, herbare eñ est herbas uirentes,producere. Cuius cõpositũ est exherbo, quod est hærbas extraho. Colu. li. v. & cũ germinauit pticalis salix ad unã perticam summittit̃, crebro fodit̃,atq̃ exherbatur,nec minus q̃ uinea pampinatur.

Hærbescere est herbã effici. Ci. in Cato. & elicit herbescẽ rẽ ex eo uiriditatẽ,quæ nixa fibris stirpiũ sensim adolescit. Huius composita sũt adherbesco, & obherbesco, Pli. Quin & ouillo fimo uti,quoniã adherbesceret. Festus. Obherbescere,herbam increscere.

Hagnos,latine purus,& castus,q̃ sit hostia pura, & immolationi apta. Cuius dimi. hagnellus. Plau. in Asi. Dicigitur me tuũ passerculũ, gallinã, coturnicem, hagnellũ, hædillum dic esse uel uitellũ. adiectiuum.

Hagninus,a.um. quod est hagni,ut caro hagnina.

Hagnes nomen mulieris proprium.

Hagios græce,latine sanctus. Vnde hagiographia sãcta scriptura. Hagiographus sancta scribens.

Halec. tam fœ. q̃ neu. ge. caret numero plurali, genus piscis,quæ sola aqua nutrit̃. Mar. Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Halecẽ,sed quã ptinus illa uorat, Plau. in Aul. Qui mihi holera cruda ponunt, halec aiunt. Sumitur etiam pro quodam liquamine exintestinis piscium. Plini. Halec imperfecta. Alecus fluuius tenuatur.

Halazonia græce,latine iactantia.

Halieutica,dicũtur uolumina in quibus tractatur de piscibus. Vnde Vopiscus scribit Olympium Nemesianũ scripsisse cynegetica & halieutica. Et Opianus qui opus de piscatu Antonino dicauit,& Apicius,sed halieusim appellauit.

Halesus fluuius,& mons non longe ab Ætna. Col. Et quæ sicanii flores legistis Halesi.

Halo,as. aspiro,uel odorẽ emitto, Virg. Inuitent croceis halantes floribus horti. Et aspirat̃,ut differat ab alo,is, uel potius a natura, quippe cui cõueniat densitas illa, quã significat. Est enim exhalatio uapor⁊, grassiorũq̃, ut sic loquar,spirituũ densitudo. Cic. terræ halitũ aspirationẽ uocat,huius cõposita sunt. adhalo, exhalo, de quibus supra, inhalo. Lact. de ira dei. Num etiã in aqua ignem esse credendũ est. At qui de sole ignis,ne æstate quidem accendi potest,si ceræ inhala ueris.

Halo,ab Aristotele in Meteoris dicitur,quẽ nostri modo circulum,modo coronam,circa lunam dicunt. Sene. lib. i. quæstionum. Hunc græci halo uocant,quẽ nos dicere coronam aptissime possumus.

Hallium genus holeris,ab halando dictum.

Halius genus scaphæ.

Halicarnasus,penul. prod. Vrbs cariæ,principum regia; circa initium Tauri sita, maritima in minori Asia ar

giuorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

giuoꝝ colonia, in qua Mauſoleum quondam nobiliſſimum opus extabat, & Salmacis fons, hæc prius Zephyra dicebatur. Ex Halicarnaſo fuit Herodo. hiſtoricus. Heraclitus poeta, & Diony. ſcriptor antiquitatum a qua halicarnaſeus deducitur, ab ἅλς mari.

Halieuticō eſt cōmentatio de piſcatu, qualis eſt Oppiani, qui opus illud Antonino Cæſari dicauit. Scripſit & Apicius ſed halieuſin appellauit.

Haloſis, latine captiuitas dicitur. Sue in Nero. hoc incendium e turre mœcenatica proſpectans, lætuſq; flammæ pulchritudine, haloſin Ilii decantauit.

Haliactes nomen perſicum.

Halito. as. pe. corre. ſæpe ſpiritum emitto. Enni. Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes.

Halitus. us. nomē ptᵉ ab halo, ſicut ſpūs a ſpiro.

Hala, uide in dictione Ala, quia ab aliquibus aſpiratᵉ.

Halacomene. es. & halacomene. aꝝ. tā ſingᵘlari q̄ plurali numero, ſiue halacomeniū ciuitas in Bœotia. Vñ Minerua halacomeneida cognoīata ē, ꝙ i eo loco coli ſolita ſit. Hals, pro mari. Vñ & nos ſalem dicimꝰ & ſalum, in quibus placuit maioribus .ſ. ponere magis, q̄ acceptam a græcis aſpirationem retinere.

Halophanta, hominum genus nequam, quod ob ſuenda mendacia, miſerrima mercede conducitur. Feſtus Halophanta omnia mentiens.

Haliplecamon marinus pulmo, genus piſcis apud Pli.

Halys fluuius, ex Tauri mōtis radicibꝰ pfluens p Cappadociā, & a meridie Syros, ac Paphlagonas interfluens cōtra uentū aquilonē, in Euxinū mare euoluitur.

Haloneſos inſula in Ægeo mari, de qua Athenienſes cū Philippo contenderunt.

Haliartus nomen urbis.

Halica nomen mulieris.

Halizon fluuius.

Halizones populi.

Halietus pe. p. a qbuſdā dī falco, ſiue accipiter, ſiue niſus

Hallux pollex digitus ſcādens, pximū. Nā ἅλλομαι, eo dictus ꝙ ſup, pximū digitū ſaliat. Nā cōſtricta manu ſolus proximū digitū ſcandit, in qua uoce maiores noſtri loco .ſ. aſpiratiōnē poſuerūt. Quidā a græco ἅλλω ſiue ἅλλομαι trahūt, qd latine ſcandere ſeu ſalire ſcat.

Hallucinor qd ſignificet, uide ſupra Allucinor, ſed aſpiratur autore Gellio, qm̄ ex ipſa aſpiratione intenditur exprobratio. Colu. li. viii. Cuſtodis officiū, ſublimē celſiſſimāq; oculoꝝ ueluti ſpeculā deſiderat, ut neq; tardiores grauidas, dū cunctanᵗ, neq; agiles, & fœtas, dum procurrunt, ſeparari a cæteris ſinat, ne fur, aut beſtia hallucinantem paſtorem decipiat.

Hamadryades pe. cor. nymphæ ſyluaꝝ, ſiue ſyluaꝝ numina, ἅμα em̄ aduerbiū ſcat una & ſimul, δρῦς quercus, hoc eſt nympha, quæ cū arboribus naſciᵗ, & perit.

Hamus cathenā ſcat. Vir. Hamis auroq; trilicem, hoc ē, hamis aureis. Vñ etiā ponᵗ p curuo unco, ad capiendos piſces. Cui prima producᵗ. Corripiᵗ aūt cū inſtrumentū ferreū ſcat, quo diuitū arcæ nūmariæ obſepiunᵗ, ne res facili apertu ſurripianᵗ. Iuue. Diſpoſitis p̄dies hamis uigilare cohortē. Hami etiā dīr inſtrumēta ærea ſiue lignea in cubiculis, quibꝰ capitis tegmina, & aliæ res melius appēſæ, q̄ iacētes ſeruanᵗ, a uerbo piſcatorio hamo tranſlato. Hoc nomē q̄dam a græco deducūt. Nā græci ἄμμα dicūt ligamēta. Vñ Amentū.

Hamo. as. curuo, a quo hamatus, curuatꝰ, ſiue hamis ornatus. Hiero. lib. Reg. Lorica hamata induebatur. Ponitur tamen etiam hamare pro fallere. Hinc componitur adhamo. as. pe. pro. quod eſt obligo.

Hamiotæ, alᵃs hamotæ piſcatores, ab hamis, qui hamo ad piſcandum utunᵗ. Plau. in Ru. Saluete fures maritimi conchitæ, atq; hamotæ, famelica hoīm natio. Var. Cohortis coquoꝝ, atq; hamiotaꝝ, aucupumq;.

Hamiotrahones dicti ſunt, ꝙ uel piſces, uel cadauera traherent hamo. Nam ut eſt apud Sue. eoꝝ q ſupplicio afficiebanᵗ cadauera iuſſu principum unco ſæpe trahebantur in locum quem tum gemonias dicebant.

Hamatilis, & hoc hamatile, pe. cor. qd ad hamū ptinet. Plau. in Ru. Piſcatū hamatilē, ſaxatilēq; aggredimur.

Hamonū, apd Col. li. iii. coloris genꝰ tēdentis i ſubruffū.

Haphe inſperſio pulueris, qua inſpergebanᵗ obluctātes, ubi cæromate illiti fuiſſēt. Mar. Et flaueſcit haphe. Nā puluere pfuſa obluctantiū corpa quodammō flaueſcebant, leprā patiētibus ſimilia. Haphe em̄ græce & tactū ſcat, & notas, qbꝰ lepra corpꝰ maculat. Iul. Pol. Haphē accipit primā infecturā, quotiēs ueſtes imbuunᵗ coloribus. Pli. lib. xxxv. refert arenam tenuiſſimam e Nilo peti ſolitam, ad debellanda corpora paleſtræ ſtudiis.

Hapalon ſignificat tenerum, & molle. græci aſpirāt.

Hara, uide in dictione Ara.

Harena, uide in dictione Arena.

Hammon, a noſtris arena dī. Nam græce ἄμμος ſcribiᵗ, ideſt arena. Vñ Iuppiter hammon, hoc eſt arenarius dictus eſt. Pli. Ergo Æthiopiæ ſubiecta Aphrica hāmoniaci lachrymā ſtillat in arenis ſuis. Inde etiā noīe hāmonis oraculo. Nam cū Liber pater p extrema Libyæ cū exercitu gradiens, ſiti laboraret, & Ioui ſupplicaſſet, ut in hoc caſu ſe patrē oīnderet. Cui cū ſubueniſſet, Fertur em̄ ei extēplo arietē apparuiſſe, quē dum fugientē ſequeret, pueniſſe illo duce ad fontē amœniſſimū. Qua propter deſiderio potus exiſtimaſſe arietē illum fuiſſe Iouem, eiq; templū ibi ſumptuoſiſſimū in arena conſtruxit, qd Iouis hammonis cognominauit, in quo .ſ. ſimulachrum arietis formā præſtabat, & deum uocauit hammonem, hoc eſt, Iouem arenariū. Herodo. Hammon Iuppiter, lingua ægyptia dicebaᵗ. Vñ corrupto noīe hammonem dixerūt Aphri, q̄ apud Naſomones Libyæ populos templū ei dicauere. Pauſanias ăt hammonē dictū, ab Amone paſtore, q̄ primus ei illic templum erexit. Suidas. ἄμμωνος ὄνομα θεοῦ ἑλληνικοῦ. ἀεὶ στοφάνης ὄρνισιν. ἐσμὲν δ' ὑμῖν, ἄμμωνος, ἀδελφοί. δωδώνης φοῖβος ἀπόλλων. ταῦτα μαντεῖα. ἐλθόντος γὰρ πεζῶν ἐς ὄρνις οὕτω πρὸς ἔργα βάπτει.

Haringā, apud priſcos ſignificat hoſtiam, quæ ide dicta erat, ꝙ eius adhærentia inſpicerentur.

Hariolus cum accentu in antepe. qui diuina mente fatur quæ uentura ſunt. Dictus hariolus, quaſi fariolus, ſicut hanula, quaſi fanula, hoc eſt parua fana, aſpiratione, ut plerunq; fieri ſolet, pro .f. litera poſita.

Harmatus, harmatūris ciuitas, ſeu, pmontoriū e regione urbis Methymnæ, a qua Harmatopolitæ dicti ſunt.

Harmonia pe. cor. latine compoſitio, concordia, conuenientia, concentus. Augu. Harmonia concentus eſt, ex diſſimilium uocum moderatiōe, ſicut ex ſummis, me-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diis,& infimis interiectis ordinibus,ut ſonis ciuitas concinit moderata, conſenſu plurimoꝝ huius noīs. Luc. Harmoniā graii quam dicunt. Hæc alio noīe dī ſymphonia,quo noīe etiam Gelonis filia Themiſtii uxor appellata eſt ab ἁρμόζω quod ſignificat coapto.

Harpe nomē græcum,quo ſignificaſ enſis falcatus, quo uſum fuiſſe Perſeum poetæ tradiderunt. Luc. Harpen alterius monſtri iam cæde rubentē, ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν.

Harpago.as.pe. pro. ꝑcat rapio. Plau. Hei miſero mihi, aurum mihi intus harpagatum eſt.

Harpa,telum in ſummitate aduncum,quo nauigia capiunt. Hunc ferūt Anacharſim inueniſſe, uel inſtrumētum cum pluribus uncinis,quo uaſa & alia cōplura, q̄ uel in flumine,uel in puteis ceciderunt,extrahimus.Dici pōt & harpax, inter nauiū utēſilia numeratus, & ab Anacharſe ſcytha phio,ut dī iuētus. A græcis deductæ dictiones. Nā apud illos ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν qđ ſignificat rapere.Triuiales a lupo,ꝙ rapax ſit, lupum appellant. Eſt & harpago ferramenti genus, qđ nōnulli canē uocant,quo ferramento circi uaſis uinariis aptantur.

Harpocrates pe.cor.ſimulachrū in ſacris Iſidis, & Serapidis erat,qđ digito labiis impreſſo admonere uidebaſ, ut ſilentiū fieret,qđ ꝑcat ut Aug.inquit,ut hoīes eos fuiſſe taceref,hic dicebatur ſilentii deus,unde catullianū illud,factum me eſſe puta harpocratem.

Harpalus pe.cor.nomen uiri proprium.

Harpalice,pe.cor.nomē mulieris Harpali Thracū regis filiæ,q̄ patrē a Gethis captum liberauit,celeriꝰ q̄ de fœmina poteſt credi,cū collegiſſet gētis multitudinem.

Harpaſa pe.cor.oppidum Aſiæ oppoſitum fluuio Harpaſo,ut ſcribit Plini.v.ubi cautes horrenda digito mouetur,ſed non toto corpore.

Harpyiæ latine rapinæ monſtra fuerunt, qualia deſcribit Vir.Triſtius haud illis monſtrū,nec ſæuior ulla Peſtis,& ira deū ſtygiis ſeſe extulit undis,Virginei uolucrum vultus,fœdiſſima uentris Proluuies,uncæq; manus,& pallida ſemp Ora fame.Dictæ harpyiæ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, hoc eſt diripiendo. Suidas, ἅρπυιαι ἁρπακτικαὶ δαίμονες. Hæ Iouis canes eſſe dūr,q̄s Apolloniꝰ duas eē, alii tres,quaꝝ noīe rapaces,furtifici, auari ſignificanſ.

Haruſpex,ut inquit Ser. ex hara & ſpecio cōponiſ. Hara uero auis eſt,cui uaticinantes haruſpices intendebant. Dona.ab haruga deriuat, quæ eſt hoſtia,ab hara,in q̄ concludiſ & ſeruaſ. Et ſic cū aſpiratiōe ſcribiſ. Pōt etiā dici ab ara,hoc eſt a uictimis in ara aſpiciendis. Vñ q dam nō aſpirandū cēſent,qm̄ aruſpices,ut inqt Augu. exta inſpiciant,ut ex eis futura ꝑdicant. Idem dī extiſpex. Solēt etiam aruſpices dici horaꝝ inſpectores. Nā dies,& horas in agendis operibus cuſtodiunt,& qd per ſingula tempora obſeruare debeat homo intēdunt.

Haruſpicina.æ.pe. prod.pro arte ipſa. Haruſpicium,pro actu,hoc eſt,pro extorum inſpectione.

Haſpis.idis.curuatura e circulis,& cameræ & rotæ, licet ἀσπὶς ſine aſpiratione dī ſcutū & ſerpentis genus.

Haſta,q̄uis ab aſto dicaſ ſm Var. ꝙ a ſtante ferri ſolet, aſpiraſ tñ ad differentiā primæ ꝑſonæ impatiui uerbi aſta. Hæc apud ueteres ſubiici ſolebat rebꝰ,quas publice uenundabant. Quidā haſtā ab hauriendo deriuari exiſtimant.Cuius dimi.eſt haſtula, deriuatiua ſubhaſto,a quo ſubhaſtatio.

Haſtati dicti ſunt,qui primi in acie cū haſtis conſtituebantur. Hoc ſi lebant, haſtatus uero primus dicebaſ, q duas cēturias ideſt,ducentos milites ducebat in acie ſecūda, quē nūc ducenarium uocant,ut Vege.denotat.

Haſtile,pe.pro.dī,qđ ad haſtæ formā factū eſt, & de quacunq; re dici pōt. Vñ ꝑ ſtipite cādelabri poſuit Hiero. in Exo.Hoc erit,inquit,opus ſex calamoꝝ, qui ducēdi ſunt de haſtili.Idem li.Reg.haſtile haſtæ eiꝰ erat quaſi liciatoriū texentium Et ibi ꝑ ſtipite haſtæ poſuit.

Haſtarium.ii. uenditio auctionaria. Vnde Tertulia. in apologe.In haſtario uectigales ſumus.

Haud aduerbium negādi, haud quaq̄ ſignificat a nulla parte,ſeu nullo mō.Gel. Haud quaq̄ mihi diſplicebāt.

Haue uerbum defectiuum,quo ſalutare ſolemus aſpirationem recipit, ut differat a ſexto caſu huius noīs auis.

Haurio.is.hauſi hauſtum.Inueniē hauriui,& haurii,ſcribitur cū h,ſolo uſu non ratione.Nam ſi naturalis eſſet aſpiratio,a uerbo haurio deriuata, ab eo aſpiratiōē retineret,ut ſunt auris,auritus,auſter. Non enim in his uicit uſus,ut in haurio. Idcirco aūt aſpirandum quidā exiſtimant,ut differat prima perſona perfecti indicatiui,a nominatiuo plurali nominis auſus,& ſecunda ꝑſona præſentis indicatiui,a noīe auris. Et ſignificat accipio, extraho,ut uocem his auribus hauſi.Factum ab aura,quæ humorem omnem extrahit,atq; exiccat. Et haurire eſt audire. Vir.li.iiii. uocemq; his auribus hauſi.Item pro aſpicere, ut apud eundem. Hauſit cælum, mentemq; recepit. Item pro auide ſumere. Cice. cum inexplebili cupiditate, quo fluētius uoluptates undiq; exhauriret,eo grauius,ardentiuſq; ſitiētem texit. Item pro uulnerare,ut latus haurit apertum. Item pro tenere.Vir.li.iiii.Geor.Et medium ſol igneus orbem Hauſerat.Item pro defatigare, ut exultātiaq; haurit corda pauor pulſans.Itē pro uacuare. Lucil. Qñ haurire animus muſaꝝ,& fortia geſtit.Item pro luere. Vir. Spero equidē mediis, ſi qd pia numina poſſūt, Supplicia hauſuꝝ ſcopulis. Item ꝑ conſumere. Li.li.v. Tā longi ꝑpis opus incendiū hauſit.Huius cōpoſitū eſt exhaurio.

Hauſto.as.frequen.ab h[au]rio. Feſt.Exhauſtāt efferūt.

Hauſtus.us.ſorbitio.Co[l]um.i.Si deerit fluens unda,putealis q̄raſ in uicino aqua, q̄ nō ſit hauſtus ꝑfundi. Apud ueteres hauſtū facere dicebaſ ꝑ eo qđ eſt potare.

Hauſtus.a.um.participium.

Hauſtrale,quod eſt hauſtri,ut uentus hauſtralis.

Hauſtrinus.a.um.ſimiliter nomen poſſeſſiuum. Vnde piſcis hauſtrinus,ſicut & aquilonius.

Hauſtro.as.humecto. Vñ hauſtratus a. um. qđ eſt humectatum.

Hauritorium inſtrumentum,quo utimur in hauriendo. Augu.in quodam ſermone. Domine neq; hauritoriū hēs,& puteus altus eſt. (ci antla dīt.

Hauſtra ueteres dixerūt rotaꝝ cados ab hauriēdo,graciles.

Hauſter, uētus meridionalis ab hauriendis aquis dictus Nam nebuloſus atq; humectus eſt, qui etiam notus græce eadem ratione appellaſ, quia νοτὶς νοτίδος latine humor dī.Quidam ſine h ſcribūt, & ab auſteritate deriuant,quia rabidus ſit,afferens nō hominibus modo perniciem,ſed & pecoribus & arboribus.

Hazomæ,apud latinos ſignificat ueneror,& colo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Heana fundamentum uel ſaburra.
Heautontimorumenos octo ſyllabarũ, ſcat ſeipſum cruciante. Componit̃ em̃ ex ἑαυτὸν q̃ apud græcos aſpirat̃, & ſignificat ſeipſum, ἀμοργύμενος crucians. Quo noīe dicta eſt comœdia Terētii, in qua inducit̃ Menedem⁹ ſeipſum crucians, dū in fundo fodit, arat, aut aliqd facit, ſine laxamento ob filium q̃ fugerat in militiam.
Hebdonei hæretici, qui Chm̃ hoiem tm̃ dicebant.
Hebdoas.adis. ſeptenarius, ab ἑπτὰ ſeptē, p in b, cōuerſa. Hiero. ad Paul. hoc myſterio hebdoadis & octoadis futurus gentium prædicator erat inſtruendus.
Hebdomas.adis. & hebdomada.æ. latine ſeptimana, ſpatium ſeptē dierū, & numerus ſeptenarius. Non em̃ ſolū de dieb⁹ dr̃, ſed etiā de annis, & qbuſcūq; rebus q̃ ſeptenario numero cōphendunt̃. Gel. Tū ibi addit ſe quoq; iam duodecimā annorū hebdomadā ingreſſū eſſe, ad eū diē ſeptuagīta librorū hebdomadas ſcripſiſſe. Et in Gene. Imple hebdomadam dierū huius copulæ. Et hāc quoq; dabo tibi, pro opere, quo ſeruitur⁹ es mihi, ſeptē ānis aliis, & in Leui. Numera bis quoq; tibi ſeptē hebdomadas annos. ideſt ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt quadraginta nouem, hinc hebdomadarius.
Hebdomecontapente ἑβδομήκοντα πέντε. i. lxxv.
Hebes, obtuſus, piger, tardus, & acumine carēs. Cice. li. ii. Acade. Alias hebetiora, alias acutiora uideantur cornua. Vnde per tranſlationem Ingenium hebes dicitur, ſicut etiam obtuſum.
Hebe nomen uxoris Herculis, & Iunonis filiæ, quæ pocillatrix & miniſtra poculorum iouialium eſſe tradit̃, & dea iuuenturis putabat̃ ἥβη græce pubertas nominat̃. Suidas. ἥβη νεότης. ἀκμὴ σημαίνει ἢ ὄνομα θεᾶς ἥβης τῆς τοῦ Διὸς θυγατρός. καὶ ἥβη, ἡ πρώτη ἐκφυσις τῶν τριχῶν.
Hebeo.es. hebes ſum. Hinc exhebeo, quod protulit Ambro. in ſignificatione actiua cum ait. Vigorem, inquit, mentis exhebuit, hoc eſt debilem fecit.
Hebeſco.is. hebes fio. Cic. li. i. Tuſ. Sic mentis acies ſeipſā intuens nonnunq̃ hebeſcit, i. obtuſa fit. Salu. Poſtq̃ diuitiæ honori eſſe cœpere, & eas gloria, imperium, potentia ſequebatur, hebeſcere virtus cœpit.
Hebena ligna ſunt nigri coloris, & precioſiſſima.
Hebeto.as. pe. cor. obtundo & obſcuro. Pli. lib. xi. Nanq; & ſpeculi nitorem ex aduerſo nudati hebetāt. Ambro. Qui recedit a ſapientia hebetatur.
Hebetudo obtuſitas rei alicuius carentis acumine, uel mentis, ingenii, uiſus, ſimiliumq;.
Hebiones, a ueteribus pauperes dicuntur, quæ uox indicat contemptum quendam.
Hebr⁹ fluuius in Thracia, qui ab Oeagro flumine ortū habet. Vñ Oeagrius dictus. Vir. Tū quoq; marmorea caput a ceruice reuulſum Gurgite cū medio portans Oeagrius Hebrus. Habet arenas, ex qbus aurū colligit̃.
Hebræi dicti ſunt Iudæi ab heber, q̃ fuit abnepos Sem filii Noe, qd̃ tranſitū & trāſitiuos ſcat. Soli qppe a creaturis naturali rōne & lege innata nō ſcripta ad cognitionē ueri dei trāſire, & uoluptate corpis contēpta ad rectā uitā pueniſſe ſcribunt̃. Vñ priſcos illos q̃ creatori deo natura inhærebāt pietate hebræos appellarunt. Prius hebræi cognoīati ac deinde una detracta līa hebræi, ſicut docet Augu. li. xvi. ciui. dei. Et qa in eius familia remanſit lingua, quæ prius humano generi creditur fuiſſe communis, cum gentes linguarum diuerſitate ſunt diuiſæ, deinceps hebræa eſt nuncupata.
Hebraicus.a.um. nomen poſſeſſiuum ſicut hebræus, ut lingua hebraica.
Hebrius, qdā ab hauriendo deducunt. Vñ & aſpirant.
Hecabe fuit, quam nos hecubam nominamus.
Hecale pe. cor. uetula, a qua Theſeus olim adoleſcens hoſpitio acceptus eſt. Vñ ſacrū quoq; hecaleſion p pagos celebre fuit, Hecalo Ioui nō ſine ipſius hecales honoribus, prætere a Hecali Callimachi poema eſt.
Hecatæ⁹. nomē phi abderitæ, q̃ hiſtoriā de iudeis ſcripſit
Hecaton, latīe centū dr̃. Inde p cōpoſitionē deducunt̃.
Hecatōpylos, oppidū cētū portarū, πυλῶν. n. portarū deſignat.
Hecatonpolis pe. cor. hns centū ciuitates.
Hecatombe ſacrificii genus, in quo ritus hic ſeruabat̃, ut cētenæ ſui generis mactarent̃ uictimæ, centū ſues, centū hædi. Iul. Capi. Tm̃ ſane lætitiæ in Balbino, q̃ plus timebat, ut hecatomben faceret, qd̃ tale ſacrificiū eſt, centū aræ uno loco conſtruunt̃ ex ceſpite, ad eas centū ſues, centū oues mactant̃. Iam ſi impatoris ſacrificium fit, centū leones, centū aquilæ, & cætera hmōi aīalia feriunt̃, quod quidē græci quondam feciſſe dicūtur, cum peſtilentia laborarent, uel a numero uictimarum, uel quia centum Peloponeſi urbes id faciebant, & a numero ſacrificantium compoſita eſt dictio.
Hecatonchiros pe. pro. Quum apud græcos p ei ſcribat̃, ut ἑκατόγχειρος qualis ille quem dii Briareum, homines aūt Ægæonem appellant, ut ait Homerus.
Hecatontarchus centurio.
Hecatonpus, qui centum pedes habet.
Hecate pe. cor. triū poteſtatū numen. Ipſa eſt em̃ Luna Diana, Proſerpina, quod ſignificatū eſt, ut eius mirabilis potentia oſtendat̃, uel q̃ centū hoſtiis placet̃. Siue q̃ centū annos errare facit inſepultos. Dicta eſt luna propter uarias effigies, quas quotidie nouas reꝑſentat, uel propter multiplicē lunæ uirtutē, ſeu propter coronas quæ multifarie circa lunā conſpiciunt̃. Pli. Exiſtunt coronæ circa lunā & circa nobilia aſtra. Sunt q̃ dicāt non ab hecaton. i. centum dici hecate, ſed quia ſol hecatos ab Homero dr̃, ut ſit hecate, ſicut a cynthio cynthia, a delio delia, a phœbo phœbe. Dictus aūt phœbus hecatos ab hecas longe, q̃ eminus ad nos radios ſuos mittat, & ab hoc dicat̃ iaculari. Hecate etiā fuit nomen filiæ Perſes, de qua in dictione Oeta. Hæc triceps dicta, quia ut inquit Orpheus in argo. tria habuit capita, dextrum equinum, ſiniſtrū caninū, medium ſuis agreſtis τεικέφαλος appellata. Oui. Tuq; triceps hecate.
Hecameda Arſinoi filia, quæ dono Neſtori data eſt, dū ab Achille diriperetur.
Hecta res minimi precii, quaſi hieta, id eſt, hiatus homini ſ atq; oſcitatio. Alii puſtulam dicunt, quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere, a qua accipitur res nullius precii. Pompo. Hic homo hectæ me facit.
Hectapales ἀπὸ ὅν ἓξ παλαιστῶν. i. a ſex palæſtis. Sūt aūt palæſtæ ſex qñq;, uidelicet quotiēs p ſpithama capiūt̃, dodrātes ſeni, hoc eſt palmi ſex. Hi aūt ſūt tria cubita.
Hectica febris, nō a conſuetudine, ſed ab habitu nomen habet. Hæc non in humore tm̃, at q̃ ſpiritu, ſed in ipſis plane coit oſſibus, & inoleſcit. Ideo non Ethica appellari debet, ſed habituālis ἕχω, ἕξω.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hector priami regis filius, dictus ab eo ꝙ ἕχω qđ est habeo, defendo, qm̃ ipse solus defensor urbis fuit. Nam Plato scribit, Ideo Hectorẽ appellatum, ꝙ urbem contra hostium impetum tenuerit patriamq; seruauerit.

Hæmorrhoides genus morbi. Hæma .n. sanguis dr̃. recipitq; diph. Inde & hæmorrhoeo, quod significat fluxu sanguinis laboro, & profluuium patior.

Hedone apud nos uoluptatem significat græce ἡδονή.

Hedra sedes latine dicitur, unde fit cathedra.

Hecyros latine socer, hecyra socrus, pe.cor. habet. Sunt & qui sine h scribant.

Hedonius sumptus dictus est apud Spartianum pro impensa facta in rebus uoluptariis.

Hedui populi Galliæ, post Heluetios & Sequanos in occasum uergentes, iuxta quos ex alpibus fluit araris.

Hedyosmos, ꝑcat suauitatẽ odoris, hedyosmata unguenta preciosa. Hedyosmion, significat dulciculũ nomen amatori conueniens. Itẽ hedyosmion, uocant menthã.

Hegesias cyrenaicus philosophus fuit, qui tanta fuit elocquentia, sicut Vale. Maxi. scribit, ut sic mala uitæ representaret, ut eoꝝ miseranda imagine audiẽtium pectoribus inserta multis uoluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem generaret. Ideoq; a rege Ptolemæo ulteri us hac de re dicere prohibitus est.

Hegesippus nomen historici proprium, qui Apostolorũ temporibus uicinus fuit.

Hei interiectio ingemiscentis, dtõ iũgitur ꝓnois, ut Hei mihi q̃lis erat. Ci. Hei mihi, nõ possum hoc sine lachrymis commemorare. Aspiratur natura, ꝙ is aĩ affectus aspiratione melius declaret. Nã heu actũ postulat.

Heiulo. as. penu. corr. ab hei fit, & ꝑcat sublata uoce fleo. Hiero. in Iob. Propter multitudinẽ calumniatoꝝ clamabunt & heiulabunt, ꝓpter uim tyrannoꝝ. Plau. in Aul. Qui nã hic homo ante ædes nostras heiulans conquerit mœrens. Inuenitur & heiulor deponens.

Helei pe.pro. populi ĩ Peloponeso clarissimi, ꝓpter delubrũ Iouis olympii, ludosq; olympicos; quoꝝ ꝓfecturã Helei habuerũt. Vñ helei equi & heleus carcer sæpe legunt. Luca. Quantũ clamore iuuat Heleus sonipes.

Helocathenes pisces cete. i. generis salsamentis idonei.

Helcisma, scoria in argento.

Helios, græce ἥλιος, latine sol, inde heliacus solaris,

Heliocaminus, uaporariũ quoddam solare, nõ ad ignis usum, sed ad solis, uelut id ꝙ uulgo lumina dr̃, & in Padana gallia lucerio. Vlpia. In seruitutibus urbanis. Si arbor inquit heliocamino uel solario solem adimat, dicendũ erit, quia umbram fecit in loco, cui sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri.

Heliochrysos herba est aureũ florẽ ꝓducẽs. (color.

Helix. Tria aũt sũt helicis gña herbaceũ. candidũ. uersi/

Heliopolis pe.cor. ciuitas Ægypti, inter Alexandriam & Coptum, a græcis Thebe dicta, quasi ciuitas solis, altera est in Cilicia Chrysippi stoici patria.

Heliotropium herba solaris dicta, ꝙ se cũ sole circumagat, etiam nubilo die, ac nocte. Var. Nec minus admirandum, quod fit in floribus, quos uocant heliotropia, ab eo, ꝙ solis ortum mane spectant, & eius iter ita sequunt ad occasum, ut ad eum semp spectent.

Heliogabalus pe.pro. Antonini Caracallæ filius, q ad imperiũ assumptus fuit matris ingenio apd Antiochiã.

Heliodorus pe.cor. nomen uiri proprium.

Heliocopis nomen nymphæ.

Heliades patronymicum fœmininum, ab helios, qui est sol. Nam sorores dicuntur Phaethontis

Helle. es. nomen athamãtis Thebarum regis filiæ, a qua Hellespontus.

Hellespontus fretũ angustũ, ab Ægæo in propontida, & ubi sunt illæ angustiæ, septẽ trm̃ stadiis Asiã ab Europa diuidentes. Ibi eñ Helle in pontũ decidit. Vñ q ꝓtius pontus dicebat, hellespontus uocatus est.

Hellas nomen fluminis, & regionis Achaiæ, ut inqt Ptolemæus, a nostris græcia appellata, a græco, q primus in ea regnauit. A cuius filia uocata est Atthis. Deiñ ab Hellene Deucalionis filio, dicta fuit Hellas. Incipit ab isthmo corithio, siue strictura peloponesi, & ad littora ægei maris porrecta, usq; ĩ Macedoniã, & thessaliã, quã cũ omni Bœotia intra suũ nomẽ includit, extendit.

Helleborus, & helleboꝝ pe.cor. dr̃ herba purgatoria, optimũ, qđ in Anticyra, circa helleboꝝ fluuiũ gignit, atq; inde a græcis helleborus appellat. Hora. Expulit helleboro morbum, bilemq; meraco. Hanc herbã Romani alio noĩe Veratrũ dicũt, ꝓ eo, qđ sumptũ motã mentẽ in sanitatẽ reducit. Duo sunt eius gña albũ. ſ. & nigrum Album, qđ uomitiõe causas morboꝝ extrahit. Nigtũ, qđ purgat ꝓ inferiora. Scribit ꝑm Apul. ꝓ h. Sed apud græcos nõ aspirat. Melãpus medicus Amythaonis filiꝰ helleboꝝ ĩuenit, qđ Melampodiũ uocãt. Alii dicũt pastorem eiusdẽ nois inueniſſe, cum capras pasceret. Colu. Sed negat helleboros, & noxia galbana succo,

Helice pe.cor. urbs Achaiæ, quã mare absorbuit, de cuiꝰ noĩe ursæ sydus fortasse uocatũ est a poetis, ꝙ Calysto Lycaonis regis filia, q̃ ex ursa cum filio in stellas uersa est, Arcas fuerit. Est & helice pampinus in uite.

Helicon pe.cor. mõs Bœotiæ iuxta Thebas, atq; ut Strabo. ix. scribit, Phocidi uicinus est, nõ ꝓcul a Parnaso, eiq; æmulus, & altitudine, & circuitu, q & ipse Apollini q̃q; sacer, & musis est. Vñ heliconiades musæ sunt appellatæ. Dictus helicon, ab helicone, qui ibi cum cytherone fratre singulari certamine pugnauit.

Helciũ dr̃, qđ est ante pectus equoꝝ, & id genus aĩalium ab armis. i. humeris pendẽs, instrumentũ, quo & molæ illi ꝓ machinulam innexæ uersantur, & curricula pertemonem trahunt. Vnde & nomen accepit. Helco eñ græce, traho latine dicitur. Hinc Helciarius.

Helciarius, qui fune canabino nauẽ trahit aduersus undas, ut est apud Martia. Nec clamor ualet helciarioꝝ. Sido. optimo epitheto curuos uocat cũ ait. Curuoꝝ hic chorus helciarioꝝ. De helcio meminit Apul. lib. ix. Me. Defectũ alioq n me helcio sparteo dimoto nexu machinæ libertũ applicant pr̃sepio. Et paulo post. Helcio tandem absolutus, refectuiq; secure redditus.

Helena. æ. siue helene. es. pe.cor. Castoris & Pollucis soror, & Menelai lacedæmonioꝝ regis uxor, a qua Helene insula uocata est, ꝙ in ea Primũ Paris cũ Helena dr̃ cõcubuisse. Multi fuerũt, q scripserũt de laudibus Helenæ, sed in primis mihi uidet Demetrius moschus excellere, q de ipsa ita scribit, ꝙ pulchritudo Helenæ nõ fuit caduca, sed semper florens, & ꝙ Venus fecit nutriri Helenam a gratiis suis, Vnde ait.

καὶ μὴν τήνδε θεοὶ πᾶσ ἐθάμβεον ἱσταμένοντε

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Τικθομένω μεγάλα κούρω διός, ἠδ' ἐφίλουν θ:
λιπικαὶ χαρίτεσσι μεθήσεσθαι θεῖα ἀφροδίτη,
δεῦτε φίλαι τὴν μοι ἀλιτάλλην ὡς ἐποίκεν,
οἵην ἐμὸν πολύχαρτον ἐθρέψατε ἄμβροτον υἱόν.

Hellenes Deucalionis filius, a quo græcos hellenes non nulli credunt fuisse nominatos.

Helenium frutex seu herba, qui ex Helenæ lachrymis fingitur natꝰ in helene insula. Fauere creditur formæ, & cutem nutrire incorruptam. Venerem conciliare,& hilaritatem inducere in uino potam.

Helicteres inaures sunt,sicut docet Iul.Pollux, quæ & helicæ dicuntur a clauiculis,quas helicas uocant. Quod autem græci uocant helicem,nos clauiculam, & pampinum,& capreolum,ut in uite dicimus.

Hellenodices latine iudex certaminis dicitur.

Heluo,uorax,insatiabilis,& immoderate sua bona ingurgitãs,q̃si omnia luẽs. Terẽ in Heau.Gerro,fraus,heluo, iners,ganeo,damnosus.Cice.per transla.heluo librorꝫ, dixit,quasi gulosus.i.nimis auidus librorꝫ.Et aspiratꝫ,ut ab eluo suo primitiuo differat,siue ut auiditas illa magis exprobret,ut inquit Festus.Fit em̃ uox incitatior.

Heloi uocant hebræi deum,significatq; robur, & potentiã,ut sit nomen dei,quasi omnipotẽs. Plato uero deos idest græce theos a thein,q̃ est currere, deriuat, stellas em̃ quæ semp mouent,deos appellabant.

Helorus pe.pro.Siciliæ fluuius & ciuitas, sicut in Elorus dictum est. Fuit etiam eo nomine Istri fluminis filius qui ab Aiace occisus est ĩ ea pugna, quam græci cum Telepho rege Mysorum habuerunt.

Heluacia genus ornamenti Lydii,dictũ a colore boum, qui est iter rufum,& albũ,appellabaturq; heluus, quanq̃ hæc eadẽ uox apud ueteres saburram significaret.

Heluela sunt holera minuta,ut inqt Festus,q̃m helus,& heluſa ueteres dicebant,pro holus & holera.

Heluetii populi germaniæ,iuxta lacũ herciniæ syluæ.

Heluolum,apud Catonem,est color inter rufum,& albũ unde heluolæ.Col.li.iiii.Sunt & heluolæ, quas nõnulli uarias appellant,neq; purpureæ, neq; nigræ, ab heluo (nisi fallor)colore uocitatæ.

Hem interiectio corripientis seipsum, uel indignantis, uel admirantis,ut hem nos homunculi.Apul. Hem hominis audaciã.Q̃q; demõstrãtis est.Terẽ.in An.Hem puer hercle puer est.Et aspiratꝫ ꝓpter maiorẽ sonum.

Hemerodromi dĩr cursores, q̃ die uno ingens spatium cursu emetiebantꝫ,inter quos clarissimus fuit Philonides Alexandri Magni cursor.Inter mancipia erãt cursores, ut ex iurisconsultis patere potest.Paul.li.iii.de legatis.Quod si alii uernæ sint cursoribus cedent.

Hemis apud nos traducit semis ἥμισυς dimidius.

Hemicyclus,locus semirotundus,instar testudinis, in cuius ambitu erant sedilia. Est aũt cœnatio effigie circuli dimidiati.A quibusdã accipiẽt ꝑ sella, q̃ dimidiati circuli formã hẽt. Sid.Solii capacis hemicyclon, uolẽs intelligi uas balneare fuisse semirotũdũ ĩstar sphæræ mediæ.Ci.in Lel.Tũ memini domi in hemicyclo sedentẽ.

Hemeridion latine diurnale,uel qd̃ paruũ diẽ durat.

Hemionium herba,quæ alio nomine asplenon dicitur. Cuius uis est contra singultus omnes.

Hemus mons in Thracia,excelsitate cõspicuus, ex cuius uertice uulgata opinio est, ponticũ simul, & adriaticũ mare,& histrum amnem,& alpes conspici posse. Nam eius excelsitas sex milia pas.continet. Dictus hemus a noïe regis Hemi. A cuius sorore alter quoq; mõs Rhodope noiatꝫ,in quos trãsfiguratos esse rhodopem & hemũ fabulæ canũt. Oui.li.vi.Met.Threiciã rhodopem, hẽt angulus unus,& hemũ, nunc gelidos mõtes mortalia corpa quondã.Posset etiã hoc nomẽ deduci ἀπὸ τοῦ αἵματος.i.a sanguine. Est & hemus nomen græculi histrionis, cuiꝰ meminit Iuue. Et nomẽ famosi latronis.

Hemina pe.pro.mẽsuræ genus, qua uinũ uel frumentũ metiebatur,& dimidium sextarium continet,quasi semisextaria.Gel.li.iii.Si ex sextario hemina fusa est,sed dimidium tertio. Inde heminarius, quasi mediocris. Hinc heminarium,sicut a congio congiarium.

Hemodes insulæ septem in oceano germanico.

Hemiplexia cũ accentu in pe.paralysis,hoc est semiapoplexia, cum in alterã tm̃ partem corpis malũ id incubuit. Nam cum totum afficiẽ Apoplexia nominatur, nunc utrunq; inqt Cellus,paralysin appellari uideo.

Hemicranea morbꝰ,quo dimidia parte capitis laborãt, quẽadmodũ cephalæa, quo totũ caput infestatꝫ. Dicti hemicranici ab hemicrania,quæ & hemicranea dĩ.

Hemiolus,quædam arithmetica proportio, continens aliquem totum numerum, atq; eius dimidium, ut se habent tres ad duo,& quindecim ad decem.

Hemiola usura,q̃ cõtinet totũ & dimidiũ,ἡμί dimidiũ & ὅλον totũ,ut si de q̃tuor solidis ĩ fine anni accipiũt sex.

Hemerobios ꝫcat diarii uictũ, quo noïe dictꝰ est Diogenes cynicus phus.Est & hemerobiꝰ uermiculus, q uitã diei habeat,ἡμέραν em̃ græci diẽ dicũt, βίον uitam.

Hemistichion dimidius uersus.Nã στίχος uersus dĩ.

Hemitogium dimidia toga.Composita dictio ex græco & latino,

Hemitritæus semitertiana febris, sic dicta, q̃ parte aliqua tertianã p̃sentet, tertio die,ut illa repetẽs, nõ tm̃ ut illa diem unũ p̃stet integrũ,sed inter horas.xxxvi. plus minus porrigiẽ.Hiero.in diuo Hilariõe.Ibi siue ob corruptũ aerẽ,siue ꝓpter gliam Hilarionis serui dei,hemitritæo pariter arrepti oẽs a medicis desperati sunt.

Hemisphæriũ dimidia sphæra,hoc est cæli dimidiũ. Hemisphæria duo sunt latera ab oriente diuisa ad occasum,in quæ distinguitur terra zonis quinq;, mediam æstus infestat,frigus ultimas,reliquæ habitabiles.

Hepta apud nos septẽ,& aspiratꝫ,cũ suis deriuatis.

Heptapylos,latine dicitur septem portas habens.

Heptapachys pe.cor.mensura septem cubitorum. Vnde Achilles heptapachus est appellatus.

Hepiolus papilio,qui lucernarum luminibus aduolat.

Hendecasyllabus, uersus undecim syllabarꝫ, qualis ille Catullianus. Passer deliciæ meæ puellæ.

Heo interiectio.Plau.in Cis.Heo tu quam nos.

Heptemeris cæsura est,cum syllaba naturaliter correpta producatur,quod fieri solet in principio quarti pedis,uel septimæ syllabæ, si tres spondei præcedant, quasi septima dicatꝫ diuisa pars,ab ἑπτὰ septem, & μείζω diuido. Vide in Cæsura.

Heptaphonon,quod habet septem uoces.

Heptaporus fluuius dictus,quia septem locis uadari potest eadem uia,propter quod & polyporos, ut Strabo inquit, appellatus est.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Heptaporus,ideſt,ſeptemfluus, ſiue ſeptemuadus, quo nomine dictus eſt Rheſus fluuius Troianus.

Heptaponus, Troiæ fluuius.

Hephæſtus proprium uiri nomen Vulcani.

Hephæſtides genus lapidis dictus,q in ſole additam aridam materiam dicatur accendere ignis modo, quem poetæ a Vulcano Ephæſton uocant.

Heraclea dicebaſ q nũc calpe in finibus,& olim perithus uocabaſ.Europæ ciuitas Boſphorana, a q Dion. phus Zenonis diſcipulus heracleotes a Cic.in Tuſ.appellat⁹ eſt, ubi fuit amphitheatrũ unũ ex ſeptem ſpectaculis. Fuit & alia heraclea in radicibus Oetæ mõtis,quã Aſaris fluuius alluit. Alia in ponto.alia iuxta oſtia rhodani.alia in Campania,quæ & herculeanum dicta eſt.

Heracleæ oppidũ proximũ Neapoli,incũbens mari.

Heracleopolis nomẽ triũ ciuitatũ, quarũ una eſt in Ægypto, ex qua Theophanes phyſicus. Altera nõ lõge a Peluſio.Tertia ſecundũ Nili oſtiũ,qd Canopicũ dr.Hinc heracleopolitæ,qui heracleopolim habitant.

Heracleon herba, ab Hercule inuẽta, quã alii Origanũ heracleoticũ ſylueſtre dñt,qm̃ eſt origano ſiℓe. Alii timalũ dicũt.Naſciℓ in aquoſis foliis magnis, & in ſũma aqua flore lilio ſimili,& cũ defluxerit capiti papaueris Eſt & alia herba heracleon ſiderion caule tenui, digitorũ.iiii.altitudine,flore puniceo,foliis coriandri,iuxta amnes,& lac⁹ naſcẽs,& oĩa uulnera ferro illata efficax.

Heracleota nux.Quære ĩ dictione Nux. (ciſſime ſanãs.

Heraclitus pe.p.nomẽ ppriũ phi Epheſii,græce Ἡρακλείτος ei diph. Lucre. Heraclitini,quorũ dux agmina primus.Hic eſt ille,q quotiens domo egrediebaſ,flebat,ſicut Democritus ridebat,alteri oĩa q agim⁹ miſeriæ,alteri ieptiæ uidebanſ.Cognoĩatus eſt ſcotinos, q ſi tenebricoſus.De induſtria.n.obſcurabat ſtilũ. Ideoq ei⁹ uo lumina phi ſudantes uix intelligũt. Fuerunt alii quatuor heracliti.Primus poeta Lyricus.Secũdus Halicarnaſſeus ſummæ elegantiæ, Tertius Lesbius qui Macedonum ſcripſit hiſtoriam.Quartus irridiculus.

Heraclides pe.cor.nomen phi,q heracleotes fuit ex ponto,hic opulentus Athenas uenit,deditq ſe in diſciplinã Speuſippo,Pythagoreorũ auditor fuit Platonis ſtudioſus. Fuerunt ingenii illius monumẽta præclara. Nam dialogos,& tragœdias ſcripſit. Fuerunt & alii multi heraclidæ ingenio,& doctrina inſignes.

Hercæus dict⁹ eſt Iuppiter,quem etiam penetralem uocabant,qui intra conſeptum domus cuiuſq colebatur Græce enim hercos ſeptum clauſtrumq nominatur. Ouid.Cui nil hercæi profuit ara Iouis.

Hercules cognomẽ, uel fortaſſe poti⁹ agnomen Iouis & Alcmenæ filii,q ob fortitudinẽ & gloriã credit⁹ fuit, q inter deos ſit relatus. Fuiſſe autẽ tres Hercules, ſcribit Diodo. Alii ſex autumant. Primus q certauit cũ Apolline de tripode. Alter Nilo natus ægyptius, quẽ aiunt phrygias lras cõſcripſiſſe.Tertius ex Idæis dactylis, cui inferias afferunt. Quartus Iouis fili⁹ ex Aſterie latonæ ſorore,q tyri coliℓ,filiãq habuit carthaginẽ. Quint⁹ in India,q & belus dr,Sextus Thebanus,ex Alcmena & Ioue tertio genitus, cui alioq geſta aſſignãt. Herodotus ſcribit Herculẽ unũ eſſe ex duodecim diis ægyptioq, græcoſq ab ægyptiis hoc nomẽ mutuatos indidiſſe filio Amphitryonis. Var.xliii. Hercules noĩat. Veruntñ oẽs q robore ꝓſtiterũt,hoc noĩe ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuiſſe affirmat. Macro. aſſerit Herculẽ eſſe ſolẽ,q ſi heraclẽ,idq ex noĩe clareſcere.Hercules.n. nihil aliud eſt q heras.i.Iunonis.i.aeris,cleos.i. gloria, uel laus. Quæ porro alia eſt aeris gloria, q ſolis illumi natio? Idẽ dict⁹ eſt.xii.labores cõfeciſſe, qa ſol annuo curſu.xii ſigna zodiaci luſtrat,& cõficit. Ab hercules ſi unt hercule,& hercle,me hercules,& me hercule aduer (bia iurãdi.

Herculanus.a.um.nomẽ poſſeſſiuũ.Eſt & herculanus nomen proprium ab hercule deriuatũ. Gel.lib.i.adiectiuum poſuit.Comprehẽſa inquit, menſura herculani pedis,ſm debitam membrorum oĩum inter ſe competentiam,modificatus eſt.

Herculanus ſubſtantiuum nomen eſt uiri proprium.

Herculanum fuit Campaniæ oppidum.

Herculeus.a.um.apud poetas dr,qm̃ breuẽ ſyllabã inter duas lõgas heroicus uerſus nõ admittit,ut At ſinus herculei ſi uera eſt fama Taréti. Et mõ poſſeſſiuũ eſt, mõ accipiℓ ꝓ forti,ut herculea uis,herculeus homo.Mõ ꝓ ĩmenſo,ut herculeũ opus.Herculeus etiã morbus dr comitialis,qm̃ hunc morbũ paſſus ſit Hercules. Vñ & ſacer eſt appellatus,& maior morbus ꝓpter grauitatẽ.

Herculeum promontorium Locrenſe,de quo Stra.lib.i.

Herculeius,fuit uir Romanus, qui marianas partes ſouit cum ſertorio,& perpenna.

Herebus pe.cor.profunditas inferorum dicitur. Vide in dictione Erebus.

Hermes.is.&.etis.dr latine quaſi interpres, Mercurius dictus eſt ab ἑρμηνίας.i.ſermone. Præſtabat enim loqui, quem effigiabant alas in capite & pedibus habentem, q ſermo hominum per aera uolitet.

Hermerotes,idem fere quod Erotes,ideſt cupidines.

Herma.æ.etiã mercurius dr,q̃uis etiã qñq ſumaſ ꝓ ſtatuis,& ſigillis,ꝑcipueq truncis & quoq capita pmutari pñt.Cic.ad Atti.li.vi.Hermæ illi tui pentelici,cũ capitibus æneis,de qbus ad me ſcripſiſti,iam nũc admodũ me delectãt.Probus Æmi.in Alcibiade. Id cũ apparet,priuſq claſſis exiret,accidit ut una nocte oẽs hermæ q in oppido erãt Athenis deiicerenſ, ꝓter unã q añianuam erat, Suidas dicit hermas ſtatuas dictas, q plurimũ Mercurii ſtatuæ deliniarenſ.Hæ eñ hermæ uiriles ſtatuæ ad ꝓpagandã defuncti memoriã ſepulchris erigebanſ. Solebãt aũt romani Mercurii ac Mineruæ ſtatuas cõiungere gymnaſiis,dicareq, q̃s hermathenas Cice.noĩat.Qd ad me de hermathena inq,ſcribis mihi ꝓgratũ ẽ ornamentũ academiæ,ꝓpriũ meæ,q & hermes cõe oĩm,& minerua ſingulare ſigne eius gymnaſii.Quidã hermas accipiũt ꝓ lapidib⁹ quadratis, quos athenienſes ſolebant ponere,tũ in priuatarũ,tũ in ſacrarũ ædiũ ueſtibulis,ut ſignificareſ rõnem,& ueritatẽ pinde,ut formã quadratã rectã ſemp ſtare.Dicti hermæ a Mercurio,q eſſet deus rõnis,& ueritatis.

Hermoglyphus marmorarius,& ſtatuarius.

Hermopoliũ officina,ubi officinatores ſtatuarũ habitãt

Hermopolis nomen urbis,quam Hermes condidit.

Hermaphroditus pe. ꝓ.Mercurii & Veneris fili⁹, cõpoſitũ nomẽ ab hermete,& aphrodite,qd uenerem ſcat, a quo hermaphroditi dicti ſunt, utrunq ſexũ habentes. Hi etiam androgyni dñr,q utrunq ſexũ habent.

Hermodorus pe.pro.fuit phus epheſius,quẽ in Italia exu

lantē Pompo.iuriscō.tradit auctorē fuisse.xii. tabulaꝝ ferendaꝝ decēuiris. Pli.dicit hūc fuisse interp̄tem legū decēuiralium,eiq; ob id statuā publice dicatā. De hoc Stra.lib.xiiii. In Epheso fuere uiri memoratu digni,ex antiquis heraclitus,Item hermodorus.De quo hic idē inquit dignos esse omnes ephesios strangulari,q; Hermodoꝝ uirum inter eos frugi eiecerunt, dicentes, Ne mo nostrum frugi esto,alioquin cum aliis eiiciat.

Hermon mons longe disiunctus ab Hierusalem trās iordanem,nomen hebræū,qd̄ interpretat linū exaltatū.

Hermon statio piscatorum in peloponneso.

Hermenia latine interpretatio dici potest. Vū periher menias Aristotelis liber de interpretatione.

Hericius aīal sic dictū,q; setis horreat. Hic & herinaceus & herix dī. In sepib⁹ dumosis,& uineis p autumnū p̄cipue diuersat. Condit in arbores hyeme, & cibis p æstatem paratis uescit. Vbi senserit uenatores contractis ore & pedibus conuoluit in formā pilæ, ne qd cōprendi possit p̄ter aculeos. Sunt e genere eoꝝ maiores histrices,quibus longiores aculei,de quibus infra.

Heri ab hærendo qdam dici putāt, q; hesternus dies hodierno diei cohæreat sine diei alterius interpellatione. Dicit etiā here, p̄pter cognationē līaꝝ i & e,ut Vespere & uesperi. Ab heri fit hesternus.a.um.sicut a cras,crastinus.a.um.Et accipit hesternus pro pridiano. Teren. Iure hesterno panem atrum uorent.

Herillus chalcedonius phūs Zenonis discipul⁹ fuit. Qui cum audisset scientiam laudatam esse ab Aristotele & Theophrasto,summum bonum in ea posuit.

Hermias eunuchus,trapezitæ cuiusdā famulus,Athenas profectus,Platonē Aristotelēq; audiuit,& domū reuersus,cum dūo suo Atarnenses, & Assenses aggressus eos subegit,& illis simul cum domino suo imperauit.

Hermogenes pe.cor.nomē p̄priū,latine dī Mercurio genitus. Contra quē cauillatus Cratillus eū Hermogenē nō recte dici,q; doctrinæ.s.atq; eloquētiæ nihil sapiat.

Hermus fluuius, q; Smyrnæ cāpos intersecat, delapsus a mōte Dorylao,Phrygiā scīdit a Caria. Hic supfusus cāpis gignit fertilitatē. Vū harenas aureas fingit trahere.

Hernia cōe est nomen tribus morbis.s.Enterocelæ Epiplocelæ, & Hygrocelæ. Enterocele em̄ dī,cū intestina dilabunt in Scrotū. Epiplocela,cū omentū. Hygrocela,cū in alteꝝ e testibus humor cōfluit. Has species nostri uocant hernias,ut inqt Celsus,a duricie pellis, q̄ fit post intestinoꝝ desc̄sum. Herniū em̄ durū & aspeꝝ dī. Tractū a Sabinoꝝ līgua,q; hernia saxū uocāt. Mar. Derisor Fabianus herniaꝝ, oēs quē mō colei timebāt dicentē tumidas ī hygrocelas. Ramices uero has species sub se cōtinēt. Porocelā,q̄ est,cū ex absc̄ssu aliquo circa scrotū materia subduruit. Sarcocelā,cū in ipso scroto cōcreuit caro. Cirsocelā cū uenæ intumuerūt tunicis testiū integris,uel in ipso scroto, uel cū bubonocela di in inguine. Est tñ ubi Pli. enterocelā dixerit ramicē, ut ī medicinis cupsi. Differt ab his bronchocela,qppe q̄ in ceruice sit,q̄ si tumor magn⁹, & rotundus inter cutē,& asperā arteriā,qua mō caro hebes, mō humor aliqs includit. Interdū etiā minutis ossibus pili imixti,ut in Celso li.vii.perperā scribat broncoceolæ. Sunt etiā qui herniam interpretētur,pro testium theca, ut illud Mar. Ingens iratis apparuit hernia sacris.

Hernios⁹,q; herniam patit. Hiero.in Leu. Si cæcus fuerit,uel hernios⁹,nō accedet offerre hostias domino.

Hernici populi ī Cāpania, saxa incolētes. Hernæ sabina lingua saxa uocant. Hos tñ hernicos appellatos uoluit Macro. Qui hernū adducit a noīe Hernici Pelasgi,quī eoꝝ fuit dux. Hoꝝ metropol anagnina sabinoꝝ natio.

Herodius,& herodion auis,falco uulgo dicta, siue ardea.

Herodes Antipatris Idumæi filius anno.x. Augusti, rex iudæorum a Romanis declaratus est,regnauitq; annis xxxvii. Hic uir strenuus Samariā olim in cineres redactam,a fundamētis erexit,eāq; in honorē Augusti augustā.i.sebastē appellauit. Crudelissimus tñ fuit, qppe q; multos iniuste occiderit. Nā oēs legis interp̄tes p̄ter alias multas neces,& paruulos Bethleemitas gladiis interemit. Quo facto mox intercutis morbo p̄cussus,sca turientibus toto corpe uermib⁹ extinctus est. Fuit ali⁹ Herodes antipas filius huius p̄fectus Galileæ post Archelaū impiissimus fuit. Nā in ciues ficcari⁹, ī nobiles latro,in socios populator habit⁹ est. Vxorem Philippi fratris duxit,Ioannē baptistā occidit,& dūm nīm illusum Pilato remisit. Tandē Lugdunū a Caio Cæsare relegatus ibi uitā finiuit. Tertius Herodes dictus Agrippa Aristoboli fili⁹,q; Iacobū occidit. Ali⁹ Herodes fuit Atticus,q; græca orōne,inqt Gel. fere uniuersos grauitate,atq; copia elegantiaq; uocum longe præstitit.

Herus dñs aspirat,ut differat a uerbo futuri tpis ero.

Heros a Iunone dī, inqt Aug.li.x.ci.dei. Nā græce Iuno hera appellat. Et ideo nescio qs filius ei⁹ fm græcoꝝ fabulas heros fuerit appellatus. Hoc uidelicet,uelut mysticū significante fabula,q; aer Iunoni deputet,ubi uolūt cū dæmonib⁹ heroas habitare. Quo noīe appellāt alicuius meriti aīas defunctoꝝ. Et li.vii. Inter lunæ gyrum & nymboꝝ,ac uentoꝝ cacumina aerias esse aīas, sed eas aīo,nō oculis uideri,& uocari heroas, & lares & genios. Mar. Capella,ī nuptiis philologiæ dicit heroas, ab hera,q̄ terra dī,nuncupatos. Nā a medietate usq; in mōtiū terræq; cōfinia hemithei heroesq; uersant. Ab heros fit heroicus a.um. ut uersus heroici in q̄bus tractant facta heroum & herois.idis. Vū dicimus Oui.scripsisse de heroidibus. Michalus aūt etymo. Ἥρως ἀνὴρ θεῖος ὄν. ἡμίθεος. γενναῖος. λέγεται δὲ ἀπὸ τοῦ ἐρωτᾶν ἢ ἀρετῆς ἢ κακίας κινδύνους καὶ πόνους ἄνω τῶν ἀνθρώπων ἐμφρόνως ἀγαθὸς ἄρειτον.

Herpes aīal dictū,q; eo p̄cipue sanent ea quæ serpunt.

Herpeta pe.cor.morb⁹ q; serpit,sicut scabies. Macer. Hāc fugit appositā sacer ignis,& herpeta mordax.

Heroides ueteres fœminas clariores dixerūt, quales fūt heroum uxores,& filiæ,Papi.lib.iii.Silua.Qua ueteres latias graiasq; heroides æquas.

Hersilia nomen uxoris Romuli,quæ in rorem uersa, tē pla cum Romulo tenuit. Est autem herse apud græcos,quod apud nos est ros. (nula.

Henula pua delubra, in q̄ loco f, ponit aspiratio, q̄ si fa-

Hesperus pe.cor. Atlantis frater, a quo hesperia. Scribit Diodo.hunc hesperē cōscendisse cacumen mōtis atlantis ad cursus astroꝝ obseruandos, & nunq̄ deinceps cōparuisse,cui uulgus honores diuinos exhibuit, astrūq; lucidissimū eius noīe appellitauit. De quo Vir. Ite domū saturæ,uenit hesperus,ite capellæ. Hæc etiā seroti-
na stella uesper dī,ut apud eundē li.i. Ge. Quid uesper

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſerus uehat. Similiꝛ ueſperugo noiaꝫ. Plau. Nec ueſperugo, nec uergiliæ occidũt. Rurſus & illa eadẽ excogitata ſtella a Pythagora primũ fuit, q̃ añ ſolẽ oriri cõſpicitur, tunc quoq; lucifer noiaꝫ, q̃ græce φώσφορος dr̃. Vir. in Damone. Naſcere præq; diẽ ueniẽs age lucifer almũ. Qñq; etiã a nobis iubar tranſferꝫ, eo q̃ eius ſplendor in modũ iubæ leonis diffundatur. Similiter & Venus appellatur, ſiue in die ſiue in nocte.

Heſperiæ duæ ſunt. Vna q̃ hiſpania dr̃, altera italia, q̃ ſic diſcernunꝫ. Aut eñ heſperiã ſolã dicimus, & ꝑcat Italiã Vir. Eſt locus, heſperiã graii cognoiẽ dicũt. Aut addis ultimã, & ꝑcat hiſpaniam, q̃ in occidẽtis eſt fine. Hora. Qui nũc heſperia uictor ab ultima, Et hæc ab heſpero occidentali ſtella dicta eſt. Italia uero ab heſpero Atlãtis fratre, q̃ a Germano pulſus Italiã tenuit, & ei nomẽ, uel ꝓpriũ, uel ſuæ priſtinæ regionis impoſuit. Macr. tñ uoluit heſperiã dictã eſſe Italiã, q̃ occaſui ſubiecta ſit.

Heſione nomen Laomedontis filiæ.

Heſaias nomen ꝓphetæ ꝓpriũ, q̃ nobili genere ortus, in Hieruſalẽ ꝓphetauit, nihil ruſticitatis in ſermone hñs Qui nõ tã ꝓpheta, q̃ euãgeliſta fuit. Vniuerſa eñ chr̃i eccleſiæq; myſteria ad liq̃dũ, ꝓſecutus eſt, ut non putes eum de futuro, ſed de p̃terito hiſtoriã texere. Tandem ſub Manaſe rege ſectus in duas partes occubuit.

Heſperides appellatæ ſunt Heſperi fratris Atlantis filiæ Ægle, Arethuſa, & heſpertuſa. De his ẽ fabula q̃ habuerint hortos nemore aurifero p̃cioſos, ubi erat draco cuſtos puigil, mala aurea uigilanter obſeruans, quẽ interfecit Hercules, pomaq; aurea retulit ad Euryſthea. Pli. & Soli. interp̃tanꝫ fuiſſe æſtuariũ maris, meatu flexuoſo, inſtar draconis, qd̃ hortos heſperidũ amplectebaꝫ, ubi p̃ter oleaſtrum, aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare ꝓdiderũt. Var. ꝑ mala aurea oues ſignificari dicit, quas Hercules ex Aphrica in græciã exportauerit. Ea eñ ſua uoce græci appellãt mala, apud q̃s μῆλον. i. malũ ꝑcat ouẽ, & pomũ. Hic Melotæ dictæ uestes ex pellib9 ouiũ cõfectæ. Aſr tradit Dio. li. v. byblio thecæ.

Heſperum promontoriũ in Aphrica eſt nauigatione decem dierum, ab Oenothema monte.

Heſternus. a. um. Vide in dictione Heri.

Heſtræa, theſſaliæ pars apud Stra. & Ptol. ſed apud Homerũ oppidũ ẽ in Euboea. Stepha. urbs in Acarnania.

Hetam alias hectam priſci dixerunt, quaſi hietam rem minimi precii, ut eſt oſcitatio, & hominis halitus. Alii uolunt eſſe puſtulam illam, quæ in coquendo aſſurgit, ut uidemus in ahenis dum feruent.

Heteron græce, latine alterum, ſeu reliquum dicitur, ἑτέρωσις alteratio.

Heteroclitum, quaſi alterne declinatum, nam componitur ab ἕτερος & κλίσις.

Heterogenus. a. um. pe. cor. quod eſt alterius generis, dicitur & heterogeneus. a. um.

Heteromaſchala dr̃, q̃ ex altera tñ pte uilloſa ſũt, & ſeruitiis dedicata, ſicut amphimaſchala, & amphimalla, q̃ ab utraq; parte uilloſa, & ingenuis dedicata ſunt.

Heu interiectio dolẽtis iungiꝫ actõ, pnoĩs. Terẽ. Heu me miſeꝛ. Nã ꝑ exprobrationẽ iungiꝫ cũ noĩe. Virg. Heu ſtirpẽ inuiſam. Et cũ ntõ. Idem. Heu pietas, heu priſca fides. Interdũ geminaꝫ, & nulli caſui ſeruit. Vt heu heu, quid uolui. Aliq̃n etiã dr̃ Heheu. Aſpiraꝫ, ſicut & hei eadẽ rõne. Interdũ heu eſt duaꝛ ſyllabaꝛ ꝓpter metrum ut Heheu q̃ pingui macer eſt mihi taurus in aruo, ſicut prendit, & præhendit.

Heteronyma, Vide in dictione Homonyma.

Heus aduerbiũ uocãtis. Vir. Ac prior heus inq̃t, iuuenes mõſtrate meaꝛ Vidiſtis ſi quã hic errantẽ forte ſoroꝛ. Aliq̃n duplicaꝫ. Heus heus. Nõnunq̃ interiectio dolentis eſt, ut Heus etiã mẽſas cõſumimus inq̃t Iulus: Aſpiraꝫq; magis uſu, cũ & Feſt. a græco attrahere uideaꝫ, q̃ uox doloris ẽ, uñ & ægritudinẽ deducta eſſe tradit. Eu uero græca dictio, q̃ multoꝛ noĩum cõpoſitionẽ init, aſpirationem non habet, ut Euſebius, Euſtathius, Eugenius & huiuſmodi.

Heuoe. interiectio metuẽtis. Oui. Heuoe Bacche ſonat.

Heterocraneas uocãt morbum capitis. Idẽ qd̃ hemicranea, ut eſt apd̃ Pli. cũ caput inæqualiter dolet tumetq; & inter pilos rotunda & humida ulcuſcula ſurgunt, & pus mali odoris.

Hexaclinũ pe. ꝑ. uocaꝫ ſtibadiũ, hoc ẽ cœnatio, ſex cõuiuas capiẽs. Mar. Et teſtudineũ mẽſus q̃ter hexaclinon.

Hexameron apud nos ſex dieꝛ. componiꝫ. n. ab ἕξ ſex, & ἡμερῶν dieꝛ, ubi interponitur a cauſa euphoniæ.

Hexametrũ pe. cor. ſex pedũ, μέτρον. n. menſura dr̃.

Hexagonũ pe. ꝑ. ſex anguloꝛ. Amb. li. Hex. Quis architectus eas docuit hexagona illa cellaꝛ idiſcreta lateꝛ æqualitate cõponere ἐ ἀπὸ τ ἕξ, ℭ γωνία ῥυπίδεται.

Hexaplum, uel hexapla. oꝛ. exemplaria ab ἕξ ſex πλοῦς plica. Hiero. in prolo. libri Ioſue. Vt pro græcorum hexaplis æditionem noſtram habeant.

Hexaſtichũ hordeum, cuius ſpicæ ſex ordines habent, ſicut diſtichum quod duos.

H ante I

Hiarbas Iouis filius, ex Garamãte filia fuit Getuloꝛ rex, quẽ Vir. ſcribit in connubiũ petiiſſe Didonem.

Hiato. as. frequentatiuũ a uerbo hio. as. ſignificat ſæpe aperior, ſcindoꝛue. Plau. Si q̃ forte cõcio eſt, ubi eũ hiatare nondũ in mentẽ uenit. Laberius paſſiuo uſus eſt. Hiatanꝫ fores pro eo quod eſt hiatant. i. patent.

Hiatus. us. apertio. Clau. de rap. Qd̃ conata nefas, aut cuius conſcia culpæ Exul ad immanes Herebi detrudor hiatus. Eſt aũt trium ſyllabarum ab hio factum.

Hibiſc9 herba, nõ diſſiliſ maluæ, ut inq̃t Theophra. folio maiori, q̃ malua, piloſioriq; caule. Vſus ei9 ad rupta, & tuſſes, Pli. ſcribit hibiſcũ a paſtinaca diſtare, dãnatũ in cibis, ſed medicíæ utilẽ. Vir. accipĩt ꝑ iũci, ſiue uiminis

Hic & iſte ſic differũt, q̃ hic circa ꝑſonã loquentem, iſte circa ꝑſonã audientẽ, ac ſi a pria ꝑſona, ad ſecundã haberẽ orõ, ut huic amico meo, cũ tuo iſto familiari, magna eſt cõtentio. Eodẽ mõ, cũ tu in ꝑſentia ſis Florẽtiæ, ego uero Bononiæ, q̃rectiſſime diceꝫ, ſi ad te ita ſcripſero. Maturioꝛẽ ſane futuꝛ ſuſpicor tuũ in hãc urbẽ aduentũ, q̃ in iſtã meũ. Eadẽ quoq; rõ eſt eoꝛ aduerbioꝛ, q̃ localia noiata ab hiſdẽ ꝓnominibus formanꝫ, ut hic noui habem9 nihil. Qd̃ ſi qd iſtic uobis acciderit, ſcire cupĩo. Et regis Hiſpanoꝛ oratores, q̃ diebus ſupioribus hac iter habuerũt, ad qd̃ tp̃s iſtuc puenerint, facito me certiorẽ. Cice. Curioni. Putares ne unq̃ accidere poſſe, ut mihi uerba deeſſent, neq; ſolũ iſta ueſtra oratoria, ſed hec etiã leuia noſtratia. Idẽ Valerio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibi malis esse,ubi aliquo numero sis, q̃ istic, ubi sol⁹ sa pere uideare. Isthæc uero,& isthãc, nõ oratoꝛ, sed comicoꝛ sũt. Illẽ uero cũ aduerbiis ab eo formatis, ſcat ré seu locũ ab utroq; remotũ. Plau. Quis est, quẽ uidemus uenientẽ pãnosum,ac squallidũ? Ille ne est nr̃ Syrus? Pli. Hæc oĩa ad nos ex illa ꝓuincia cõportant. Illic succi,Illinc odores, Illinc extremo orbe q̃sitæ luxuriæ opes. Duob⁹ aũt modis cõstruunt, demõstratiue & relatiue. Teré. Viden tu illũ Thais? Sene. Et q hoc facit sane prudẽs appellãdus é. Et tũc hic eandẽ significatio né hẽt, quã is. Et in ntõ pluralis nũeri,ac mas. & fœ. gẽ. ſola ſcriptura diſtinguit. Hi em̃ & hæ cũ aſpiratione,& una uocali,ab eo,qd est hic,& hæc,deſcendũt. Ii uero, & eæ cũ duabus uocalib⁹,ſine aſpiratione fiũt ab is,ea, id. Sciendũ quoq; est,ꝙ hic,cũ ꝓnomen est corripit, ut Solus hic inflexit ſenſus. Et qñq; ſumit ꝓ talis,ut hic pietatis honos,& Hũc ego te Euryale aſpicio. Qñ uero ad uerbiũ, ꝓducit,ut hic illius arma. Et mõ ꝓ tunc ſumit. Vir. Hic regina graué gẽmis,auroq; popoſcit. Cic. Appio. Hic ego mĩta ſimul cogitaui. Mõ ꝓ tali loco. Plau. Hic ne eſſe oportuit,q frugi eſſent,hoc ẽ in tali loco,& tam ſordido. Accipit qñq; iſte,pro hic. Ci. Cum iſto tẽpore ſtent cum gladiis armati. Et ille,pro is apud Apoſtol. Nõ. n.q ſeipm cõmendat,ille ꝓbatus est. Hic, & is, alio mõ uſurpari ſolẽt ab autoribus, ut Alexãder ꝙuis copiis fretus,ſupauit Darium cum infinito exercitu, id,uel & hoc in aduleſcẽtia. Ab hic tam pronoĩe,q̃ aduerbio,fiunt hicce & hiccine,illud eiuſdem ſignificationis est cum hic, hoc ſemper interrogatiue ponit, quaſi hicne. Dr̃ & hæcce,hocce. Vñ apud Teren. Hiſce plurali numero dr̃, pro eo quod est hi, cum ait, Hiſce arbitrant, nunc hoc munere ſuam eſſe Thaidem. Plau. in Cap. Hiſce aũt inter ſe confinxerunt dolum.

Hicce & hiccine. Vide in hic,& iſte de quibus modo.

Hiera inſula, inter Siciliam,& liparim, Vulcano ſacra, una ex Æoliis. Fuit & uia ſic dicta,ꝙ ea irent ſacerdotes ad Eleuſinã cereré. Hoc noĩe etiã appellata est uxor Telephi regis Myſoꝛ, q̃ a Nereo interfecta dr̃, cũ marito ferret opem,q ab Achille uulneratus fuerat. Ea,ut fabulæ tradunt,tantæ fuit pulchritudinis, ut etiam Helenam ſuperaret,& Hiera apud nos dr̃ ſacra, cum qua dictione fiunt multa compoſita,de quibus infra.

Hierarchia pe. cor. latine ſacer principatus. Græci ἱερὰ ſacrum dicunt ἀρχὴ principatus.

Hierapicra,ad uerbum dicit ſacra amara. Nam πικρὸς amarus dicitur. Medicinæ genus quoddam ad ſoluendum aluum. Vide in dictione Picra.

Imperſonale uerbum dicitur, quod non habet perſonas cuius duæ ſunt ſpecies. Nam quædam ſunt impерſonalia uocis actiuæ, & quædã paſſiuæ. Impерſonalium actiuæ uocis quinq; genera eſſe dicuntur, quæ in t finiunt, & a tertia perſona quorundã neutroχ formantur, ut a placeo fit placet impерſonale. Primæ ſpeciei ſunt Benefit, malefit, ſatiffit, quæ ſemper ſunt impерſonalia & ante exigunt ablatiuum cũ præpoſitione, & poſt datiuum, ut a Deo benefit bonis. Secundæ ſpeciei ſunt intereſt & refert, quæ ante genitiuũ, & poſt infinitiuum habent, exceptis mei, tui, ſui, noſtri, & ueſtri, loco quoχ dicimus mea, tua, ſua, noſtra & ueſtra, & cuius. a. um. in quo tam ablatiuo, q̃ genitiuo uti poſſumus, ut cuius uel cuia intereſt orare. Tertiæ ſpeciei ſunt libet, placet, liquet, patet, accidit, euenit, contingit, ſuppetit, conſtat, reſtat, & uacat, quæ habent ante datiuum, & poſt infinitum, ut mihi libet mori. Et licet quædam ex his perſonalia ſint, tamẽ raro ſunt in uſu, niſi in tertiis perſonis. Non eñ dicimus accido tibi, & tu accidis mihi, ſed hoc accidit, contingit, euenit tibi. Quartæ ſpeciei ſunt. Decet, dedecet, iuuat, delectat, oportet, quæ habẽt ante accuſatiuum, & poſt infinitum, ut religioſum decet caſte uiuere. Quintæ ſpeciei ſũt Pœnitet, tædet, miſeret, piget, pudet, & ſemper ſunt ĩperſonalia, niſi apud iuniores, & ante uolunt accuſatiuũ, & poſt genitiuum uel infinitũ, ut me tedet peccatoχ, uel peccaſſe. Præter miſeret, quod uult poſt ſe genitiuum tñ. Impерſonale paſſiuæ uocis formatur a tertia perſona iuncta tur, ut legitur. Et tam ab actiuis omnibus, q̃ a neutris acquiſitiuis, tranſitiuis, & abſolutis formaẽ, nec aliquẽ caſum exigit ante, ut itur, ſtatur. Nam proprium impерſonalis eſt nullam certam perſonã ſignificare. Nec ullum caſum habẽt poſt, niſi quæ a neutris acquiſitiuis, & ab ſolutis deſcendunt. Et quandoq; habent caſum aperte poſt, & aliquando aperte ante. Augu. li. de uirginitate. Sed prohibendo coniugio hoc iam tempore quo non per carnis propaginem uenturo Chriſto ipſius prolis propagatione ſeruitur. Idem in ſermone cõmuni de uirginibus. Sed quia iſta continentia partim coram deo fit, ut illi ſoli placeatur interiori gaudio conſcientiæ, partim coram hominibus tñ, ut gloria capiatur humana. Et illud de uirginitate. Sed illud quod in ipo dei regno amplius habere poſſet, ſi amplius cogitaret quõ placendum eſſet deo. Vir. Itur in antiquam ſyluam.

Impertio & impertior. Vide in partior.

Impingo.is.egi. impactum, ex in, & pango ſignificat impello, & illido, ingero. Vlpia. de. l. aquilia. Si nauis tua impacta in meam ſcapham damnum mihi dederit, quæſitum eſt, quæ actio mihi cõpeteret. Cic. li. iii. Tuſ. Quid huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat. Impingendus dixit, quaſi illidendus, & nolenti ingerẽdus. Denotat eñ uim aliquam, ut apud Hiero. Impegi nouiſſime in Danielem. Et apud Vir. Exanimata ſequens impingeret agmina muris. Et in Eſaia. Impegimus meridie, quaſi in tenebris. Aliquãdo ſignificat figo. Luc. Fortunæ ꝙ te noſtris impegit axenis. Aliqñ uero componitur ex in, & pingo. Plau. in Cap. pro impono uſurpauit. Iubete huic craſſas compedes impingere. Aliquando ponitur pro deſigno. Hiero. ad Euſto. Ad omnem actum, ad omnẽ inceſſum manus impingat crucem. Aliquando pro inſcribo. Teren. in Phor. Si tu illam attigeris, ſecus q̃ dignum eſt liberam, dicã impingam tibi grandem dixi Demipho. Lact. lib. vi. pro tranſfiguro poſuit. His uero, qui ſapientiam quærunt, philoſophiam in oculos impingit, uti ſpecie lucis excæcet, ne quis comprehendat, ac teneat ueritatem.

Impinguo.as. pinguem facio, uñ impinguatus legiẽ.

Impleo.es. conſtruitur cum ablatiuo, uel genitiuo. Vir. Impleuit mero pateram. Idẽ. Implẽtur ueteris bacchi, pinguiſq; ferinæ. Quandoq; additur præpoſitio cũ dicimus. Impleui nauem de omni genere frumenti. Lact. li. iiii. Et inſuper duodecim cophini de reſiduis fragminibus impleti. Huius compoſitum eſt adimpleo.

Implexus, inuolutus, innexus. Ambro. Requiratur. Iduerum ſit, non fabulam pro ueris dicere, non obſcuris uera inuoluere, non ſuperfluis & implexis, atq; ambiguis occupare animum.

Imploro.as. penul. produ. auxilium poſco. Et proprie dicitur, cum quis in malis poſitus eſt, & cum miſeratione auxiliari poſtulat.

Implano.as. penul. produ. decipio. Cyprianus. Si quis putat ſe aliquid eſſe, cum non ſit, ſeipſum implanat. Hinc implanator, pro ſeductore.

Impluo.is. uide in dictione Pluo.

Impluuium inquit Varro, locus in medio domus relictus, ut recipiat lucem deorſum quo impluere ſolet. Aſcon. Impluuium locus ſub cælo in mediis ædibus ubi pluuia accipitur, quoniã intro pluat aqua circumſtantium tectorum, quod in uillis cohors dicitur. Teren. in Phor. Monſtra euenerunt mihi. Introiit in ædes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ater alienus canis, anguis per impluuium decidit de te gulis. Compluuium quo de diuersis tectis aqua pluuialis confluxit in eundem locum.
Impluuia ueſtis erat, qua ſacerdotes per imbrē utebant. Pluuiale nunc uulgo appellatur, Varro. Salium quoq; ſereno tempore impluuia amictum fuiſſe criminabantur. Vel forte dicta eſt a colore. Nam impluuiatus colora Nonio dictus eſt q̄ſi fumato ſtillicidio iplutus.
Impluuiatus, color pullus, quaſi fumato ſtillicidio iplutus. Vñ apud Plau. in Epi. Impluuiata ueſtis legitur.
Implutus, pluuia madefactus dicitur.
Implico. as. pe. cor. Vide in dictione Plico.
Impolitia. ciæ. penul. corre. quaſi incuria. Gel. lib. iiii. Si quis eques Roma. equum habere gracilentum, aut parum nitidum uiſus erat, impoliciæ notabatur.
Impos. Vide in dictione Compos.
Impono. is. penul. produ. ſupra pono. Virgi. Molemq; & montes inſuper altos Impoſuit. Et li. iiii. Vidit turicremis cum dona imponeret aris. Interdū imponere eſt dare. Idem lib. vii. Finemq; imponere curis. Interdum iniungere, ut Impono tibi hoc onus. Et his modis conſtruitur cum accuſatiuo. Cum datiuo uero ſignificat decipere. Quintil. Fefellit me ingenitus honeſtis cauſis gloriæ amor, ſpes tibi perpetuæ laudis impoſuit. Hie. in Geñ. Quare iquit impoſuiſti mihi. Cum aut̄ dicimus impono manum, ſignificat perficio. Dona. Imponitur manus rei, cum perficitur id quod cœperit, relinquitur, cum imperfecte dimittitur. Vir. Imponit regia manum. Et alibi, Atq; opere i medio defeſſa reliquit.
Impoſtores dñr, qui alios uerbis pollicētibus decipiunt, uel qui ſupponēdo malas merces hoies fallūt, & q ita decipiūt, impoſturam facere dñr. Aug. in pſal. interpretatione. Non poteſt ars ſine impoſtura eſſe, non poteſt negotium ſine fraude. Vlpi. Digeſtis de crimie ſtellionatus. Si quis impoſturam fecerit, aut colluſionem in necem alterius, ſtellionatus poteſt appellari.
Impoſtura. æ. deceptio. Vide in Impoſtores.
Imporco. as. porcas i agro facio. Col. li. ii. Et ſiſtiter cum ſemē crudo ſolo īgeſſerimus, iarabimus, imporcatūq; occabimus. Imporcator, qui porcas facit. Eſt aūt porca quantum ad hoc, terra eminēs, inter duos ſulcos.
Importunus. a. um. penul. produ. qui caret portu. i. quiete, ubi nullus portus eſt. Virgi. li. xi. Bellum importunū ciues cum gente deorum, Inuictiſq; uiris gerimus. Hic importunitas, quæ ut Dona. inquit, neq; loci, neq; temporis habet commoditatem.
Impotens pe. cor. qui ab appetitibus uincitur. Cice. Lepido. Sin iſta pax perditoꝝ hominum i poſſeſſionem impotētiſſimi dominatus reſtituta eſt. i. ſuperbiſſimi, incontinentiſſimi. Sic dicitur impotens tyrānus, & impotens fortuna, pro nimium potens.
Impotentia, pleruncq; imbecillitatē ſignificat. Apul. Confuſus de impotentia cladem enarrat ſuam. Interdum ualidam, immoderatamq; potentiam. Cice. li. v. Tuſ. Qui nihil metuant, nihil agant, nihil cōcupiſcant, nulla impotentia efferātur. Nam in quandoq; auget. Vñ tyrannus impotentiſſimus dicitur ā Quintil. Decemuiri, quoꝝ principatus erat immoderatus, a Liuio impotentes domini nuncupantur. Et a Sene. impotentia fortunæ aſcribitur. Suetonius ſcribit Cæſarem edere ſolitum uoces impotentiæ. Siſen. Læticia nimia atq; impotentia animi commotus.
Imprecor pe. cor. & in bonum & in malum accipi ſolet. De quo in dictione Precor.
Imprimo. is pe. cor. premendo immitto, intus calco, obſigno. Vnde impreſſæ literæ, obſignatæ dicūtur. Cice. lib. i. Tuſ. An imprimi, quaſi cæram putamus animū.
Improbus pe. cor. indignus. Vnde improbitas. Cice. ad Cæſa. li. i. Debes odiſſe improbitatē eius, qui impudentiſſimum nomen delegerit. Interdum dicitur petulās pertinax. Vir. Et plena cornix pluuias uocat improba uoce. Interdum turpis. Plau. Improbiorem non uidi faciem mulieris. Interdū laſciuus, proteruus, aſtutus. Pacu. Nemo hoc puero improbior, quæcūq; uult ſuadet. Interdum nimis auidus, nec contentus dī re modica. Vnde Lupus & Anſer improbus apud Virgi.
Improlus, & improlis, penul. produ. qui nondum in ciuitate aſcriptus eſt.
Impropero. as. pe. cor. Vide in dictione Propero.
Improperium, criminis exprobratio dī.
Imprudens, non prudēs. Aliquando etiam ualde prudēs. Virg. Nocuit nunq̄ imprudentibus imber.
Impudentia habitus aīæ infamiā lucri cauſa ſubiēs.
Impudicus pe. pro. qui nō eſt pudicus. i. caſtus, a quo impudicitia. Ponitur quandoq; etiam pro temerario, & p eo, qui nullo pudore ducitur.
Impudens pe. cor. qui nullo pudore ducitur.
Impudenter temere, petulanter, inuerecunde.
Impudoratus, qui eſt ſine pudore. Hiero. ad Eu. Facies meretricis facta eſt tibi, impudorata es tu.
Impune pe. pro. aduerbium eſt, & ſignificat ſine pœna, uel ſine damno. Aug. li. v. confeſ. Impune ſe facere arbitrantur, cum ipſa faciendi cæcitate puniantur. Vir. li. ii. Ge. Et ſæpe alterius ramos impune uidemus Vertere in alterius, mutatamq; inſita mala Ferre pyrum. Aliquando refertur ad omnem effectum, & ſignificat ſine ui, & effectu, hoc eſt fruſtra. Apul. Impune capitoliū aſcendi, cum nemo eſſet. Teren. in Hecy. Impune iſtud optare tibi licet. Hora. Obturem patulas impune legentibus aures.
Impunitas, quaſi non punitio. Salu. Si quis indicaſſet de coniuratione, quæ contra Rempu. facta erat, præmiū decreuere, ſeruo libertatem, & libero impunitatē eius rei, & ſeſtertiorum ducenta milia.
Imputo. as. pe. cor. Vide in dictione puto.
Imputatus. a. um. qd̄ non eſt putatū, hoc eſt amputatū, q̄uis imputo in hac ſignificatione nō legat. Pli. li. xiiii. Eadem lege eximputata uite libari uina diis nefas ſtatuit ratione excogitata, ut putare cogerentur.
Impurus pe. pro. generaliter, pro improbo poni ſolet Teren. in Adel. O hominē impurū. Et impurus, q. aliquo uitio notatus eſt. Cice. li. iiii. de repu. Sed iuuentuti noſtræ minime audiendus, qppe, ſi ita ſenſit, ut loquit, eſt hō impurus. Itē dī ſordidus cōtaminatus. Idē. Quā multis illū ingenuis, q̄ multis matribusfamilias in illa tetra atq; impura legatione uim attuliſſe exiſtimatis.

Ante N

In præpoſitio eſt, quæ & ſeparari & componi ſolet. Separata tam accuſatiuo q̄ ablatiuo deſeruit. Sed cum actō

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

iungiť,significat pro uel erga,ut bene sentio in Remp. Cice. Lentulo. Nam hoc senatus cõsulto in meam sententiam facto. Vir. Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam. Cice. lib. i. offi. Videndum est ne non satis sit id, quod apud Plato. est in philosophos dictum q; in ueri uestigatione uersentur. Quandoq; aduersus uel contra, ut in parricidam dico, & in tyrannum pugno. Pli. Cum mihi sermo in adulteꝛ esset. Virg. Quid meus Æneas in te committere tantum? Quid Troes potuere? Quandoq; intra, ut in nauem ingressus es, & in domum proficiscor. Quandoq; ad. Virg. Impulit in latus. Quãdoq; sicut, sicuti Aug. docet, ut Sedet in ami cum. i. sicut amicus. Quandoq; usq; ad. Liuius. Bellum in trigesimũ diem indixerãt. i. usq; ad trigita dies. Denotat qñq; qualitatem ordinatiuam, ut Opus in dies cresçit. Vir. Inq; dies auidum caput altius effert. Qñq; indicat spacium temporale, ut a mane in noctẽ. Idem, In lucemq; tulisset. Iungitur actõ pro abltõ, ut Vereor te in os laudare, pro in ore. Terẽ. in Adel. In quem exempla fient, ideſt, in quo. Aliquãdo significat ut, ut Digerit in numerum. i. per ordinem. Interdum similitudinem, ut curuatus in arcum. i. ad similitudinem arcus. Iungitur etiam accusatiuo causa ornatus, & uerbum, cum quo componi deberet, remanet sine præpositiõe, ut inuado hostem, & tu ingratitudinis crimẽ incurristi Cice. uero dixit. In odia hominum incurrũt. Hiero. Et immisit in os meum cãticum nouum. Cum autẽ iungitur ablatiuo, tunc habet eandem uim, quã apud græcos ἐν ut in urbe, in tẽpore. Et aliquando significat inter. Virgi. Pentesilea furens medii sq; in milibus ardet. Aliquãdo significat pro, uel ad, ut hoc est in re tua, hoc est pro utilitate tua uel ad utilitatẽ tuam. Virg. In magno munere Cysseus Esse sui dederat monumẽtum & pignus amoris, id est, pro magno munere. Aliqñ significat per, ut apud Apostolum. In quo gratificauit nos in dilecto filio suo. i. per dilectum. Et illud. Locutus est nobis in filio. Aliquãdo ponitur ut in sacris literis. Accepit Ihesus cultros petrinos, in quibus circunciderat filios Israel. Solent quippe ita loqui scripturæ. Interfecerunt in gladio. i. gladio. Succenderunt in igne, ideſt igni. Et in Euang. Si ego in spiritusancto eiicio dæmonia. i. spiritusancto. Composita quoq; uariis capiẽ modis. Nam modo ponit pro intra, uel intro, ut ingredior induco. Modo contra, ut inclamo, insulto, impugno. Modo intentiua est, ut increpuit, insonuit. Vir. Turnus ut ifractos aduerso marte latinos. Modo negatiua, seu priuatiua, ut ignarus, inutilis. Modo significat supra, ut immineo, impẽdeo. Modo sine. ut iniussu meo. Mõ solennitatẽ quandam importat, ut indico. is. q; significat ritu solẽni quicq; promulgo, aut iubeo. Modo simplicis sui significationem seruat, & significat i loco, ut insum, impono. Modo ad locum, ut infero importo. Aliqñ ponit pro particula superuacua, ut nosco crines incanaq; menta. Habet nõnunq; qualitatem ad peius deteriusq; pendentem, ut q; semel informes uidisse cyclopas. Non eñ nullius formæ, sed malæ formæ significat. componiq; in, cum oĩbus literis, tam uocalibus q; cõsonantibus. Sed qñ uocalibus iungiť, uel c. d. f. g. h. n. q. s. t. semper remanet n, ut inauris, ineo, iniicio, iops, inuoco, incedo, induco, infero, ingero, inhibeo, innuo, inquiro, insisto, intueor. Quãdo uero cum b. m. & p. mutatur n in m, ut imbibo, immunis, impono. Cum l & r mutatur n in l, uel in r, ut illudo, irruo.

Inachus pe. cor. Ionis pater fuit, & primus qui apud argiuos regnauit. A quo Inachius. a. um. Vir. li. ii. Geor. Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ. Est & Inachus nomen fluuii achaiæ, ab Inacho rege dictus, q p argiuum agrum percurrit. Vnde Inachidæ argiui græciq; nuncupati sunt. Pli. li. iiii. Inter Inachum & Erasinum amnes situm esse docet argos hippiũ cognominatũ.

Inachis ipsa Io Inachi filia, patronymicum fœmi.

Inachia regio quæ Io uocabatur.

Inanis pe. pro. uacuus. Aug. li. iii. con. Hæc oĩa nõ recedebãt de ore eoꝝ, sed sonotenꝰ, & strepitu linguæ, cæteq; cor inane ueri. Ponit qñq; inane p aere. Luc. Longum per ĩane resoluit. Qñq; pro ocioso. Hora. in Ser. In medio qui scripta foro recitent, sunt multi, quiq; lauantes Suaue locus uoci resonat conclusus inanes. Sic & uacuus pro ocioso dicitur a Virgil. Cætera quæ uacuas tenuissent carmina mentes.

Inanitas, & inanitio, pro uacuitate. Pla. in Cis. Mihi inanitate iandudum intestina murmurant. Item pro uanitate. Siquidẽ & inane, pro leui qñq; sumitur. Vir. Instabiles animos ludo prohibebis inani.

Inanio. is. iui. itum. Vñ inanitus pe. pro. qđ est uacuum. Pli. li. xxv. Cortex remanet hoc ianito medulla cadit. Huius compositum est Exinanio. Vñ exinanire, exinanite usq; ad fundamẽtum in ea, inquit Psal.

Inanesco. is inanis fio, quod ab ĩaneo. es. fieri certum est. Augu. lib. iii. confes. Est aliud tentationis malum, quo inanescunt, qui placent sibi de se.

Inanilogus pe. cor. qui inania loquitur. Composita dictio ex latino & græco, inanis latinum, logos græcum. Plau. in Pseu. inanilogus est.

Inanimus. a. um. quod non habet animam. Cic. li. ii. offi. Quæ ergo ad uitam hominum tuendam pertinẽt, partim sunt inanima, ut aurum & argentum.

Inarescо. is. uide in dictione A resco.

Inauris, ornamentum, quod ab aure pendet. Nam i oriente decus existimatur gestare aurum in auribus.

Inaudio. is. Vide supra in dictione Audio.

Inauro. as. ex in & auro. Auro uero ab aurum fit, & significat auro impleo, uel dito.

Inauspicato, aduerbium usurpatum a ueteribus, cum aliquid euenisset aliter q; quis uellet. Et inauspicato dicitur non captatis auspiciis. Teren. in And. Haud inauspicato huc me appuli.

Inarime, pe. cor. insula est in mari Tusco ab Arimis, siue populis, siue beluis ita ethruscorum lingua dicente simias, quas græci pithecos uocãt. Scribit Pli. Inarimen montem fuisse, qui terremotum passus, alteram fudit insulam, quæ prochyta ab effusione dicta est. Oui. Inarimen prochytamq; legit. Sil. Non prochyte non ardentem sortita Typhea Inarime. Et a statione nauium Æneæ etiam Ænaria dicta est.

Incapistrare, illigare a capistro formatum uerbum.

Incæro. as. aliqd cæra itego. Persi. Genua icærare deoꝝ.

Incandesco. is. dui. Vide supra in dictione Candeo.

Incanto. as. significat uerbis solis, uel etiá rebus quibusdam adiunctis aliquid supra naturam molior. Pli. Qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mala carmina incantasset. Hinc incantatio,& incantamentum.Idē li.xxviii.Valeāt ne aliqd uerba,& incātamenta carminū. Potest etiā incāto frequentatiuū esse ab incino. Sed quo ad primam significationem huic uerbo incanto,contraria sunt excanto & recanto.

Incallidus p duplex ll,nō astutus,Cice,in arte ue. Sed cū a sūmis uiris maxiæ res administrarent,arbitror alios fuisse nō incallidos hoies,q ad paruas cōtrouersias priuatoz accederēt.Et li.iii.offi. In his tribus generibus, quoquo mō possunt nō incallide tergiuersent.

Incalesco.is.incalui,ualde calidus fio. Hiero.in.lib. Hester.Itaq die.vii.cum rex hilarior,& post nimiam potationem incaluisset mero.

Incassum p duplex ss,significat frustra,Vide in Casses.

Incasum,per simplex s,supinum est uerbi incido, cum a cado componitur, de quo paulo post.

Incautus,non cautus. Vide supra in dictione Cautus.

Incido.is.pe.pro.icidi.sum.ex in & cædo, qd est ferio seu seco.Virg.Atq mala uites incidere falce nouellas.Vñ incisus.a.ū. qd mō fcat p incisionē scriptū.Et dicimus incisæ sunt leges in æræ,uel in æs,qd est cōtra Vallā,& eius sequaces.Cice.in orōne de signis. Id nō mō cōscripserunt,uerūetiam in æræ incisum nobis tradiderunt. Pli.in Pane. Quæ uos patres cōscripti, ne qua interciperet obliuio,& in publica acta mittēda,& incidēda in ære cēsuistis.Sue.in Cæs.cū actō. Ac mox lege in æs incisa.Mō incisum fcat amissum. Li.li.iii. Itaq spe icisa, priusq ꝑdicta dies adesset, Appius mortē sibi cōsciuit.

Incisio,qd incisum est.Col.li.iii. Infra incisionē & alligatura falce acuta leniter uitē uulnerato,ex utraq pte,ut his potius plagis humor defluat, q̄ ex incisiōe abūdet.

Incisura,ipsa incisio,incisuræ ēt dīr ī manib⁹,q̄ uulgo lineæ uocant.Pli.li.xi.Cōtra lōgæ esse uitæ incuruos humeris,& in manu una duas incisuras lōgas habētes.

Incisum quod oratores uocant sensum, non expleto numero conclusum,quod plerisq pars membri esse uidetur,ut Domus tibi deerat,at habebas,pecunia superabat,at egebas.Fiunt autem singulis uerbis incisa.

Incisim aduerbiū fcat p incisiones.Cic. Hæc qdem duo binis pedibus incisim,deīde mēbratim dicere solebas.

Inciles pe.pro.fossæ,ad deducendam aquam de cōmuni riuo factæ.Sunt em̄ loca depressa ad latus fluminis, quæ & incilia dīr,eo q incidātur. Scindit em̄ lapis uel terra,unde primum aqua ex flumīe agi possit, quemadmodum in pistrinis frumentariis fieri uidemus. Cato.In monte fossas inciles puras habere oportet. Idem Incilia aperire,aquam deducere in uias, & segetem curare oportet,uti fluat.Quod autem ad inciles opponit aquæ deriuandæ,compellendæ ue ex flumine causa, uulgo clausa dī,siue id ligneum sit,siue lapideum,siue ex qualibet alia materia ad continēdam transmittendamq aquam excogitatum.Et latīe (Vlpiano teste) septum dicitur.Item incile dicitur locus,per quem primum deducitur ex quocūq riuo aqua, irrigādi causa.

Incilo.as.pe.pro.increpo uel improbo.Plau. Melius tamen est ita uiuere,ne quis nostra incilet facta.

Incæduus.a.um.cum diph.quod non cæditur, ex in & cæduus.Cato de re ru.Secundo loco hortus irriguus. Tertio salictum. Quarto oletum. Quinto pratum. Sexto campus frumentarius Septimo sylua cædua.Seruī.Intonsi montes,intonsi syluosi,incæduī.

Incido.is.pe.cor.incidi.incasum,pe.corre. ex in & cado. Omnia em̄ a cado composita proferunt supinum per a,sicut cado.Quæ uero a cædo,pro ferio,mutant e in i, ut incisum,recisum.Vñ ab incido,incasum,incasurus Pli.li.i.Sed ea accidisse, nō quia hæc facta sūt, arbitror. Verumetiam hæc ideo facta,quia incasura erant illa. Est autem icidere,quasi casu uenire, aut de improuiso labi, præsertim qñ construit cum accusatiuo mediāte in,ut incidi in latrones,incidit in errorem.Cice. Curioni.Quod in id reipublicæ temporis nō incideris,sed ueneris.Incidere ergo a casu uenire est.Venire uero,certo iudicio & sententia,& consulto.Quod ipse Cice.subsequens immediate declarat.Iudicio em̄ tuo,non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuū. Iungitur quandoq cum datiuo,ut mihi incidit suspicio,quandoq absolute ponitur,ut incidūt sæpe multæ causæ,obiurgationes etiam nōnunq̄ incidunt necessariæ.Et incidit de uxoribus mētio.Inde incidit quæstio. Aliud ex alio incidit.In q̄bus tñ intelligitur datiuus,si militerq exponunt,sicut si datiuum haberent,ut sit incidit mentio,casu uenit,uel orta est.Ponit interdū incidere pro insidere.Col.li.ii.Iugumq melius aptū ceruicibus incidat.Liui,de secūdo bello puni.Sagunti ruinæ,utinā falsus uates sim,uestris capitibus incidēt.

Incedo.is.ssi.ssum.pe.pro. īgredior subeo,ut scribendi li bido me incessit.Interdum incedere est mature more grauis uiri,siue magnifice more regum ire. Virgi.Aste ego quæ diuum incedo regina Iouisq. Liui.lib.ii.Ipse en ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit. Sene.Tenero ac molli passu suspendimus gradum,nec ambulamus,sed incedimus. Aliqñ significat simpliciter ire.Colu.li.vi. Transuersus rursus laxiora spacia faciant,p q̄ uel fossor,uel arator incedat. Liui.de secūdo bel.pu. Cum signis prima luce motis segniter agmen incederet.Hinc incessus,quo ad posteriora significata.

Incesso.is.ssi.uel.iui.a supino uerbi incedo formatum,significat accuso,molesto,ad iram cōcito,quasi lacesso & cōstruit cum actō.Lact.li.iii. Quid ergo te magistra illa uitæ docuit,an ut potentissimum consulem maledictis incesseres, eumq hostem patriæ uenenatis orationibus faceres.Hiero.Aliquo modo, uel aliqñ expugnat,quod undiq incessit.i.impetit. Vere distinguendum de incessit,qñ ab incedo,& qñ ab incesso fit. Nam ab incedo.Incessit me cupiditas, sicut & mihi incessit cupiditas, dicere licet,& tunc significat ingredior,siue inuado.Liui li.ii.Timor deinde patres incessit, ne ciuitatē sine imperio uis aliqua externa adoriret. Et itez. Perfectis patris mandatis,cupido incessit animos iuuenum sciscitandi,ad quem eoz regnum Romanū esset uentuz. Vale.Maxi.dtō iunxit.Nec mihi cuncta cōplectendi cupido incessit.Terē.in Adel.cum actō mediante in, Noua inqt,nunc religio in te istæc incessit.Aliqñ ponit sine dtō uel actō expresso,& fcat īgruo. Col.li.ii. Si uero procellæ uentoz,aut turbines incesserint, maior pars ad terram defluit.Idem cum dtō posuit,cū inquit.Famem si sterilitas annoz incessit hoibus, commode propulsat.Interdum significat ingredior. Idem li.iii.Et cum autumnus incesserit, antequam frigus cacumina adurat,omnia folia decerpere expediet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Incertus,dubius,Plau. in Pseud. Certa amittimus, dum incerta petimus.

Incerto.as incertū seu dubium reddo. Idē in Epi. Longa dies meū incertat aīum. Componit ēm ex in, & certo, qđ est in aīo. Nam cū qs dubitat,secum aīo certat.

Incerno.is.sicut & cerno scat cribro. Vñ Incerniculum.

Incernicula cribri,qbus fruměta purgant,anteq̄ molantur. Pli.li.viii. Decretū fecere,quo caueret, ne frumětarii negociatores ab incerniculis eū arcerēt. Cato. Cribrū unū,incerniculū unū,securim unam,scamnū unū.

Incestus.us.& incestum.sti.usu dī flagitium ī affines admissum,ex in & cestus,quasi sine cesto.i.uinculo,ut Lactan.grāmaticus super li.ii. The.testatur. Cestus aūt est cingulum Veneris,quo utebatur ad honestas nuptias, quasi cui cestus nō fuerit adhibita. Ideo īcestum dī qđ a sacrato illo Veneris cingulo non fertur. Hac ēm cinctura coniuges deuinciri putarūt,uti cōcordes in uita uiuerent. Mar. Sume citheriaco medicatum nectare cestos. Vinxit amatorem baltheus iste Iouem. Serui. docet incestum esse quancūq; pollutionem, & incestū hominem,quem ecclesiastici scriptores incestuosum appellant. Apul. Illum incestum paterno thalamo, illum parricidam fraterno exitio.

Incestus.a.um.idē est, qđ pollutus. Prop. Scilicet incesti meretrix regina canopi. Aliqñ dī impius & sacrilegus. Clau.li.de rap. Cur impia tollis Signa? qđ incestis apis tiranibus auras. Fit aūt a græco. Nā facinus illi uocant aniceston. Alii cū luctatio & cesto cīguli gñe deducūt.

Incestuosus,qui incestum cōmisit,qui & incestus dī.

Incesto.as.polluo. Sue. in Ti. Triplici serie cōnexi inuicē incestarent. Vir. Totamq; incestat funere classem.

Incendo.is. Vide in dictione Gaudeo.

Incido.is.pe.cor.significat super,siue inter cano. Proper. Seu uarios incinit ore modos. Gel. Creditum hoc est a plerisq; ischiadici,cum maxime doleant,tum si modulis lenibus tibicen incinat,minui dolores. Hinc fit frequentatiuum incanto.as. de quo supra.

Incentio.onis.cātio,seu cātilena. Gel. docet plurimis hominum morbis medicinā fuisse incentiones tibiaq;.

Incētiuus.a.um.pe.pro.ut tibia incentiua, apud Var.q̄ a dextera canit,sicut succentiua,q̄ a sinistra succinit.

Incentiuum ab incendo dicitur incendium. Vnde dicimus aliquid incentiuum esse uitiorum.

Incito.as.pe.cor.frequentatiuū est uerbi incio.is. Cio uero cōmoueo scat. Incitare ergo,est frequenter, seu ualde intusue citare. Vñ & p irritare,& puocare sumit.

Incitabulum,incitamen,& incitamentum, idem significant. Gel. Fomes,atq; incitabulum uirtutis.

Inciens dī ppinqua partui,q̄ fœtus eius sit incitatus.

Incitas pe.cor. quasi paupertas,& indigitas. Plau. Profecto ad incitatem lenonē rediget,si eas adduxerit.

Incitega pe.pro.machinula,in qua amphora uini cōstituebat,vñ uina subinde in conuiuia subministrarent.

Inciuilia uerba appellat Gel. petulantiora, nihil prorsus habentia ciuilis modestiæ.

Includo.is.pe.p.intus claudo. Vir. inclusos utero danaos.

Incipio.is.pe.cor.ex in & capio,significat inchoo. Vñ inceptum,qđ & cœptum dī,uocaturq; uerbum famulatium, qa infinitis,cum quibus iūgitur,famulari uideatur. Seruat ēm eoz constructionem, ut incipio timere deum. Tu incipis esse probus. Ille incipit doceri a preceptore. Illum icipit tedere laboris. Potest tñ esse finc infinito. Plau. in Cap. Quandiu id factū est? hic annus incipit uigesimus. Aliqñ cum ablto ponit. Pli. lib. xiiii. Vñ aūt potius incipiemus,q̄ a uitibus. Sūt & alia famularia.s.desino,uolo,possū,debeo,queo,soleo,consuesco audeo,quæ etiā sine infinito esse possunt,ut audeo magnum facinus,possum mlta & hmōi. Iuue. Aude aliqd breuibus gyaris & carcere dignum, Si uis esse aliquid.

Incepto.as.frequentatiuum ab incipio.

Inclamo.as.pe.pro.contra clamo,& cum clamore reprehendo. Plau. in Asi. Nimis ægre risum continui,ubi hospitem inclamauit, qui se absente mihi fidem habere noluisset. Cice. in Bruto,cum dtō. Metuo uero mihi inclametis.i.reprehendatis. Aliqñ inclamare ē maledictis & conuiciis insectari,reprehendere. Plau. in Sti. Tuos inclama.tui delinquunt. Oui.li.ii.de Fast. Fit sonus,inclamat comites,& lumina poscit. Aliqñ intro uocare. Vale. Maxi.li.i. Perterritus deinde tam tetro uiso, & noue horrēdo,seruos inclamauit,sciscitatusq; est,si quē talis habitus,aut intrantē cubiculū,aut exeuntē uidissent.

Inclementia duritas. Virgi. Verum inclementia diuum Has euertit opes. Huius contrarium est clementia.

Inclementer,dure,aspere. Plau. in Amphi. Itemq; hic iam in me inclementer dicit,atq; id sine malo. Liui. lib.iii. Quæso inquit Appi primum ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te sum inuectus.

Inclino.as.pe.pro.inflecto. Iuue. Atq; ipsos etiam inclinare maritos. Vnde inclinatus, pro profundo ponitur Ambro. Dum inclinatissimos aquarum gurgites scrutor,aerios non respexi uolatus.

Inclytus pe.cor. cū ypsilo, idē est qđ glorios. Cōponit ēm ex ἐν & κλυτὸς, qđ clarum significat,& glorios.

Incoctile pe.cor.æneū uas,in quo stagnū liqfactum delibutū est,ut eduliis saporē gratiorē reddat. Pli. Album plumbum incoquit æreis opibus galliaq; inuēto,ita ut uix discerni queat ab argento, eaq; incoctilia uocant.

Incœnatus,nō cœnatus,q̄uis incœno.as.nō legat. Cato de re ru. Bibat aquā mulsam,cubet incœnatus, postea mane bibat succū. Plau. in Pseu. It incœnatus cubitū.

Incœnis etiā dī sine cœna. Plau. Cupiūt extrudere incœnem ex ædibus,ut ipsæ solæ uentres distendant suos.

Incogitans,temerarius, improbus,nō cogitās. Teren. in Phor. Qđ nisi fuissem incogitans, ita expectarē,ut patruit. Et itemq;, Adeon te esse incogitantem, atq; imprudentem Phedria,ut phaleratis dictis seducas me?

Incogitabilis,qui non solet cogitare, cum quid regerit Plau. in Mili. Te obsecro p deos atq; hoīes. Et infra. Nunc demum scio me fuisse excordem,cæcum, incogitabilem. Lact.li.i. Qui deos colunt interdū uideri solent,tam cæci,tam incogitabiles, tam excordes. Dicitur etiam passiue de re,quæ non cogitatur,sicut actiue de homine qui non cogitat.

Incognitus,non cognitus. Salu. in Iugur. Ne quid de absente incognita causa statuatis.

Incolo.is.pe.cor.intus habito. Cice.lib.i. Tusc. Vbi sunt ergo ii,quos miseros dicis,aut quem locum incolunt? Hinc incola,incolæ,sicut ab accolo accola, quæ sic ab inuicem separantur,q̄ accola sit,qui ad aliquem locū idest, iuxta aliquem locum habitat. Liui. lib.i. Pastor

accola eius loci nomie Cacus, ferox uiribus. Nec refert in suo an in alieno, ut accola Vulturni, accola Padi. Vir. li. vii. Amnisq; uadosi Accola vulturni. Incola uelto qui in aliena, uel urbe uel republica habitat, quasi ciuis aut municeps. Pli. Quod eoꝝ montium incolæ facere consueuerunt. Cice. lib. i. offi. Peregrini & incolæ officium est nihil præter negotium suum agere, nec esse in aliena republica curiosum. Aug. in psal. expositione. Incolere peregrinari est. Incolæ dicũtur, qui habitant in patria nõ sua. Pompo. iurisconsultus scribit incolam esse, qui in aliqua regione domicilium cõtulit, quem græci paroecon appellãt, nec tñ qui in oppido morantur incolæ sunt, sed qui etiam in alicuius oppidi finibus, ita agrum habẽt, ut intra eum se quasi in aliquam sedem recipiãt. Accipitur q̃q; pro colono. Ouid. Incola captiuo quæ boue uictor arat. Clau. Ditior oblatas mirabitur incola messes. Inquilinus, quasi aduena est & peregrinus, qui in alienas ædes, alienaq; prædia ex conducto habitat, siue in urbe, siue ruri. Cice. in Phil. At uero te inquilino, non domino, personabant oñia uocibus ebriorum. Vnde inquilinus probri, uel odii causa quis appellatur, quasi domum propriã non habeat. Salu. M. Tullius inquilinus ciuis urbis Romæ. Qui autẽ inquilinis cœnacula locant a iureconsul. dicuntur facere cœnaculariam. Ponitur tamẽ quãdoq; pro habitatore. Aug. li. v. confes. Congregatis inquilinis fori, tanquam furem manifestum se comprehendisse gloriantur. Mar. Vicinus Nouio, uel inquilinus sit, si quis Nouium uidere non uult.

Incola. æ. pe. cor. Vide Incolo. is.

Inchoo. as. fit a choum, quod mundum signãt. Vñ subtractum est inchoare pro incipere. Vir. Te sine nil altum mens inchoat. Q̃q; pficere. Idem li. vi. Tũc stygio regi nocturnas inchoat aras. Mar. Capel. Neutrũ ptulit cum ait, India ab Emodis montibus inchoat.

Inchoatiuus. a. um. Vnde inchoatiua uerba uulgo dicta sunt a Prisciano quæ in sco desinunt. Sed hæc augmentatiua magis appellare libet, quoniam augmẽtum nõ inchoationem significẽt, ut calesco, frigesco, quorum alterum significat calidus fio, altẽ; frigidus. Aliquando tamen comparatiue. i. maiori cum augmentatiõe sumuntur, ut Qui sordet sordescat adhuc, ideſt, sordidior fiat. Virgi. Sin in processu cœpit crudescere morbus. Vbi Serui. exponit crudescere ualidior fieri. Idem. Ægrescitq; medendo. Exponitur inter medendum fit ægrior. Et illud Lactan. Ne si nostra inualuerint. i. ualidiora fiant. Aliquãdo comparatio apponitur. Terẽ. in Heau. Nã mihi quotidie augescit magis de filio ægritudo. Vir. lib. vii. Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. Quod aũt significent incrementum interpretum, autoritatemq; idoneoꝝ autoritate simul, & ratione probandum duxi. Nonius in priscis dictionibus. Albicatur, candidatur exalbescit. Purpurascit, purpureum fit. Cice. lib. ii. Aca. Quid mare nõne cæruleum? aut eius unda, cum est pulsa remis purpurascit. Nigidius. Dicemus, quæ uetustate deteriora fiunt, uetustescere, inueterascere, quæ meliora. Dona. in Hecy. prolo. Nouas qui exactas feci ut inueteresceret, ait. Inueterescerent in consuetudinẽ uenirent, spectarent, amarentur. Et in Andria. Vah perii, hoc malũ integrascit, exponitur, Integratur, qd est instauratur. Similiter apud Vir. li. ii. Geor. Æraq; dissiliunt uulgo uestesq; rigescũt. Ser. Rigescũt durãtur. Fest. Remorbescat in morbum recidat. Et obherbescere, herbam increscere. Cic. li. iiii. Tuscu. Deferuescere, pro decrescere exponit. Aut rogandi, inquit, orandiq; sunt, ut si quam habent ulciscendi uim differant in tempus, dum deferuescat ira. Deferuescere autẽ decrescere significat ardorem animi inuita rõne excitatum. Ex quo illud laudatur Archytæ, qui cum uillico factus esset iratior. Quo te modo, inqt accepissem, ni iratus essem? Idem pro Marcello. Nihil opere & manu factum, quod non aliquando conficiat & consumat uetustas. At uero hæc tua iustitia, & lenitas floreſcet quotidie magis. Quis interpretetur, ut floreſcet, incipiat florida fieri, cum quotidie Cæsaris lenitas magis florida fieret? Si quotidie magis id fiebat, profecto ista continuatio dierum, dum hoc fieret, iam ab initio rem inchoatam semel fuisse, non quotidie incipi aperte demonstrat. Similiter Terẽ. in Heau. Nam mihi quotidie augescit magis de filio ægritudo. Cice. in Cato. Ita sensim sine sensu ætas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Si ætas sensim senescit, an sensim incipit semper senescere, si ita est, ergo plus millies ista inchoatio fiet, Et sic totiens desinet fieri senex, quotiẽs sensim senescet. Sed quoniam ab initio, quo cœpit senex fieri, nunquam omnino desiit fieri senex, patet, q senesco significat senex fio, non incipio fieri senex. Simile est illud Lactan. li. vii. Quos autem morbus interemit spiritum diutius exhalãt, ut paulatim frigescentibus membris anima effletur. Ambro. lib. Hexa. de Phœnice aue inquit. De cuius carnis humore uermis exurgit, paulatimq; adolescit, ac processu statuti tẽporis induit alarum remigia. Pli. quoq; lib. xxi. de ortu rosæ, paulatim inquit, rubescẽs dehiscit Quo pacto rubescens significare potest, incipiens fieri uel esse rubra, si paulatim rubescit, nunquid totiens incipit esse, uel fieri rubra, quotiens paulatim rubescit? Si ita est, quod tamen nõ est, totiens quoq; necesse erit eam desinere fieri, uel esse rubrã, ut possit incipere fieri uel esse rubra. Sed non recte dicere possumus incipit esse, uel fieri rubra, cum iam mediocriter uel parum rubra facta sit. Qua propter in buco. Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Dicit Ser. Nemo unam & eandem rem sæpe inchoat, Hoc est non dicitur inchoare quando id prosequendo sæpe facit. Quod idem Pli. lib. xxxi. ostẽdit. In Sicilia quidem circa Messanam, & Mylas hyeme in totum arescunt fontes æstate exundant. Si in totum hyeme arescunt, certe nõ partim sicantur, ut inchoatio arescendi ex parte intelligi possit. Præterea si ista uerba inchoationem significarent, qd opus esset poetas, oratores, historicosq; illis uel cœpi, uel incipio addere. Non enim putandum est, tam excellentes uiros temere, sed consulto id effeciſſe, nulla eos præsertim urgente causa. Iungimus autẽ hæc duo istis uerbis in sco, terminatis, sicut & aliis, cum aliquid inchoari significare uolumus, quæ ex hoc potissimum inuenta esse intelligimus, ut prædictis uerbis & omnibus aliis iungi possent, cum in eis inchoationem designari necesse foret, quod non fieret, si ex se inchoationem significarent. Quare Vir. dixit. Sin in processu cœ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pit crudeſcere morbus. Colu. lib. vi. Decimo tamen an no tempora cauari incipiunt, & ſupercilia, nonunq; ca neſcere, & dentes prominere. Et li. vi. Cytiſum, cum ari dum facere uoles, circa menſem ſeptembrem ubi ſe/ men eius grandeſcere incipiet cædito, pauciſq; horis, dum fraceſcat in ſole habeto. Et li. xii. Oleum fit opti/ mum ex uaria oliua, cum incipit nigreſcere. Itex ibi. Atq; conualeſcere cœperũt, adiecta humo, incremen/ ta eox proſequenda ſunt. Et rurſus. Non ante legendũ eſt, q̃ cum matureſcere cœperit. Cato de re ruſt. Et ubi primum incipiunt hiſcere. tum legi oportet. Pli. li. xi. Et cum mella cœperint matureſcere, abigunt eos. Idẽ lib. vii. Samara colligẽda eſt circa Martias Kalen. cum flaueſcere ĩcipit. Cæſar in Com. Cum matureſcere fru menta inciperent. Lactan. lib. iiii. Cum primum ado/ leſcere cœpit. Et lib. vii. de Roma loquens. Cunq; eſſet adoleſcentia eius fine punici belli terminata, tum de/ niq; confirmatis uiribus cœpiſſet iuueneſcere. Hiero. lib. i. Regum. Et cum de nocte ſurrexeritis, & cœperit illuceſcere pergite. Gel. Iam enim fama uirtuſq; fœli/ citatis romanæ apud exteras gentes eniteſcere incep/ rabat. Cice. de natu. deox. In his animantibus quæ la/ cte aluntur, omnis fere cibus matrum lacteſcere inci/ pit. Et alibi dixit orationem ſuam caneſcere cœpiſſe. Saluſt. in Iugur. Sed ubi dies clareſcere cœpit. Idem in Catil. Poſtq̃ diuitiæ honori eſſe cœpere, & eas gloria imperium, potentia ſequebatur, hebeſcere uirtus, pau pertás probro haberi, innocentia pro maliuolentia du ci cœpit. Hæc extrema a me poſita ſunt propter non/ nullos, qui inter doctiſſimos habiti ſunt, aſſerentes uer ba in ſco, finita raro & in licentia latini ſermonis iun/ gi cum uerbo incipio, cum & alia permulta reperiant, quæ prætermittenda duxi, ne in maius q̃ par ſit uolu/ men excreſceret. Quieſcant igitur oñes, qui ea uerba inchoatiua appellari uolunt, qñ tot tantorũq; interpre tum atq; autox ſententiis refragari non licet. Forman tur hæc uerba ut plurimũ a uerbis neutris ſecundæ cõ iugationis, a ſecũda pſona iũcta coſyllaba, ut albeo. es. albeſco, caleo. es. caleſco. Quædã tñ ab actiuis, uel neu/ tris tranſitiuis deducunt, quæ paſſiuam nihilominus ſi gnificationem innatam habent, ſicut illa quæ a neu/ tris ſecundæ cõiugationis ſunt, ut augeſco ab augeo, integreſco ab integro, ſaneſco a ſano, a ine mutata. Siccеſco, curueſco, molleſco, marceſco, matureſco, hila reſco, graueſco, grandeſco, quæ tam & ſi a nominibus uenire poſſe uideant, tamen a uerbis eox, uel actiuis, uel neutris tranſitiuis, ferme omnia uenire magis cre/ do. Quædam uero a nominibus formari conuenit, ut miteſco, dulceſco, crudeſco, & ſterileſco, lapideſco, rare ſco, crebreſco, Sunt etiam quædam ambigua & uaria, quæ ſignificationem paſſiuã habent innatam, & a neu tris ueniunt, & nihilominus etiam actiuam habere re/ periuntur, ut horreſco, perhorreſco. Vir. Nec tu menſa rum morſus horreſce futuros. Alia ſunt, quæ primiti/ uorum ſignificationem habẽt, ut labaſco, extimeſco, pertimeſco, abhorreſco, dormiſco, præſentiſco, conti/ ceſco, præſciſco, reſciſco, aſciſco, & conſciſco, & ſi qua ſunt alia. Alia terminãtur in ſco, licet non ſint deriua/ tiua, ut poſco, diſco, gliſco, oſſuſco, ineſco. Sciendũ etiã tp hæc uerba de qbus agimus hñt ptñ pfectum, q̃uis multi negent, ſed fallunt, qñ cum primitiuis eorũ aut ea cõia hñt, aut certe mutuo ab illis accipiunt, qđ Priſcia. in uerbis aſciſco & deſciſco non diſſimulauit. Aſciſco inquit, aſciui, aſcitum. Deſciſco. iui tum. Vbi Li ui. exemplum ponit. Deſcitum a Romanis. Poſtea ue/ ro ſubdit. Et notandũ q̃ ab inchoatiuo ſciſco, aſciſco, & deſciſco, compoſita primitiui ſcilicet ſcio habuerũt præteritum. Secundum uero rectam proportionem debent eox quoq; præterita aſcio, & deſcio eſſe. Ecce Priſcia. dedit ptñ primitiui aſciſco, & deſciſco, Incho/ atiuum ſciſco appellans, cum tñ inchoatiuum nõ ſit, neq; habeat ſignificationem uerborum i ſco deſinen/ tium. Diomedes quoq; ptñ oſtendit, adoleſco inquit, adoleui facit. Virg. Mox cum matura adoleuerit ætas. Colu. li. ii. Sed hoc idem ſemen Ciliciæ Sytiæq; regio/ nibus ipſe uidi menſe Iunio Iulioq; conſeri, & per au/ tumnum cum permaturuit, colligi. A permatureſco eſt, ſignificat eñ permatuę factum eſt. Et li. x. At circa Kalendas Martias locis apricis licet porrum, ſi iam in granduit, tranſferre. Ab ingrandeſco eſt, nõ ab ingran deo, quod neſcio ſi inueniat, nec ſi inueniret, ab eo eſſet qui a ingranduit, grande factum eſt ſignificat, nõ autẽ grande fuit, quod ſignificaret, ſi ab ingrãdeo eſſet, ſed ſenſui non conueniret. Salu. Hi poſtquã conuenerunt in una mœnia, diſpari genere, diſſimili lingua, alii alio more uiuentes, incredibile memoratu eſt, q̃ facile coa luerunt. A coaleſco quod concreſco ſignificat eſt, non a coalo, q̃ ſignificatio actiua repugnaret ſenſui ora/ tionis. Lactan. li. v. Quinimmo, ſi qua illis fiducia eſt, uel in philoſophia, uel in eloquentia, arment ſe, ac re/ fellant hæc noſtra, ſi poſſunt, congrediantur cominus, & ſingula quæq; diſcutiant. Decet eos ſuſcipere defen ſionẽ deorum ſuox, ne ſi noſtra inualuerint, uti quoti die inualeſcunt, cum delubris ſuis, ac ludibriis deſeran tur. Inualuerint ualidiora fiant, ab inualeſco, qñ ſub/ ditur, ut quotidie inualeſcunt. Quintilia. li. v. inſti. ora. Iam illa flãma, quæ magna congerie conualuerat, di/ ductis quibus alebatur cõcidet. Significat cõcreuerat, ſiue ualida facta erat, non ualida fuerat, a conualeſco eſt, non a cõualeo. Peccauit interpres noſtri tpis, cum inquit. Surdaſter, qui parum audit, hinc obſurdeo. Ci/ ce. li. vi. de Rep. hoc ſonitu omnes fere completæ aures hoím obſurduerunt. Hic obſurduerunt ſignificat ſur/ dæ factæ ſunt ab obſurdeſco. Non aũt ſurdæ fuerũt ab obſurdeo, quaſi non amplius ſurdæ tunc forent. Hoc modo oĩa præterita perfecta eiuſmodi interpretanda ſũt. Et ſi ambigua uidebunt, diſquirendũ erit, an a pri mitiuis an a deriuatiuis ueniãt, qđ ſignificatio, & res de q̃ tractabiť cõmonebũt. Pñt nihilominus ſic diſcer ni. Vt ſi dicam Canui, pro canus factus ſum, tunc a ca neſco erit. Si uero dixero Hæc ueſtis canuit, pro cana fuit, quæ amplius cana non ſit, ut ſi eã pullã feceris, tũc a caneo erit. Similiter hæc arbor floruit, ſi de tpe quo florida fuit loquar, tũc a floreo erit. Sin eam floridam factam eſſe itelligi uoluero, a floreſco ſumeť. Hoc eñ florida facta eſt ſignificabit. Illud uero florida fuit. Nã q̃ ipſa primitiua, quaſi rem perfectam in ſe habent, ut floreo, quod floridus ſum, ſiue in flore ſignificat, Ideo in præterito eius florui, illa huiuſmodi perfectione ca ret, qñ ptñ eſt, eo q̃ tunc florui in flore fui ſignificat, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non est amplius floridus. Deriuatiua uero, ut floresco rem imperfectam demonstrant, q̃uis augmẽtatiuam uim habeant i. floridus fio. Ideo illam in ptõ pficiunt, ut florui i. floridus factus sum, & eam tunc pfectam in se habere declarant. Ascen. Satis psuasum mihi est per Laurẽ. Val. (cuius autoritatibus p̃sens autor plærunq; innitit, licet eius nomen fere supprimit, nisi ubi perperam præcepisse putat) uerba in sco, aut pro primitiuis suis poni, aut intrinsecam significare passionẽ, neq; præteritoꝝ significatione carere, sed uoce propria, quã a perfectis mutuant. Verum argumentum illud, quo uterq; conuincere nititur, non connotare inceptionẽ, eo q̃ uerbo inceptiuam uim habenti iungant, non uidetur mihi satis ualidum, cum etiam uerbum incipio possit geminari. Vt siqs ab hostibus, aut alioquin interpellatus sæpe opus aliquod incœperit. ut uerbi gĩa urbis ædificationẽ semel incœperit anno millesimo, atq; itez millesimo quinto, & rursum millesimo sexto &c. neq; perfecerit, dicã eum incepisse incipere urbis ædificationem anno Mil. &c. Vnde etiam fieri potest ut q̃ fordescit. i. incipit esse fordidus, fordescat adhuc. i. incipiat esse fordidior, nõ fordidus. Veruntamen in Vallæ sententiam non pedibus modo, sed uel uerbis eã. Si qs aũr mihi auscultare uolet, omnia a uerbis deducenda putabit. Sed quia primitiua sæpe in usu non sunt, a nominibus deducta uidentur, ut igneſco, nã igneo in usu non est, ab igne nomine deductum putes, sicut saneſco, ab inusitato uerbo saneo, quod esset sanus sum, facturn censeam, cum sano sit sanum facio &c.

Incolatus. us. ipsa habitatio, seu tempus, quo quis in aliquo loco habitat, ut inde discessurus sit, ut Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.

Incolumis pe. cor. Vide in dictione Columis. Vnde incolumitas, quæ est (ut inquit Cicero) salutis tuta atq; integra conseruatio.

Incomitatus participiũ cõpositum, ex in, & comitatus, licet incomitor non legat. Amb. Est itaq; fortitudo uelut excelsior cæteris, sed nunq̃ incomitata uirtus.

Incommodo. as. pe. cor. noceo, siue damnum infero. Vide in dictione commodo. Aliquando ponitur pro simplici commodo. Apul. Furatrinæ coniugalis incõmodaret rudimentum, ideſt commodaret præberetq;.

In commune æqualiter, in æquali. Teren. in Andria. Id te oro in commune ut consulas.

Incongelabile, qd̃ nõ põt cõgelari. Gel. Cur fluuioꝝ, & fontium aquæ gelu durent, mare oẽ incõgelabile sit.

Incomprehensus, non comprehensus. Lactan. lib. iii. Intellexit nullo humano studio posse ad sapientiam peruenirĩ, & ideo non oportere incomprehensæ, atq; imperfectæ rei perfectum nomen imponi.

Inconciliari, accusari, in concilium uocari. Plautina dictio quemadmodum inforari. i. in forum uocari.

Inconcussus, qui non cõcutitur. Lactan. li. ii. de ira dei. Pronus est lapsus, & facilis ad ruinam, nisi pedes inconcussa stabilitate figantur.

Inconcinnus, per duplex nn, incongruus: Cinnus enim plurimorum commixtio est.

Inconditus pe. cor. ex in, & conditus, quod a condo fit, idem est quod inornatus, incõpositus. Li. li. iiii. Cossus spolia opima regis interfecti gerens, in eum milites carmina incõdita æquãtes eũ Romulo, canere. Spoila in æde Iouis feretrii, ppe Romuli spolia, q̃ prima opima appellata sola ea tempestate erãt, cũ solẽni dedicatiõe dono fixit. Cice. lib. i. offi. dicã, ut potero, incondite fortasse, sed tñ ut res possit ĩtelligi. Eius simplex, ptulit Plau. in Am. Magis iam faxo dices, postq̃ in cunis cõditus est. Interdũ inconditũ etiam qñq; ponit pro inconscripto. Salu. in Iug. At illi quibus uires aderant, ruere cuncti ad portas incondita tenere.

Inconditus, pe. pro. nõ conditus, quod a condio fit, idem est quod insipidus.

Incõsultus nomẽ sumit pro imprudẽti, & quasi nulli⁹ cõsilii. Ci. pro Deiotaro. Homo incõsultus, & temerarius hæc nõ uidebat. Quinti. O inconsultã, & muliebrẽ semper amentiã, id est imprudentẽ, & incõsideratã. Sal. Incõsulte, ac ueluti p dementiã cũcta simul agebat. Quãdo uero participiũ est accipit pro eo, a quo consilium nõ est petitũ. Var. Et eñ inscio, atq; incõsulto dño serui sæpe ex agro discedũt. Sic dicimus incõsultus medic⁹ ad ægrotũ uenit, id est a quo consiliũ nemo petit. Interdum accipit pro eo qui cũ quæreret consilium, non accepit quasi pro indigno habitus. Virg. Inconsulti abeunt, sedemq; odere Sibyllæ.

Inconsultus, tus. Pro inconsultatione. Plau. in Tri. Quia rure dum sum ego unos sex dies, me absente, atq; insciente, incõsultu meo, ædes uenales hasce inscribit Iris.

Inconsutus, pe. prod. non consutus. Hie. ad Eustochium Consuant tunicas, qui incõsutam desursum tunicam perdiderunt, quos uagitus delectat infantium.

Inconsutilis, pe. cor. non consutilis, ut uestis inconsutilis, quæ simul sui non potest. Euange. Erat autem tunica inconsutilis, & cætera.

Inconsyderatus, qui non consyderat. Lact. li. i. Nemo est tam incõsyderatus, qui nõ intelligat fuisse mortales.

Incoxo, as. in coxam sedeo. Pacu. Adeo incoxanti mihi pes obstupuerat.

Incredibile, non credibile. Teren. in Phor. Incredibile est q̃tum herum anteeo sapientia. Et incredibile dĩ maximum, quod uix credi possit. Item in eadem. Quia præter spem, atq; incredibile hoc mihi obtigit.

Increpo, as, pui. itũ. pe. cor. ſcat ſono. Virg. li. viii. At tuba terribilẽ sonitũ procul ære canoro Increpuit. Hie. in li. Nume. sine actõ dixit. Cũq; increpueris tubis cõgregabit ad te omis turba. Idẽ sine aliquo casu a parte post. Si aũt prolixior, atq; cõcisus clangor ĩcrepuerit, mouebũt castra primi. Dicimus ergo tuba crepuit sonũ. Tuba, siue sonus increpuit, & ego increpui tuba. Per trãslationẽ increpare ponit pro reprehendere, sed cũ crepitu, & uerborũ, pedumue strepitu, hoc est cõtra aliquẽ crepando, & strepẽdo insurgere, sed tunc increpui, & increpaui præteritũ facit. Hiero. in Gene. Et increpauit eum pater eius. Idem Increpuerũt me renes mei. Itẽ pro incitare. Turpil. Age tu hymenæum increpa.

Increpito, as. frequentatiuum. Virg. lib. x. Hostis amare quid increpitas.

Increatus, non creatus. Lactan. li. i. Vnus deus, qui solus principatur, isq; amplissimus increatus.

Increſco, is. ualde, siue magis creſco. Liui. lib. i. Carcer ad terrorem increscentis audaciæ media urbe iminẽs foro ædificat. Quin. li. viii. Hoc genus increscit, ac fit ma

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nifestius,si ampliora uerba cũ ipis nominibus,pro quibus ea posituri sumus conferant,ut Cice.in uer.Nõ eñ furẽ,sed raptorem,non adulterũ,sed expugnatorẽ pudicitiæ,non sacrilegũ,sed hostem sacrorũ,religionũq; nõ siccariũ,sed crudelissimũ carnificẽ ciuiũ,sociorũq; in uestrũ iudiciũ adduximus. Illo.n. modo ut sit multum,hoc etiam plus ut sit efficiẽ.

Incrementũ,ab incresco.Quĩ. Quatuor tĩ maxime generibus uideo cõstare amplificationẽ,incremẽto,cõparatiõe,rõcinatiõe,cõgerie. Incrementũ est potẽtissimũ, cum magna uidenẽ etiam quæ inferiora sunt.

Incubo,as.pe. cor. & incũbo,is. ambo a cubo cõponunẽ, Primũ seruat analogiã sui simplicis,ut sit semp primæ cõiugationis.Alterũ recipit m.& trãsit ad tertiã,ambo tĩ incubui,& supinũ incubitũ faciunt,& significatiõe conueniũt. Est autẽ incubare instare,inniti,insistere,inhærere,& dtõ semp iungiẽ. Vir.Põto nox incubat atra. Quin. li.x. Qui aũt sciuerit quo quæq; sint modo dicẽda, nisi tanq̃ in procinctu paratã quidẽ ad oñes casus habuerit eloquentiã,uelut thesauris clausis incubabit. Cice.in Timæum Platonis.Qui oñis animãtes cõplectiẽ, is nõ potest esse cũ altero.Rursus.n. alius animãs, qui eũ cõtineat,sit necesse est.Incubam⁹ ensi,terræ,mari,pellibus,spongiæ,cardini,& sibibus,quæ subiectæ,aut obiectæ rei ꝓportionẽ habẽt. Papi. Et festinãtia sistens Fata salutifero mitis deus incubat angui.Incubare etiam quenq̃ Ioui dicimus,pro eo quod est apud Iouem. Plau.in Cur. Namq; te incubare satius fuerit Ioui, qui tibi auxilio in iureiurando fuit.Simile huic fere uerbũ uideẽ incũbere,innitiq;. Pli. Cœlũ inquit cardini suo.i. terræ incũbit.Aliubi terræ ait oĩa inniti.Qñq; incubare,ex ui ꝓpositionis in significat intus siue sup cubare. Cubare eñ dormire,siue quiescere,stare,cõsistereq; significat.Vñ Plau.in Cas. Est ei quidã seru⁹,qui in morbo suo,ĩmo uero in lecto,ne quid mentiar,incubat,& iterũ.Qñq; ego eã mecũ rus uxorẽ adduxero,ruri incubabo usq; in præfectura mea.Cato de re rus.Primus cubitu surgat,postremus cubitũ eat.Colũ.li.viii.Vt semp q̃ aridissimis filicibus,uel culmis stabula cõstrata,quo purius,& mollius incubent,id est supercubẽt, dormiãt, aut quiescãt. Incubare etiã dicunẽ ii qui in templis deorum noctẽ perpetẽ uigilãt ad accipiẽda respõsa. Plau. ĩ Cur.Incubare te satius fuerat Ioui, qui tibi auxilio ĩ iureiurando fuit.i.apud Iouẽ. Vir. Pellibus incubuit stratis somnosq; petiuit.Rursus incubare dñr gallinæ,cum oua fouent.Lactan.li.de opi.Nidos aut luto ædificant, aut uirgultis,& frondibus cõstruũt,& ciborũ expertes incubant ouis.Pli.li.x. Oua ĩcubari infra decẽ dies ædita utilissimũ.uetera, aut recentiora infœcunda.Var. actõ iunxit.Negant inquit plus xxv.oua incubare. Aliquãdo significat occupare,possidere,amplecti,fouere, obtinere,habitareq;.Apul.li.vii. Tabernulã quandã uitatis maris fluctibus incubabat. Macro. de Dionysio. Siculæ incubator aulæ.Qñq; stare,cõsistere. Vñ Græci statum cœli,positumq; syderũ in thematibus ἐπωχὰς appellant.Pli.lib.ii.Si una omnes incubarẽt.Interdum significat curã habere.Trasslatio ab auibus quæ incubatu fouent oua,& excludũt fœtus.Apuleius lib.iii. Aureos folles incubabat.Aug.li.ii.de ordine dtõ iunxit.Defossæ pecuniæ incubat macer & scabiosus fœnerator.

Incubitus.us.Plini.Quædam autem citra incubitũ spõte natura gignit.

Incubatio,idem quod incubitus,id est incubandi actio Pli.Raro incubationis noxia.

Incubones dñr,qui thesauris inuigilãt,cum tñ mediocritas in rebus hũanis sit optima,vñ Theognis Megarẽs, μηδὲ ἄγαν ὠφέλλειν, πάντων μέσ' ἄριστα, καὶ οὕτως κύρῃ ἕξεις ἀρετήν, ἣν τε λαβεῖν χαλεπόν.

Incũbo,is.datiuo similiter iungiẽ,& duo significat.l.obnixe operã do alicui rei,ut Incũbo studiis.Et inhæreo. Virg.Incumbẽs tereti damon sic cœpit oliuæ. Pli.lib. i. Nãq; in illo caua in se conuexitas uergit,& cardini suo,hoc est terræ undiq; incũbit.Frequẽter etiam actõ mediãte ad uel in,ut a Cice.fere semp usurpaẽ.Pergite inquit adolescẽtes,& in hæc studia,in quibus estis incũbite.Et alibi.Quare incũbam⁹ ad illa præclara studia. Nam cũ operi alicui faciũdo incũbimus toto pectore,significaẽ diligẽtia & conatus. Similiter cũ accurati us quid mente agimus,incũbere dicimur. Plus tamen inesse uideẽ actõ,cũ in,q̃ datiuo,quasi sit inniti,uel insistere cõtra,siue sup,in quo designaẽ quid arduum,uel mirabile,uel onerosum. Et hoc ex ui præpositionis in accusatiuo iunctæ,ut Cice.pro Corne.Balbo,mirabile a se factum fuisse declarat,cum ait. Hoc siue meum,siue Reipu.fatum,ut etiã in me unũ oñis illa inclinatio cõmuniũ temporũ incũberet.onerosum ,seu arduum ut idem Cornificio.Te tamẽ hortor,ut oñi cura in rẽpũ.incumbas,hoc est sustentandã ,siue tuendam,quod difficillimũ erat. Quare si dixero.Incumbo in remos, maior nixus in illos designatur,q̃ incũbo remis ,ut sit, incumbo in remos,quasi totis uiribus, brachiis innitor cõtra,siue super remos.Vnde Hiero.usus est præpositione sup ad Damas.papam.Incubuit super collũ,Aliqñ uero in hmõi forma significat irruo. Cice.pro Plãcio.Potius q̃ ab ipis,qui in teipm incubuerũt,te depulsum putas.Quin.li.v.Et fluctus esse,cum magna uis uẽti in mare incubuit.Virgi.tũ dtõ iũxit.Incubuere mari,cũ tñ irruo actm̃ poscat cũ ꝓpositione in. Teren. in Adel.Fores effregit atq; in ædes irruit alienas.Incumbo aũt ad studia significat,animo & opera intẽdo,siue innitor ad studia,ut Cice.pro Pompeio. Quare uidete ne dubitandũ uobis sit oñi studio ad bellum incũbere.Aliqñ post actm̃ adhibeẽ adiectiuũ, ut effectus rei,q̃ desyderatur,demõstretur,ut idem pro L.Sylla.Neminem ex illo honoris gradu, qui nõ oñi studio, uirtute, auctoritate incubuerit ad Rempub.cõseruandã. Si uero nõ ponit adiectiuũ,tũc subintelligiẽ, ut sit incũbere ad bellũ. s. suscipiendũ incumbere. Et ad eius pernicie incumbenti,hoc est exequendam. Simile erit ,si dixero,Remiges incumbũt ad remos, subintelligitur emẽdos,si emere uelint,uel habẽdos,si prohibeanẽ,aut detineantur, uel obnixe tenendos,ne sibi rapiantur,aut e manibus elabantur,& hmõi , licet Valla in remos, uel ad remos icumbere dici posse negat,sed remis tñ. Est præterea qñ incumbere significat subire, siue superuenire.Lactan.lib.ii.Si morborum pestifera uis incubuit Ambro.Vesper incubuit,populi sequebanẽ, stagnum occurrit,turbæ urgebant.Item superiacere. Virgi.lib. iiii.Incubuitq; toro dixitq; nouissima uerba. Et li.vii. Pellibus incubuit stratis,somnosq; petiuit.

Incubi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Incubi,pe.cor.dicti ſunt ſyluani,& fauni, quos improbos quandoq; fuiſſe mulieribus compertum eſt,ac earum appetiſſe peregiſſeq; concubitum.

Inculco.as.eadem ſæpius iterando ingero,inſpiſſo,ex in & calco,ſicut & conculco.

Incultus,a cultus participio compoſitum eſt,& in negatiue ſumiť. Liui.li.ii.Caritas primũ annonæ ex incultis p ſeceſſionem plebis agris.Hiero.ad Helio.Squallida capitis horret inculta cæſaries.Et in hac tñ ſignificatiõe repiri puto,hoc eſt nõ cultus,nõ exercitatus uel nõ ornatus,uel nõ habitatus adiectiuũ . Et nõ ab incolo eſt, ut ſit eius participium,ſed eius foret,ſi pro inhabitatus caperet,quod nuſq; legi.Hiero.ad Dama.Papa.Nõ ambigo,quin inculta noſtræ paruitatis oratio uideat.

Incunabula.Vide ſupra in dictione Cunæ.

Incurro.is.cõtra aliquem curro,qđ uernacula lingua dť correr adoſſo.Liui.li.i.Eo prælio p̃cipua eq̃tum gloria fuit,utrinq; a cornibus poſitos,cũ iã pelleret media peditũ ſuoq; acies,ita incurriſſe a lateribꝰ ferũt.Aliq̃n in currere eſt intro currere,ſeu ultro ſe iniicere.Sal.Poſtq; Catilina fuſas copias,ſeq; cũ paucis relictum uidet,memor generis,atq; priſtinæ dignitatis, inter confertiſſimos hoſtes incurrit,ibiq; pugnando confodiť. La&t. p̃ translationẽ dixit.Aut oblitus eſſe p̃poſiti uidear, aut loq̃citatis crimẽ ĩcurrã . Aliq̃n incurſiões,q̃s currarias uulgo dñt facere q̃ fiũt p̃dãdo loca. D.Brutus Ciceroni.Aut appẽnino, alpibuſq; ſe teneat, & decurſiõibus p̃ equites quos hẽt multos,uaſtet ea loca q̃ incurret.

Incurſus.us.pro incurſione. Col. Hoſticis incurſionibus uaſtatas fruges.

Incuria & incurioſus,uide ſupra in dictione curioſus.

Incuruus,ualde curuus Teren.in Eu.Continuo accurrit ad me q̃ lõge quidã ĩcuruus, tremulus,labiis demiſſis.

Incuruo, as incuruum; facio.

Incurueſco,is.incuruus fio.Cice.li.i.Tuſ.Hic aũt,ubi habitamꝰ nõ intermittit cælũ niteſcere arbores frõdeſcere ramos baccarum ubertate incurueſcere.

Incus,dis.pe.pro.gñis.fœmi. ĩſtrumentũ in quo aliqd cudimus.Hora.Et male tornatos incudi reddere uerſus.

Incudo.onis.qui in ĩcude, ſiue ſuper incudẽ quicq; fabre facit.Hiero.contra Ioui.Et in manibus piſcatorum caput eius ſtat,ſicut incudo infatigabilis reputat ferrum, ut paleas.

Incuſo,as.pe.pro. Vide in dictione Accuſo.

Incutio,is,pe.cor.ſſi.ſſum.ex in. & quatio,q.in c.& a.in u. mutatis,ut cætera compoſita, Concutio.Diſcutio.Excutio.Percutio. Eſt autem incutere iniicere. Virgi. Incute uim uentis ſubmerſasq; obrue puppes. Augu.lib. viii.Confeſ.Quanto propius admouebatur,tanto ampliorem incutiebat horrorem.

Indago,as.pe.pro.inquiro.Cice.li i.offi. Ineſt Indagatio atq; inueſtigatio ueri.Et de opt.ge.dicen,Aut reprehendet,q̃ inuſitatas uias indagemus,tritas relinquamus.

Indago,indaginis,& indages,inis.pro inquiſitione. Vir. Saltuſq; indagine cingunt.

Inde aduerbium.i.ex eo loco,Li.li.i.Primo in Macedoniam ueniſſe, inde Siciliam quærẽtem ſedes delatum Aliq̃n dĩ non de loco ſed de rebus,Idẽ in eodẽ Omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri.Inde tibi tuæq; Reip,qđ imiteris capias.Aliq̃n ponitur pro deinde, ut apud eundẽ. Crimini maxime dabant in Numitoris agros ab his impetum fieri,inde eos collecta iuuenũ manu hoſtilẽ in modũ prædas agere.Hinc fiunt cõpoſita,deinde,exinde,perinde, & proinde,quæ habẽt accentũ in antepenultima.

Indecor, oris.pe.prod.ab in.& decor.Quanq̃ Vir.lib.vii. Indecores pe.cor.dixerit. Nõ etimus regno indecores, Vbi Ser.ait.Aut Syſtole eſt, aut certe dicimꝰ ntũm nõ inueniri, ut in multis nominibus fit. Sed nec Indecus, oris.pe.pro.inuenitur,cum tamen decus habeamus.

Indidẽ,pe.cor.aduerbiũ cõpoſitũ,ab inde,& idẽ qđ eſt ex eodẽ loco.Plau,Indidẽ unde orťfacito uti facias ſtultitiã ſepelibilẽ.Apud Cato.poniť pro idem mox.

India regio orientalis Aſiæ terminus, q̃ tam uaſta phibeť, ut eam tradãt tertiã partẽ omniũ terrarũ. Pompo. ſcribit tñ ſpaciũ littoris occupare,quantũ p lx.dies noctesq; uelificãtibus curſus eſt. Tradũt in ea fuiſſe quinq; millia oppidorũ,ab Indo flumine ſic appellata,in quẽ ab occidẽtali plaga deſinit, qui ſolus poſt Nilũ crocodilos creat.Hæc a meridiano mari incipiẽs,ad uſq; ſolis ortũ porrigiť,& a ſeptentrionibus,uſq; ad Curnuſiũ montẽ ,puenit. Gemmis abũdat.Capricanes,& elephãtos ,creat,arbores hẽt ſemp frondẽtes. Tellus bis fruges in anno ad maturitatẽ pducit.Piper, calamũ aromaticũ,& cinnama ad nos mittit. Indi prope gentium ſoli nunq̃ emigrauere finibus ſuis, Illic binæ æſtates,lenes auræ,tẽperies cœli,ubertas ſoli,aquarũ abundãtia, quæ oĩa faciunt,ut maiora in India,q̃ in cæteris regionibus naſcanť anĩalia.Ab India fiunt adiectiua, Indus, & Indicus. Libr.v. de geſtis Alexandri Arrianus. ὁ Ἀ ἰνδὸς ποταμὸς ὅδε τ καλ ἀσίαν τε καὶ βύρώπην, τὴν μὲν γὰρ ρσυ, καὶ μόνου τ ἰνδοῦ ποταμοῦ, καὶ ὅσα αὖ πηγαὶ ἀυτῶ εἰσιν ἐπιτάδε τοῦ ὄρους πλαμίοντε καὶ κασπίου.

Indicus,a.um.poſſeſſiuum ab India,ut auis Indica.

Indus,a.um.ſimiliter poſſeſſiuum ab India.

Indus fluuius,a quo India noĩata eſt, quẽ in iugo Caucaſi montis, quod uocaťParopaniſus aduerſus ſolis ortũ effuſum aiunt,in ſeq; xix.amnes recipere.

Index generis cõmunis,pro eo uel ea qui,uel quæ aliqd indicat & accuſat,Aſcon.ſcribit indicem eſſe, qui facinoris,cuius ipſe eſt conſcius latebras indicit impunitate propoſita .Saluſti. Plæriq; craſſo ex negociis priuatis obnoxii cõclamant indicẽ falſum eſſe.Mar. Indice non opus eſt noſtris,nec iudice libris.

Indicium detectio,& accuſatio. Sal. Itaq; cõſulentẽ Cic. frequẽs ſenatꝰ decreuit Tarqnii indiciũ falſum uideri.

Index maſcu.gene.accipiť pro digito prope pollicẽ ,uel pro lapide,quo auri uel argenti gradus cognoſciť.

Indicina,æ.pe.pro.idem quod indicium.Apul.Ob indicinæ premium occupaſſe domino tamen ſuo.

Indico,as pe.cor.ſignificat manifeſto,& palã facio.Plau. in Aſi.Ego ne hoc patiar,aut taceãť Emori me malim q̃ hæc eius uxori non indicẽ.Aliq̃n demonſtro La&ã. lib.vii.Ipſa ergo uirtutis p̃petuitas indicat humanum animũ,ſi uirtutẽ cœperit pmanere, quia & uirtus perpetua eſt, & ſolus humanus animus uirtutẽ capit.Aliquãdo accuſo. Vlpia.Indicaſſe reum,eſt detuliſſe,arguiſſe, accuſaſſe, conuiciſſe. Sed hæ ſignificationes, quaſi in idem recidunt. Aliquando apprecio, æſtimo, negociationis uerbum, & rebus uenalibus accommodatũ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod in mercibus distrahēdis usurpatur, qñ ille cuius est merx p̄cium facit rei quam uenundat. Plau. in Mil. Venio ad macellū, p̄progito pisces, indicāt caros. Apul. li. i. Et per cōtato p̄cio q̄ centū nūmis indicaret, aspernatus xx. denarios præstinaui. i. æstimaret, & p̄cium faceret. Hinc Indicatio, & Indicatura. Aliqñ Indicare ponitur pro addicere, hoc est rem emptam liberare. Cic. li. iii. offi. Sceuola publii filius cum postulauisset ut sibi fundus cuius emptor esset semel indicaretur.

Indicium. Vide in dictione Index.

Indicatio, æstimatio. Plau. in per. Tua merx est, tua indicatio.

Indiculum, quasi indicium. Aug. in quodā sermōe. Ego uobis fratres hæc suggerendo quasi indicula quædam directa, & obscura insinuare curaui.

Indicatura similiter æstimatio. Pli. in Præfa. Hæc fiducia operis hæc est indicatura.

Indicatus, us. idem quod indicatura. Idē li. xviii. Eadem ex causa emi lyenē uituli, quāti indicatus sit iubent.

Indicatiuus, a. um. dicitur id in quo aliquid indicat. Vnde indicatiuus modus dictus est, quia in eo indicam⁹, id est ostendimus, quid agatur.

Indico, is. pe. pro. xi. ctum. multa significat. Nam indicere est denūciare, q̄uis iter se differat, q̄ maiorē uim habeat indicere, q̄ denūciare. Nā denūciare p̄prie significare, & simpliciter sumi p̄t, ut uentus denūciat pluuiā. Et denuncio me tibi propediē affuturū. Ci. p Plan. Denūciasti homo adolescēs, qd de Rep. sentires. Sene. Hortēsius quoq; simultates tibi indiceret. Indicare uero licet significet denūciare, nō tamen p̄prie, qm̄ dico aliud significat q̄ nūcio, & in aliud, q̄ de. In. n. iūcta uerbo dico maius incremētū demōstrat, & significat maxime, q̄uis & significationē cōtra nō omittat. Indico ergo maxie dico, hoc est solēniter dicēdo denuncio, ut si dicā. Bellū tibi idico, nō est sicut bellū tibi denūcio. i. bellū me tibi illaturū significo, sed bellū me tibi iure illaturū dico. Aut bellū tibi a me inferendū esse indico. Quod Ci. li. i. offi. aperte docuit, q̄ utrūq; uerbū sic posuit. Ac belli qdē æquitas feciali populi Ro. iure p̄scripta est, ex quo itelligi potest, nullū bellū esse iustū, nisi quod aut reb⁹ petitis geratᵉ, aut denūciatū añ sit & indictū. In his uerbis duo genera belli gerēdi fuisse ꝓcat. Primū rebus petitis, q̄ si negabanᵗ reddi, & bellū cū illis gestū fuisset, iustū habebatᵉ. Alterū honesti⁹, iustiusq; erat, eo q̄ petitis rebus, nisi redditæ fuissent bellū gerē dū esse maturo decernebatᵉ consilio, tū ad fines hostiū denūciatis belli suscipiendi causis bellū indicebatᵉ. Sed quo pacto indiceretur. Liui. libro i. declarat his uerbis. Quando cūq; pars maior eoꝝ, qui aderāt, in eādē sentētiā ibat, bellū erat, consensu fieri solitū, ut fecialis hastā ferratā, aut sanguineā præustam ad fines eoꝝ ferret, & nō minus tribus puberib⁹ p̄sentibus diceret, q̄ populi priscorū latinoꝝ, hoiesue prisci latini aduersus Po. Ro. Quiritiū fecerūt, deliquerūt. Ob quod Po. Ro. quiritiū bellū, cū priscis latinis iussit esse, senatusue Po. Ro. quiritiū censuit, cōsensit, cōsciuit, ut bellū cū priscis latinis fieret, ob eam rē ego populusq; Ro. populis priscorū latinorū, hoibusq; priscis latinis bellum indico, facio. Id ubi dixisset hastam in fines eoꝝ emittebat. Hoc tū modo a latinis repetitæ res, ac bellū indictum, moremq; eorū posteri acceperūt. Potest tamē in, significare contra, ut si dicā bellū indico uoluptatibus, tunc cōtra uoluptates bellū me gesturū dico, hoc est solenniter profiteor, nec solū indicere p̄tinet ad bellū gerendū, sed etiam ad funus. Vnde Fest. ait. Indictiuū funus, ad quod p̄ præconē euocabanᵗ. Sue. in Cæs. Funere indicto, rogus extructus est. Præterea ad conciliū tributū, spectaculū, & hmōi quæ nō nisi ritu soléni fieri cōsueuerūt. Similiter sacerdotes festa ieiunia q̄ populo indicere solent. Aliqñ etiā est, quasi præcipere, ut apud Liui. li. i. Longe a domo patrib⁹ excitis ip̄m, qui concilium indixerat nō adesse. Aliquādo imponere. Idem lib. iiii. Vnde eñ eam pecuniam confici posse, nisi tributo populo indicto. Cice. in Ver. acti. v. Legem sibi indicunt innocentiæ, continentiæ, uirtutū omniū, qui ab altero rōnem uitæ reposcunt. Aliquando significare. Liui. lib. ii. Indici deinde finitimis spectaculum iubet.

Indictum dicitur, quod est soléniter promulgatū, ut indictum bellū denunciatū dī. Indictum funus denunciatæ exequiæ. Et indictū nō dictū. Terē. in Phor. Quod dictum indictum est. quod modo erat ratū, id irritum est. Et hoc modo, nō ab indico, sed a participio dictus cōpositū esse censeo. Liui. li. v. Itaq; quæ tum cecinerit diuino spū instructus, ea se, nec ut dicta sint, reuocare posse. Sic etiam dicitur indicta causa. i, nō dicta, & non defensa. Cice. Q. Rabi. Sed indicta causa ciuem Romanum capitis cōdemnare coegit.

Indictiuus, a. um. quod indictum est, ut funus indictiuū, de quo paulo ante. Et indictiuæ feriæ, quas cōsules uel prætores indicunt.

Indictio spacium. xv. annoꝝ, quod indicebatᵉ, ut trib⁹ lustris tributa toto orbe Romanæ rei soluta essent.

Indeprecabilis, apud quem nō ualent preces. Gel. Et pœna indeprecabilis subeunda esset.

Indefensus, sine defensione. Liui. lib. iiii. Suos increpans clara uoce. Hic præbituri inquit uos telis hostiū estis indefensi inulti, id est sine defensione, sine uindicta.

Indemnis, indemnatus. Vide in dictione Damno.

Indies significat quotidie, sed proprie cum incremento, Ideo plærūq; iungitur comparatiuo. Cice. Cum id malum serperet indies magis. Reperitur etiam sine comparatiuo, sed tamē cum uerbo uiuo. Quin. Nō, ut fere uolucres pūtis modo cibi memores in diem uiuūt. Aliquando cum alio uerbo. Salu. Panem indiem mercari, quasi p̄sentis diei rōnem habere. Indiē addicere est rem uenalem ita uendere, ut nisi alius ad certum præstitutumq; diem maius precium obtulerit, illius sit, qui primo obtulit. In dies singulos, id est per quoslibet dies. Cice. Metello. Meæ rationes, atq; eius mei consilii maiorē indies singulos fructum, uoluptatēq; capio.

Indigeo. es. pe. cor. Vide in dictione Careo.

Indigetur impersonale. Plini. lib. x. posuit. Nunquā conspectis, nisi cum præsidio earum indigetur. Ab indigens fit indigentia. æ. pro inopia.

Indigus, a. um. penultima correpta quod indiget. Augusti. Sed sicut eum uidimus infirmum, iacentem, indigum opis alienæ.

Indigena pe, cor. dī inde genitus, nec aliunde proueniēs. Opponiᵗ eñ aduenæ cum non sit aduentitius, sed uernaculus proprius, & quasi peculiaris. Omnes habitatores

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tores aut indigenæ sunt, aut aduenæ, aut cõuenæ. Aduenæ de uno loco uenientes. Cõuenæ de diuersis. Græci autochthonas indigenas uocant.

Indipisco.is.usurpo, assequor, adipiscor. Qd & indipiscor eris. indeptus dr. Plau. in Aul. Neq; parte tibi ab eo cui sit, indipisces, neq; furem excipies. Gel. lib. i. Si em achæos Homerus pugnam indipisci ait, nõ fidicularum, tibiarumq; concentu conspiratam.

Indepto.as. frequentatiuum ab indipisco. Var. Nec partem aliquam indeptauit hæreditatis.

Indigito.as.pe.cor. quasi indicito, ab indico, uel a digitis deducitur. Et significat uoco, nomino, & quasi per nomen ostendo. Macrob. Nanq; uirgines uestales ita Apollinem indigitant. Apollo medice; Apollo pæan. Idem. Nam ita ab incolis indigitantur.

Indigitaméta dñr libri pontificales, qui & nomina deorum & rationes ipsorum nominum continent.

Indigetes pe.cor. dii. ex hominibus facti. Quo nomíe dictus est Æneas, cum pugnãs cum Mezentio nusquam apparuisset. Alii indigetes dicunt esse deos tutelares, quorum nomina uulgari non licet.

Indigestio, cum cibus non digeritur. Hierony. ad Eusto. Ad orationem tibi surgenti non indigestio ructum faciat, sed inanitas.

Indigeste aduerbium, significat inordinate.

Indignus, non dignus. Terẽ. in Eu. Nam si ego digna cõtumelia hac sum maxime, tu indignus, qui faceres tñ. Interdum ponitur pro miserabili. Idem Indignis cum ego met sim acceptus modis. Interdum pro magno. Vnde Enni. indignas turres dixit, idest magnas.

Indignor, & indignitas. Vide supra in dictiõe Dignor.

Indiscriminatim aduerbium significat indifferenter.

Indiserus, non eloquens. Gel. Non indiserti uiri.

Indocilis, q penit9 nõ põt discere. Indoctus, q nõ didicit.

Indo.is.indidi, itum. impono. Plau. in Cap. Pegnium uocitatus est post uos indidistis Tindaro. Quandoq; significat intus do, immitto. Idem in Cas. Dem me, & te infœlicem, si ego in os meum uini guttam indidi. Interdum imprimo. Idem in Asi. Qui sæpe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt.

Indoles pe.cor. ab inolesco fit, p interpositionem d. Et in pueris qdem, atq; adolescẽtibus est significatio qdam futuræ pbitatis. Cice. Vt em ab adolescẽtibus bona indole pditis sapiẽtes senes delectanr. In uiris uero signũ est pntis uirtutis. Idem Homines, in qbus est uirtutis indoles cõmouentur. Vñ & pro præstãtia, seu generositate quadam uirtutis, atq; animi ponit. Liui. de Lauinia iam matre inquit. Tanta in ea uirtutis ídoles fuit. Luc. Indole si dignum latia, si sanguine prisco Robur ineſt animis. Aliqñ etiam in malum dicitur, ut apud Liui. de Annibale. Cum hac indole uirtutum, ac uitiorum sub Astrubale meruit. Trãffertur quoq; ad muta, atq; inanimata. Idem, Sicut i frugibus pecudibusq; nõ tñ semina ad seruandam indolem ualent, quantum terræ proprietas, cæliq; sub quo aluntur.

Indolentia. æ. quasi non dolor, cum nihil dolet. Lactan. lib. iii. Nam corporis bona. i. incolumitas, indolentia, & ualitudo, non minus sunt mutis, q̃ homini necessaria, ac nescio, an etiam magis, quia homo & medelis & ministeriis subleuari potest, muta non possunt.

Indoloria idem quod indolentia, ut Sidonius a Cice. dictam perscribit.

Indomitus, qui domari nõ potest. Vnde dicimus equũ indomitũ. Aliquãdo ponitur pro feroci. Vnde dicim9 gentes indomitas. Aliquando pro magno. Virg. Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras?

Indubitatus, non dubitatus. Lactã. lib. ii. Pro confesso, & indubitato habitum est.

Induco, is. pe. pro. pprie ítroduco. Plau. Induc eam in domũ. Qñq; Inducere est psuadere, illicere, decipe, inclinare. Lucil. Huius ego animũ si induco, ut ab amore meretricis desistat. Idẽ Miserũ senem Syrenũ cantu inductũ. Cic. in Piso. Hic in fraudẽ hoíes impulit. Hic eos quibus erat ignotus decepit, fefellit, induxit. Qñq; abolere, cancellare. Sue. in Cęsa. Amplissimis uerbis collatũ in integrũ restituit, íducto priori decreto. Vlpia. Cancellauerat quis testamẽtũ uel induxerat. Et alibi. Multa inqt, & deleta, & íducta, & supscripta inerãt. Verbũ id iuris est. Origo, eo qd inducto chartis atramẽto, uelut tectorio deleri, q̃ scripta prius erãt, cõtigit. Qñq; Fingere, Cice. lib. iii. offi. Hinc ille Gyges inducit a Platone. Qñq; ingredi facere, ut Vide quo me íducas. Quãdoq; affirmare, ut Sic animum induco meum. Quandoq; Imponere, ut Soleæ ligneæ pedibus inductæ sunt. Quandoq; infigere, ut Ita induxi in animũ.

Inductio, persuasio, abolitio, est & genus argumenti. Est em oratio, per quã fit a particularibus, ad uniuersalia pgressus. Vel inductio est oratio, quæ rebus nõ dubiis captat assensionem eius rei quæ instituta est.

Inducię, pax castrensis pauco; dieę dictæ, q̃ in diẽ dentur, inqt Ci. li. offi. Vt ille qui cũ centũ xxx. dierũ essent cũ hoste pactæ inducię, noctu populabat agros, q̃ dierũ essent pactæ non noctiũ inducię. Vel q̃ in dies ociũ præbeant. Aurelius opilius inducias dici existimat ab initu, & introitu, qm̃ tpe inducarum hostes inter seſe, utrinq; ultro citroq;, alteri ad alteros impune inire solent, & introire. Aliter Gel. Græci ἐκεχειρίαν, ab abstinẽdis manibus appellarũt. Nam per cessationẽ istam pugnæ pactitiam non pugnat & manus cohibent. Inducias primus inuenit Lycaon, Fœdera Theseus.

Indulco, cas. dulcem facio. Aug. li. de Mi. Aquæ in momento ligni tactu protinus indulcantur.

Indulcoro, as. pe. pro. idem quod indulco, ut apud eundẽ aquæ indulcorare dicuntur.

Indulgeo, es. si. sum. & tum. fm Prisc. significat obsequor. consentio, inseruio, & facile concedo. Cice. in Lel. Sed obsequiũ multo molesti9, quod peccatis indulgẽs. i. cõsentiens præcipitẽ amicũ ferri sinit. Idẽ Tyroni. Indulge ualitudini tuæ. i molliter uaca, & quod lingua uernacula dicimus far carecie. Terẽ. in Heau. Nimium illi indulges. Vnde indulgentia mollis est pmissio, quæ seuerítati opponit. Quin. Mollis illa educatio, quã indulgentiã uocamus, neruos omis, & mentis, & corpis frangit. Et indulgere est facilem, & clementẽ esse. Cice. lib. iii. offi. Magnus uir imprimis, & qui per indulgẽs in patrem, idem seuerus in filium. i. clemens, ac facilis. Et indulgẽtia, clementia. Sta. Vultus, & egregiæ tanta indulgentia formæ. Indulgentissimi imperatores dicti, q̃ sint benefici, propensiq; ad sacrificandũ. Item Indulgere est delicate intẽdere, & spacium maius dare. Vir.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Indulge hoſpitio, cauſaſq; innecte morandi. Idem Sin tumulis accliue ſolũ, colleſq; ſupini Indulge ordinib⁹. Ité indulgere, parcere. Amb. Vide q̃ bonus deus, & facilis indulgere peccatis. Idé. Nã dñs Ieſus Chriſtus crucifigẽtibus ſe nõ maledixit, ſed potius, ut eis indulgeret, orauit. Hier. cũ actõ iunxit. Miſericordia inquit, eſt q̃a indulget noſtra peccata. Ité indulgere, tribuere. Amb. Laudabũt etiam deũ, qui tãta nobis remedia indulſerit uitandæ mortis. Sed hæ ſignificationes quaſi in idẽ recidũt. Ité Augere. Lucil. lib. iii. Tu qui iram indulges nimis, manus abſtinere a muliere melius eſt.

Indulgitas, pro indulgentia. Siſenn. Baſſus aſſidua indulgitate uictus.

Induo, is. indui. indutũ, ex in. & duo, is. Cuius origo a græco δύω, quod ingredior ſcat, trahit. Vñ ἐνδύω induo. Veteres quoq; dixerũt, p dare duo, duis, & Dio, is. Plau. in Caſ. Mea præda eſt illa, proíde tu te in laqueũ ne duas. De uerbo aũt dio, Terẽ. in Phor. Dii tibi oñes, quod dignũ eſt diunt. Conſtruit aũt Induo uariis modis. Nã q̃nq; habet duos actõs, ſed in paſſiua tñ ſignificatione, & hoc apud poetas, & hiſtoricos, nõ apd oratores, quos imitãdos imprimis cenſeo. Plau. in Epi. Quid erat iudta? an rigillã induculã? an mendiculã? impluuiatam. Vir. li. ii. Deinde comantẽ Androgei galeã, clypeiq; in ſigne decorũ induit. Cur. Iãq; nox apparebat, cũ thoracem ĩdutus procedit ad milites. Aliq̃ uno tñ actõ cõſtruit, & tũc idẽ eſt quod aſſumo. Quin. lib. vi. Orbum agimus, & naufragũ, & periclitantẽ, quorũ induere ꝓſonas, quid attinet, niſi affectus aſſumimus. Vbi uerbum difficile facile declarauit. Sic Curtius. Loricam tamen quã raro induebat, amicis orantibus ſumpſit. Cic. li. iii. offi. Deponit eñ ꝓſonã amici, cũ induit iudicis. Hinc ex cõtrario deponit Induit ſignificare oſtendit. Sue. in Nero. Nullam bis induit. Aliq̃ poſtulat, ut id quo q̃s induit in accuſatiuo ponatur, & is qui induitur in datiuo, ſignificatq; impono, immitto, aſſumo. Plau. in Caſ. Ocyſſimus ſum omniũ, qui uiuunt, Loricã induam mihi optimũ eſſe arbitror. Cic. lib. ii. de fi. Ex eius ſpoliis ſibi, & torquem, & cognomen induit. Pli. lib xxxiii. Peſſimũ uitæ ſcelus fecit qui annulũ primus induit digitis. Sue. in Auguſt. Si mane ſibi calceus perperã, ac ſiniſter pro dextro indueret. Per tranſlationem ad animũ dixit Liui. lib. iii. Adeoq; nouũ ſibi ingenium induerat, ut plebicola repente oñiſq; auræ popularis captator euaderet. Aliq̃ ultra naturalẽ accuſatiuũ, habet aliũ actũm cũ in. Et tunc pro cõuerto, ſiue trãsformo ſumitur. Vir. lib. i. Geor. Cõtẽplator item, cũ ſe nux plurima ſyluis induet in florẽ. Cice. de diui. loquẽs de anhelitib⁹ terræ. Cum aũt ſe in nubẽ induerint. Apul. tũ lib. ii, ſine in dixit. Nam aues, & rurſus canes, & mures, etiam muſcas induunt. Similiter cũ hmõi actõ ſignificat iniicio, ſeu ĩmitto. Cic. in Hortẽ. Et ut docuit Antiochus, in id ipm ſe induit, quod timebat. Gelli. Æſopus ille e phrygia fabulator haud ĩmerito ſapiens exiſtimatus eſt, cũ quæ utilia monitu, ſuaſuq; erãt, nõ ſeuere, nõ imperioſe ꝓcepit & cenſuit, ut philoſophis mos eſt, ſed feſtiuos, delectabilesq; apologos cõmentus, res ſalubriter, ac p ſpicĩter aĩ aduerſas in mentes, animaſq; hoĩm, cum audiendi quadã illecebra induit. Deniq; cum pro ueſtio capiẽ ultra accuſatiuũ conſtruitur cum abltõ ſine ꝓpoſitione eius rei, qua quis induit. Curtius. Depoſita ueſte, quã habebat, Arabica induit. Cic. li. iiii. ad Here. Palla inaurata indutus. Quãdoq; etiã in hac cõſtructione pro Illino ſumit. Plau. in Muſ. Id eis uitium nocet, atq; etiã nunc ſatis boni ſunt, ſi ſunt indũti pice. Colu. ad uites trãſtulit, pro onero, cũ dixit. Nam ita ſe induunt uuis, ut nequeant capere maturitatẽ. Sumitur etiã pro ferio, cum abltõ inſtrumẽtali. Cæſar lib. vii. Quin ordines cõiuncti inter ſe atq; impliciti quo qui intraue rant ſe ipſi acutiſſimis uallis induebant, hos cippos appellant. Et iterũ. Aut ſe ſtimulis inopinantes induebãt, aut in ſcrobes delati transfodiebantur.

Induuiæ, ab induendo, indumenta, quibus quis induit, ſicut exuuiæ ab exuendo.

Induſium ueſtimentũ corpori adhærens, quod mox ſupra ſubuculam ſumebatur, quaſi intuſium, ſicut pallium, a palã uocatũ, & foris ſupra induſium, a quo induſiatus dicitur, qui huiuſmodi ueſte eſt indutus. Plau. in Epi. Induſiatam patagiatam caltulam, aut crocotulã. Var. Intuſium dicit cũ ait. Vtrum quod foris, ac palam palla, alterũ quod intus, a quo intuſium.

Induſiarii dicuntur, qui conficiunt induſia.

Induſtria eſt ingeniũ, ſeu ars, qua aliquid ſtruere ſumus idonei, q̃uis pro ingenii, ſiue artis exercitatione quandoq; ſumat. Cice. Vtrũq; cõplexus eſt cũ inquit. Vt induſtria noſtra tuæ morem geramus uoluntati.

Induſtrius, nõ induſtrioſus dicitur, quod antiqui pro induſtrius dicebant, pro ingenioſo, & pro eo, qui multæ induſtriæ eſt, & aliquid ſtruere ſemper nititur. Cicero ad Heren. Nimirũ hæc cauſa eſt hmõi, quã nec induſtrius, nec miſericors, nec officioſus deſerere põt. Hæc aũt duo nomina cõpoſita cenſeo, deriuata tamẽ ab inſtruo. Vnde Feſtus. Induſtrium antiqui dicebant indoſtrium, quaſi quicquid ageret intro ſtrueret domi.

Induſtrie aduerbium. Colu. Hyginus ueterũ auctorum placita ſecretis diſpoſa monumẽtis induſtrie collegit.

Inebrior, aris. Vide in dictione Ebrius.

Ineffigiatus, a. um. informe, quod non eſt factum ad aliquam effigiem. Gel. Nanq; ut illa beſtia fœtum ederet ineffigiatum, informemq; lambẽdoq; id poſtea, quod ita edidiſſet, conformaret, & fingeret.

Ineo, is. iui. uel inii. itum. pe. cor, ex in & eo, ſignificat incipio. Salu. Quapropter uos moneo, ut forti atq; parato animo ſitis, & prelium cũ inibitis, memineritis uos diuitias, decus, gloriam, præterea libertatem, atq; patriam in dextris ueſtris portare. Et inire eſt ingredi. Plau. in Caſ. Tu modo proſpicito, quid intus agant, ſi tu iubes, inibitur tecum. i. itrabitur. Idem. Iniit te unq̃ febris? Item mereri, aſſequi, lucrari, obtinere, comparare. Teren. Vt gratiam ineam ſine diſpendio. Hoc autem fit, cũ nouis, & ignotis fauorẽ & amicitiã alicuius adipiſcimur. Et dicimus. Ineo gratiam tecũ. Ineo gratiã tuã, & ineo gratiã a te. Terẽ. in Eu. Ab eo gratiã ineo. Q̃nq; tractare cõſultare, ut Ineo pacẽ tecũ, ineo bellum, ineo fœdus, ineo rõnem, ineo uiã. i. inuenio. Cui⁹ participiũ abſolute poſitũ, maioribus rebus adhibet, ut ineũte adoleſcẽtia. Ineunte uere, anno, menſe, ſæculo, luſtro, bello. i. ingrediẽte. Rurſus, inire eſt cõcumbere. Plin. Sed aſini, qui equas ineant, optimi legendi ſũt. Hinc initor pe. cor. p cõcubitore, & initũ pro coitu po-

ni

ui consueuit. Item capere, ut ineo fugam. Virg. Sæpe le ui somnũ suadebit inire susurro. Ité facere. Plau. i Cap. Qui consiliũ iniere, quo nos uictu, & uita ꝓhibeant. Ité cõsiderare, intelligere. Teré. in Phor. Hæc cũ rõne ieas, q̃ sint suauia, & q̃ chara sint ea q̃ ꝓbeat. Do. Ineas, itelligas, æstimes. Ab Ineo fiũt Initiũ, Initio. as. & Initiarius.

Initor pe. cor. Concubitor, & Initum concubitum.

Inito. as. pe. cor. frequẽtatiuum ab Ineo. Diome. Ineo. is. hinc inito dicimus, ut Pacu. Loca arida initas.

Ineptus, ex in & aptus. Cice. li. ii. de Ora. Ineptus nomen habere uidetur, ꝙ nõ sit aptus. Idq; sermonis nostri cõsuetudine perlate patet. Nam qui aut tẽpus quod postulet non uidet, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibus cum est, uel dignitatis, uel commodi rationem non habet, aut deniq; in aliquo genere, aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur. A quo ineptia, Ineptitudo, & ineptulus diminutiuum.

Ineptio. is. iui. itum. ineptias facio. Lac. de opi. Vereor ne huiusmodi portenta, & ridicula refutare, non minus ineptum esse uideatur. Sed libet ineptire, quoniam cum inepto agimus, ne se ille nimis argutum putet.

Iners, ex in & ars, significat eum q̃ sine arte est. Cice. li. iii. de fi. Sed lustremus aĩo has maximas artes, q̃bus q̃ carebant, inertes a maioribus noiabant. Qñq; etiã iners capit, ꝓ cioso & ignauo, q̃ nihil artis operat, uel quasi nesciat opari. Vir. li. iiii. Ge. In mediũ, seu stabit iners, seu ꝓfluet humor. Do. in Adel. Intelligamus aliter dici non inertem Socratem, aliter non inertẽ seruum.

Inertia, inertis uitiũ, q̃ sic sumi põt in sua significatione, ut de inerte dictũ ẽ, licet ꝓprie sit artis ignoratio. Col. in ꝓfa. li. ii. Non ergo fatigatiõe, quẽ admodũ plurimi crediderũt, nec senio, sed nra iertia nimis benigne. Ci. li. i. ad Q. Fratrẽ. Duo illa relinquamus iertiæ nostræ.

Inerticulus diminutiuum qui est parum iners.

Inerticula genus uitis apud Colu. boni uini, & innoxiæ etiã nomen habet, ꝙ iners habetur in tentãdis neruis, quãuis in gustu non sit habilis. Sola etiã temulentiam non facit. Vnde rectius Sobria dici deberet.

Inenormis, non enormis, hoc est moderatus. Apul. Ineormis procer itas. i. non nimis procera.

Inesco. as. Vide in dictione Obesco.

Inexplorato aduerbiũ fcat sine exploratiõe, & inqsitione. Liui. li. vi. Inexplorato pabulatũ cohortes misere.

Inexputabile, quod numerari non potest. Colu. li. x. Nã inexputabilis erat numerus.

Inexercitus, inexercitatus & torpẽs. Tertul. Epicurei deũ ocioſum esse, inexercitum asseuerant.

Inexhaustus. a. um. nunq̃ desinẽs. Vñ diuus Anastasius, Pro Chri eqdẽ amore a uobis mẽbratim cõcidi optauerã, ueꝛ si h? quẽ & nominamini obit? me cõmanet, gias deo meo inexhaustas replico, q̃ me suo ꝛ martyꝛ participẽ gloriæ dignat? est facere tã puo supplicio.

Inerrantes non errantes. Lactan. lib. ii. Stellarum, uel inerrantium, uꝫ uagarum dispares cursus orbis ille dum uertitur exhiberet.

Infabre pe. cor. fcat fœde, sicut Affabre, pulchre.

Infamia, mala fama, Hierony. Quod illum testimonio martyris ab infamia uindicaretur.

Infamis, & hoc infame, pe. prod. quod habet malam famam. Hiero. ad Pamma. Quis ꝑ infame opus seipsum uoluit infamari? Infamis dictus est ab antiquis digit? medius propter ignauiã, qũ indigere uideaꝫ aliorũ de fensione. Per. Infami digito lustralibus añ saliuis expiat. Iuue. Mediũq; oñderet unguẽ. Nã olim, qui medio tanq̃ per indicem mõstrabaꝫ arguebatur infamiæ.

Infamo, as. pe. prod. infamia afficio. Hiero. Si origenem nunq̃ secutus sum, frustra infamare me cupitis. Quintili. Deinde cum se iactaret eodem modo dicere Senecam infamauit.

Infans substantiuũ dicit puer, qui nondũ fari cœpit. Qꝫ etiã de brutis, & auibus dr. Plin. Quadrupedes infantes suos cognoscũt. Idẽ Vespertilio uoluerũ sola lacte nutrit ubera admouens, geminos uolitat amplexa infantes. Hora. tũ infantes dixit statuas, quæ fari nullo modo possunt. Nã fari ut inquit Var. est significabilem aliquã uocẽ exprimere. A diectiuũ uero capit, quasi pro paruo. Idẽ de boleto. Nec tunicę minor gratia in cibo infantis boleti. i. parui & nondum adulti. Interdũ dr infans nõ facundus. Cice. in Bru. Ipsum Scipionẽ accepimus nõ infantẽ fuisse. Per translationẽ sumit pro stulto & quasi loqui nesciente. Ex quo infantior, & infantissimus. i. stultior, & stultissimus, & ineloquentissimus. Ci. ad Her. In sophistas, inquit infantissimi inueniunt.

Infantia, æ. æras infantilis, & quandoq; stultitia dicit.

Infantile, pe. p. qd est infantis. Aug. li. i. Con. Imbecillitas membroꝝ infantiliũ innocẽs est, nõ animus infantiũ.

Infandũ, a fando sumit, quod uix pari quis possit. Virgi. Infandũ regina iubes renouare dolorẽ. Ponit nõnunq̃ pro interiectione. Vir. li. i. Geor. Infandũ sistunt amnes terræq; dehiscunt.

Infartio, is. impleo. Pli. li. xxxiii. Quid nõ in Africa, Hispaniaq;, ex terra parietes, quos appellant fornaceos, quoniã fornacũ modo circundati utrinq; duabus tabulis uernis infartiuntur, q̃ instruuntur.

Infatuo, as. fatuum, sine sale. i. sapiẽtia facio. Fit. n. a fatus, ubi in. uel auget, uel supflua est. Hiero. ad Ruf. Quid Salomone sapiẽtius? attamẽ amoribus fœminarũ infatuaꝫ. Infatuæ mulieres dictæ sunt, quæ faunorũ ludibriis attigunt. Et similiter Infatuati uiri, quos nũc uulgus spiritu plenos noiat, quidam etiã dæmoniacos.

Infensus, qui ira in alium elatus est, & odium gerit.

Infero, pen. cor. intus pono, seu intra porto. Plau. in Am. Neq; meum pedem huc intuli. Lactan. lib. ii. Non placebat Persio, ꝙ aurea uasa templis inferantur. Interdum Inferre ponitur, pro iicere. Idem lib. iiii. Nefandas manus deo suo intulerũt. Liui. li. ii. Adeo cõcitato impetu se intulerant Hetrusci, ut funderẽt ipso incursu Aricinos. Interdum facio, ut intuli damnũ. Lact. lib. v. Patientia est malorũ, quæ inferunt, aut accidunt, cum æquanimitate ꝓlatio. Interdum subiicio, seu appono. Idem li. i. Quod clarũ fiet exemplo, quod iferemus. Interdũ introduco. Liui. lib. i. Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perẽne rigabat aqua, quo quia se ꝓpe Numa sine arbitris, uelut ad cõgressum deæ inferebat, camenis eũ lucũ sacrauit. Interdũ pro ingero. Ci. li. i. offi. Turpe est, & ualde uitiosum in re seuera cõuiuio dignum, aut delicatũ aliquem inferre sermonẽ. Interdum pro concludo. Sene. Cum his argumentis quod proposuerat, intulisset. Interdum pro cõtra fero. Cæsar libro i. Romani conuersa signa bipertito intule

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

runt, Inferre arma, est bellū gerere. Cice. Octaui. Quibus cogitas arma inferre? Inferre crimē est imputare, seu obiicere. Idē in Lel. Addendū eodē est, ut ne in criminibus, aut inferendis delectet amicus, aut credat oblatis. Stuprum inferre est īmittere, seu infigere.

Inferiæ sacrificia, quæ inferis soluuntur. Virg. Viuentes rapit inferias quos immolet umbris.

Infernus, pro inferorū loco, in singula gene. masc. in plurali neu. Hie. in Para. Deglutiamus eum sicut infernus uiuentē. Et in Iob. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Infernus, a. um. quod est infra, sicut supernꝰ, a. um. quod est supra. A quo inferne aduerbium.

Infernas, atis. sicut supernas, atis. Pli. Et ideo Romæ infernas abies supernati præfertur.

Infernalis, & hoc infernale, ab infernus fit, cū est substantiuum. Vnde infernales furiæ

Inferus, a. um. pe. cor. ab infra dictum est. Vnde inferi quibus inferius nihil est.

Inferum mare Tyrrhenum, sicut superum Adriaticum, q̄ ex urbe Roma uersus Adriaticum euntes, fere semper ascendunt. Contra ad urbem, & mare Thuscum uenientes descendunt.

Infestus, qui alicui malū infert, & est plusq̄ inimicꝰ. Iāq; aduersus eum ferē. Et infestus dicit, cui aliūde malum impendet, & cui alter infestus est & inimicus. Cice. Dolebam iudices, & acerbe ferebam, si huiꝰ salus, ob eam ipsam causam esset īfestior, q̄ is meā salutē, atq; uitam sua beniuolentia, p̄sidio, custodiaq; texisset. Nigidius Infestum, a festinando dici putat. Qui em̄ instat alicui eumq; properās urget, & opprimere eū studet atq; festinat, uel cōtra de alicuius piculo, & exitio festinatur, is uterq; infestus dicit ab instantia fraudis, quam uel facturus alicui, uel passurus est.

Infesta signa dicuntur, quæ aduersum tendunt, hoc est in hostem euntia, ut molestiam inferant.

Infestum mare habere, significat latrocinando mare infestare. Cic. lib. iii. de rep. Nam cum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet īfestum uno myoparone, eodem inquit, quo tu orbem terræ.

Infesto, as. crebris cursibus molestiam infero. Vnde infestatio molestatio.

Infestiuus, qui nescit, uel non est idoneus, ad dicendas urbanitates. Gel. Homo subagresti ingenio, & infestiuo.

Infibulo, as. pe. cor. Vide in dictione fibula.

Inficio, is. pe. cor. ex in. & facio, significat intingo. Hiero. Quasi ipsa ea deniq; lana, cum inficit sanguine cōchylii, uel muricis uertit in purpurā. Per trāslationē sumit pro uitio seu maculo. Liui. Hoc luxu, & pegrinis infecti moribus. Et inficere uenenare. Vir. li. ii. Ge. Quo nō prę sentius ullum pocula si quādo sæuę infecere nouercæ. Pli. li. xi. Nimio fumo inficiunt apes. Hoc uerbū Diome. a fuco cōponi existimat. Dicit em̄ Facio, Cōficio. Fuco, Inficio. Sed aspera nimis uidet cōpositio, licet a significatiōe nō abhorreat. Sed cur non a Facio quandoquidē Inficio, quasi intus facio significare potest?

Infectus, a. um. ab inficio, idem est quod intinctus maculatus, uenenatus. Sue. de Cali. Inuēta & arca ingens uariorū uenenorū plena, quibus mox a Claudio demersis infecta maria traduntur, non sine piscium exitio. Sene. Diu in istis uitiis iacuimus, eluī difficile est. Nō em̄ inquinati sumꝰ, sed infecti. Ci. li. i. Tus. Sed nos umbris, delitiis, ocio, lāguore, desidia, animū infecimus. i. pollumus, corrupimꝰ. Cū aūt sumit p̄ nō factus, cōponit ex in & factus, ut infecta pace, īfecto negocio. Plau. i Cap. Quod male feci crucior modo, si infectū fieri posset.

Infectus. us. accipitur pro tinctura. Pli. li. viii. De lanarū infectu suo loco dicemus.

Infectores, qui alienū colorē in lanam coniiciunt. Plau. Incedunt infectores, crocotarii, offectores. Offectores sunt, qui proprio colori nouum inficiunt.

Inficior, aris. deponēs fcat nego. Vñ inficiationes, q̄ sunt debitæ rei negationes, cū p̄ creditorē, a debitore deposcit. Oui. li. xi. meta. Stabat opus, p̄ciū rex inficiat. Et p̄prie inficiari est uerbo qcq̄ negare factū, q̄si infectū, & cōtra id qd̄ factū est ire. Vñ ad facta, nō ad dicta p̄tinet. Nā si qs aliqd se dixisse fateat, nō sic cōuenire uidet, ut id aduersario ificior, uel ificias eo, ita ut inqs eē, sed ne-

Inficias tm̄ actī casus, & pluralis numeri, & solū cū (go, eo, is. iungit, & sine p̄positione, ut Hic inficias iturus est seu ibit. Componit enim ex in. i. non, & facio.

Inficiator, qui negat se, uel debere, quod actor petit, uel cōmisisse, quod accusator obiicit. Cic. li. i. de ora. Nōne intelligebat, ut si inficiator probasset iudici ante petitam esse pecuniā, q̄ esset deberi cœpta.

Inficialis status dī cōiecturalis in quo semp reus inficiat.

Infidus, a. um. pe. pro. Vide supra in dictione Fidelis.

Infimus, a. um. ab infra, seu ab inferus superlatiuū est.

Infimates, pe. pro. dicti sunt, sicut summates, quæ sūt opposita. Plau. in Sti. Summates uiri, atq; infimates. Nā summates dicuntur, qui in summo sunt. Infimates, qui in infimo. Plau. Infimatis infimus.

Infimo, as. pe. cor. Infimū facio. Est n. cōtrariū Sublimo. Apul. li. de dæmonio Socratis. Ingenia illa ad beatitudinē sublimata sint. Hæc ad miserias infimata.

Infinitiuus modus, sine alterius uerbi adminiculo poni solet, ubi subintelligit. Vere ne ita est? ut me ne incepto desistere uictam? Plus em̄ pōt infinitū tps ad significandū, q̄ finitū. Terē. in Eunu. Inuidere oēs mihi, p̄ uidebāt. Ideo aūt dī infinitus, quia alii modi definiunt psonas, ptimā, secundā, & tertiā. Hic aūt sine psonis est, & hēt p̄finitū tps pns, ptm̄, & futuꝝ, ut amare pns, amasse ptm̄, amatū ire futurū. Ecce uides designare tm̄ tpa, nō psonas. Amare em̄ nescit psona, nisi uelis iungere. Te amare debet ille. Tūc quasi fit finitū. Si aūt nō subiūgas ille, uel iste, uel ipse fit infinitus modus. Nā & nūero singulari, uel plurali infinitus est. Cū em̄ dico amare, nec finitū est utrū de me uno, an de pluribus dicā.

Infinitas. atis. Cice. lib. i. offi. Vt enim ab illa discedatur infinitate propior est eiusdem gentis, nationis, līguæ, qua maxime homines coniunguntur.

Infirmus, nō firmus. Vñ infirmitas, inualiditas, nō ægrotatio, cū qs nōdū firmus, uel ætate uel ægrotatione est. Cice. Vt. n. infirmitas puerorꝝ, & ferocitas iuuenū. Aliq̄ tm̄ infirmus p̄ ægrotante, & infirmitas p̄ ægrotatione. Vñ Aug. Infirmi aliq̄ dicunt ægrotātes. Et in euāgelio, Infirmitas hæc nō est ad mortē.

Infirmo, as. nō firmū facio, hoc est īualidū, ut apd Esaiā, Dñs exerci. decreuit, & qs poterit. Aliq̄ infirmare, est ægrotū esse. Et i euāg. cuiꝰ frater Lazarus infirmabat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Infligo.is.pe.pro. infero,incutio. Aug.li.ii.de ciu.dei. Ita ne tandē Scipio laudas hāc poetis romanis negatam ēsse licentiam, ut cuiq; opprobriū infligerēt romanoꝝ cum uideas eos nulli deoꝝ pepercisse nostroꝝ.

Inforo.as.pe.cor.a foꝝ cōpositum,ſcat dico, ſeu in forū diuulgo,ſeu in foꝝ uoco. Plau.i Cur. Licet ne inforare, ſi incomitiare nō licet? Nō iforabis me q̄dem, nō mihi placēs tuū profecto,nec foꝝ,nec comitiū. Aliqñ cōponit ex in,& foro.as. q̄d est intus foro. Pli.li.xii. Timebant priſci truncū findere, mox inforare auſi medio, ipſiq; medullæ calamū imprimebāt,unū inſerētes.

Infra,ab in naſci uidet, cuius ſignificatio nota est. Et ſine casualibus q̄dem aduerbiū est, adiuncta uero ꝓpositio ut ego te ēsse infra oēs infimos puto. Facitq; ex se inferus.a.ū. inferior,infimus, infernus. Nā aduerbia hmōi localia ꝓpositionū loco ponunt,& ediuerso,ut intra uiſcera ꝓ in uiſcera. Abſq; leſiōe,ꝓ extra leſionē,& i adulterū dixit,ꝓ cōtra adulterē. Docet Lau. Val. Infra ad dignitatē,& locū referri,ut Infra dignitatē meā est,& infra tectū. Intra ad numerꝝ & ſpatiū,ut intra uigīti dies, & intra muros,nō aūt infra. Sed hāc differentiā minus ſeruatā uideo,q; infra etiā ad numerꝝ ptineat. Pli.li.xi. Oua icubari ifra decē dies ædita utiliſſimū,uetera aut recentiora infœcunda. Aug. de Petri Cathedra. Tñ cū infra q̄drageſimæ dies hæc ſolēnitas uenerit, facere eā nobis debet ſanctoꝝ dieꝝ reuerētia gratiorē. Hēt autē infra relatiuū ſupra, ſicut intra, extra, ſuper, ſubter.

Infringo.is.ualde frango. Vnde infractus. Interdum infringere est illidere,& infligere. Ter. in Adel. Plus quingentos colaphos infregit mihi.

Infractus ualde fractus. Vir. Turnus ut infractos aduerſo marte latinos. Aliqñ dī non fractus, ut uir infracti animi i. qui nullis rebus aduerſis frangitur.

Infractio,non mō pro nō fractione, ſed etiā pro torpore ponitur. Cice. In quem cadit ægritudo,cadere in eū timorem,infractionemq; animi.

Infrendere ꝓprie ſcat dentes iraſcēdo quatere.

Infrendes dūr pueri ſine dentibus,q frendere nō pñt.

Informare,est in formā cōponere. Virg. li. viii. His informatū manibus. Per trāſlationē dixit Amb. Quos bonꝰ paſtor informat. Et li. offi. ſicut Tullius ad erudiendū filium,ita ego quoq; ad uos informandos filios meos.

Infrio.as. Vide in dictione Frio.

Infumo.as.pe.pro.ad fumum ſicco, ſicut inſolo, ad ſolē ſicco. Plau. Atq; hilas infumatas,& ſumen.

Infumibulum,ſpiraculum,per quod fumus exit.

Infulæ pe.cor. faſciæ ſunt in modū diadematū, ut inqt Ser. ſup li. x. Ænei. A quibus dependent uittæ, ab utraq; parte. Feſt. Infulas ſacerdotū filamentū uocabāt. Alii ſcribūt infulas filamēta alba eſſe, qbus tēpla ornabant & moris fuiſſe,ut nubentes prius,q̄ mariti domū ingrederent,infulis poſtes ornarent. Iuxta primum ſenſum Ambro. lib. offi. ſumpſiſſe uidetur, cum inquit. Ego raptus de tribunalibus, atq; adminiſtrationis infulis ſacerdotum docere uox cœpi, quod ipſe nō didici. Hinc infulatus.a.um. quod est infula ornatum.

Infundo.is. Vide in dictione Fundo.

Infundibulum,inſtrumentum, quo in uaſa liquores infundimus. Cato. In cella olearia hæc opus ſunt: Dolia olearia,& opercula. Seſtariū oleariū unū, labellū unū, infundibula duo. Ruſtici noſtrates luram uocitāt. Antiquiores os utris luram dicebant, unde lurcones capacis gulæ homines,ut Lemargi nomen acceperūt.

Infurnibulum pala,qua panes in furno diſponunt.

Iguinium,urbs in Liguria opibus ac uetuſtate nobilis nūc Albinga Proculo imperatore Roma. alumno & ciue ornata. De quo Eutropius ſic ſcribit. Proculus patria albingatum in alpibus maritimis. Idem fuit nobilis,ſed maioribus patrocinnatibus.

Ingeniū a gignēdo, ꝓpria natura dī cuiq; ingenita. Sal. li. iii. Hiſt. Caſtriſq; collatis pugna tū ingenio loci prohibebat. Terē. Nā q cū īgeniis conflictat eiuſmodi. i. cū hoibus eiꝰ naturæ. Est etiā ingeniū uis q̄dam naturalis nobis inſita ſuis uiribus ꝑualēs ad inueniendū, qd rōne iudicari poſſit. Cic. li. v. de fini. Vna ingenii appellatur docilitas,& memoria, easq; uirtutes qui habent, ingenioſi uocantur. Vnde præclara & obtuſa ingenia dicimus. i. acuta,& rudia. Hinc ingenioſus, qui naturalem uim ad aliquid agendum accommodatam habet.

Ingeniculari,ſignificat genu flectere.

Ingeniculus ſignū in cælo, qd græco uocabulo engonaſin noīant. Firmicꝰ li. vi. Ingeniculus qui engonaſis in extremis partibus piſcium oritur. hoc ſydere nati erūt mēdaces,fugaces,callidi,Hic est Hercules, ut Hyginus docet,qui dextro genu nixus ſiniſtro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur.

Ingenioſus. Vide in dictione Ingenium.

Ingenuus,q in libertate natus est,& ab ingenuoꝝ antiq; tate,ut Boeti. in topi. inqt, gentilitas ducit. Siue ex duobus ingenuis editus,ſiue ex duobus libertinis,ſiue ex altero libertino,& altero ingenuo. Et est reltū libertini. Est eū libertinꝰ,q iuſta ſeruitute manu miſſus est. Vñ interrogare hoc mō ſolemus, Ingenuus ne,an libertinꝰ es? ideſt liber natus an ſeruitute liberatus, ſiue ex libertoꝝ gñe ortus. Hinc īgenuitas q̄ opponit libertinitati. Hinc de diua Agatha ſcribitur. Summa īgenuitas iſta est,in qua ſeruitus Chriſti comprobatur. Rurſus ingenuum dicitur naturale. Iuue. Ingenuum uiolarēt marmora tophum. Lucre. Vnde mare ingenui fontes.

Ingenuē aduerbiū libere & ſimplr. Sic ingenue loq dicimus eū q ita loq̄t,ut libeꝝ hoiem decet, nihil timidū, nihil hñs ſeruile. Qñ liberi hoīes naturaliꝫ fraudē oderūt, qd ſeruile nō est, ſed ad hoiem ingenuū ptinet.

Ingenuatus,ingenue procreatus, ingenue uitam ducēs. Plau. in Mili. Ingenuatus eſſet.

Ingemo.is.pe.cor. ualde gemo. Virgi. Daphni tuum pœnos etiam ingemuiſſe leones Interitum.

Ingero.is.pe.cor. īmiſceo. īmitto. intro gero. Leo Papa. Nouit cui adhibeat æſtus cupiditatis, cui illecebras gulæ īgerat, cui apponat incitamēta luxuriæ. Aug. Quid facio ego mō cū loq̄r, ſtrepitū uerboꝝ īgero aurib⁹ uē

Inglorius.a.ū. qd est ſine gloria. Cui cōtrariū est (ſtris. inclytū,& glorioſum. Hiero. ad Mar. Sed anima habitante in corpore fiat inclytum, qd ante ingloriū fuit.

Interaneus, a. um. ab intra fit, sicut extraneus, ab extra, & significat intestinũ. Pli. Medelæ sunt innumeræ ad interanea. Colu. li. x. Quidam exemptis interaneis occisas, uel intus includunt, quæ tempore hyberno pluuiis delitescentibus apibus præbent teporem.

Interarescere est penitus arescere, hoc est aridum fieri, & languens, sicut interbibere.

Interrasile, pe. cor. qd̃ ẽ iterpolatũ cælatura, seu sculptura, & plano. Planũ. n. iter cælaturas q̃si rasũ uidet̃. Hie. i Exo. Et ipi labro coronã interrasilẽ altã q̃tuor digitis.

Interãna, urbs umbriæ, q̃ iter amnes sit cõstituta.

Interbibo, is. pe. cor. totũ bibo. Plaut. in Aul. Præterea tibicinam, quæ mihi interbibere sola, si uino scatet Corinthiensem fontem, & Pyrenæum potest.

Intercalo, as. pe. cor. interfero, seu interuoco. Liui. lib. ix. Vt intercalatæ pœnæ usurã habeãt. Vñ itercalaris mẽsis dictus est, quo iferebant̃ dies, q̃ deerãt ad cõplendũ annũ. Diuersis quidẽ rõnibus diuerso tpe. Is aũt mẽsis erat Februari⁹, qm̃ erat ultim⁹ anni. Nõ tñ itercalabãtur in fine mẽsis, sed post uigesimũ & tertiũ diẽ, terminalibus iam pactis, deinde reliquos februarii dies, q̃ erãt q̃nq; post itercalationẽ subiungebãt uetere religionis suæ moræ, ut Februariũ oĩno Marti⁹ sequeret̃. Intercalares kalendæ dr̃ kalendæ mensis intercalaris. i. februarii, Alii intelligunt kalendas Martias, nõ q̃ eo mense

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

intercalarent dies, sed q̃ essent proximæ diebus intercalatis. i. q̃ statim sequerent intercalationẽ quinq̃ tñ diebus interpositis. Intercalares dies græci embolismos, siue hyperbolicos nominant.

Intercalaris uersꝰ, q̃ frequẽter iter aliquos uersꝰ iterpõit, ut ẽ apd Vir. Incipe mænalios mecũ mea tibia uersꝰ.

Intercalaris, & hoc re. seu intercalarius, a. um. quod interserit. Vide in dictiõe Intercalo, de qua modo.

Intercapedo, pe. pro. interstitiũ tpis, mora in medio alicuius rei posita, siue tempus de medio eius captũ, & diuisio. Fest. Intercapedo tempus iterceptũ, cum. s. mora est ad capiendũ. Cic. filius Tiro. Itaq̃ iam me nõ pœnitebit intercapedinem scribendi fecisse.

Intercedo, is. pe. p. ssi. ssum. iteruenio cõciliãdi gratia, ut iterceſſi apd regẽ pro tua salute. A pul. Dũ pro inope, ac calamitoso intercederẽ. Aliq̃n itercedere fcat mediũ esse, siue de loco, siue de tpe dicat. Cæ. li. i. Nõ se hostem uereri, sed angustias itineris, & magnitudinẽ sylua, q̃ iter eos, atq̃ Areouistũ itercederẽt. Ci. li. ii. de ora. Vix annus iterceſſerat. De uerbis quoq̃ dr, quasi in mediũ opponere, ut Tribuni iterceſſerũt, hoc est opposuerũt se, & rem ipediuerũt cõtradicẽtes. Cæs. lib. viii. Qd si ad Aricinos spectat nihil itercedi, quo minus Samniti populo pacis belliq̃ arbitriũ sit. Terẽ. in An. Si nulla ægritudo huic gaudio iterceſſerit. Dicimus etiã, Intercedit mihi tecũ amicitia. Intercedit tibi cũ illo affinitas, hoc est media est, q̃ me tibi, & te illi cõciliat. Gel. p inhibere, ac coercere posuit. Ne sibi inqt, itercedamꝰ, quo minus suapte potestate uti liceat. Similiter Suet. Cæs. Cæterum Cæcilio Metello Trib. ple. turbulẽtissimas leges aduersus collegæ intercessiõẽ ferenti auctorẽ propugnatorẽq̃ se pertinacissime præstitit. Et proprie intercessio tribunoꝝ erat, quibus ius fuit intercedendi, hoc est uetandi prohibendiq̃. Nam ut Gel. docet Trib. plebis antiquitus creati uidentur, nõ iuri dicendo, sed iter cessionibus faciendis, ut iniuria, quæ coram fieret arceretur, & ut uim fieri uetarent.

Intercido, is. pe. pro. intercidi, itercisum, ex iter, & cædo, æ. diph. in i. producta mutato, significat in medio seco. Cæsar lib. ii. Vt si possent castellũ, cui pẽrat Q. Titurius legatus, expugnarẽt, pontẽq̃ itercidẽrẽt. Hinc itercæsa hostia dr, & porrecta. Mac. li. Satur. Intercisoꝝ dieꝝ q̃busdã horis fas est q̃busdã fas nõ est. Intercæsa, & porrecta fari licet. Quibus uerbis significat post imolatã hostiã, & ipsius exta in arã focũq̃ porrecta & data in die itercisо, fas esse ptori ius dicere, & fari uerba illa, do, dico, & addico. Et ita dies itercisi, ex pte festi sũt & ex parte profesti sũt, Cic. ad Atticũ. Nequid, itercæsa, & porrecta (ut aiũt) oneris mihi addat, aut tẽporis. Ex quo datur intelligi, ut tempore finito statim redire possit sine ulla prorogatiõe, sicut intercæsa, & porrecta uictima e uestigio prætor poterat ius dicere, & fari.

Intercisi dies erant deorum, hominumq̃ cõmunes. Hi inter se, non in alia diuidebantur. Illorum eñ dierum quibusdam horis fas erat, quibusdã fas non erat ius dicere. Nam cum hostia cædebatur, fari nefas erat, intercæsa, & porrecta fari licebat.

Intercido, is. pe. cor. a. cado componit, & pteritũ itercidi supinũ itercisum facit, fcatq̃ iter hæc, siue iter illa, aut ista, siue iter ea deficio, ac pereo. Liui. lib. ii. Credo quia nulla gesta res insignẽ fecit cõsulatũ, memoriã itercidisse. Gel. Certe quidẽ maiore nũc copia populi oppsa intercidissem. Pli. li. xxxv. Siue extãt siue itercidere.

Intercæsa hostia. Vide in dictione Intercido.

Intercino, is. pe. cor. in medio cano. Horati. in epistolis p̃ translationem dixit. Ne quid medios intercinat actus. Quod non proposito conducat.

Intercipio, is. pe. corre. de medio uel inter hæc capio, uel aliquẽ inter aliquid agendũ occupo. Plau. in Asi. Tũc protine redimes me, si me hostes iterceperint. i. de medio alioꝝ uel inter ea q̃ gerebanr, uel interim in medio, siue dum irem, & ſilia. Qñq̃ tñ significare põt totũ capio, sicut exponit Dona. illud Teren. in Eu. Quod nos capere oportet, hoc intercipit.

Intercludo, is. pe. pro. iter claudo, i quo n euphoniæ causa interiectũ est, cũ sit idẽ quod intersepio. Var. Sub terra que habẽt frumentũ in his, quos uocant syros, p̃ cũpiculo introit recẽti apertiõe, ita ut in quibusdã sit intercluſa ania. Pro impedio tñ sumit. Virgi. Sæpe illos aspera põti Intercluſit hyems, & terruit auster euntes. Cic. ad Herẽ. Vt ille qui ad diẽ cõmeatus non uenit, p̃ eũ aquæ itercluſissent. Introcludo uero est i iteriorib⁹ claudo. Sene. Qui domi introcluſus ociabat.

Introcludo. Vide in dictione Intercludo.

Intercolũniũ. Vide in dictione Columna.

Intercus, cutis, pe. pro. morbus intra cutẽ existẽs. Qñ adiectiuũ est, ponit p̃ itestinis. Cato. Intercutibus stupris obstinatis. Gel. Intercutibus uitiis medẽtes.

Intercutaneus, a. um. quod intra cutem est.

Interdico, pe. pro. maxime, phibeo. Interdicit autẽ locus, homo, res. Et cõstruit cũ ablto. Cic. in Cato. Male rem gerẽtibus patriis bonis iterdici ſolet. Aliq̃n tñ res, quæ prohibet, & is cui fit, phibitio in ntõ passiue poni solet. Liui. li. viii. Interdictũq̃ mare antiati populo est. Metellus. Illi uero omñi iure, atq̃ honestate interdicti sunt, ego neq̃ a qua, neq̃ igni careo. Cice. pro do. sua. Vt M. T. aqua & ignis interdicat. Lact. uero li. vi. cũ ablto dixit. Nec tñ quiſq̃ interdictũ sibi putet, aut cõmunione cũ amicis, aut charitate cũ proximis. Sunt etiã qui per actũ proferant. Sue. de Nero. Et cũ interdixisset usum amethystini, ac Tyrii coloris põclusit cunctos negociatores. Sene. li. iii. de ira. Si iubes Cæsar, statim illi domũ meã iterdicã. Quod ẽ cõtra Sipontinũ, qui negat posse cõstrui cũ actõ. Sed frequẽtior usus est ut post datiuũ iungat ablatiuus. Significat tamẽ qñq̃ obstare, & tunc dũtaxat cum datiuo construit. Cic. in Ver. acti. iiii. Nemo nostrum posset ædes suas, nemo fundũ, nemo bona patria obtinere, si cum hæc a quopiam uestrũ peti ta sunt pater improbus, cui nemo iterdicere possit, det quem uelit iudicem.

Interdictum, participium & nomen esse potest. Nam interdicta, ut est nomen, sunt formæ & conceptiões uerborum, quibus prætor, aut iubebat aliquid fieri, aut p̃hibebat, quod tunc maxime faciebat, cum de possessione inter aliquos contendebatur.

Interdum ex iter, & dum, quod antiqui interduatim dicebant. Virgi. lib. ii. Geor. Interdum aut hederæ pandunt uestigia nigræ.

Interdiu aduerbium tẽporis, significat per diem, cui cõtrarium est noctu. Cato de re ruſt. Canes iterdiu clau-

sos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sos esse oportet, ut noctu acriores, & uigilantiores sint. Pli. li. xviii. Malũ patrẽfamilias, quisqs iterdiu faceret, qđ noctu posset, nisi in tẽpestate cæli. Dĩ & interdius. Plau. in Muſ. Sed quid hoc? occlusa ianua est interdiũ. Et in Aul. Nescio pol q̃ nunc hoiem intemperiæ tenẽt peruigilat noctes totas, tum aũt interdius quasi claudus sutor domi sedet totos dies.

Interea põt esse aduerbiũ tpis, & loci cõpositũ ex integris duobus, inter & ea. Qđ cũ sit neutrũ plurale debuit corripi. Sed qa factũ est aduerbiũ, ꝓducit a, sicut põterea, ãntea, postea. Põt tñ & abltũs singularis intelligi, q in cõpositione solet hmõi iueniri, ut quapropter, quo circa. Significat aũt inter. Terẽ. in Hecy. Quid interea. Do. exultantis, & gestientis audire. Interdum significat tũ. Vir. Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.

Interea loci duæ partes sunt, quæ cum cõiunctæ unam fecerunt mutant accentum. Teren. in Eu. Interea loci inquit ad macellum ubi aduentamus.

Intereo. is. interii, in totũ morior, destruor. i. aĩa, & corpe. Lact. li. vii. Sed & genus oẽ impioꝝ radicitus interibit. Terẽ. Perii, interii. Hinc interitus, ꝑ morte, cũ sit separatio q̃dam. Ex eo dictus, q eat medius inter aniam & corpus. Cic. li. i. Tuſ. Est em̃ iteritus quasi discessus, & secretio, ac direptio eaꝝ partiũ q̃ ante interitũ iunctiõe aliqua tenebant. Interitus uero participium reperit in passiua significatione, ut exemplũ Claudii demõstrat Pugna acriter cõmissa, & multis utrinq; interitis.

Interitus, pe. cor. & nomen, & participium esse potest. Vide in dictione Intereo.

Interest componit ex in & re & est, ut sit q̃si in re est: Vñ mea iterest, in re mea est, hoc est in mea utilitate. Iõq; construit cũ his ablatiuis, mea, tua, sua, nostra, uestra, & cuia, siue sit ꝑsonale, siue impsonale, cum in aliis nominibus gtõ iungat, ut Socratis interest. i. in re Socratis est. Interdũ seꝑatim iungunt. Liui. Quid em̃ in re est aliud, si plebeiã Patricius duxerit? qđ iuris tandem mutat? Plau. Si tua est quippiã in rem. i. si tua interest. Idẽ. Vtrũ ueniat nec ne, nihil in re est mea. Ponit q̃q; sine aliquo casu. Pli. li. ix. Seri etiã radices illitas fimo interest. Sic dicimus, Interest vñ qs gaudeat. i. multum facit, uel differẽtia est. Val. Max. Nihil iterest an humi an sublime putrescã. Cic. gtñ iunxit, cũ ait. Per magni interest, quo tpe hæc epla tibi reddita sit. Simil. Liui. Si nihil interest regis, peto ut dum dico uinculis liberer. Nã hæc oĩa magni, parui, tanti, quanti, & aduerbia facile, multũ, plus, plurimũ, paꝝ, paulum, paululũ, pauxillulum, nihil, nunqd, aliqd, magis, minus, maxime, minime iunguntur cum his uerbis interest, & refert, ut minime interest, minime refert. Componit etiã ex inter, & est. Significatq; interdum ꝑsentem esse, & sic cõstruit cum dtõ. Vale. Maxi. Quo facilius laboribus, & periculis interesset. Interdum in medio esse. Liui. de secũ. bel. puni. Id morari uictoriam rati, q interesset amnis. Colu. Arbores, quæ intererunt, ablaque abũtur. Interdum differentiam importat, & construitur cum duobus accusatiuis mediante inter. Cice. Inter hominem & beluam hoc maxime interest. Dicimus quoq; sapiens interest a stulto, & stulto Terẽ. Homini homo quid præstat? Stulto intelligens quid interest? Idem alio modo protulit in Adelph. Hoc pater, hoc dominus interest. Interdũ importat distantiã & construit cum ablto loci, ubi incipit distantia, uel aduerbia localia, ut Ex foro ad ꝓtorium iterſunt uiginti passus, & decem millia interſunt hinc illuc. Fit tñ melius ꝑ Disto.

Interequito, as. in medio equito. Cæsar li. vi. Com. Ordines interequitans.

Interfœmineũ, genitalia mulierbria appellant ab Apul. quæ inter fœmia sũt collocata, quod & Fœminal mũditer nuncupatur.

Interficio, is. pe. cor. significat facti priuationẽ. Ci. Dolobellæ abltõ iunxit. Eadem mulier uirum, & filiũ eodẽ tempore uenenis clam datis uita iterfecerat. Quod etiam de inanimatis dicit, Vir. Fer stabulis inimicũ ignẽ, atq; interfice messes, id est perde, & crema.

Interfluo per medium fluo. Pli. Flumine medium oppidum interfluente.

Interfundo, ꝑ mediũ fundo. Pli. li. i. Idẽ oceanus interfusus intrat per tot maria, quibus Aphricam, Europam, Asiam dispertit.

Intergerini parietes appellant, qui intergerunt, hoc est ferũt & sustinẽt onera, quos e creta iubet Vitr. cõstituere, Dicti intergerini q; iter nouos parietes, aut fũdamẽta q; fultura intergerunt Vitr. Et catenis colligatæ in eo loco qui finitus erit cõstituant, & intergerinis e creta beronibusq; ex ulua factis calcẽt.

Interiaceo, es. pe. cor. vide in dictione Iaceo.

Interiacio, cis. pe. cor. iter aliqd iacio, iterpono, intermitto, itermiſceo. Aug. li. viii. cõfeſ. Tũc iteriecto, aut digito, aut nescio quo alio signo codicẽ clausi. Col. lib. i. Vt si q̃ interiecta sint stramẽtis, aut paleis spinaꝝ, uel germinũ semia itereãt. Liui. li. i. Aliasq; iteriectas collib⁹ ualles. Idẽ ibi. Paucis iteriectis diebus. Cæsar. li. vii. Galli iter equites raros sagittarios, expeditosq; leuis armaturæ iteriecerãt, qui suis cedẽtibus auxilio succurrerẽt.

Interiectio ps orõnis, q̃ i orõne iterponit. De qua Aug. sic loquit. Interiectio nõ pars orõnis est, sed signũ affectionis erũpentis animi uocẽ. Et fcat aut læticiam, ut euax, aut amaritudinẽ, ut heu. Ergo quot sũt pturbati animi motus, tot uoces reddũt & uocant iteriectiões, q; interrũpant orationẽ, ut illud. Hic iter densas corylos, ubi in mediũ orationis interiecta est a litera.

Interiicio, is. pe. cor. idẽ qđ iteriacio. Var. Et iter singlas a ꝑsepibus interiicere longurios, qui eas discernãt.

Interibi, pe. cor. in medio ei⁹ loci. Gel. li. ii. Cõsul interibi dum ea pugna se in locos tutos subducit.

Interim, pe. cor. aduerbiũ tpis, fcat intra hoc tps. Põit & pro aliqñ. Quin. Prima barbarismi, ac solœcismi absit fœditas. Sed quia interim excusant hæc uitia, aut consuetudine, aut auctoritate, aut uetustate, aut denique uicinitate uirtutũ, acriter se i illd tenue discrimẽ grãmaticus intẽdat. Aliqñ pro repẽte. Terẽ. in Hecy. Primũ dies cõpluſculos bene cõueniebat sane iter eas, interim miris modis odisse cœpit Soſtratã. Dona. iterim discretio est rei, quæ ad narrationẽ ptinet, ut apud Terẽ. in An. Interim nõnunq; colla chrymabat.

Interimo, pe, cor. interficio. Plaut in Cis. Accurrite, ne se iterimat. Interdũ ponit ꝑ priuo. Idẽ ibi. Nã dudũ ut cõ currimus Alcheſimarchus ne se uita iterimeret.

Interimentũ, vide in dictione Detrimentũ.

Interiungo, ſubſiſto. Tractum a curru, cuius rota interie

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cto ſude iungunt,ut quieſcat.Marti.Et cum currere debeas bouillas interiungere quæris ad camœnas.

Interlino,is.pe.cor.in medio,ſiue p mediũ maculo.Hie. Quibus lamẽtis,quo dolore, quo gemitu te abeunte p ſecutus ſim,iſtæ quoq; teſtes ſunt,quas cernis iterlitas. Cice. p Cluentio. Qui tabulas publicas municipiis ui corripuiſſe iudicatus ſit,qui teſtũ interleuerit.

Interloquor,pe.cor.in medio loquor, ſiue loquendo impedio.Terẽ.in Heau.Siccine me interloquere? Qũq; ſignificat inter aliqd agendũ definio. Vnde interlocutoria ſententia uocat,quæ non definit cõtrouerſiam,ſed aliquid obiter ad cauſam ptinens decernit.

Interlocutoria ſentẽtia.Vide in dictione Interloquor.

Interluceo,es.pe.pro.in medio luceo.

Interluco,cas.pe.pro.a lucus fit,ubi cũ cædit,lux ĩgredit. Pli.li.xvii.Interlucatio arborib⁹ ,pdeſt,ſed oĩm anno q; trucidatio inutiliſſima.Eadẽ dĩ collucatio apud Cato.

Interluo,is.interfluo. Clau.li.i.Trinacria quondã Italiæ pars una fuit,ſed pontus,& æſtus Mutauere ſitũ,rapuit cõfinia Nereus Victor, & abſciſſos interluit æquore montes. Aliqñ interluere lauare eſt.Cato de re ru.Manus interluito,poſtea uinum ſumito.

Interlunium dicit id ſpatiũ tpis, in quo nec amplius luna uetus apparet,nec adhuc noua uidet,qa radiis ſolaribus operta ſit ſupra,nõ aũt e regione.

Intermeſtris luna dĩ,interluniũ,& coit⁹ lunæ.Pli.li. xvi. Idemq; mox intermeſtri luna,atq; dimidiata.

Intermeſtriũ,idẽ quod intermeſtris luna. Var.i.li. de re ruſt. Qd a noua luna creſcit ad plenam,& inde rurſus ad nouã lunã decreſcit,quoad ueniat ad intermeſtriũ, quo die dicit luna eſſe extrema,& prima.

Interminus,a.um.quod nõ habet terminũ. Sidonius ad Fontelium. Dominis Simplicio & Apollinari ĩtermina interceſſione vos comperi.

Intero,is.pe.cor.intus tero.Teren.in Phor.Tute tibi hoc intriſti,tibi oĩe eſt exedendũ. Hoc autẽ inter ruſticos de alliato mortario dici ſolet. Proprie eũ hmõi cibus intritũ dĩ,q̃uis etiã de aliis rebus dicat, q̃ teruncẽ. Pli. li. xxxvi.Ruinarũ urbis ea maxime cauſa, q̃ furto calcis ſine ferrumĩe ſuo cemẽta cõponunt.Intrita quoq; q̃ue tuſtior eo melior.Intrita ergo uidet calx,ſed illa maxime,quæ nõ e gleba ſtatim ad opus cõferẽ,ſed tpe macerat,atq; fermentẽſcit.Vtunt hoc uocabulo Var.Col. Vict.ut intrita proprie tectoriis nobilibus,calx e gleba uulgarib⁹,& uilibus albariis fere dicata ſit.Legit & intritũ apud Pli.li.xxxv.pro terra ipſa, unde lateres formant,Intritũ inquit, iĩm eo q; priuſq̃ fingant macerari oportet.Intritũ etiã pro emplaſtro apud Catonẽ ad inſitiones. Hinc Pli .de Catonis emplaſtratiõe loquẽs ait.Iuſſit ita cognominari & illa ſua intrita oblini.

Intermico,as.pe.cor.in medio ſplendeo.Clau.li.i. Rutilum ſquãmis intermicat aurum. Poteſt etiam intelligi in ſquammis ualde micat.

Intermitto,is.ad tempus omitto,ceſſo.Ci. Et ſi ego id tẽpus intermiſeram potius,quam omiſeram.Liui.Cum aer non intermitteret.

Interminor,pe.cor.maxime minor, & minaci uoce inclamo.Plau.in Aſi.Mihi tibiq; interminatus eſt,nos futuros ulmeos,ni hodie argyrippo eſſent uiginti minæ. Terẽ.in And.Interminatus ſum ne faceres.

Intermorior,penit⁹ morior,ſeu ĩtra hæc morior.Bithynicus.Peto a te,ut abſentẽ me q̃buſcũq; in reb⁹ op⁹ fuerit tuearis,ſi nullũ officiũ tuũ apud me intermorituq;

Intermortuũ uero latini dicũt eũ,qui iter (exiſtimas. mortẽ,uitãq; ex dolore pcũbit ſiſis expirãti.Pli.li.xxxii Vituli marini adeps inſtillat naribus ĩtermortuarum uuluæ uitio.Sue.de Nero.Poſtq̃ deide Galbã,& Hiſpanias deſciuiſſe cognouit collapſus,anioq; male fracto diu & ſine uoce,& prope intermortuus iacuit.

Internaſcor,in medio naſcor.

Interneco pe.cor.ſimul interficio,& multitudinẽ totam ſimul cõplectit.Plau.in Am. Legiones reueniũt domũ duello extincto maximo,atq; internectis hoſtibus.

Internectio extictio,uitæ priuatio.Liui. lib.ix.Lucerini ac Samnites ad internectionem cæſi.

Internectiuus.a.um,qd ad ĩternectionẽ ptinet.Vũ ĩternectiuũ teſtũ dĩ,,ppter qd dũs eius necat⁹ eſt.Internectiuũ bellũ exitiale,peſtifeq;, qd ad deſtructionem ſit. Liui.li.ix.Nullus modus fuit cædibus,deletaq; Auſonũ gens uix certo defectionis crimine,pinde ac ſi internectiuo bello certaſſet.Pli.Habet deinde internectiuum bellum cum ichneumone.ſ.aſpis.

Internodium,ſpatium inter nodum,& nodum. Colu.li. iii.Virgam malleare nõ ampli⁹ q̃ ſex gemmas eſſe conuenit,ita tamen ſi breuia internodia habet.

Internoſco,inter alios,ſiue inter alia noſco.

Internuncius,qui ĩter aliquos medius eſt ad aliquid tractandũ,& mõ huic mõ illi p uices nũciat.Plau,in Am. Seu p ſcriptas lĩas,ſiue qui ipe ambiſſet ſibĩ,ſeu p ĩternuncium.Huius fœmininum eſt internuncia.

Inter opus pe.cor.ſignificat dum operatur. Tibul.Cura ſonant ferro,ſed canit inter opus.

Interordo,ſpatiũ,qd eſt inter ordines.Colu.lib. vi.Vtiacens nõ excedat interordinis ſpatiũ.Idem. Macro ſolo quinis pedibus interordines omiſſis,mediocri ſenis.

Interordinium idẽ,quod interordo.Colu.lib.vi.minimũ eſt quinq; pedũ interordinium,ſeptem maximũ.

Interordinarius ,a. um. quod ptinet ad interordinium. Colu.Conſitis pluribus interordinaria ſemina malleolis,quos poſteaq̃ cõualuerint crudo ſolo, quod emiſſum eſt,tranſuerſis ſcrobibus propagent.

Interpellare,eſt loquentẽ uel aliqd agentẽ interrũpere. Cic.li.i.Tuſ.Sed nihil te ĩterpellabo,cõtinẽtẽ orõnẽ audire malo.Pli.in epi.Interdũ laſſo mihi opportuna interpellatiõe ſubueniũt.Hinc ĩterpellatores dicti. Cice. In lĩis ſine ĩterpellatore uerſor.Hircius inſecũdo.Cũ ĩ Aſiã ueniſſet replebat Titũ Apiũ conatũ eẽ tollere pecunias ex phano Dianæ,ſed ĩterpellatũ aduẽru Cæſaris,pfugiſſe.Aliqñ ĩterpellare eſt dicere,Lucil.lib. xxx. Verũ tu qd agis? ĩterpella me,ut ſciã.Aliqñ rogare.Vale.Maxi.li.iii.Cato rogat⁹ ut ſocios apud auunculũ adiuuaret,cõſtanti uultu nõ facturũ ſe rũdit.Ite q; deinde ac ſæpius ĩterpellatus in ppoſito pſtitit. Sciendum tñ, Aug. teſte,q aliud eſt ĩterpellare,aliud poſtulare. Nõ eñ ſolem⁹ dicere poſtulãt ĩterpellaturi, ſed ĩterpellãt poſtulaturi.Ex uicinitate tñ uſurpat ĩterpellare, p poſtulare,ut eſt ipe ĩterpellat p nobis.Nunqd nõ interpellat,& nõ etiã poſtulat? Immo uero, quia poſtulat p eo poſitũ eſt ĩterpellat.Interpellare de negocio aliquẽ eſt illi pponere,an uelit negociũ agere. Sene.li.decl. viii.

Dies

Diues pauperem de nuptiis filiæ interpellauit.
Interpensiua apud Victru. perticæ tigilloꝝ affixæue gerunt, q̃ ab angulis parietũ ad angulos tignoꝝ, ad imbres in colliquias deriuandos, uel alium quemuis usum interlocant, quasi ea quæ a pendendo græci appellant κρεμαστήρια. Interpensiui uero parietes sunt q̃ supra contignationem struunt, nec in solo fundamentum habent, sed ꝛ pendenti surgunt.
Interpollare, immittere, interponere. Am. Illi naturalia captãt secreta, & ultra orbis terræ terminos mare nouarũt, qd̃ nullæ interpollãt ĩsulæ, nec terra aliqua interiecta. Aliq̃ ſcat nouare, mangonizare, & q̃ſi nouam formã a ueteri fingere, quasi ĩterpolire, tractũ ab arte fullonia, q̃ poliẽdo uetera quæq; ĩ nouã ſpeciẽ mutãt. Vñ uestes interpollatæ, & mancipia interpollata in iure ciuili, q̃ cũ sint ueterana, lenocinio, & arte faciẽ mutãt, p̃ recẽtibusq; ac nouitiis licent. Pli. At hercle Alexãdriæ ubi thura ĩterpollant. i. rudia cũ ſũt poliũt. Cõuehebat eñ illuc thus rude aſpectu ſimile cortici. Plau. in Am. Illic me homo ĩterpollabit, meũq; os finget denuo.
Interpolla, noua inuenta, & renouationes artiũ, & aliaꝝ rerũ. Pli. Mutat ars quotidie, quotiẽs interpollis, & ingenioꝝ græciæ flatu impellimur. (interpollis.
Interpollis, & hoc interpolle. Pli. li. xix. Eſt qdẽ ei⁹ natura
Interpollus. a. um. idem qd̃ interpollis, hoc est renouat⁹ Labeoli, posterioꝝ. Si ueſtimẽta interpolla quis pro nouis emerit Trebatio placere ita emptori præſtandũ quod interest ſi ignorans interpolla emerit.
Interpollatrix, mulier q̃ antiq̃s ueſtes renouat, ut eas facilius uendat. Pomp. Interpollatricẽ accerſire optet, q̃ huic ueſtẽ adducat. Et mulieres uitia deformitatis arte occultantes interpolles dñr, ueluti reformatæ.
Interpres, ex ĩter & pres, quod nõ eſt in uſu, licet pres pro fideiuſſore inueniat. Et eſt, qui in aliqua re agẽda medius eſt, & ueluti conciliator, & auctor. Vir. li. iiii. Ænei. Tuq; hæc interpres curaꝝ & conſcia Iuno. Interpretes ab Aſconio dñr, per quos inducit pactio. Qm̃ uero huiuſmodi hoĩes animos eoꝝ, quibus dati ſunt interpretes ſciſcitant, & inuicẽ illis exponunt, factum eſt, ut interpres, pro eo accipiat, qui obſcura exponit. Virg. Troiugena interpres diuum. Vbi Serui. Interpres uaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat.
Interpretor penul. cor. expono. Hiero. ad Helio. Interpretare uocabulum monachi, hoc eſt nomen tuum, quid facis in turba, qui ſolus?
Interpretamentum, interpretatio. Gel. Ex quibus diuerſa latinæ linguæ interpretamẽta collegimus.
Interpremo pe. cor. intercludo. Plau. in Rud. Ædepol infortunio hominem prædicat donabilem, qui ſacerdotis ſceleſtus fauces interpreſſerit.
Interputo. as. pe. cor. ĩter aliqd, & aliqd decido. Col. li. iii. Roſam fruticibus, ac ſurculis diſponi per ſurculos pedales cõuenit, per idem tempus, quo & uiola, ſed omnibus annis fodi ante Kalendas Martias, & interputari oportet, hoc modo multis annis perennat.
Interrumpo, per medium, ſeu in medio rumpo. Plancus Ciceroni. Pontes, quos feceram interrupi.
Interreges, proprie dicti ſũt cẽtum patres, q̃ mortuo Romulo, donec alius rex crearetur, Rempub. gubernabant. Ex his enim autore Feneſtella decernebat, cuius poteſtas quinq; dierum ſpatio finiretur, & ita per totũ annum omnes finiebant imperium.
Interregnum regni interuallũ, & ſpatiũ tpis quouſq; in loco mortui alius ordinat. Vide in dictione Reges.
Interſcapilium, uallecula quædam a fine colli incipiens, inter ſcapulas iacet. Hygi. in deſcriptiõe urſæ. In humero claram unam, in pede de poſterioribus nouiſſimo duas, in ſummo interſcapilio unam.
Interſcindo, ĩ medio, ſiue p̃ medium ſcindo. Li. Pontẽq; interſcinderent. Lact. de opi. Labra ipſa, q̃ quaſi antea cohærebant, q̃ decenter interſcindit.
Interſepio, pis. pe. pro. intercludo, uel intermedio. Lact. li. de opi. Ad id uelut pariete p̃ mediũ ducto, ĩterſepſit.
Interſeptũ pars naſi cartilaginea quæ nares diſcrimĩat.
Interſero, is. pe. cor. interſerui, interſitũ, in medio plãto, ſemino, inſeroue. Gel. li. i. Eadẽ ratione, qua ſecũdi quatuor interſiti ſunt. Colu. lib. iiii. Deinde paſtinat malleolus ordinariis uitibus interſerendus.
Interſero uero p̃ impono interſerui, ĩterſertũ facit, Hie. in prol. Salo. Ea q̃ minus habebant, interſerens.
Interſono, as. pe. cor. ſignificat in medio ſono.
Interſpiro, as. pe. pro. de medio, ſeu p̃ mediũ ſpiro. Cato. Manu cõprimito acina, ut cõbibant aquã marinã, ubi impleueris doliũ, opculo opito, relinqto q̃ ĩterſpiret.
Interſterno, is. in medio ſterno. Iuſti. li. i. Hæc Babyloniã condidit, murũq; urbis cocto latere circũdedit arena, pice, bitumine interſtrato.
Interſtinguo, is. p̃ interualla aliqua extinguo. Feſt. Ignis ueſtæ, ſi quãdo interſtinctus eſſet, uirgines uerberibus afficiebant a pontifice. Apul. Iãq; protinus obliſis faucibus interſtinguere eam debuiſſet.
Interſto, as. inter aliquid ſto, intercedo. Vnde interſtantia & interſtitium.
Interſtitiũ, ſpatiũ & diſtãtia inter aliq̃. Macro. Cũ quatuor ſint elemẽta ex q̃bus cõſtãt corpa, terra, aqua, aer, & ignis, trib⁹ ſine dubio ĩterſtitiis ſeparant, quoꝝ unũ ẽ a terra, uſq; ad aquã. Ab aq̃ uſq; ad aerẽ ſeq̃ns. Tertiũ ab aere, uſq; ad ignẽ. Hygi. Qd̃ ab eo ſydere quo ĩterſtitio
Intertextũ, qd̃ in medio textũ aliqd habet, ut (differt. chlamys intertexta auro, q̃ uulgo brocata ex auro dĩ. Picturata, uel acu picta, uel phrygiata dĩ recamata.
Intertraho, de medio traho. Plaut. Ni ego illi puteo ſi occepſo, animam omnem intertraxero.
Intertrigo, pe. pro. nomen ab interterendo deductum. Et eſt id malũ, cum ſimul mẽbra interterunt, & cõfricant accedente ſudore, uulgo dicit Trafegatio. Tunc em̃ fœmina atterunt, adurunq;. Paratrimma a græcis appellat. Colu. lib. vii. Intertrigo bis die ſoluit aqua calida, mox decocto agrico ſale, cum adipe defricat.
Interturbo, ualde turbo. Terẽ. in An. Dauus interturbat omnia. Vbi Dona. Hic ĩter auctiua particula eſt, adeo ut non pro media ſignificatione ſit, ſed qua maiorem habere non poteſt, ut interfectus.
Interuello, is. de medio uello, quod fit cũ malas herbas a bonis extirpamus. Palla. Si ſpiſſa ſunt interuelles aliqua, ut cætera roborent. Aliter Plau. in Am. Vt ego in fœlix homo fui, qui non alas interuelli.
Interula, æ. pe. cor. camiſia. Val. ad Rufinum. Quem ueſtire debuit interula, ueſtiuit interitu. Hæc alio nomie Suparum, tunica linea, Subucula, & intuſium dicit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Interuaco,as.pe.cor.in medio uacuus maneo. Colu.lib. v.Bulbus tripedaneis interuacãtibus ſpatiis obrut⁹ an no celerius maturam perticam præbet.

Interuenio,is.pe.cor.in medio negocio,quaſi ex inſidiis ſupuenio,& opprimo in ipo actu,qui rẽ cælatã uellẽt. Terẽ.i Adel. Interuenit homo de iprouiſo.Et iterueni re eſt intereſſe.Ci.quod nõ eẽt factũ,ſi ipe iterueniſſet. Intercedere,quod ab eccleſiaſticis ſæpiſſime uſurpatur pro interuenire,ut eſt illud. Interueni pro clero,inter/ cede pro deuoto fœmineo ſexu.

Interuenium,quod eſt inter uenas.Vict.li.viii.Sed nõ p interuenia dilabantur,& decreſcant.

Interuerto,callide ſurripio,qđ plærũq; fit,cũ rẽ cõmoda tã,aut creditã dolo,ne dño reſtituaẽ,efficim⁹ Ci.i Ver. Candelabꝝ,qđ rex Ægypti Ioui Capitolino dono tule rat,a Verre q illud cõmodato a rege accepat,iteruer/ ſum eẽ cõqueriẽ.Plaut.in Aſi.Hem iſtuc ago,quõ argẽ tũ iteruertã.Inuerto uero ẽ,q̃ſi in cõtrariũ uerto,ut Ve ſtẽ,aut pellẽ,ſeu ẽt uerba ppoſtere pnũcio, ut Lauo uo

Interuiſo,is.pe.pro.quaſi interim uiſo.Cic.Mar (la. tio.Teq; & iſtam rationẽ ocii tui,& laudo,& uehemen ter probo,quodq; minus interuiſis hoc fero anio æqui ore.Aliquando totum uideo,ſicut Interbibo.

Inteſtatus dr̃ nõ ſolum,qui mortuus eſt,nullo cõfecto te ſtamẽto,ſed etiã cuius ex teſtamẽto adita nõ eſt hære/ ditas,ut inquit Paul.Item iteſtatus eſt,cuius uerbis nõ adhibeẽ fides,quiue teſtis eſſe nõ põt. Pompo. Ipſe cũ uno ſeruo ſenex inteſtatus proficiſcitur.

Inteſtabilis,q iure teſtm̃ facere non põt,& cui⁹ teſtimo/ niũ nõ accipiẽ.Caius de teſtamẽtis.Inteſtabilis cũ lege qs eſſe iubeẽ,eo ptinet, ne eius teſtimoniũ recipiaẽ,& eo amplius,ut quidam putãt,neue ipſi dicaẽ teſtimoni um.Gel.pro deteſtabili poſuit cũ ait.Eos tñ qui ad An nibalẽ nõ rediſſent,uſq; adeo inteſtabiles,inuiſoſq; fu iſſe,ut tædiũ uitæ ceperint,necẽq; ſibi cõſciuerint.

Inteſtinus,a.um.pe.pro.quod eſt intimũ.Vñ illa dr̃ in/ teſtina q̃ in iteriori corpis parte claudunẽ,hæc ſex eſſe phibenẽ.Duodenũ.ſ.qđ a lõgitudie xii. digitorũ nomẽ accepit,ſicut Auicẽna teſtaẽ. Ieiunũ ſic dictũ,qa nunq̃ qđ accipit cõtinet,ſed ptin⁹ i inferiores partes trãſmit tit,uocaẽ & hilla.Inde farcimina hillæ dr̃.Hor. Perna magis,ac magis hillis.Longũ,& alio noie Tenuius,qđ eſt in ſinus uehemẽter implicitũ. Hoc Var. Lõganonẽ appellat,qa lõgius eſt iteſtinũ hoc,q̃ duo tenuia. Mo/ noculũ qđ & cæcũ noiaẽ,qa i dexterioré partẽ puiũ nõ eſt.Colon a nris aluus dr̃,ubi magna dolorũ cauſa eſt. Nouiſſimũ eſt rectũ noiatũ,qa in ima pte dirigiẽ,q̃ ex cerniẽ.Hæc aũt iteſtina ab ométo cõtegunẽ.Differunt tñ iteſtina a uiſcerib⁹. Illa enĩ iferiora ſũt,hæc ſupiora. Cel.lib.iiii.A uiſceribus ad iteſtina ueniendũ eſt. Alio noie dr̃ iteranea.Pli.Medelæ ſũt inumeræ ad intera/ nea.Sed cũ dicim⁹ Inteſtinũ odiũ,adiectiuũ eſt,& ſcat, uel occultũ,uel magnũ, hoc eſt cor & animũ premẽs. Inteſtinũ opus qđ factũ eſt ex ligno fabroꝝ. Var. li.iii. de re ru.Cũ uillã haberes ope tectorio & iteſtino,ac pa uimẽtis nobilibus lithoſtrotis ſpectandã,parũ putaſſes eſſe ni tuis quoq; literis exornati parietes eſſent.

Inteſtinum ſubſtãtiuum,differt a uiſcere. Vide iteſtin⁹, a,um.

Inteſtinus,ſubſtantiuum,idem quod inteſtinum.Pli.lib. xi.Inteſtinus quibuſdam ab ore incipiens quadam uia eodẽ inflectitur,ut ſepiæ & polypo. In homie annexus infimo ſtomacho ſimilis canino.

Intingo,is.ex in & tingo. Tingere uero inficere,& made facere eſt.Vñ intinctũ,quod nos ſaporẽ in cibis dicim⁹ Græci embãmata,Colu.Hoc ſinapi ad embammata, non ſolũ idoneo,ſed etiã ſpecioſo uteris, ἐμβάπτειν eũ intingere eſt.Pli.Laudat intinctum ex myrto. Oui.li. ii.Faſt.Nutriat intinctos miſſa patella cibos .i. aliquo ſapore reſperſos.

Intorqueo,es.cõtra ſeu ĩtus torqueo,iacio. Vir.Sacrũ q cuſpide robur Læſerit,& tergo ſceleratã intorſerit ha/ ſtam.Item Intorqueo,circũtorqueo. Colu.li.iii. Cũ iã matura mala fuerint,anteq̃ rumpanẽ,petiolos,quibus pendent intorqueto,eo modo ſeruabunt.

Intra ppoſitio,ab in deriuaẽ.Luc. Intra caſtrꝝ timuit tentoria ductor.Intra cubiculũ.ĩtra oppidũ,ſcat in tẽ toriis,in cubiculo,in oppido.Aliqñ ſcat citra. Cic.Sed tñ qm̃ effugi eius occaſionẽ,qui fortaſſe arbitraretẽ me hãc rẽpu.nõ putare,ſi ppetuo taceré,modice hoc faciã aut etiã intra modũ,ut & illius uolũtati,& meis ſtudiis ſeruiã,Modice.i.cũ mõ.Intra modũ.i.citra modũ.Hoc eſt min⁹ q̃ modice. Cuius cõtrariũ eſt ultra modũ.Sic dicim⁹ ĩtra famã.i.citra opinionẽ,ultra famã,qđ eſt p quã multũ.Quin.Hortẽſii ſcripta tñ ĩtra famã ſũt,Quõ aũt ad ſpatiũ & numeꝝ referaẽ,uide in dictione Infra Ab intra fiunt iterius,a quo iterior ĩtimũs,iternus,in/ teraneus,ĩtrinſecus,ĩtrorſum,intrarius,iteſtin⁹,ĩtro,as.

Intrarius,qui intimus eſt.Plau.Charos mihi,atq; intrari os amicos.

Intro aduerbiũ,pximũ eſt uoce,& ſignificatiõe inter. Et ſicut inter & intra,ab in deſcẽdũt,ſic intus,& intro. Sed intus in loco,& de loco,intro ad locũ ſcat. Et cõponiẽ cũ d,ut introduco,e ut introeo,g ut ĩtrogredior,m ut ĩ tromitto,r ut ĩtrorũpo,ſ ut introſpicio,u ut ĩtrouoco.

Intro as.ingredior,intro uado.

Intrico,as.pe.pro.implico. Vnde extrico eius contrariũ. Trico uero a tricis,q̃ ſunt implicationes. Plau. Quod argentum tu mihi,quas mihi tricas narras?

Intrinſecus,& extrinſecus pe.cor.aduerbia ſunt cõpoſita ab intra & extra,& ſecus,cũ ſcat iuxta.Hiero. ad Iulia. ea cõplexus eſt,cũ ait.Callidiſſimus aduerſarius,& ine teratus diei & malo nouit alia,q̃ extrinſecus ſunt,& a phis quoq; mũdi adiaphora,hoc eſt indifferẽtia uocã/ tur,in eorũq; amiſſiõe,atq; cõtẽptu pfectã nõ eſſe uir/ tutẽ,alia q̃ intrinſecus,& de ſe data cogãt dolere pden/ tem.Inueniunẽ tñ hæc nomina apud recentiores.

Intritum,pe.pro.nomẽ ab intero deductum,de quo pau loante,Cibus in mortario tritus,ut eſt alleatum.Mar. Circũlata diu menſis intrita ſecundis,uide ſupra in In/ tero.Eſt & particĩpium intritus,a.um.

Introduco,is.pe.prod.ſignificat intra aliquẽ locũ duco. Sal.Volturtiũ cum legatis introducit. Per trãſlationẽ eſt inſtruo,doceo.Vnde introductio eruditionis prin/ cipium,quam græci εἰσαγωγὴν uocant.

Introeo,is.notum,Cice.in Lel.Fuerat æquius,ut pri⁹ in/ troieram,ſic prius de uita exirem.Inde fit introitus.us. pe.cor.pro ingreſſu.

Introgredior.ris.ſicut ſonat.Virgi.Poſtquam introgreſ ſi,& coram data copia fandi.

Intromitto

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Intromitto.is.Terē. Vereor ne illud grauius Phædria tu
lerit, neue aſſorſum, atq; ego feci accepit, q̄ heri intro
miſſus non eſt. Et dicimus. Intromitto in ædibus & in
ædes. Plau. in Aul. Intromiſiſti in ædibus. Licet em̄ ad
locū ſit, figurate tñ dī ad locū cum abltō. Non em̄ grā
matica uerbis, ſed ſenſibus alligatur.

Introrumpo.is. quaſi cum impetu introeo. Gelli. Cerua
emiſſa in cubiculum Sertorii introrupit.

Introſpicio.is.pe.cor. Amb. li.i. offi. Introſpice uiſcera, &
uibices animæ eius, & cordis mœſtitudinem.

Introuoco pe.cor. Li.li.x. Fabi⁹ nihil p̄catus populū, quā
ut priuſq̄ introuocarēt ad ſuffragiū tribus, Appii Clau
dii prætoris allatas ex Ethruria literas audiret.

Introrſus aduerbium q̄d ſignificet, declarat Cæſar li.iii.
Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebat aduer
ſus huic, & contrarius paſſibus circiter ducentis inferi⁹
apertus, a ſuperiori parte ſyluestris, ut nō facile intror
ſus perſpici poſſet. Quidam uolunt intelligi introrſus
a læua parte, & interiorem a ſiniſtra.

Intybus pe.cor. gene. fœmi. In plurali intyba neutri, & in
tybi maſculini. Vir. Et amaris intyba fibris. Plini. li.xx.
Intybi quoq; non extra remedia ſunt, ſuccus eorum
cum roſaceo & aceto capitis dolores lenit. Herba eſt
capilloſa, & amara, cuius tenues capilli ſegetes ambi
unt, & enecant. Intybum erraticum antiqui cicoream
uocant. Quidam endiuiam intelligunt.

Intueor.eris. Vide in dictione Tueor.

Intutus.ta.tū.pe. p. nō defenſus, & nō ſecurus. Hier. apud
Hiere. Ipſi mōtes & colles intuta hñt latibula. Liui. li.v.
Caſtra gallo⁹ intuta, neglectaq; ab oī p̄te nacti, iuadūt.

Intuſium ueſtimentū q̄d corpori intra plurimas ueſtes
adhæret, quaſi intuſtium. Var. Vnum q̄d foris, ac palā
palla. Alteq; quod intus, a quo intuſium, quod & indu
ſium ab aliquibus dicitur, de quo ſupra.

Intus præpoſitio eſt, quando accuſatiuo ſeruit. Plaut. in
Mili. Domum ueſtram intus.

Inuado.is.pe.produ. Inceſſo, & tam dtō q̄ actō iungitur.
Var. de ui.pa. Tanta porro inuaſit cupiditas bonorum
plæriſq;. Et inuadere eſt repente, & cum impetu aliquē
aggredi, ut Inuadunt urbem ſomno uinoq; ſepultam.
Saluſt. Priuſquam hoſtes inuaderet. Etiam in bonam
partem quandoq; dicitur. Apul. lib.i. Qui me poſt ali
quantulum temporis amanter agnitum inuadit am
plexus, ac comiter deoſculatus. Rurſus pro īgredi ſiue
incipere ponitur. Cice. Non potui magis in arcem illi
us cauſæ inuadere. Vir. li.vi. Nunc inuade uiam.

Inualeſcere eſt robur ac firmitatem acquirere. Vñ inua
luiſſe conſuetudinem, inualuiſſe mores dicimus. Lact.
lib.v. Si noſtra inualuerint, ut quotidie inualeſcunt. i. fi
unt ualde ualida. Ex his oſtenditur uerba in ſco termi
nantia habere præteritum.

Inualetudo, imbecillitas. Cice. in Lel. Quod autem ī his
nonis in collegio noſtro non affuiſſes, inualetudinē re
ſpondeo cauſam non mœſticiam fuiſſe.

Inueho.his. ſumit mō p̄ ſimplici. Vir. Centauro inuehit
magna. Q̄q; introueho, Liui. li.vi. Quantumq; roma
na ſe inuexit acies, tantum hoſtes gradu demoti.

Inuehor, deponens, ſignificat maledictis aggredior, &
ueluti quodam impetu ſermonis in aliquem feror. Ci
ce. In eam itaq; Panſa uehementer inuectus.

Inuectiuæ oratiōes ſunt aduerſus aliquem ſcriptæ, q̄ in
illius mores inuehamur.

Inuenio, is.pe.cor. comperio, quaſi in aliq̄d uenio. Vnde
Aug. li. de Tri. ca.x. Si uerbi originē retractemus, quid
aliud reſonat, niſi q̄a inuenire eſt in id uenire q̄d quæ
rit, ꝓpterea q̄ quaſi ultro in mentē ueniūt, nō uſitate di
cunt inuēta, q̄uis cognita dici poſſint, quia nō in ea q̄
rendo tēdebam⁹, ut in ea ueniremus, hoc eſt ea inueni
remus. Virgi. Inueni germana uiam. Hinc inuentiōes,
& inuēta. Differūtq; ſm aliquos inuenio, & reperio, q̄
inuenire ſit, rem quæſitam offendere. Reperire a caſu.
Oui. Tu nō inuenta reperta es.

Inuerto, is. q̄ſi in cōtrariū uerto. vide ī dictiōe īteruerto.

In uerſum ſignificat in numerum. Virg. Ille etiam ſeras
in uerſum diſtulit ulmos.

Inueſtigo.as.pe.pro. ſignificat quærēdo inuenio. Tractū
a uenatoribus, qui p̄ ueſtigia feras quærēdo inueniūt.
Terē. Nihil tā difficile eſt, quin q̄rendo inueſtigari poſ
ſit. Cic. pro Liga. Sed qm̄ diligentia amici inueſtigatū
eſt, quod latebat, cōfitendū eſt, ut opinor. Interdū tñ ſi
gnificat ueſtigo, inquiro. Teren. in Eu. Vbi quæram ꝫ
ubi inueſtigē ꝫ quē p̄cuncter ꝫ qua inſiſtā uia incertus
ſum. Cic. li.i. offi. Inprimiſq; eſt hoīs ꝓpria ueri inquiſi
tio, atq; iueſtigatio. Sed qm̄ in, q̄ñq; negatiōem innuit,
ſumit etiā pro nō inuenio, ut eſt illud apoſtoli. O altitu
do diuitiarū ſapiētiæ, & ſcientiæ dei, q̄ incōpræhenſibi
lia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius.

Inueſtire, eſt quaſi ornare. Pli. li.xxxv. Publicas porticus
inueſtiuit pictura.

Inuetereſco, ex in. & uetereſco. Vetereſco aūt a uetero,
as. fit. Vetero, a uetus. Vetero nō repperi, ſed tm̄ uetere
ſco, quo⁹ p̄terita nuſq̄ legi, ſed ueteraui ambo facere
oportet, ſi iueniant. Nam uetero, & uetereſco eodē mo
do in ſcatiōe ſua p̄cedere puto, quo integro, & ītegra
ſco. In formatiōe uero fit r, niſi q̄ inuetereſco mutat a.
in e. ſicut cōſano, cōſaneſco, reſano, reſaneſco, hilaro, hi
lareſco, Incuruo, icurueſco, & alia hmōi. Sic iuetero, &
inuetereſco, iueteraui. Lact. li.iii. acti. ſigni. poſuit dicēs.
Hac uerſutia, & his artibus noticiā dei ueri, ac ſingula
ris apud oēs gētes inueterauerūt. i. in deſuetudinē poſu
erūt. Inuetereſco paſſiue Ter. in He. prolo. dixit. Nouas
q̄ exactas feci, ut iuetereſcerent, ne cū poeta ſcriptura
euaneſceret. Do. Inuetereſcerēt, i deſuetudinē uenirēt,
ſpectarent, amarent. Colu. p̄terito uſus li.vii. in paſſiua
ſcatiōe, & ꝓprie de morbo dicēs. Sed ſi iā iueterauit, ue
hemētioribus eſt op⁹ remediis. Cic. quoq; in Cato. Iam
oīs cōglutiatio recēs ægre, iueterata facillime diuellit.

Inueterati etiam dicuntur, qui in malis inſenuerunt, ut
in ſacris literis. Inueterate dierū malorum.

Inuicem, pe.cor. ex in. & uicē proprie ſignificat mutuo.
Quint. Qui ſe ardētiſſimo amore inuicem dilexerunt.
Aliq̄n ſumitur pro ſecūdo loco. Pli. in Epiſt. Habes res
urbanas, inuicem ruſticanas ſcribes.

Inuideo, es.pe.cor. ex in. & uideo, ſignificat inuidiam ha
beo, hoc eſt ex alicui⁹ reb⁹ ſecūdis dolore afficior. Tra
ctū a nimis uidēdo, q̄ oculos, & animū in eos, quib⁹ in
uidem⁹ cōtinue intentos teneamus. Vñ etiā cum actō
conſtructum inuenit. Oui. Troadas inuideo. Vir. Inui
det imperium. Idem poſt actūm poſuit datiuū. Liber
pampineas inuidit collibus uuas. Sic em̄ decenter dici

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mus, inuideo tibi doctrinas. Fortuna mihi inuidet diuitias. Plin. Neq; ego, ut multi, inuideo aliis bonũ, quo ipse careo. Apul. Mihi fortuna diuitias inuidit. Cic. lib. iii. Tusc. Vt nobis optimã naturam inuidisse uideatur. Prisci tamen in negatiue exposuit dicẽs. Inuideo tibi, quasi non uidens tibi fio, hoc est nõ ferẽs te bene agentem uidere. Aliquando inuidere significat interius, uel penitus uidere. Cice. li. de ora. Itaq; nec hoc possum dicere me omnino ignorare, quod possideat, neq; plane nosse, atq; inuidisse. Hie. de uera circũcisione. Quis inuidet dñi uerbum de corde patris eructatũ? Sciendũ, q; licet inuideo actiuum sit, tamẽ consuetudine datiuo iungitur, imo, ut Dio. docet ultra datiuum potest regere gtũm, actũ, & ablatiuũ, ut iuideo tibi gloriæ, & gloriã, & gloria. Eius passiuũ est inuideor, ut Ego inuideo tibi, & tu inuideris a me. Hora. Ego cur acquirere pauca Si possum inuideor? Plau. in Tru. Mauelim mihi inimicos inuidere, q; me inimicis meis. Nam inuidere alii bene esse, tibi male esse miserum est. Qui inuident egent, illi quibus inuidetur rem habent. Et quãdoq; inuidere ponitur pro odisse, q; contra uotum nimium uidemus. Ouidius. Troia iacet certe Danais inuisa puellis. Cice. Diis, hominibusq; inuisus.

Inuidia, ab Inuideo fit, & significat actum ipsum inuidẽdi, qui est dolor alienæ fœlicitatis. Aliqñ sumit q; odio & maleuolẽtia. Est. n. uel dicto, uel facto in alterum maleuolentiæ cõciliatio, ut si quis calamitates suas referat, ostendatue, ut auctori calamitatum concitet odium cæterorũ, quod dicit inuidiam facere, uel uocare, uel adducere ad inuidiam. Quin. Nec ei tot scelerum cõmemoratione concitarẽ inuidiam. Terẽ. Ita ut sine inuidia laudẽ iuenias, & amicos pares. Inuidiosa res dicit quæ facti atrocitatẽ augens inuisum illud, uel illius auctorẽ facit. Huius diminutiuũ est inuidiola. Idẽ, Cũ nescio quid inter eos inuidiolæ exortum fuisset.

Inuidentia est ægritudo animi, quæ propter res secũdas alterius suscipitur, quæ nullam iacturam afferant inuidenti. Cice. lib. iii. Tuscu. Ab inuidendo inuidẽtia recte dici potest, ut effugiamus ambiguũ nomẽ inuidiæ. Cadit enim in utrũq;, & in eum, qui inuidet, & in eum cui inuidetur. Vnde potentia, & opes inuidiosæ dicuntur, quod uerbum ductum est a nimis uidẽdo fortunã alterius. Vbi inuidentiã, quam inuidiã dicere maluit, tanq; inuidentia inuidi sit, inuidia eius, cui inuidetur. Sed in frequenti usu est inuidia magis, q; inuidentia apud doctos, indoctosq; indiscriminatim. Inuidia distat ab odio, q; inuidemus fortunatum, odimus uitiosum, q; inuidiam profiteri erubescimus, odisse palam decorũ est, q; inuidia hominum tantum est, odium reliquarum tantum animantium, ut inquit Plutarchus in libro de inuidia, & de odio.

Inuidus, qui actu alicui inuidet. Horati. Inuidus alterius marcescit rebus opimis.

Inuidiosus, qui morbo inuidentiæ laborat. Oui. Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa uetustas, Omnia destruitis. Interdum sumitur pro eo, cui habetur inuidia. Idẽ. Pactolonq; petit, quanq; non aureus illo Tempore, nec caris erat inuidiosus arenis. Sic potentia & opes inuidiosæ dicunt. Cice. Dolobellæ. Cõtigit eñ tibi, quod haud scio, an nemini, ut summa seueritas aniaduersionis, nõ modo nõ inuidiosa, sed etiam popularis. Et inuidiosus, odiosus, atq; inuisus dicit. Vnde inuidiosa res dicitur, q; facti atrocitatem augens, inuisum illud, uel illius auctorem facit.

Inuide facere dicitur, qui per inuidiam aliquid agit.

Inuidiose, uel qui per inuidiam, uel qui in aliquem excitat odium, eumq; inuisum facit.

Inuigilo as. pe. cor. supra siue intus uigilo, sollicitus sum. Lact. li. iiii. Vel custodiẽdis domibus inuigilat.

Inuinius, abstemius, quasi sine uino, sicut inuius sine uia Qui. n. uinũ non bibit inuinius. Apul. li. vi. Neq; ullum animal essem, & inuinius essem.

Inuisus, nõ uisus. Cice. de haruspicũ responsis. Occulta & maioribus nõ inuisa solũ, sed etiã inaudita sacra inexpiabili scelere puertit. Alias inuisus ponit q; odioso.

Inuito. tas. pe. pro. manifestã habet significationẽ, quam ponit Cice. Ad quẽ fruendũ, non modo ratio retrahit, uerũetiam inuitat, atq; allectat senectus. i. prouocat. Et inuitare est delectari. Virg. lib. i. Geor. Inuitat genialis hyems, curasq; resoluit. Item replere. Plau. in Amp. Mira sunt nisi inuitant sese plusculum.

Inuitatus, us. inuitamentũ, & inuitatio pro eodẽ sumuntur. Cice. Cæsari. Mitto ad te Trebatiũ, atq; ita mitto, ut initio meã sponte, post aũt inuitatu tuo mittẽdum duxerim. Idẽ in Hortẽ. Voluntates aũt nulla adres necessarias inuitamẽta afferũt senibus.

Inuitus. ta. tum. pe. pro. quod nõ libenter fit. Terẽ. in An. Feci hodie, ut fierent insperãte, atq; inuito Pamphilo. Cice. li. ii. ad Herẽ. Sin est probus, cur talẽ inuitam inuitum cogis relinquere. Idẽ cõparatiuũ posuit, cum ait. Quẽ ego paulo sciebam, uel impudẽtius, uel inuitius, nolo. n. dicere de tam suaui hoie fastidiosius.

Inunco. cas. quasi unco iuado, arripio. Lucil. Aut qui inumos tristis inuncat. Colu. li. viii. Tum etiã quotidie minuit lana, quæ quãto prolixior in pecore cõcrescit, tanto magis obnoxium est rubis, quibus uelut hamis inuncata a pascentiũ tergoribus auellit. Apul. lib. flo. Vt de rostro transfodiat, vnde unguibus inuncet.

Inundo. as. quandoq; absolute ponitur, & significat crescо, & extra alueum uersor. pli. Anteq; Nilus inundaret. Quandoq; actiue, & pro ambulo ponitur. Idẽ. Agros & sata omnia inundauit.

Inundatio, diluuiũ, licet qñq; ponat q; copiosa multitudine, ut est illud. Inundatio chamelorũ operiet te.

Inunguem, & ad unguem, significat ad pfectionẽ. Virg. li. ii. Geor. Nec secius omnis in unguẽ arboribus positis secto uia limite quadret. Translatio a lapicidis, qui ungue marmoris leuitatem experiuntur.

Inuius, a. um. quod est sine uia, & p. quod iri nõ potest.

Inuolare a uola fit, quæ est manus & pedis media pars, & significat furari, cũ aliquid furtim uola manus subtrahit, quasi in uolã dare. Aug. in expositiõe psal. Deus ultionũ, Appende in statera æquitatis furẽ, & blasphemũ. Iam dicis, quia fur nõ es, sed murmurando aduersus deũ blasphemus es. Ille captat somnũ hois, ut aliqd inuolet, & tu dicis quia dormit deus, & hoiem nõ uidet. Inuolare etiã dr, cũ uiolẽtæ manus in aliquem dirigun tur. Teren. Vix me contineo, quin inuolem in capillũ. Inuolare ẽt est euolare a uolo. as. Apul. li. x. Diceres tu cupidines ueros de cœlo, uel mari cõmodũ inuolasse.

Inuoco

Inuoco.as.pe.cor.ſcat intra uoco. Aliqñ nõ uoco. Plau. in Cap. utranq; ſignificationẽ cõplexus eſt cũ inqt. Nã ſcorta inuocant, & nos paraſiti iuocamur. Aliqñ inuocare eſt ſimpliciter uocare, ut in pſal. Abyſſus abyſſum inuocat. i. uocat, ut Aug. exponit. Aliqñ ſcat in auxiliũ uocare, ut eſt illud. Inuocabit me & ego exaudiam eũ Sed qđ de quodã dictum eſt mortẽ inuocat, ſic exponitur. i. ſic uiuit, ut mortem ad ſe uocet, nemo eñ eſt qui orationem faciat, ut inuocet mortem, ſed male uiuendo homines mortem inuocant.

Inuolucris pe.cor. dicitur auis quæ adhuc uolare nõ poteſt. Gel. Pulli tunc inuolucres erant.

Inuolucrum pe.pro. dí omne qđ inuoluit. Plau. poſuit in uolucre aduerbium quũ ait, Iniicere uoluit ueſtem in uolucre. i. inuoluit in globũ, ab inuoluo. uis. cuius ſupinum eſt inuolutũ, & mutata tum in crũ fit inuolucrũ. Sic fiũt multa alia, ut lauacrũ, ſimulacrũ, ambulacrũ, aratrum, ſepulchrum, quæ hñt penul. productam.

Inuoluolus. Vide in dictiõe Conuoluolus, & in Iulus.

Ante O

Io dolendi particula eſt. Tibul. Vror io remoue ſæua puella faces. Quandoq; exprimit geſtientis lætitia affectum. Ouid. Dicite io pæan. & io bis dicite pæan. Eſt & iubilantium ruſticorũm. Io quoq; nomen Inachi filiæ quæ poſtea Iſis appellata fuit.

Iochabella nomen Matris Moſis, ut ex Ioſepho tradit Hierony. Iochabeda.

Ionia regio minoris Aſiæ, media inter Cariam & Æoliã a Ionio Apollinis filio, q colonias in Aſiam deduxit. Vel a Iono Iapheth filio, ut ait Ioſephus. Vel q Hercules Ionem Naulochi filiã obſidentẽ uias latrocinaliter iteremit. In ea Miletus ciuitas, Priene, Epheſus, Clazo

Ionicus. ca. cũ. pe. cor. qđ eſt ex Ionia, ut Ioni(mene. ca lingua inter quinq; græcorum linguas notiſſima.

Ionius. nia. um ſimiliter poſſeſſiuum, ut Ioniũ mare, qđ eſt pars Adriatici, ut inquit Stra. Dictum a Ionio Dyrachii filio, quem imprudẽter a ſe occiſum in mare proiecit Hercules, ut defuncti memoriã propagaret. Alii ab Ius errore, ut Lycoph. ait. Vel ab Ionio illyrico. Vel q in eo perierunt Iones. Alii ſcribunt Ion italus adriæ pater fuit, a quo ſinus Ionius, qui mox ab Adria dictus eſt adriaticus, primo dicebatur Saturnium.

Ionthos græci dicunt, quos latini uaros appellant.

Ioppe cum duplici pp, urbs eſt maritima palæſtinæ, q̃ ut quidam uolunt regia fuit Cephei Andromedæ patris Hæc referente Solino in collectaneis, & Pli. li. v. naturalis hiſto. fuit antiquiſſima oĩm urbium in uniuerſo orbe, utpote ante diluuium uniuerſale condita. Quod & oſtendit ſaxũ, qđ uinculoq; Andromedæ ueſtigia adhuc retinet, quam expoſitam beluæ, ut ait Soli. non irritus amor circuntulit. Nõnulli uero alii, nõ Ioppem palæſtinæ, ſed aliam Indiæ urbem fuiſſe dicunt, ubi Andromeda marinæ beluæ fuit expoſita, quũ dicat Ouid. li. i. de arte aman. Andromeden Perſeus nigris portauit ab Indis. Et Sappho ad Phaonem. Candida ſi nõ ſum, placuit Cepheia Perſeo Andromade patriæ fuſca colore ſuæ. Sunt tñ q credant, & ſi Æthiopiæ indicæ partibus illam fuiſſe confitear, ad Ioppem tñ palæſtinæ deductã exiſtiment, quum beluæ exponenda fuit.

Iordanis fluuius in Iudæa eximiæ ſuauitatis. Orit ad radices Libani, duobus fontibus ſurgit, alteri nomẽ Ior, alteri Dan, qui ſimul iuncti Iordanis nomen efficiunt

Ios inſula, in qua ſepultus eſt Homer⁹ oraculo iubente, quoniam mater eius ex Io foret, ipſe certa matre incerta eſſet patria.

Iotapata urbs in Syria a conditore ſic uocata:

Ante P

Lar nympha fuit, q̃ Iunoni furta Iouis, cum Iuturna patefecit, quam Mercurius cõpreſſit, & inde geminos ſuſtulit, q a matre Lares appellati ſunt. Sũt qui credant lares genioſq̃ eoſdẽ eſſe, exiſtimãtes unicuiq̃ duos eſſe, alterũ bonũ, alteꝝ malũ, ut Chriſtiani etiam duos angelos bonũ malũq̃ a deo in cuſtodiã datos dicũt, ſed non natos nobiſcũ, ut illi de Genio ſiue lare dñt. Colebañ domi, focuſq̃ illis ſacer erat. Vñ uulg⁹ focum focularе appellat, quaſi laris focũ. Hi putati ſunt dii domeſtici, q ad urbis commoda uigilare dñr inter compita. Oui. in Faſt. Lucifero ſubeunte lares delubra tulerunt. De his Tertul. in Apolo. Domeſticos inqt deos quos lares dicitis domeſtica poteſtate tractatis. Apul. li. de deo Socra. Lar dicitur familiaris qui ex lemuribus poſterioꝝ ſuoꝝ curã ſortitus pacato, & quieto numine domũ poſſidet. Aug. li. ix. ci. dei. dicit animas hominũ lares uocari ſi meriti boni ſunt, lemures ſi mali. Ab aliquibus dii agroꝝ uocati ſunt. Tibul. Vos quoq̃ fœlices quondã nũc pauperis agri Cuſtodes fertis munera ueſtra lares. Qñ aũt lares, ſiue penates etiam priuatoꝝ domibus præeſſe credebañ, factũ eſt, ut utrũq̃ uocabulum pro ipſis domibus uſurpetur. Mar. O mihi curarum precium nõ uile mearum, Flacce anteneoreiſpes & alumne laris. Horatius. Qui patrium numæ dõnat fundumq̃ laremq̃. Quandoq̃ pro igne. Columella lib. xii. de Villico. Conſueſcat ruſticos circa larem domini focum familiarem ſemper epulari.

Lararium, ſacrariũ domeſticũ, in quo lares & dii peculiares adorabãt. Scribit Lamp. Alexan. ſeuerũ in larario rẽ diuinã matutinis horis factitaſſe ad effigies deoꝝ, in q̃bus hẽbat Apolloniũ, Orpheũ, Abraamũ, & Chriſtũ in ſecũdo larario ſimulachrũ habuit Virgilii, & Ciceronis, & Alexandrum magnum in maiore larario.

Laranda ciuitas Lycaoniæ. Vñ Ptol. municipiũ Larandam in Lycaoniæ parte Antiochiana dicta collocat.

Laridũ non ſolũ pinguedinẽ ſuillã, ſed totam illã ſalſam carnem dixerunt, inquit Macro. quaſi late aridum. Dr̃ & per ſyncopen lardum. Oui. li. vi. Faſt. Pinguia cur illis guſtant larda calendis. Iuue. Cognatis apponere lardum. Apellãs lardũ portionẽ pernæ, q̃ in patina uel in ſartagine torreri ſolet. Et Pli. dixit lardum pingue hoc unctum, quaſi & macrum dici poſſet.

Latraleptes, medicus unguentarius, qui hmõi unguenta facit. Col. Sanus homo qui & bene ualet & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet, ac neq̃ medico, neq̃ latralepta egere. Latraleptice medicinæ genus q̃ unguentis & perfrictionibus curat, quaſi medicina unguentaria, ἰατρικὴ eñ medicina dicitur, ἀλείπτης unctor, ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν. quod eſt ungere.

Latona pen. pro. Apolli. & Dianæ mater. Vñ & Iatonia dicta eſt Diana. Vir. Aſtroꝝ decus & nemoꝝ Iatonia cuſtos. Similiter Delos inſula eſt dicta Iatonia, q̃ in ea Latona enixa ſit Apollinem & Dianam, ut inquit Ser.

Latria cũ accentu in pe. latine cultus, obſequiũ, ſeruitus. Aug. li. x. ci. dei. Latriã noſtri ubicũq̃ ſanctaꝝ ſcripturaꝝ poſitũ eſt interp̃tati ſunt ſeruitutẽ. Sed ea ſeruitus q̃ debetur hoĩbus, ſm quã p̃cepit ap̃lus ſeruos dñis ſuis ſubditos eſſe debere, alio noie græce nuncupari ſolet. Latria uero ſm conſuetudinẽ q̃ locuti ſunt, qui nobis diuina eloquia cõdiderũt, aut ſemp aut tã freq̃nter ut pene ſemp ea dicañ ſeruitus, q̃ pertinet ad colendum deum.

Latres, latine ſeruus dicitur.

Larius lacus Comenſis ab Addua fluuio, qui in illum cadit, augeñ, q fluuius poſtea in Padum non longe a Cremona influit. Dictus larius a fulicaꝝ multitudĩe. Græci enim λάρος fulicam uocant, auis nigra aquatica.

Larius, ria. um. poſſeſſiuum. Catul. Veronam ueniat nomen relinquens comi mœnium, lariumq̃ littus, quod tamen negat Suidas ait enim, λάρος κεχηνώς, ὡσὶ τῶν ἁρπακτικῶν καὶ κλέπτων, ὡσὶ καὶ ὁ λάρος ὄρνεον ὄξυν ἁρπακτικὸν καὶ ἁλιφάγον.

Larodii pp̃li in ſcythia Aſiæ, ut libr. iiii. ſcribit Herodo.

Larex, icis, pe. cor. arboris genus. Luc. lib. ix. Et larices fumoq̃ grauem ſerpentibus urunt.

Largus, a. um. qđ non eſt ſtrictũ, Et largus dr̃ q largitur. Cice. li. ii. offi. Oĩno ſunt duo gña largoꝝ, quoꝝ alteri prodigi, alteri liberales. Hĩc large aduerbium liberaliter abundanter. Hor. li. Car. Ligna ſuper foco large reponens. Dicitur etiam largiter, q̃uis non ita in uſu ſit.

Largior profuſe dono. Cuius compoſita ſunt Dilargior, uarie largior. Sal. in li. i. hiſt. Igiť uenditis proſcriptoꝝ bonis, aut dilargitis. Elargior, ualde largior.

Largitas, & largitio inter ſe differunt, q̃ largitas, ut Agretius auctor eſt humanitatis ſit, largitio ambitionis. Eſt enim largitas rationabilis, & diffinitus libera-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ltatis effectus, largitio expensa, quæ fit ad aucupandum fauorem in petitione magistratuum. Ponitur tamen quandoq; largitas, pro largitione. Terẽ. in Adel. Quæ istæc subita est largitas.

Larisa, pe. cor. nomen est multarum ciuitatũ. Vna est in plaga thessalica, a qua Achilles larisæus dictus est. Alia pensilis in Creta. Alia in peloponneso arx argiuorum. Alia in agro attico. Ad Tralles etiam Asiæ est Larisa, ut Stra. scribit, a qua larisæus Iupiter dictus est. Larisa quoq; i Italia, quã (ut Dio. li. i. scribit) pelasgi cõdidere.

Laros, auis parua, & nigra habitans iuxta aquas, & tam in aqua q̃ in terra degit. Vide in dictione Larius.

Laruæ dici putantur a lare, hoc est a malo genio, q̃ sunt noxiæ inferoꝝ umbræ, de quibus Proper. li. iiii. Nocte uaga ferimur nox clausas liberat ũbras. Apu. i Apol. laruas appellat noctium occursacula, bustoꝝ formidamina, sepulchroꝝ terriculaméta. Et Hie. Laruaꝝ natura est terrere paruulos, & in angulis occurrere tenebrosis. Aug. li. ix. ci. dei. sic scribit. Laruæ dñr aiæ hoĩm de prauatæ, & in malis uitæ meritis maculosæ, quæ a corpore separatæ, terriculamentũ sunt mortalibus. Plin. fatuos uocat, qui passim fœminarum amasii creduntur, quos folletos appellant. Hieron. Ozellos a rusticis nominari tradit, uulgus fatuellos nuncupat. Accipitur etiam larua pro persona sicut uulgo usurpatur. Hora. Nil illi larua aut tragicis opus esse cothurnis.

Laruale simulachrum dicitur deformatũ, pallens, emaciatum, ac prorsus horrendum. Sidoni. Facies ueluti umbris mœstificata larualibus.

Laruati dicuntur furiosi, & mẽte moti, quasi a laruis exterriti, quales sunt, quos uulgo dæmoniacos appellãt. Plaut. Laruatus ædepol hoĩem miserum mendicum quæritat. Hi etiam Ceriti dñr a Cerere, quasi Cereris ira aĩo uexati. Plau. Certe laruatus, aut ceritus. Larua etiam persona dicitur, & laruatum personatum.

Lasanum pe. cor. uasculum ad euacuandum uentrem. Hora. Te pueri lasanum portantes œnophorumq;.

Lasciuus, a. um. pen. produ. tum in uita, tum in sermone molliculus, ac plus teneri, q̃ robusti, ac uirilis habens. Vir. Malo me Galatea petit lasciua puella.

Lasciuia, æ. mollicies, petulantia, nequitia.

Lasciuio, sciuis. significat, quod uernacula lingua dicimus smorbezare. Colu. lib. vii. Satietate uerni pabuli pecudes exhilaratæ lasciuiunt.

Laserpitium, primo lac sirpium dcm̃ fuit, qm̃ manat in modũ lactis, deinde usu deriuante laserpitiũ, uirgultũ herbidũ, qd̃ græci silphion appellant, ex cuius culmo exudat succus roscidus, quẽ uocant laser in Cyrenaica prouicia repertũ. Hic Catul. Cyrenas laserpiciferas uocat. Est radice multa crassaq;, caule ferulaceo q̃ hoĩes uescebanẽ decocto asso elixoq;. Caulẽ laserpitii magudarim uocant, quod tenerius est & minus uehemens.

Laseratus, a. ũ. qd̃ est lasere pfusum, ut pullus laseratus, apd̃ Api. laseratũ absolute appellaẽ, id ẽ obsonii genus quo laser cyrenaicũ cũ aceto & liquamẽ dissolutũ est.

Laser succus laserpitii magnificus in usu ciboꝝ medicamentisq;. Laseris in condituris meminit Apitius. Pall. lib. iii. laser appellat opon cyrenaicum quasi laserpitii. Pli. lib. xxii. dicit laser esse inter eximia naturæ dona, quod pluribus compositionibus inseriẽ concoctioniq; plurimum conferre senibus & fœminis traditur.

Lassus, per duplex ss. dr̃ tam aĩo q̃ corpore fatigatus, id est labore affectus nomen est non participium.

Lassitudo, pro molestia, quã ex labore susceptimus. Salu. Nõ famẽ aut sitim, neq; frigus neq; lassitudinẽ operiri.

Lasso, as. fatigo, a quo lassatus. Iu. Et lassata uiris nondũ saciata recessit. Huiꝰ cõpositũ est delasso, uehementer lasso. Plau. in asi. Eũ ẽt hoĩem in senatu dare opam, aut cliẽtibus ibi labore delassatũ noctem totam sterrere.

Lasseo, es. lassus sum, a quo Lassesco, is. lassus fio, fatigor. Vnde Hiero. ait. militem lassescere sub lorica.

Lasis, seu laois aphesis, id est populis missio uerba sunt quæ dñr post expleta mysteria, & subintelligiẽ, est uel omnibus abire fas sit, sicut apud nos, Ite missa est.

Lastauros a græcis dicitur uir egregie mutoniatus qua si lasius sit, hoc est hirsutus circa tauron, id est uirilia. Nam teste Aristo. homines hirsuti iuxta fœmora, & crura prærabidi sunt ad uenerem.

Lateo, es latui, in occulto sum. Et construitur cum actõ. Vir. Nec latuere doli fratrẽ Iunonis, & iræ. Quandoq; cũ dtõ. Luc. Tu mihi causa lates. Sed cũ de loco dicit̃ construitur cũ ablto mediante præpositione, ut latet anguis in herba. Interdum latere significat late patere Vir. Et scuta latentia condũt. Huius uerbi cõposita fũt Deliteo de quo supra. Obliteo, qd̃ est oĩno, uel circunquaq; lateo. Sene. Qui uelut timidũ, atq; iners aĩal metu oblituit, ille sibi non uiuit, sed qd̃ est turpissimũ uentri, somno, libidini. Hinc oblitesco. Var. Ne æstu per rimosa, in rimis eius grana oblitescãt, & recipiãt aquã.

Latito, as. pe. cor. frequ. sæpe aut fere semper lateo. Lac. li. iii. Latitantẽ atq; ignotã sibi ueritatẽ differẽdo eruere uoluerũt. Ca. tũ latitauerũt dixit pro frequenter tulerunt. Hinc fit cõpositũ Illatito, quod est intus latito.

Latebra, bræ. pe. cor. & latebræ, arum. locus, ubi hoĩes se occultant. Luc. li. i. Cedendũ est bellis, quoꝝ tibi tuta latebra. Quin. Et q̃uis odio euersoris nostri euocatus & latebris suis populus subsellia non implet. Dr̃ & de feris. Liui. lib. xvi. Inter uepres & latebras feraꝝ noctem unam delituit. Ponit̃ interdum latebra pro excusatione. Cice. Videant ne quæratur latebra periurio. i. excusatio, qua lateat. i. non uideatur periurium.

Latebrosus, a. ũ. loc9, in quo freq̃nres latebræ sunt. Plau. Nam huic ætati non cõducit mulier latebrosus locus.

Latebro, as. pen. cor. significat abscondo, q̃uis non sit in usu, a quo fit compositum, illatebro, de quo supra.

Latibulum, proprie ferarũ, q̃uis etiam de hoĩbus dicaẽ.

Latibulo, as. pe. cor. neutrum, & latibulor deponens, significat lateo. Varro. Vide ne seruus domini latibulet. Actius. Progredere, & ne quis latibuletur, prospice.

Laterna a lateo, licet lateo habeat pri. cor. laterna uero productam. Mar. Dux laterna uiæ clausis feror aurea flãmis, Et tuta est gremio parua lucerna meo, dicta laterna, q̃ lumẽ hẽat inclusũ. Fit ex laminis corneis, in q̃ candela includiẽ, ne a uẽto extiguaẽ. Plau. in am. Quo ambulas tu, q Vulcanũ in cornu conclusum geris?

Latex oĩs humor dr̃, ab eo q̃ intra aliquid lateat. Vnde de aqua, uino, & oleo, & cæteris dr̃. Hie. ad Terentiam. Ratione digessit, ut terra hæc esset, super quã reliqua mouerenẽ, immobilis, ut aquaꝝ uenæ altioribus montibus conderenẽ, a quibus orta flumina, dũ per multa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſpacia decurrunt late potanda uſum per oẽm tractum curſus ſui aĩantibus exhiberent, ut ipſum mare aquis influentibus nõ excreſcat ſed ut uelut uenter quidam laticũ aquas ſitire uideaſ ne uel fontibus inæternũ manantibus, uel fluminibus ſine fine currentibus, uel pluuiis aſſidue ruentibus, perpetuo terra diluuio tegereſ. Aqua ergo ab eo, q̃ intra uenas terræ lateat latex dicitur. Et uinũ q̃ intra uuam. Virgi. Regales inter menſas, laticemq; lyæum. Oui. Palladios latices, cum oleũ dicere uellet. Et Lucre. Abſinthii laticem.

Latus, a.um. qd̃ eſt ſpatioſum, ut lata eſt uia, quæ ducit ad perditionẽ. Hinc aduerbium late, quod ſignificat in multis locis; ut late patet detractionis uitium.

Latitũdo, inis. pro ſpatioſitate.

Lata culpa, apud Iuriſconſultos dicitur nimia negligentia, id eſt non intelligere quod omnes intelligunt.

Lateſco, is. latus fio, & in latũ extendor. Col. li. ii. Iugerũ agri, nõ ãpli⁹ q̃tuor ſextariis rapoꝝ ſeminis obſerẽdũ eſt, quarta parte ãpli⁹ napis ſpargendũ, q non in uentrem lateſcunt, ſed tenuem radicem deorſum agunt.

Lato, as. latum facio, q̃uis non ſit uſu, pro quo compoſitum dilato uſurpamus, de quo ſupra.

Latifolium, quod lata folia habet. Vnde quercus genus ex argumento latifolia dicitur.

Latifundiũ, qd̃ habet latũ fundũ, & magnũ. Pli. li. xvii. Latifundiis non legitima naturæ feſtinatio. i. non põt una certa ratio p̃ſcribi putãdæ uineæ in magnis p̃diis, qd̃ aliæ ſerius id, aliæ maturius deſyderãt. Idẽ li. xviii. Latifundia prodidẽre Italiam. Latifundium ẽt dictum fuit Quintia prata ubi deinde naualia facta ſunt. Liui. Quintius trans tyberim ubi nunc naualia ſunt, quatuor iugerũ colebat agrum, quæ prata Quintia uocant.

Latus, eris. quod eſt infra alam. Virg. Lateriq; argiuum accõmodat enſem. Hinc lateris dolor, quem græci pleureſim uocant. Et latero, as. ut inqt Priſci. Sicut ab holus, eris. holero, as. Interdũ latus ponit̃ q̃ſi pro parte ut eſt illud in pſal. Fundaſ exultatione uniuerſæ terræ mons Syon latera aquilonis ciuitas regis magni.

Laterani dicuntur ſatellites milites qui principis alicuius latus tuentur, qui etiam latrones, quaſi laterones uocantur. Hi etiam a ſtipe, quam mercedis nomine accipiunt ſtipatores appellantur. Græci eos uocant ſomatophylacas, quaſi corporis cuſtodes.

Lateranus, nomẽ ꝓpriũ conſulis Romæ, a quo lateranẽſe palatiũ. Iu. Egregias lateranoꝝ obſidet ædes tota cohors. Vñ etiã lateranenſis baſilica ſancti Ioannis uocata eſt, qa in lateranenſiũ nobiliſſimæ gentis ædibus extructa fuit. Hie. ad Marcel. Quis credat mulierẽ nobilem, & potentẽ in domo laterani cõſulis deſignati.

Latuſclauus, ueſtis ſenatoria patricioꝝ, dictus a textura de qua Mar. in hendecaſyllabo. Et lato uariata mappa clauo. Hor. lib. i. Ser. deſcribens ſenatorem dixit. Et latum dimiſit pectore clauũ. Ab Oui. clauus ſimpliciter dicitur pro ſenatoria dignitate illo uerſu. Curia reſtabat claui meſura coacta ẽ. latiore clauo Tul. Hoſtilius primus e regibus Romanis, quẽ purpura contextum fuiſſe docet Pli. uſus eſt. Hac ueſte ſacerdotes utebantur. Sil. Sacrificam lato ueſtem diſtinguere clauo.

Laticlauii, ſenatores appellati ſunt a lato clauo, Suet. in Aug. Ac ne expers caſtrorum eſſet binos plærunq; laticlauios præpoſuit ſingulis alis. Et in Nerone. A laticlauio cuius uxorem attrectauerat occiſus.

Later, lateris, latere, & lateres tm̃ inueniſ pro terra cocta & in lapidẽ durata. Victru. Siue ſilex ſiue cementũ, aut coctus later ſiue crudus his erit utendũ. Plau. Latere firmior. Laterũ tria gña ſunt Dydoron, longũ ſeſquipede, latum pede. Tetradoron, e palmis quatuor. Pentadoron e quinq;. Doron enim græci palmum dicunt.

Laterem lauas, magis eſt augere malum rei, cui dare remedium uelles.

Lateritius, a.um. qd̃ eſt materiatũ ex latere. Pli. Lapide duro, ac ſilice æquo cõſtruũt, ueluti lateritios parietes

Laterculus dimin. paruus later, Pli. Crudis laterculis ad formam camini. Curtius ſcribit laterculo coctili ſtructos fuiſſe muros Babylonis.

Latium ea pars Italiæ eſt, ubi hoſtia tyberina a latitudine, ut putat Priſc. dictũ, uel ut alii ſentiũt a latendo, q̃ inter alpes latitet, ſeu q̃ illic latuerit Saturnus, dum Iouem fugeret. Oui. li. i. Faſt. Dicta quoq; eſt Latiũ terra latẽte deo. Vir. li. viii. Latiũq; uocari maluit, his qm̃ latuit Saturnus in oris. Var. Latiũ a Latino rege dici aſſerit. Eſt aũt duplex Latium, ut docet Ser. unum a Tyberi, uſq; ad fundos. Aliud inde uſq; ad Vulturnum.

Latius, a.um. quod ex Latio eſt.

Latialis, & hoc latiale, quod eſt ex latio, ut Iuppiter latialis dĩ, non tñ ſermo latialis. Vir. Et reſidens celſa latialis Iuppiter alba. Latiaris uero latiusue ac latinus ſermo dicitur. Cice. in Miloniana. Si cui utiq; ferias, non latiales, latiareſue, ſed latinas dixeris aut latias.

Latiaris, & hoc latiare, idem quod latialis.

Latinus, a.um. nomen deriuatum a Latio. Virgi. Genus unde latinum. Salu. Primo Italiam tenuiſſe quoſdam q̃ appellabanẽ aborigenes, hos poſtea aduentu Æneæ Phrygiis iunctos, latinos uno nomine nuncupatos.

Latinus nomen proprium ſoceri Æneæ, a quo latium quidam deduci uolunt. Heſiodus tamen in Theogonia ſcribit Latinum fuiſſe filium Circes, & Vlyſſis, qui tenuerit loca Italiæ. Vnde ait.

κύρκη δ' ἠελίου θυγάτηρ τέκε μειλιόδωρο.
γείνατ' ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι
ἄγριον ἠδὲ λατῖνον ἀμύμονά τε κρατερόντε.

Latina porta Romæ ſic dicta, q̃ ea in Latium ducebat.

Latinæ, arum. ſacrificia quædam Ioui conſtituta, a latinis populis dictæ, quibus ex albano monte ex ſacris carnem petere fuit ius cum Romanis, ut inquit Var. Cice. pro Plan. Quibus municipiis uix iam, qui carnẽ latinis petant, inueniuntur.

Latomus pen. cor. lapidicida, qui lapides cædit, & quaſi fundamenta ædificiorum præparat. Hiero. in lib. Re. Et erant latomorum. lxx. milia.

Latomiæ, lapidicinæ loca, ubi cedũtur lapides, λάας eſt lapis, τομὸς ſectio. Liui. li. vi. de bel. Pu. Cõprehenſa poſtea priuata ædificia comprehenſæ latomiæ, forumq; piſcariũ. Ad has latomias damnari ſolebant hi, qui in opus metalli damnabanẽ. Plau. in Cap. Tindarus in latomias lapidarias ab Hegione damnatur. Erat & latomia locus Romæ in carcere prope Tullianum. Liu. li. xxx. Triumuiri carceris latomiaꝝ intentiorem cuſtodiam habere iuſſi. Latomiæ ẽt carcer eſt Syracuſis lingua ſiculoꝝ, in quas ſicuti ſcribit Cice. de ſuppli. ſi qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

publice cuſtodiendi erant ex omnibus oppidis Siciliæ deduci imperabant. In latomias Verres multos ciues Romanos coniecerat.

Latrina pe.pro.locus priuatay ſordiũ, & ad exonerãdũ uentrẽ accõmodatus a latendo. Apul. de Aſi. li. ix. Oĩa prorſus, ut in quandam cœnoſam latrinã in eius aĩm confluxerant uitia. Foricæ uero loca publica, in qbus licet oĩbus uentrẽ exonerare. Cloaca locus cauus nuncupat, quo publicæ ſordes eluunt. Antiqui balneũ domeſticũ appellare conſueuerũt, ſicut docet Varro lib. ii. de Ana. Deinde cũ breuitatis cauſa noĩa contraherent, quo eſſent aptiora, pro lauatrina latrinã nomina uerunt, ſicut ex maxillis, axillis, & uexillis malæ, alæ, & uela diminutiua ſunt. Plau. in Cur. Latrinam pro balneo accepiſſe uidetur cum ait. Iſtas tuas magnas minas non pluris facio, q̃ ancillã meam, q̃ latrinam lauat Hinc latrinas quoq; uulgo colluuiaria, hoc eſt receptacula colluuionis, ſtercoris & ſordiũ. Videntur q; latrinæ differre a cloacis, tanq̃ priuatæ a publicis. Col. Immundis quacunq; uomit latrina cloacis.

Latro, as. proprium eſt canis, cum uocẽ edit, q uoce illa canes indicant, quæ noctu latent. Vir. Multũ latrante lyciſca. Hinc latratus, us. ipſa uox canũ. Hoc uerbũ inuenĩ conſtructũ cũ actõ. Hier. Canũ ꝓprium, ut dñm ſuũ cõgaudeãt, latronẽ latrẽt. Canes Iudæi intelligunt q latrauerũt dñm Chriſtum, & latronẽ congauiſi ſunt. Huius uerbi cõpoſita ſũt adlatro, qd eſt ualde uel ad aliqd latro. Col. p tranſl. dixit. Sed ne caninũ q dem, ſicut dixere ueteres, ſtudiũ præſtantius locupletiſſimũ quenq; adlatrandi. Oblatro, circũ aut contra latro. Lact. li. v. Qua Demetrianũ, ſicut ipſe ait, oblatrantem, atq; obſtrepentem ueritati redarguere conat, & hũt pe. prod.

Latrones, græca dictio eſt, qua ſignificant uiay obſeſſores, q publice uel per uim furant, q a latere adoriãtur, uel a latendo, q latenter inſidientur. Vir. li. xii. Fixũq; latronis impauidus frangit telum. Cũ ſuperius dixiſſet Saucius ille graui uenãtũ uulnere pectus. De hoc uide in dictiõe Fur. Apud antiquos ẽt latrones dicebãtur conducti milites, a λατρέυω, inſeruio. Nam ſeruiebant mercede. Moris aũt erat, ut hos imperator, & circa ſe hẽret, & primos mitteret ad oẽ diſcrimẽ. Dicti quaſi laterões, inq̃t Var. qñ circa latera eẽ ſolebãt, quos nũc ſatellites uocant, qui principis alicuius latus tuentur, qui & ſtipatores, & ſomatophylaces uocantur. Plau. in Mili. Nam ego hodie ad Seleucum regem miſi parasitum meum, ut latrones, quos conduxi hinc ad Seleucum duceret, qui eius regnum tutarentur.

Latrocinor pe.cor. latronum more prædor, & mercede milito. Plau. in Cur. Latrocinatus annos decem mercedem accipio. Idem. Qui apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium accepiſti.

Latrocinium ipſe latrocinandi actus. Colu. In ipſo foro

Latratus, us. ipſa canum uox. (latrocinium.

Latrunculator dicitur qui reꝝ capitaliũ iudex, ſiue quæſtor appellat, & uulgo iudex maleficiorum. Vlpia. Latrunculator de re pecuniaria iudicare non poteſt.

Laturarius, qui aliquid defert a ſupino tuli latum forma tũ extimo. Aug. ĩ quodam ſer. Quid ſunt pauperes quibus damꝰ niſi laturarii nr̃i ꝓ quos in cœlũ de terra migramus. De laturario tuo das? ad cœlũ portat qd das.

Laudo, as. uerbis extollo. Vir. Laudato ingẽtia rura. Probare eſt re. Ci. Et laudo, & ꝓbo. Aliqñ laudare eſt noĩare. Plaut. in Ca. Id ſcias Iouẽ ſuprimũ teſtẽ laudo. Cuius cõpoſita ſunt Elaudo, qd ueteres uſurparunt, ꝓ eo, qd eſt plus q̃ noĩo. Var. Elaudat nomẽq; eius milies repetit. Collaudo ſimul laudo. Cic. Len. Si rem iſtã ex ſnĩa geſſeris, fore ut abſens a multis, cũ redieris ab oñibus collaudere. Perlaudo, ualde laudo. Lact. lib. vi. Eas res, quas etiam homo, ſi contempſerit, iure perlaudatur.

Laus proprie uirtus eſt, nõ aliunde prouenĩens, ſed ſuis nixa radicibus. Virgi. Primam merui qui laude coronam. Dicta laus ἀπὸ τοῦ λάου, hoc eſt a populo, q proprie laus ſit populi de aliquo recta loquentis.

Laudatio, eſt ipſa laudantis oratio, quamuis quandoq; laus pro laudatione ponatur.

Laudabile, quod merito laudari poteſt, ut laudabile tu men domini eſt. A ſolis ortu uſq; ad occaſum.

Laudatiuus, a. um. quod laudat. Vnde laudatiuum genus dicitur demonſtratiuum.

Lauerna dea fuit, quã Romani coluere, a q̃ lauerniões dicti ſunt fures, q ſub tutela deæ lauernæ eſſent, in cuius loco obſcuro ſoliti erant inter ſe furta diuidere.

Lauernalis porta Romæ dcã ẽ, ab æde lauernæ ꝓpinqua

Lauo, as. ui. atũ. Ter. in Eu. Abeunt lauatũ, perſtrepunt. Hora. in Ser. Aſt ubi me feſſum ſol acrior ire lauatum Admonuit. Oui. li. iii. Faſt. Sacra lauaturas mane petebat aquas. Iñ lauatio & lauator. Cic. Var. Si minus perſequar in Cumanũ, & ante te certiorẽ faciã, ut lauatio parata ſit, hoc eſt balneũ. Declinatur ẽt & magis in uſu eſt. Lauo, is. laui, lotũ, uel lautum. Vir. li. x. Iauit improba teter Ora cruor. Hor. in Ser. Ora, manuſq; tua lauimus feronia lympha. Quoy prima, cum ſit breuis põt eſſe præſentis tpis. Eſt aũt lauare abluere, & aqua q̃q; ſordida purgare. Plau. Sedimus, manus lauimus. Vir. Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorẽ. Interdum ſignificat madefacere, humectare. Plau. in Pſeu. Geſtat tabellas, eas lachrymis lauit. Vñ lotum ablutũ mũdatum, Interdũ auferre. Colu. li. iiii. Ea res ſeminio lauit acorem maloy. Huius cõpoſita ſunt Abluo, qd eſt lauo, mundo. Col. li. iii. Tũ etiam cliuoſis locis q terra q̃ in eũ congeſta eſt pluuiis, non abluit. Lact. li. iiii. Vnde apparet Iudæos nullã aliã ſpem habere, niſi ſe abluerint ſanguine. Alluo, colluo, ſimul lauo, purgoq;. Plin. Prodeſt etiã gingiuis, ſi eo ſæpius colluat. Circumluo, circũfluo. Pompo. Cũ undiq; ſtagnũ circũluit, & militi inacceſſum facit. Deluo, diluo, eluo, illuo, intus lauo. Interluo, perluo, proluo, præluo, reluo rurſus lauo, & quandoq; ſoluo, impignero. Plau. Repignerat, reluit, uendit. Subluo, ſubtus lauo. Col. lib. vii. In tergo bis in die ſubluit aqua calida, mox decocto agrico, & ſale cũ adipe defricatur, dum ſanies uis emanat.

Lautus, a. um. modo ſignificat lotum. Teren. Tene ad ſymbolum uenire unctum, atq; lautum e balneis. Modo ſignificat mundum ſplendidum, & nitidum. Apul. Vir probus, purus, lautus, ſimplex. Vnde lauta cœna, & lautus homo ab elegantia, & nitore dñr. Modo elegans. Ci. Comites iſtius, atq; amici homines lauti, atq; urbani. Modo diuitem nitidum in ueſte & in uictu delicato. Mar. Iſta quidem lauta eſt, dapibuſq; inſtructa ſuperbis. Quod tractum eſt a lauatione.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lautulus,diminutiuum, a quo fit aduerbium Lautule.
Lautulæ á lauãdo dictæ ſunt,q̃s græci thermas noĩant.
Lautitia epularum magnificentia,a lauatione dicta,qa apud antiquos elegantiæ,quæ nunc ſunt,non erant,& raro quis lauabat.
Lautia munera dicebañ, q̃ romani p̃ quæſtores legatis exteraꝝ nationũ mittebãt, ut inqt Pluta, in Problematis. Vnde ſcribit Plin. lautia Attalo fuiſſe decreta.
Lauticla mundicia,quæ in ueſtitu pariter,& cibo fit. Et antiquitus dicebañ farina ex tritico aqua conſperſa.
Lauacrũ pe.pr.a lauo,as.balneũ,in quo qs lauari cõmo de pót.Gel.Ludo⁊ umbra ingentium longis ambulacris, & mollibus ædiũ poſticũ refrigerãtibus lauacris, Sciendũ eſt q̃ nomĩa in acrũ ſiue in crum finita, ſi fiunt a ſupinis,q̃ hẽant uocalẽ,pductam, ipſa ẽt in nominibus produciñ,ut Ambulacrum,fit ab ambulatũ mutata tum in crũ.Sic lauac⁊, ſimulachrũ, inuolucrum.
Lauatrinæ dñr in q̃s lotura,piicif,q̃ & aq̃ria, & aquario lauocanẽ. Nec in culina tñ,ſed in tricliniis quoq̃ & cubiculis,& cœnationib⁹ cũ dignitate & elegantia fiũt.
Lautrices pe.pro.dicuntur duorum fratum uxores.
Laurus,ſcdæ, & quartæ declinationis, ſed rectius ẽm ſecundã inflectiẽ,quia melius ſonat.Eſt aũt genus arboris,quæ græce δάφνη daphne dĩ.Petro. in Saty.Ecbacis redimita daphne.Hæc arbor Apollinis eſt propter daphnẽ,quã amauit,in eam deformatã, ſiue q̃ ſpectatiſſima naſciñ in Parnaſſo. Euſe. ſcribit eã Soli dicatã, qñ ignea eſt. Vñ odio maxime a dæmonibus habeñ, ſiue q̃ plurimũ ſonat,ſi uratur, qd̃ prædicẽdi artẽ deſignat. Diuinatiõis aũt deus Apollo exiſtimat.Ianitrix quoq̃ Cæſaꝝ & Pontificũ, triumphiſq̃ dicata ſola arbo⁊ fulmine non tangiñ. Duo eius gña tradit Ca. delphicam,& Cyprĩã. Delphica laurus dicta, q̃ uictores Delphis ea coronarentur,& eſt uiridior laurus.Cypria folio breui,nigro, ſubriſpa.Quidã muſtaceã addiderunt.Qñ muſtaceis ſubiiceretñ.Hanc eſſe folio maxio conſtat,flaccido,& albicante. Alii Cinum quam ſylueſtrem laurũ intelligunt,nonnulli ſui generis arborem differt colore.Eſt eñ cerulea bacca.Alia etiam numerantur genera,quæ apud Sipontinum habentur.
Laurea,prie, ut ſentit Pli. laurifoliũ appellat perpetuo uirens,& topiario operi accedens.Aliq̃ poniẽ pro lauro. Hor.Tũ ſpiſſa ramis laurea feruidis. Aliq̃ pro corona ex lauro facta,q̃ in triumphis adhibebatur.Cato uero li.de re Ruſt. laureã, & laurũ mutato diphthongo loream,pro eodẽ accipit.Ab hac arbore nomẽ impoſitum eſt hominibus. Nam laurea Tul.Cic. libertus dictus fuit. Laura etiam proprium nomen mulieris.
Laureola cũ accentu in antepe.dimi. a laurea,& p̃ corona triũphali capiẽ, & Laureolus proprium nomen.
Laureus.a.ũ.qd̃ eſt ex materia lauri,quõ roſeus myrteꝰ.
Lauretum, locus in quo laurorum copia eſt, ueluti roſetum,myrtetum,ſpinetum.
Laureo,as.a laurea fit,& ſcat lauream in capite pono.
Laureati, qui laureis coronati ſunt. Vnde Cicero laureatos faſces dixit.
Laurentũ,nomen ciuitatis ſolis indigẽs, quod ibi ſepultus ſit Tacius rex, q̃ a laurẽtibus occiſus fuit,uel a ſylua laurea, q̃ exciſa ædificatus eſt uicus, uel ut inqt Priſcia. a lauro ibi inuenta,dum Picus eam conderet.
Laurentes populi dicti ſunt.
Laurens laurentis,& hic & hæc laurentis, qui ex Laurento ciuitate eſt. Virgi. Laurentis regia Pici.
Laurolauinium urbs Latii proxima Laurento.
Laurentius.Laureolus laura,noĩa,ppria a lauro facta.
Laurẽtia nomẽ uxoris fauſtuli Romuli ac remi nutricis
Laurentalia,feſta quæ in Laurentiæ nomine fiebant.
Lauiniũ, urbs quæ & laurentũ, a Lauino latini fratre ut ſentit Ser.poſtea laurẽtũ a lauro inuẽta, a latio dũ adepto impio poſt fratris mortẽ ciuitatẽ augeret. Poſtea lauinũ a Lauinia Æneæ uxore.Strabo dirimit lauiniũ a laurẽto.Alii lauiniũ a laurolauinio. Dio. Halicar. facit tres pplos in latio lauiniẽſes laurẽtes & lauiniatas.
Lauce,inſula in Ponto,Boriſthenis oſtio obiecta, dicta Achillæa,quoniam Achilles ibi ſitus ſit.
Laurion, locus in attica regione ubi argentũ fodiebañ.
Laxus,a.um.largus,& ſpacii maioris. Vir.Et primum laxos tenui de uimine cyclos Ceruici ſubiectæ.Col.lib.i. Nec dubium quin minus reddat laxus ager, non recte cultus, q̃ anguſtus eximie.Aliq̃ poniẽ, pro molli,remiſſo,languido. Virgi.Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas. Vñ laxi funes dicuntur languidi ſemiconſumpti.Et uela laxa,quando uenti non flant.Hinc prolixum, quaſi porro laxũ. Inuenitur laxũ aduerbiũ, pro late.Mar. Et ad huc ſuperet centies tibi laxum.
Laxo,as.laxũ facio,aperio,& q̃ſi libero. Vir. Laxat clauſtra Sinon.Cic.in Ca.Qui ſi ex libidinũ uiculis laxatos eſſe non moleſte ferunt. Hinc cõponitur relaxo quod eſt rurſus laxo,recreo,remitto.Cic.li.i.offi,Atq̃ etiam cum relaxare aĩos uoluerint,caueãt intemperantiam.
Laxitas,& laxamentum, idem quod remiſſio. Liui.li.ii. Nihil laxamenti, nec ueniæ habere,ſi modum exceſſeris. Cice. Et admittenda hominum cuiuſq̃ modi multitudo,adhibenda eſt cura laxitatis.

L ante E

Lea,quæ & leæna dĩ. Lucil. Irritata leæ iaciebant corpora ſaltu. Vir,Torua leæna lupum,ſequitur lupus ipſe capellam.Ser.leæna græcũ.Sic dracæna. Nam nos hic & hæc leo dicimus.Lea uero uſurpatiue, quia in o. exeuntia fœminina ex ſe non faciunt,ut fullo,latro,leo. Scribit Ariſt.li.de anima.leænam primo fœtu quinq̃ parere, ſecundo quatuor, ac per ſingulos uno minus poſtq̃ uero unũ tñ peperit, ſterileſcere ac fœtus ipſos initio informes,ac niſi bimeſtres moueri,ſemeſtres uero uix ingredi poſſe,eſt & lea.i. λέια idem quod leuis.
Leæ, eſt inſula iuxta Cirenaicam Aphricam regiõem.
Lebaida,urbs Bœotiæ,ubi é Orchomenus, & Cephyſus amnes arundinis tibialis fertilitate nobiles.
Lebes,etis,pe.p.uas æneũ, ĩ quo res bulliũt,& docet Porphi.ſup li.ix.Ilia. eſt ge.maſc. & fœ.Oui. Viginti fuluos operoſo ex ære lebes.In Eze. Hæc eſt lebes, uos autem
Lebeta,tæ.Hiero.in li.Paralipo.Pacificas (carnes. hoſtias coxerunt in lebetis,& cacabis,& ollis.
Lebadus pe.pro.ciuitas,q̃ a Colophone centũ & xx.ſtadia diſtat.Hic ſcænico⁊ hiſtrionũ collegiũ fuit, qui ludos ac certamina libero patri quotannis celebrabant.
Lecanon pe.eor. λέκανον græci peluim dicunt.
Lecanomantia cum accentu in penultima, diuinatio, quæ fit per pelues. Vnde Strabo Lecanomantas,& Hy

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dromantas in Persia frequentes tradit.

Lechæū cum diph. nā græce λεχαῖον alterius maris portū appellari tradit Li. in bel. ma. græci λέχη portꝰ ipos uocāt. Pa. Curua Palæmonio secluditur unda lechæo.

Lectus, ti. & us. Plau. ī Am. Prius abis q̄ lectus, ubi cubuisti cōcaluit locus. Dictus lectus, ut Var. inqt, ꝙ lectis herbis, & frōdibus strāmēta facerent, uel ut alii putant, ab alliciēdo, ꝙ fatigatos ad quiescendū alliciat, nisi sit, ꝙ antiqui græci λέκτον, lectū dicunt. Aliqñ sumit pro mensa conuiuaꝝ, qui & discubitorius, & triclinariꝰ dī. Huius dimi. est lectulus. Legitur & lecticulus.

Lectrum promontorium est in Asia.

Lectisternium, dicebaī cū sacroꝝ gratia lecti in tēplis sternebanī ad discumbēdū siue pernoctandū. Proprie Iouis epulū dicebaī. In capitolio. n. stratis tribus lectis conuiuiū apponebaī tribus diis, Ioui, Iunoni, & Minerue. Iuppiter. i. Iouis simulachrum statuebaī in lectulo recubans. Iuno & Minerua in sellis considebāt, sed appositis epulis non ipsi dii, sed septem epulones celebrabant. De inuentiōe lectisterniorum lege Liuium li. v.

Lectisterniator, qui lectum sternit, seu qui lectis mēsisq̄ sternendis præest. Plaut. in Pseu. Tu esto lectisterniator, tu argentum eluito.

Lectica, pe. pro. cathedra, & sedes, qua ferebantur diuites & potentes, in qua puluinar, & lectulus stratus erat. Græce hexaphoꝝ, ꝙ a sex seruis portaretur. Iuue. Nāq̄ facit somnum clausa lectica fenestra.

Lecticula dimi. parua lectica. Suet. A cœna in lecticulā se lucubratoriam recipiebat. Cice. Marti. Vt nostras uillas obire, & mecū simul lecticulā concursare possis.

Lecticarius, qui lectica deferebat. Ser. Sul. Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisq̄ lecticariis in urbem eum referre. (altitudine.

Lectipes pe. cor. herba Serpillo similis surculosa, palmi

Lecythus pe. cor. græce λήκυθος ampulla olearia. Hier. lib. iii. Re. Hydria farinæ non deficiet, & lecythus olei non est imminutus. Pro lecytho Cyprianus Capsacē usurpauit. Iuue. Guttum.

Ledoria, cū accē. in pe. a græcis dī urbanitas amaruleta, hoc est ioci mordaciores. Alio noīe scōma appellatur.

Lego, as. in legationē mitto. Plau. in Am. Eos legat tele bois. Hīc legati, legatio, legatoꝝ missio. Qñq̄ ē legatū facere, ut Cæsar Casium sibi legauit. Qñq̄ cōmittere. Plau. in Cas. Quin ruri es in p̄fectura tua, qn potiꝰ qd legatū tibi est negociū, id curas. Qñq̄ decernere, deliberaī, & testaméto relinq̄re, ut testator liberto suo argēti pōdo decē legauit, hoc ē decreuit ex hæreditate sua decē argēti pōdo liberto suo cōferri. Li. li. i. Numitori, q̄ stirpis maxius erat regnū uetustū syluiæ gētis legat. Huius uerbi composita sunt Allego, ablego, delego, a quo subdelego, relego, sublego, quæ habent pe. pro.

Legatus, qui legatione fungitur. Virgi. Legati responsa ferunt. Et legatus, qui imperatoris uicem tenet.

Legatio, legatorum missio.

Legatum deliberatio quædam hæreditatis, qua testator ex eo, qd uniuersum hæredis foret alicui, quid collatum uelit. Modest. Legatum est donatio quædam testamento relicta. Et legati appellatione fidei commissum, & mortis causa donatio continentur.

Legatarius uel legataria dī, cui ex testō aliqd legatū ē.

Legator, qui aliquid legat. Sue. in Tibe. Iterum eo censente trebianis legatam in opus noui theatri pecuniā ad munitionem uiæ trāsferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata uoluntas legationis esset.

Legatitius, a. um. quod ad legatum pertinet. Vnde legatitium uiaticum dicitur, quod interdum accipere legati solent, qui ad sacrarium principis mittuntur.

Lego, is. gi. lectū, proprie colligo. Co. li. ii. Optimā quāq̄ spicā legere oportet, seperatimq̄ ex ea semē reponere. Hinc tractū est ut legere etiā sit oculis scripta percurrere, qñ lr̄æ oculis legi. i. colligi uideanī. Vir. At simul heroū laudes & facta parentis iam legere. Propter qd ea quoq̄ q̄ picta sunt legere dicimur. Tractū a græcis qui γράφειν scribere & pingere dicunt. idem li. vi. Quin protinus oēm perlegerēt oculis picturam. Rursus legere est p̄ssius adnauigare & remo radere. Vir. Primū lege littoris oram. Quippe nautæ transmisso per manus fune aspera loca traiiciūt, idq̄ legere dicunt inqt Ser. Liu. Ipe cōpositis siciliæ rebus orā italiæ legēs Arminum peruenit. Item qñ nautæ dū aspera loca prætereūt legere. i. colligere uela consueuerūt. Qñq̄ præterire significat. Virgil. Littoraq̄ epiri legimus. Est qñ pro eligere ponatur, ut Ipse ego cana lego tenera lanugine mala. Aliquando pro surripere, ꝙ ea quæ furamur colligimus. Idem. Vel quæ sublegi tacitus tua carmina nuper. Hinc sacrilegium. Aliqñ pro persecutere. Plau. Quo te legam hoc scipione. Huius cōpositā sunt Allego. Colligo. Deligo. Diligo. Eligo. Intelligo. Interlego. Subintelligo. Negligo. Perlego. Relego. Sublego Seligo, & Translego, quæ habent pe. cor.

Legus, a. ū. nō nisi in cōpositiōe inueniī ꝙ eo, qd colligit ut Apes mellilegæ dñr, qñ mel legant. i. colligant.

Legulus pe. cor. qui uuas aut oleas colligit. Cato. Legulos quot opus erit, præbeto, id est collectores.

Legumen pe. pro. dictū est, quod manu legaī. Var. lib. i. de re. Rust. de Cicere. Hoc eñ quoq̄ legumen, ut cætera quæ euelluntur e terra, non subsecantur, ut fruges, quæ ꝙ ita leguntur legumina dicta. Virgi. lib. i. Geor. Vnde prius lætum siliqua quassante legumen.

Legumentum idem quod legumen. Similiter & legarium, ut Varro libro primo.

Lectio ipsa uerba quæ colligimus, quod etiā tacite fieri solet, cū quis legit lr̄as. Aliqñ sumiī pro ipso pronunciandi modo quo legiī. Aliqñ ꝑ artificiali interp̄tatione. Vñ Diome. Lectio est artificialis interp̄tatio, uel uaria cuiusq̄ scripti pronunciatio seruiens dignitati personarum, exprimensq̄ animi cuiusq̄ habitum.

Legem dictā putant, ꝙ publice legatur, ut oīb̄us nota sit, & ab oīb̄us obseruetur. Hanc q dam diffiniūt esse generale iussum populi, aut plebis rogante magistratu, & hoc duntaxat in libera ciuitate. Alioquin etiā regū & principū iussa leges dñr, præsertimq̄ imperatoris, postq̄ in eū populi Romani maiestas trāslata fuit. Rogabat magistratus populū, qd constituendū esset, populus iubebat. Id iussum si generale est, & ad oēs pertinens, lex dī. Si ad singulos ciues spectat, priuilegiū est. Cice. sic legem diffinit, ꝙ sit certa ratio e mente diuina manans, quæ recta suadeat, prohibeatq̄ contraria. Legum appellatione leges. xii. tabulaꝝ, senatusconsulta, plebiscita, legitimæ actiones, interpretationes pru-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dentum, & alia id genus continentur. Legis uirtus est imperare, uetare, permittere, punire.
Legislator qui legem tulit, & qui legifer dicitur, qualis apud Athenienses Solon.
Legirupio, onis. qui rumpit leges. Plau. in Ru. Iube modo, accedat prope hunc legirupionem.
Legulei9, q legũ studia sectaf, seu uersaf in legibus. Cic. Ita & tibi Iurisc̃sult9 p se nil, nisi legulei9 q dã cautus, & acut9 p̃co actionũ, cautor formulaꝝ, auceps syllabaꝝ
Legulæ sunt uittæ paruæ, siue ligulæ fimbriatæ reticulatis, cãcellatis plagulis orbicularibus a legendo dictæ.
Lectito, as. pe. cor, frequẽter lego. Ci. Peto. Pyrrhi te uita
Lecturio, is. p. c. desydero legere. (deo libros lectitasse.
Legio a delectu militũ dicta est, q̃ legunt milites in delectu. Diuiditurq̃ legio in decẽ cohortes. Cohors in .l. manipulos. Manipulus in .xxv. milites pro uno quoq̃. Legiones Romanæ a numero atq̃ ordine dicuntur, ut primani, secundani, decumani milites uocãtur primæ, secundæ, & decimæ legionis.
Legiũcula dimi. parua legio. Li. li. xxxvi. Videretis uix duaꝝ male plenaꝝ legiũcularũ instar in castris regis.
Legionarius, a. um. qd est legiõis, uel qd ad legionẽ pti net. Asinius Pollio Cice. Militem non modo legionarium, sed ne auxiliariũ quidem ullum quoq̃ misi.
Leleges, siue lelegæ pe. cor. ppli errabundi, q quondam Thessaliã, & diuersa alia loca tenuerũt. Hero. li. i. scribit maritimos fuisse, q postea Cares dicti fuerunt. Alii tradunt Cares & Leleges esse cõterminos. Oui. li. ix. Meta. Caras & armiferos Lelegas, Lyciãq̃ perrat. Scribit Pli. li. v. Miletũ Ioniæ caput lelegeida fuisse noiatã. Eusta. docet leleges dictos, quasi λελεγμένους. i. collectos, eo q̃ prius errarẽt, & gens collectitia esset. Alii leleges, a Lelege duce appellatos asserunt. (lemosi.
Lema, æ. apud græcos lachryma, sed congelata dr. Vñ
Leman9, pe. p. lac9 Gebẽnæ uicinus, q in Rhodanũ fluit.
Lembus nauicula breuis, & uelocissima, Plau. Dum hæc aguntur lembo aduehitur tuus pater pauxillulo. Hic & lenunculus dicitur. Græce tamen dicitur. λέμβος πλοῖον μικρὸν ἢ δοτικὴ τοῦ λέμβει δυϛτέρως.
Lemnos insula, q̃ & hypsipylæa dr ab Hypsipyla thoantis filia, q̃ in ea regnauit. Hæc est in Ægeo mari ab oriente Troiã, ab occasu Athon spectans, a Borea Thraciam, ab austro, sed lõgo tractu Cretæ opposita est, urbes hẽt Myrrinã maritimã, & Hephestiã mediterraneã In ea colebaf Vulcanus deus ignis. Vñ & lemnius ardor dr a poetis. Nã (ut in fabulis fert) cũ Iuno eũ peperisset, eũq̃ turpẽ cõspexisset, e cœlo in eã insulã deiecit
Lemnia, a græcis dñr teterrima q̃q̃ facinora a Lemno.
Lẽnius, a. ũ, possess. ut terra lẽnia, q̃ exiccandi uim hẽt. In ea caprinus sanguis miscef, & ideo Rubrica appellaf.
Lemures pe. cor. laruæ nocturnæ, & terrificationes imaginum. Vide in dictione Lar.
Lemuscatum, præmium quod reportabant, qui ex gladiatura uictores extitissent.
Lemniscifasciolæ coloriscæ dependẽtes ex coronis. Antiquissimũ. n. fuit genus coronarum laneaꝝ. Græci tñ λήμνισκον & uoce latina linamentũ, ut inquit Col. lib. vii. Iñ lẽniscatæ coronæ dictæ, q̃ lẽniscis erãt ornatæ. Pli. li. xxi. scribit lẽniscos adiici solitos coronis aureos.
Lenæus scribif cum diph. Quo noie dictus est Bacchus, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, quod lacũ significat, hoc est uas, ĩ quo uuæ exprimunt. Vir. li. ii. Geor. Huc pater o Lenæe, tuis hic oĩa plena muneribus. Do. a leniendo q̃ leniat mentẽ.
Lenobatès pe. cor. uuæ calcator.
Lenis & hoc lene, idem fere significat, qd leue hoc est, qd tactu nullam asperitatem habet. Trãsfertur tñ ad aĩm. & pro miti modestoq̃ accipitur. Terent. in Hecy. Ego sum animo leni natus, non possum aduersari meis.
Lenitas lenitudo, & lenimentum, quæ idem significant, scilicet mansuetudinem, suauitatem, placationemq̃. Cice. Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Leniter aduerbium moderate suauiter.
Lene aduerbiũ sicut leniter. Mart. Tepida natabis lene.
Lenio, is. iui. uel lenii, itũ. mulceo, placo, ĩminuo, polio ue. Sal. In tali tpe tanta uis hoís magis leniũda, q̃ exagi tãda uidebaf. Idẽ. Nõnulli ficta, & hæc, & multa ẽterea existimabãt ab his, q Ciceronis inuidiã, q̃ postea orta est, leniri credebãt atrocitate sceleris, q pœnas dederãt .i. ĩminui. Col. li. iii. Cũ deinde truncũ reddideris acuto ferramento plagã lenito. i. polito. Interdũ lenire est consolari. Cic. Treb. Tuam profectionẽ amore prosequar, reditũ spe expectabo, absentẽ memoria colã, oẽ desyderiũ litteris mittẽdis, accipiendisq̃ leniam. Hoc uerbũ etiã lenibo in futuro facit. Prop. Lenibũt tacito uulnera nostra sono. Huius compositum est delenio.
Leno, ge. cõmunis, q̃uis habeat fœ. lena, ut inq̃t Priscia, quo noie significaf is, qui scortoꝝ perductor est, etiam inuitaꝝ personaꝝ, qui legibus uindicaf, ab alliciẽdo, q̃ adolescentulos alliciat, uel a leniendo dictus.
Lenas appellat Vlp. q̃ mulieres quæstuarias prostituũt. Itẽ eas, q̃ alterius noĩe hoc uitæ genus exercent, ut si q̃ cauponã exercẽs, in ea corpora quæstuaria habeat, dicendum est hanc quoq̃ lenæ appellatione contineri.
Lenulus pe. cor. diminutiuum. Plau. in Pœnu. Ita, ut occepi dicere lenule de illa pugna.
Lenunculus aliud dimi. Idem in eadẽ. Si de deo militari tetigero lenunculũ. Est ẽt lenunculus nauigiũ piscatoriũ. Sal. li. hist. Indicit forte p noctẽ lenũculo piscandũ.
Lenonius, a. um. quod ad lenonem pertinet. Plau. in Menæ. Ab his locis lenoniis.
Lenociniũ, lenocinãdi actus. Vlp. Lenociniũ facere nõ minus est, q̃ corpore quæstũ exercere. Qñq̃ lenociniũ sumif p exq̃sitiore elegãtia. Sue. de Au. Forma fuit eximia, & per oẽs ætatis gradus uenustissima, q̃q̃ & oñis lenocinii negligẽs, & in capite comendo incuriosus.
Lenocinor, pe. cor. lenociniũ facio. Per. transl. lenocinari, p blãdiri ponif, siue allicere, qd lenones facere solẽt. Ci. Tibi seruiet, tibi lenocinabif, minus aliq̃ contẽdet q̃ põt. Am. li. de Cain, q̃si p adulterari posuit. Etenim qa ueꝝ decorẽ naturæ hñe nõ põt, adulterinis fucis affectatæ pulchritudinis lenocinaf speciẽ non ueritatẽ.
Lens, dis. a lædo capitis aĩal ex quo formaf pediculus, & est fœ. ge. Sere. Vnda maris capiti lendes deducit iniquas. Hinc lendinosi dicti sunt lendibus referti.
Lens, tis. genus leguminis a lenis nomen deductũ, q̃ qui ea uescunt lenes ac moderati fiunt. Plin. Inuenio apud ueteres auctores æquanimitatẽ fieri uescẽtibus lente.
Lenticula, genus leguminis lẽti sile, sed diuersum. Quin & cocta quoq̃ lẽs a Pli. cæteriscq̃ lẽticula uocaf. Lẽticula ẽt genus uasis ẽ a figura dcm, ut ait Pli. & meminit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Celſus. Videſq; id eſſe qđ diſcus appellaſ apđ Dioſ. Vñ & léticularis figura. Quidã hoc nomen a liniẽdo deducunt, aiũtq; eſſe uas olearíũ, ex quo reges & ſacerdotes liniebanſ, de quo in libris Re. fit mentio. Rurſus lenticulæ maculæ in corpore ſunt, quæ lẽtigines dici ſolẽt.

Lenticularis, & hoc lenticulare adiectiuum a lenticula, ut lenticularis forma. Apul. li. ii. Flo.

Lentigo pe. pro. macula ſubrufa, & interdũ nigra in facie ad lẽtis ſimilitudiné. Vñ & lentiginoſus. Pli. li. xix. de atriplice. Ac niſi mutata ſæpe aqua coquendũ ſtomacho contrariũ eſſe, lẽtigines, & papulas gignere. Et libr. xx. Cum ſeuo uitulino uel melle ſugillatis illiniſ, cum melle, & uua paſſa, & aceto lentigini nigræ.

Lentus, ꝑ prie tener, flexuoſuſq;. Vir. Lenta ſalix quantũ palléti cedit oliuæ. Sed tranſlatũ ad aĩm ꝑ leni ac placido accipiť. Cic. in Hor. Qui cũ publicas iiurias lente tuliſſet, ſuã nõ tulit. Interdũ ꝑ facili. Lucil. Cotta ſenex Craſſi pr̃ magnus trico fuit nũmarius, ſoluere nulli lẽtus. Interdũ ꝑ tardo, a quo lẽtitia, & lentitudo tarditas. Interdũ ꝑ ſecuro & ocioſo. Nos patriã fugimus, tu Tityre lẽtus in umbra. Interdũ ꝑ tenaci. Plau in Me. Quã lentũ eſt & uiſco ſimile. Interdũ ꝑ remiſſo, & frigido. Vir. li. i. Ge. Noctis lentus non deficit humor. Ci. Neq; .n. ẽ facile ꝓficere, ut iraſcaſ ei, cui tu uelis, iudex, ſi tu ipſe id lente ferre uideare. In cõpoſitione uero ſcat plenũ, ut ſomnolentus, temulentus, opulentus, & hmõi.

Lento, as. Vir. li. iiii. Ante & trinacria lentandus remus in unda. Vbi Ser. Lentandus, aut lente tibi nauigandũ eſt, nam totam Siciliam circumiit, aut flectendus. Vnde lentum uimen dicimus, id eſt flexibile.

Lenteo, es. a quo lenteſco, is. quod ſcat lentũ, ſeu tenerũ, ac molle fieri. Vir. li. ii. Geor. Sed picis in morẽ ad digitos lenteſcit habendo. i. cohæret, ut exponit Ser. Lucil. Lẽtet opus dixit. A lenteſco fit cõpoſitũ inlẽteſco. Col. li. ii. Paulũ aqua maceraſ, dũ inlẽteſcat. i. intẽr tener fiat.

Lentini ſeu lentuli Romani quidã cognominati ſunt, a lente, ut Cicerones a cicere, Fabii a faba.

Lentiſcus arbor, q̃ maſtichẽ gummi mõ ſudat, & ẽ triſera. Pli. li. xxiiii. Vſum lacte capraꝝ, q̃s lẽtiſco paſcebat.

Leo, les. leui, non eſt in uſu, & ſignificat imprimo, & formo, ſed eius compoſita uſurpantur, quæ ſunt deleo, & releo, Delere autem cõtrarium eſt ſuo ſimplici. Nam eſt quod formatum iam, & impreſſum eſt remouere.

Leo animal ferox, & oĩm aĩalium generoſiſſimus, tum ꝑcipue cum colla, armoſq; ueſtiunt iubæ, qđ ætate accidit. Leones tñ ex feris clementia utunť in ſupplices, ꝓſtratis parcunt. Eoꝝ aĩ index eſt cauda, ſicut equoꝝ aures. Vim ſummã in pectore hñt, ſatiati inoxii ſunt. Timent rotaꝝ orbes circũactos, & currus inanes, & criſtas, cantuſq; gallinaceoꝝ, ſed maxime ignes. A leo fit leoninus, a. um. Eſt & leo marinus ex cancroꝝ genere. Item leo cœleſte ſignum. Ferunt hunc leonem Teumeſſium a Teumeſſo Bœotiæ monte dictum, ab Hercule occiſum, in cœlum ab Ioue tranſlatum.

Leopardus, aĩal q̃ ex leone & panthera natus eſt, uel ex pardo & leæna, nigris maculis leoninã pellẽ diſtinguẽtibus, & iubis caret. Naſciť in Africa, ubi ꝑpter penuriã aquaꝝ, ad paucos amnes multitudo feraꝝ conuenit, ideo multiformes ibi aĩaliũ partus, mutuo ſeſe miſcẽtibus diuerſoꝝ generum animalibus. Vnde ortum eſt prouerbiũ Semper aliquid noui Africam afferre.

Leonina herba eſt, quæ naſcitur in montibus, cuius flores cum emittuntur, ſimiles ſunt ori leonino aperto.

Leontopetalon, herba folio braſſicæ, caule ſemipedali leni, cuius ſemen in cacumine ĩ ſiliquis ciceris modo, radix rapæ ſimilis, grandis, nigra, naſcitur in aruis, radix aduerſatur omnium ſerpentium generibus, ex ui no pota, nec alia res celerius proficit.

Leontophon, exiguus uermis eſſe dicitur, nec alibi naſcitur, q̃ ubi leo naſcitur.

Leoſthenes pe. cor, nomen uiri, qui cum ſponſus eſſet, & Iamiacũ bellũ concitaſſet, interfectus eſt, ob cuiꝰ amorem ſponſa demotionis Areopagitaꝝ principis filia ſe interfecerit, ſicut Hie. contra Ioui. teſtaſ. Suidas. Λεωσθένης, στρατηγὸς τῶν ἀθηναίων ὁ. οὗτος ἐν τῷ πρὸς τοὺς μακεδόνας πολέμῳ προθυμίᾳ χρησάμενος, λίαν τολμηρὸς πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀφυλάκτως ὑπὸ τῆς παρατάξεως πέπτωκε.

Leonides, pe. cor. nobilis Sparta, deinde Lacedæmoniorum rex, qui aduerſus Xerſem pene incredibilia egit. Hic commilitonibus dicebat. Pergite aĩo forti, hodie apud inferos forte cœnabimus. Cecidit ad Thermopylas, cum illas anguſtias cuſtodiret. Fuit & alius Leonides Alexandri pædagogus.

Leocrates, nomen ſculptoris inſignis.

Leontopodion, herba quam & lithoron, & dorypetron, & toropetron uocant caulibus ueluti roſæ capita ſuſtinens, naſcitur in campeſtri ſolo, cuius ſemen lymphatica ſomnia facere dicitur.

Leochares, Leocrates, Leocritus, Leoſtratus, Leodamus Leontius, Leogorus, oĩa noĩa propria a leo deducta.

Leodamas, tis, ꝑpriũ nomen philoſophi mathematici.

Leon philoſophus mathematicus, qui elementa compoſuit, determinationem inuenire docuit.

Lepaduſa, ſiue lopaduſa, inſula Siciliæ, a patellis oſtreorum genere dicta, quaſi patellaria.

Lepus, aĩal a celeritate dictum, ꝙ leuipes ſit, q̃n ambulans non ſentiť. Poniť q̃nq; ꝑ infamia, ꝙ magis poſteriori parte, hoc eſt, armis pulpamentũ de ſe præbeat; cũ in cõuiuio carpiť appoſitus. Hor. Fœcundi leporis ſapiens ſectabiť armos. Aut ꝙ uenanť illũ, & proſectãtur canes, quos pro amatoribus puerorꝝ intelligimus, ut apud Ter. Ceruam uidere fugere, ſectari canes. Aut ꝙ a phyſicis dicatur incerti ſexus. Tradunt eñ utranq; uim ſingulis ineſſe, ac ſine maris coitu gignere, ſicut & hyæna. Ter. in Eu. Lepus tute es, & pulpamentũ quæris. i. quod in te habes, hoc quæris in altero.

Lepuſculus diminutiuum quo etiam nomine dictus eſt piſcis quidam marinus. Ambro. Lepuſculus timidum animal in terris, in mari formidabile.

Leporinus, a. um. pe. ꝑ. qđ eſt ex lepore, ut pes leporinus.

Leporariũ, non tñ pro loco, ubi lepores ſunt, ſed etiam ꝑ oĩbus ſeptis, & quæ ſunt uillæ affixa, accipiť, & habẽt ineluſa animalia, quæ paſcuntur. Gel. Viuaria uetères quandoq; leporaria dixere, in quibus omnia clauderenť animalia. Var. Leporaria te accipere uolo, nõ ea quæ tritaui noſtri dicebant, ubi ſoli lepores ſint, ſed omnia ædificia. ſepta. uillas. quæ incluſa habent animalia, quæ paſcuntur. Hæc antiquiores roboraria etiã appellari uoluerunt, a tabulis roboreis, quibus ſepta erant anteq̃ mœnibus cingerentur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lepor & lepos utroq; mō dī ꝓ ſmōe nitido, & abſterſo, & q̄ſi lautitia quadā ſmōis, q̄ ſicut lep⁹ a leuitate pedī, ita lepor orōnis a pedū ſuoꝝ leuitate dici putat. Eſt & lepos gratia & uoluptatis cuiuſcunq; amœnitas.

Lepidus.a.ū.pe.cor. in quo leporis .i. urbanitatis, eſt plurimū, & tā de hoie q̄ de orōne dī, ut lepidus hō, lepida orō. Terē. in an. O lepidū caput. Dona. dicit lepidū dici politū, λεπτόν. lamina ſiue ſquama. Pli. lib. xxxiiii. Excutiuntur uelut milii ſquamæ, quas uocant lepidas. Hinc lepiditas, & compoſitum illepidus.

Lepidotes pe. pro. gēma q̄ ſquamas piſciū imitat.

Lepidiū, herba q̄ ulcera acuta tollit. Col. li. xiii. Sūt q ſa tiui, uel etiā ſylueſtris lepidii herbā cū collegerunt in umbra ſiccent. Deinde folia eius abiecto caule die ac nocte muria macerata exp̄ſſaq; lacte miſceant ſine cō dimentis, & ſalis q̄tū arbitrant adiiciāt. Nōnulli recē tia folia lepidii cum dulci lacte in olla miſcēt &c. ſcribit Dioſc. idem eſſe lepidiū quod Gnigidium. Fit autē a græco uerbo λεπίζω, hoc eſt decortico.

Lepra morbus, qui alio nomie dī elephantia, Et duplex eſt. Vna, q̄ incurabilis, quam malam ſcabiem Horati. noiat, aut mala quam ſcabies, aut morbus regius urget. Alia, quæ poteſt curari. Pli. li. xxxiii. Lachryma uitium, q̄ uelut gummi eſt, lepras & lichenas & pſoras nitro ante præparatas ſanat.

Lepriū, ciuitas in Achaia a Leprio heroe, quē occidit Hercules, ſiue a lepra qua curabant ibi quodā ſe flumine mergentes. Hinc lepriatæ populi. Eſt & alteꝝ in Arcadia leprium, ut teſtis eſt Cice. ad Atticū m.

Leptis nomen urbis, de qua Hier. In lepti urbe ſemibarbara poſita in ſolitudine moris eſt, ut nurus altera die ſocrum ollam mutuo poſtulet.

Leptorax uua q̄ habet exiguos acinos, ſed ualde dulcis, λεπτὸς græce tenuis ac gracilis dicit, ῥάξ acinus.

Leptoragias, ſimiliter a minutis acinis dicit, quos græci rhagas uocant.

Lepte acra ꝑmōtoriū gracile. Soli. A ꝑmōtorio Indiæ quod alii lepten acram, alii Drepanum uocitarunt.

Lerne argiui & Mycenei agri locus eſt, ſup quē fuit Argos oppidū. Vñ Lernæ⁹, a.um, ut pal⁹ lernea, ubi fuit hydra l. capitū ab Hercule iterfecta. Sūt q ſcribāt lernā regiunculā eſſe Arcadiæ, a Lerno rege cognoiatam.

Leros, q̄ & leria inſula eſt in Icario mari, ut inqt Strabo

Lesbos, inſula in Ægeo mari Æolicaꝝ urbiū metropolis, & uniuerſæ troadis impium obtinuit. Ambitus eius ſtad. c. ſupra mille, a borea in auſtrū, ptenſa q̄ngenta, & lx. ſtad. longitudinis habēs, feraci agro, & multa materia ad claſſes conficiendas idonea. Vrbes in ea fuere memoratu dignæ Mitylene, & ab ea nūc inſula uocat, & Pyrrha in occidētali littore ſita. Fuit & Ereſus & Antiſſa cū portu & methymna. Dicta Lesbos ab urbis nomine, q̄ in ea potiſſima fuit, ſiue a Lesbo Iapithi filio, q in eam inſulā nauigauit. Ex hac Pittacus unus ex ſeptem ſapientibus. Alcæus. Sappho. Theophraſtus philoſophus, & alii uiri ſcientia clariſſimi orti fuere. Hinc Lesbius. a.um. poſſeſſiuum.

Lesbous. a.um. quod eſt ex lesbo, habet pe. prod. Hora. Lesboum refugit tendere barbiton.

Leſtrygones pe. cor. ppli in extremo Italiæ, quos Vlyſſes apd Alcinoū narrat humana carne ueſci, ut Cyclopas, & Home. ſcribit Læſtrygōes ſocios Vlyſſis uerubꝰ trāſfixos, atq; igni aſſos comediſſe. Acron. Læſtrygōia formiana ſeu ſicula, in q̄bus Cyclopes fuerūt q læſtrygones uocabant. Plin. Caieta portus. Oppidū formiæ antiqua læſtrygonum ſedes. Veꝝ ita appellati fuere, qa latrones erant in eo ſinu ἀπὸ τῆς λῃστείας quod eſt latrocinium. Hoꝝ rex Antiphates fuiſſe ſcribit.

Leſtorum regio Indiæ extra Gangem, cuius incolæ ſyluestres eſſe dicuntur, & in ſpecubus habitare. Ferūt in ea eſſe coruos & pſittacos albos.

Leſſus. us, lugubris eiulatio. Eiulare. n. ē flebiliter more fœmineo cōplorare. Cice. in legib. Mulieres genas ne radūto, neue leſſum funeris ergo habēto. His. n. uerbis ſcat lamētationē lugubrē in funeribus prohiberi.

Letania ſeu litania cum accētu in pe. latine ſupplicatio dicit, λιτανεύω ſupplico, rogo.

Lethes fluuius quē apud inferos eſſe poetæ tradiderūt, cuius latices ſi qs guſtauerit oīum ptārum reꝝ obliuiſcit. Idcirco ἀπὸ τῆς λήθης. i. ab obliuione nomē hēt. Datus eſt hinc fabulæ locus, qa morientes oīm reꝝ obliuio ſubrepit. Cōſtat aūt hunc amnē in Africa circa extremū ſyrtiū cornu Berenicen urbē alluere, ſed eum apud oēs fama eſt ad ea loca inferna inundatiōe ꝑuēnire. De quo Luca. li. viii. Quam iuxta lethes tacitus p labit amnis, Infernis ut fama trahens obliuia uenis. Inde lethæus. a.um, pe. pro. Idem. Non me lethææ coniunx obliuia ripæ Immemorem fecere tui. Strabo ſcribit Lethē fluuium Hiſpaniæ eſſe.

Lethargus eſt marcor & inexpugnabilis pene ſomni neceſſitas cū alienatiōe mentis. Boe. li. i. de conſ. Lethargum patit cōem illuſaꝝ mentiū morbum, ſui pauliſp oblitus eſt. Pli. li. xxiii. Grauedinē. n. morbūq; lethargi cum patit. Eſt & ſpecies phrenetidis, ut Cel. ait. Vnde lethargicus ab Hora. ſumit pro furioſo, ut lethargicus hic, cum ſit pugil, & medicū urget. Dictus lethargus, ut q̄dam putant, ἀπὸ τῆς λήθης. hoc eſt ab obliuione. Nam in eo morbo accidit obliuio omnium rerum.

Letum pro morte ſm Priſ. a leo fit, quo ueteres uſi ſunt pro deleo, qū mors omnia delet. Apul. a luo deducit, ideoq; per œ ſcribi ꝑcipit. Var. & Feſt. ab λήθης fieri putant. Vnde & per th aſpiratum ſine diph. ſcribunt lethum. Quidam etiam letum per antiphraſim dici uolunt, quaſi minime lætum. Nam epitheton mortis eſt triſtis, quod eſt contrarium læto.

Letalis & hoc letale, mortiferum. Plini⁹. Letalis inedia homini, duraſſe, & ultra undecimum .l. diem plærosq; certum eſt.

Letificus, a.um, pe. cor. quod mortem inducit.

Leto, as, morte afficio. Vnde letata corpora apud Ouid. Pro morte mulctata & interempta.

Leuana pe. pro. uocabat dea, quæ pueris piæerat dē terra leuandis, ut inquit Auguſtinus.

Leucon, latīe albū dī. Et leucō auis eſt q̄ ardea uocat.

Leucaſmos, latine candor, græce λευκασμός.

Leucargyllon, genus argillæ albæ.

Leucoſia, inſula contra peſtanum ſinū ī mari tyrrheno Lucaniæ adiacēs, ut Stra. lib. vi. refert, paruū ad continentem hūs curſum. Dicta Leucoſia ab una ſirenum, q̄ ī hoc loco periit, cum in ꝑfundū ſeſe abiecīſſet. Feſt. ab Æneæ conſobrino datū loco nomē exiſtimat, quin

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& Samothracia leucosia prius est appellata, ut inquit Aristoteles lib. de repub.

Leucates pe. pro. mõs seu ꝓmontoriũ in Epiro mare in trãs. Vir. Mox & leucatæ nimbosa cacumia mõtis. Dictus leucates a petra eiusdẽ noïs coloris albi in pelag⁹ porrecta, in qua est Apollinis fanum. Vñ & leucadius Apollo, qa illic hẽt tẽplũ. Oui. An quia leucadio semp amata deo. Est ẽt leucas ĩsula, q̃ supiorib⁹ ãnis, ut Stra. auctor est, litt⁹ extitit, q̃ insula effecta est. De qua Laert̃ dixisse aiũt. Munitã sol⁹ ui cepi neritõ, litt⁹ erat terræ, hoc qdẽ in loco manufactæ excisiões fuerũt. Et li. x. legimus ꝙ Corinthii cherronesi terra iuxta effossa leucadẽ in insulæ formã redegerũt, & in eũ locum trãsportata Nerito, q fuerat isthmus, nũc fretũ, & Eurip⁹ est ponte iugabilis, mutato noïe, dixere leucadẽ, sumpto, ut reor a leucate uocabulo. Pli. Deiñ leucadia ipa peninsula, quõdã nerit⁹ appellata opa accolarũ absciss a cõtinẽti. Oppidũ ĩ ea leucas quondã neritũ dictũ.

Leucoion, latine dicitur uiola alba.

Leucothea matuta dicta est, hoc est aurora, quasi alba dea, λευκὸν enim album est.

Leucophæus cũ diph. nã græce λευκόφαιον dicũt, color natiuus, ex albo & nigro nomẽ trahẽs, λευκὸν albũ, φαιὸν mediũ inter albũ & nigrũ. i. fuscũ, & pene nigrũ. Pli. Iecur rubetæ, uel cor adalligat̃ in pãno leucophæo, & quartanis ꝓdest. Victr. de his coloribus scribẽs ait. Põtes & flumina sunt quorũ potu pecora, q̃uis alba sint, aliis locis ꝓcreant uellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis locis coracino colore. Idẽ. In cãpis troianis ꝓxime flumẽ armẽta rufa, & pecora leucophæa nascunt̃. Quidã scribũt leucopũ ꝓ colore albo natiõ, a quo leucopeat⁹ q rudiori ac uili alba uestẽ indutus est, q̃uis & leucophæat⁹ legat̃. Sũt & medicamẽta certi gñis hoc noïe, q̃si suffusca, siue subcandida. Vide etiam in Natiuus.

Leucoma pe. pro. album dr̃, hoc est tabula illa, in qua iudicum descripta erant noïa, & in qua singulorũ annorum acta lr̃is mandabantur a pontifice maximo.

Leucola, apud Pli. promõtoriũ Pãphiliæ lyciæ cõtermiñæ. Est & insula ꝓpe cyprum & qdem in mari lycio. Stra. quoq; portũ in Cypro uocari tradit Leucola.

Leuce paruum oppidum non longe a Smyrna.

Leuctra per c ante t plura. numero, singulari leuctrũ & ge. fœ. leuctra. Soli. etiam leuctras uidet̃ usurpasse, oppidũ est Bœotiæ, de quo Hiero. cõtra Iouia. Quo ore laudãdæ sũt Scedasi filiæ in leuctris Bœotiæ, quas traditum est absente pr̃e duos iuuenes ꝓtereũtes iure hospitii suscepisse, q multũ indulgentes uino uim ꝓ noctem intulere uirginibus, q̃ amissa pudicitia, nolentes supuiuere, mutuis cõciderunt uulneribus. Apud Leuctra Epaminũdas theban⁹ Lacedæmonios uicit, adeoq; attriuit, ut postea imperium nequiuerint hẽre.

Leuiathã est dictio hebræa qua significat̃ draco seu serpẽs. Nã ut ait Hie. Iudæi dicunt draconẽ magnũ fecit de⁹, q dr̃ leuiathã, & est in mari, & aiunt, ut q̃n recedit oceanus, draco uertit̃. De hoc apud Esaiã. In die illa uisitabit dñs in gladio suo sup leuiathã serpentẽ uectẽ, & sup leuiathan serpentẽ tortuosum occidet cetum, qui in mari est, Ipse est & magnus cetus.

Leuir leuiri pe. cor, dr̃ mariti frater, quasi leuis uir.

Leue ſcat id quod est sine pondere. Vnde leuis stipula, Vir. li. xii. Corytiq; leues hũeris, & letifer arc⁹. Trãsfert̃ ad animũ. Vñ leues hoïes uocant̃ incõstantes, uiles, & nullo honore digni, quẽadmodũ ecõtrario graues dicimus cõstantes, seueros, prudẽtes. Hinc leuitas q̃ modo dr̃ de re non ponderosa, mõ de incõstãti uiliq;. Vñ Cice. cũ in Antonio genus quoddã sordidissimũ uitæ demõstrare uellet, ꝙ in caupona delitesceret, ꝙ ad uespe potaret, ꝙ ore inuoluto iter faceret, ne cognosceret̃. Videte, inqt, hoïs leuitatem, tanquam prorsus ista dedecora, hoc uitio notarent̃. Leuia uina q̃ sint, uide in dictione Lora. Læue cum diph. aliud ſcat.

Leuitas. Vide in leue, de quo modo.

Leuiculus dimi. a leuis. Cice. lib. v. tus. Leuiculus sane nr̃i Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia est.

Leuo. as. in altũ tollo, ueluti leue qddã. Liui. Mox aqua leuata uento, cũ sup gelida montiũ cacumia cõcreta esset. Interdũ leuare est auferre. Vir. Atq; arcta leuari uincla iubet Priamus. Interdũ exonerare, & quasi releuare. Idẽ. Ego hoc te fasce leuabo. Interdũ extenuare, & leue facere. Idẽ. Nĩmq; leues q̃cũq; laborẽ. i. leuẽ facias, ut exponit Ser. Cõpositа huiꝰ uerbi sũt. Alleuo, colleuo, simꝑleuo. Col. li. vii. Pastinacæq; agrẽstis semia, & succ⁹ amoraceæ, cũ melle colleuãt, oculorũ ſedãt doloꝛẽ. Deleuo, deorsũ leuo. Idẽ. li. iii. Et si fieri põt iuxta aliquẽ nodũ serrula desecato, & plagã acutissimo ferro deleuato. Eleuo, releuo, rursus leuo, & q̃si idẽ qđ alleuo. Ter. in adel. Nã & illi aĩm iã releuabis, q̃ dolore ac miseria tabescit. Subleuo, adleuo. Et oĩa hũc pe. cor.

Leua, manus siniſtra, quam græci σκαιὰν dicunt. Vnde tractum est cognomen scæuola. Alii læuã cum diph. scribunt, quod græci λαιὰν læuã dicũt, a quo fit læuus.

Leuus. a. um. cũ de hũanis loq̃mur ſcat cõtrariũ. Vir. Si mẽs nõ læua fuisset. Cũ uero de cœlestib⁹, ꝓsperũ deo tat, qa siniſtra numinũ dextra sunt intuẽtib⁹. Idẽ li. iiii geor. Numĩa læua sinũt, auditq; uocat⁹ Apollo, Ethrusci cœlũ in xvi. ꝓtes diuiserũt, e qbus octo ab exortu, siniſtras, totidẽ ecõtrario appellauere dextras. Hinc oĩa fulmĩa læua existimãt̃ esse ꝓspera, qñ a leua pte mũdi ortus est, sicut scribit Pli. Et ut auctor est Ci. li. ii. de diui. Optimũ auspiciũ habebat̃ apud Roma. qđ siniſtrũ fuerat. Vñ Virg. antiqtatis consultissimus dixit. Intonuit læuũ, quod fœlicitatem portendere credebat̃.

Leui nomen patriarchæ, a quo leuita, seu leuites penul, pro. pro eo qui est de tribu Leui. Hiero. in li. Exo. Aaron frater tuus leuites scio ꝙ eloquens sit.

Leuiticus. a, um, possessiuum.

Leui ptũm a leo, ſcat aperui, protuli. Hora. lib. i. car. Græca quod ego ipse testa conditum leui. Cuius compositum releui protulit Teren. Releui omnia dolia.

Leuifidus. a, um. pe. cor. qui habet leuem fidem, cui secretum non possis tuto committere.

Leuita pe. prod. interpretatur assumptus.

Leuidensa auctore Ser. genus uestis, sic dictũ, qñ filo admodũ raro, & leuiter densato, ac texto sit, ꝓtenuiq; Cice. Dolobellæ. Sed ego hospiti ueteri, & amico munusculum mittere uolui leuidense Crassi filio.

Leucotrota, bestia in India, quæ uelocitate cæteras feras superat. Hæc asini fere magnitudine, uoce loquentium hominum sonos æmulatur.

Lex

Lex a legendo dicta est ꝙ ex multorum consensu lecta sit, ut ait Cice. sicut a græcis nomos a distribuendo. Vide supra in dictione legem.

L ante I

Liæ sunt foramina, q̃ in summo mali recipiunt funes.

Libũ genus dulciarii cibi, ex farre & melle, & oleo, sic dictũ ꝙ libãdi cã fiat. Vir. li 8. Et adorea liba p herbã sub iiciunt epulis, uł a libo uerbo græco, qd apud illos λείβω scribitur, uel a Libero patre. Ouidi. Liba deo fiunt, succis qa dulcib⁹ ille gaudet, & a Baccho mella repta ferũt. Et p⁹. melle pĩ fruiẽ, liboꝙ ĩfusa caléti iure repto ri cãdida mella damus. At in epulis libũ sic fieri cõsue uisse a Cato. li. de agricultura scribiẽ his uerbis. Libũ sic facito, caseũ bñ distere in mortario, ubi bñ triueris, farinæ siligineæ librã, aut si uoles tenerius ée selibrã si milaginis solũ eo dẽ indito, pmiscetoꝙcũ caseo bene, ouum unũ addito, & pmisceto una bene. Inde panem facito, folia subdito, in foco calido sub testa ea coquito

Liba, æ. insula in mari Indico. (leniter.

Libo, as. leniter degusto, & quasi primis labris attingo. Dictũ libare, quasi labiare. Vir. Purpureoſꝙ metũt flores & flumina libant. Sed latini mirabilia dñt. Est eñ græcũ λείβω λείχω. Hier. de Paulo. Deniꝙ paululum aquæ prono in fonte ore libarunt. Per transl. qñꝙ liba re ponit pro leuiter tangere. Vir. Oscula libauit natæ. Qñꝙ pro sacrificare. Lact. li. v. Nihil. n sancta, & singularis illa maiestas aliud ab hoie desiderat, q̃ solã innocentiã, quã si qs obtulerit deo, satis pie, satis religiose libabit. Tibul. Et quodcunꝙ mihi pomũ nouus educat annus. Libatũ agricolæ ponit ante deum. Qñꝙ pro recipere, sumere, haurire. Cic. li. iiii. ad Her. Vide ne faciãs impudenter, qui tuo nomine uelis ex aliorum laboribus libare laudem. Huius uerbi composita sunt Delibo, prælibo, prolibo. Pli. lib. xxxv. In sacris quidẽ etiã inter has opes, non myrrhinis, crystallinisue, sed fictilibus prolibatur sympulis innocentius. Et habent pen. pro. Illibatus etiam dicitur pro non libatus, nõ tactus, ut est in hymno. Et illibata Virgine.

Libamen, libamẽtũ & libatio, p eodẽ sumũt, significãtꝙ qcqd in sacris libat, a Libero patre q prim⁹ Ioui liba uit. Oui. li. iii. Fast. Noie ab auctoris ducũt libamina nomẽ. Liber. n. q Bacch⁹ dictus est, cũ uictor de scythis extitisset, aliisꝙ nationibus reꝛ primitias magno Ioui obtulit. Hier. in Leui. Qui offert uictimã pacificoꝛ domino, offerat simul & sacrificiũ. i. libamenta eius.

Libanus, pe. cor. mons inter Arabes, & Phœnices, excelsas arbores hñs, & interꝑtatur candidatio. Ex eo Orontes fluuius orit. Libanus ét arbor est, q̃ thus producit, tam masc. q̃ fœ. ge. Hie. in Eccle. Et quasi libanus non incisus uaporaui habitationẽ meã. Vñ & pro thure accipitur, quod & libanum dicitur. Libanicus thureus.

Libanotis, pe. pro latine thurea dici potest. Est. n. herba odorẽ thuris habens, & rosmarinus appellat. Pli. Libanotis radicem habet olisatri, nihil a thure differentẽ.

Libanius, nomẽ auctoris sophistæ Antiocheni, q floruit Iuliani transgressoris tpibus, usꝙ ad Theodosium seniorem. Hic multa scripsit, inter quæ est opus de modo dictandi epistolas, uixit Constantinopoli.

Liber, eri. Dionysi⁹ siue Bacch⁹ uini rector. Multos aũt fuisse liberos, siue bacchos, Dionysiosue ostẽdit Dio. Celebratior uero, q ex Semele, & Ioue genitus ferũt, quẽ tertiũ fuisse autumãt, & Thebis Bœotiis natũ, q liber appellat⁹ est a liberãdo, nã libertatis de⁹ est, siue ꝙ Bœotiæ urbes liberas fecerit. Ipse. n. ut inqt plu. p Bœotiæ libertate pugnauit, uel qa uinũ curas soluat & mentẽ ab illis liberet, & audatioré in oés conat⁹ faciat. Seu ꝙ uino usi libere oia loquãt. Fiũt aũt pleriꝙ ebrietate petulãtiores. Sene. de trãquil. uitæ Liberꝛ dicit nõ ob licẽtiã linguæ, sed qa liberat seruitio curaꝛ animũ, & tristitiæ medet. Var. a labẽdo deducit, ꝙ lubrica mẽs quo lubet, plabit. Augu. li. vi. ci. dei. docet liberꝛ uocari, ꝙ mares in coeũdo p eius beneficiũ emissis seminib⁹ liberẽ. Hoc idẽ dicũt in fœminis agere liberã, quã etiã uenerẽ putãt. Interdũ liber ponit p ipso uino, sicut ceres p frumẽto. Terẽ. Sine cerere & baccho friget uen⁹. Liber dẽ sol, qa libere p aerẽ uageẽ. Vir. Vos o clarissima mũdi lumina labẽtẽ cœlo quæ ducitis annũ liber & alma ceres.

Liber adiectiuũ dr, qui nulli⁹ habiro respectu, qd sentit dicit, & facit. Et liber uocat, q nulli subiectus est cuius relatiuũ est seru⁹. Itẽ qui curis, ac negociis oĩbus solut⁹ est liber dicit. Mar. uno disticho duo eius cõprehendit significata, liber hõ es nimiũ dicis mihi cherile ſp, hoc est nimiũ libere loqueris. In te qui dicit cherile liber homo est, hoc est uacuus negociis, & qd agat nõ habẽs Liber ét ponit pro eminẽti, & extãti. Var. in Eume. Itẽ ꝙ tragici prodeãt, cũ eo capite libero, cũ antiqua fronte Itẽ pro magno seu ualido, Oui. Perfruor infœlix liberiore malo. Vnde cãpus liberior dicitur maior ad dicendũ ratio, Et in his significationib⁹ prima ꝑducitur.

Liber, bri, substantiuũ. proprie pars corticis subtilis interior, q̃ ligno adhæret, per quã ducit succus terrestris a radicibus. estꝙ talis in quibusdam arboribus, ut inde chartas prisci cõmode facerẽt, Vnde & delibrare, quod est corticẽ detrahere, habetꝙ primã cor. Vir. Hæc si tũ mori ẽs alta liber aret in ulmo. Vnde & liber dictus est in quo scribimus, quia ante usum chartæ de libris. i. corticibus arborũ, uolumina cõpaginabãtur, Vnde & codex ab arboꝛ trunco appellatus est. Ponitur qñdoꝙ liber p ipso opere integro, q̃ libet sit magnus, ét si cõtineat Æneida, Bucolica, & Georgica. Quandoꝙ p certa parte operis, ut Virgilii Æneis in xii. libros distincta ẽ.

Libellus dimi. paru⁹ liber. Aliquãdo etiã ponit pro epla, siue tabella, Vnde libelliones dicti fũt. Libelli etiã dñr, quos uulg⁹ supplicatiões appellat, quos Mar. supplices libellos nominauit illo hendecasyllabo. Idem supplicibus uacat libellis. Tales enim principibus dari solẽt ad negocia explicanda a subditis, in quibus petitiões cõtinentur. Sue. in Cæsa. tñ libellos dixit. Libellũꝙ indicẽ ĩsidiaꝛ ab obuio quodã porrectũ libellis cæteris, quos siniſtra tenebat, quasi mox lectur⁹ commiscuit. Apud leguleios libellus diuersis modis dicit. Nam est libel⁹ accusationis, conuentionis, repudii, & huiusmodi.

Libellũ uero gñe neutro dimi, est a libum ut C. de epi. audi. Li. iudices, Incarceratis debet uictualis substantia miniſtrari uel tradi libellis duobus, aut tribus diurnis.

Libellulus, diminutiuũ a libellus. Hiero. In præsenti libellulo edoceat.

Libelliones, a ueterib⁹ tabelliões dicebãtur, siue notarii Var. Tum ad me ferunt, ꝙ libellionem esse sciebant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Librari⁹,rii,q libros trāſcribit.Hie. ad Niciā.Nī & rudes illi Italiæ hoīes,quos Caſcos Ennius appellat, q ſibi ritu ferino uictum req rebāt,ante chartæ & mēbranaꝝ uſum,aut in dedolatis e ligno codicillis, aut in corticibus arboꝝ mutuo eꝑ arum alloq a miſſitabant. Vñ & portitores eaꝝ tabellarios & ſcriptores a libris arboꝝ librarios uocauere. Bibliopola uero q libros uēdit. Librari⁹ ēt dici pōt,q libros cōcinnat,aut uænales in taberna tenet. Itē librari⁹ a libra fit.& is eſt q ptiēdis pen
Librarius,a,um,qđ ad libros ptinet. Pli.li. (ſis pficiē. xxv. Oē aūt atramentū ſole pficiē,librariū uero & tectoriū glutino admixto.i.quo libri excribunē, & materia aliqua tegiē. Et librarius.a.um,a labra fit. Colu.lib. ult. Caro in libraria fruſta conciditur.
Libraria.æ.pe.cor.ubi reponunē libri,græce bibliotheca Gel. In libraria ego,& L. Paulus conſederamus.
Liberi dūr filii,qa ut ait Do.liberalitate a pentib⁹ regē di ſunt,& liberoꝝ appellatiōe ēt un⁹ fili⁹ & una filia intelligiē. Terē. Cui tu liberos cōmittas tuos. Itē liberoꝝ appellatiōe cōtinenē nepotes,& pnepotes,cæteriq ex his deſcēdētes. Hui⁹ ntūs ſingſaris raro niſi apud Quīt. legiē. Sciēdū ut Paul. ſcribit eos nō eſſe liberos.q cōtra formā hūani gēis cōuerſo more ꝓcreanē,ueluti ſi mulier monſtruoſum aliquid aut prodigioſum enixa ſit.
Liberalia,orum,liberi feſta,q̄ apud græcos dūr Dionyſia. Neuius. Libera lingua loquunē ludis liberalibus.
Liberalis,benignus,munificus,Vñ liberalitas munificētia,liberaliter,large,munifice. Cui⁹ cōtrariū eſt illiberaliter,qđ ueteres de eo dicebāt,q oīne maleficii gen⁹ exceſſiſſet. Terē. in Adel. Factū a nobis duriter īmiſeri corditer atq; ſi æquū eſt dicere magis apte illiberaliter. Do. Illiberāl⁹ iniuſte,incleměter,nō bene, qa liberalis bonus dī. Differt tñ liberalis a munifico, qa liberalis dī q rogatus,munificus, q ſponte beneficiū cōtulit. Cic. li. de ora. Quid tā porro regiū,tā liberale, tā munificum,q̄ opē ferre ſupplicib⁹ ? Sūt etiā q ſic diſtinguāt ut liberalis ſit q paruis & priuatis hoībus beneficia pſtat. Munificus,q magnis & in magnis rebus,q magna pro dignitate munere ſit munificus uel magnideceſ. Qui uero in paruis muneribus liberalē ſe pſtat, liberalis. Sic liberalitas naturæ benignitas,q̄ maxime ī pſtā da opa amicis perſpiciē,& uerſaē inter priuatos, & paruos hoīes. Munificētia inter magnos. Quod nomen a libero patre,ut Val. Max,docet,deductū eſt,hētq; liberalitas duo extrema. Nā ſi deficias,nec tñ ētū oportet tribuas auaritia oriē,ſi aūt excedas in dādo, deſq; plus q̄ oportet,& cui nō oportet,& qñ,& qua cauſa nō oportet,in uitiū laberis,q̄ pdigalitas appellaē. Accipiē qñq; liberalis pro pulchro & ingenuæ formæ homine.
Liberalitas,ut inquit Speuſippus,eſt habitus qui in quærendis erogandiſq; pecuniis decorem ſeruat decens acquiſitio,accumulatioq; pecuniæ.
Liberales artes dicunē,q̄ ingenio coluntē, & ꝓpterea dignæ ſunt liberis hoībus. Illiberales uero mechanicæ,q̄ ī manuū opa cōſiſtūt. Habēt eñ ſeruile miniſterium.
Liberale iudiciū dicē,in quo de alicuius agiē libertate. Paul. Ordinato liberali iudicio interim pro libero habetur. Sic dī liberalis cauſa,unde titulus eſt de liberali cauſa,ad quem ſic idem ſcribit. Ordinata liberali cauſa liberi loco habeē is qui de ſtatu ſuo litigat.
Libertas a liber ſit,q̄ ſeruituti oppoſita eſt. Itē libertas dī de eo q libere & ſine reſpectu loquiē,facitq; q̄ libet. Capiēq; in bonū,cū ſit potētia īgenua,q̄ ſic ab iuriſcōſultis diffiniē,ꝙ ſit naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet,niſi qđ ui aut iure prohibeē. Licentia aūt in malū cū quis libertate abutiē uſq; ad temeritatē & procacitatē. Eſt eñ licentia impunita quædā facultas agēdi qđquid uelis. Quin. Quæ in aliis libertas eſt,in aliis licentia uocaē. Teren. Deteriores oēs,ſumus licentia. Poniē tñ quādoq; licētia ꝓ libertate,ut apud Salu. Romā legatos ire iubet agendaꝝ reꝝ, ac quocunq; mō cōponēdi belli licētiā ipſis ꝓmittit. Libertas etiā libertatis dea dicebaē,cuius templū in Auentino conſtitutum fuiſſe narrant hiſtoriæ.
Libertus a libertate diciē, & is eſt qui cū eſſet ſeru⁹ factus eſt liber, Vlpi. Iuriſcō,eum eſſe libertū diffinit, quem quis ſeruitute ad ciuitatē romanam perduxit.
Libertinus relatiuū eſt ingenui,ſicut libert⁹ patroni,ſicet vnū & idē ſit libertin⁹,& libert⁹ ꝓ libertinū ſignificam⁹ cōditionē hoīs,ſicut ingenuū ꝓ libertū priuatū quendā reſpectū,ſicut ꝓ patronū. Sūt aūt libertini,qui iuxta ſeruitutē manu miſſi ſūt,quēadmodū ecōtrario īgenui ſūt,q libera mīe nati,nec poſtea ſerui facti ſūt Aliqñdo ēt libertini,ut Sue. in Clau. ſcribit. dūr,q ex libertis creati ſūt. Ait. n. Ignar⁹ tpibus Apii & deinceps aliquādiu libertinos dictos,nō ipſos q manu mitteē tur,ſed ingenuos ex his procreatos.
Libero. as. mō ꝓticulare eſt,& ſignificat manumitto.i. libertatē do. Mō vniuerſale,& ſignificat abſoluo. Cic. Nihil antiqus fuit,q̄ ut te a ſceleratoꝝ hoīum calūniis liberaē. Terē. in An. Obſecro te,q̄ primū hoc me miſeꝝ libera metu. Hic liberatio,quæ dī cū patefacta ſecuritas eſt hui⁹ uera. Cōpoſita ſūt de libero & ſublibero,q đ eſt q̄ ſi de ſubleuo. Colu. li,iiii. Cū ſola ea res omnē īpenſā terreni ꝓcio ſubliberet,ſi modo nō ꝓuincialis ſed Italicus ager eſt.
Libra eſt,q̄ & as & mīa,& pondo dī,q̄ xii. cōſtat unciis. Libra tū vnciaꝝ uarietatē accepit,pōdo ſemp idē fuit Proprie aūt libra inſtrumētū eſt. quo res ponderaē cū lancibus,alio noīe bilancē uocant. Cice. Critolaus libra cōſtituebat, in cuius altera lance aī bona ponebat in altera corpis, & externa, tñq; pendere illā aī bonorū lancē putabat,ut terrā & maria de primeret. Amb. li.i.offi. Sermones ,ꝓferat libra examinatos,ut ſit grauitas in ſenſu,in ſermone pōdus, atq; in uerbis modus Statera uero inſtrumentū,quo res ſine lancib⁹ ponderant. Eſt & libra cæleſte ſignū,qđ octauo kalēdas Octobris,ſeu ut quidā exiſtimāt. xiii. ſōl ꝓ illud tranſiens, (æquinoctium facit.
Libella diminutiuū a libra, quæ erat de argēto pua,& eris libra ualebat,hoc ē aſſe.
Librarius. a.um. qđ eſt libræ. Ca. Caro in libraria fruſta cōcidiē. librarius & libraria, q & quæ pficiē parciēdis penſis. Vlpi. Si librariū rus mittat,& q̄lum,& calcē portare coget,uel hyſtrioné balneatorē faciat,uī de Symphoniaco atrienſē,uel de paleſtra ſtercorādis batinis præponat,abuti uidebitur proprietatis.
Liberarius etiam a libris exſcribendis uel concinnandis dicitur, de quo ſupra.
Libralis,& hoc librale, qđ eſt unius libræ. (lo infra.
Librile,pe.pro.ſcapus libræ. Librilla diuerſū eſt,ut pau-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Libripens,is.a pendendo ſcḋm Priſ. q libra æneā tenet. Bœ.in topi. Mancipi res ueteres appellabāt,q̄ ita aba lienabanť,ut ea abalienatio p quandā nexus fieret ſo lēnitatē. Nexus uero eſt iuris ſolēnitas,q̄ fiebat eo mō quo in inſtitutiōibus Caiꝰ exponit,adhibitis nō minꝰ qnq; teſtibus romanis ciuibus puberibus. Eſt p̄terea a lius eiuſdē conditiōis,q libra æneā teneat, q appellať libripēs, is q mancipiū accipit æs tenēs,ita dicit,hunc ego hoiem, q mihi emptus eſt,hoc ære æneaq; libra ex iure qritū meū eſſe aio Deinde ære p̄cutit libram, idq; æs dat ei,a quo mancipiū accipit,quaſi loco p̄cii. Pōt etiā dici libripēs ſtipis ponderandæ penſator.

Libripendia,quæ cibum pendebat ſeruis.

Libro.as,pondero,trutino,æſtimo,examino. Apul. Oīa priuſq̄ aliqd ſtatuas librāda ſunt. Amb.ſup Luc. Vide q̄ ſignāter ſcriptura ſinguloꝝ libret momēta uerboꝝ. Aliqū librare eſt graue facere. Pli. Apes,ſi oriať,p̄cella apphenſis peduſculo lapillis ſe librant.i.grauiores faci unt. Aliqñ ſuſpēdere,& leuiter ſua ui ſuſtinere. Oui. Et iā finitima corpꝰ librabat in herba. Aliqū æquare. Co lu.li.iiii. Sic pmēſum,& libratū opus in ſiſtitudinē uer uacti ſemp ,p̄cedit. Itē librare eſt cū rem aliquā nīo in genio ita collocamus,ut cū uolumꝰ ſiue quo uolumꝰ ſuo pōdere nullo impellēte declinet,quod lingua ma terna dicimus conzegniare,ut eſt in horologiis. Dici mus etiā librare cū id qḋ p̄cuſſuri ſumus ita collinia mus ut ,pp̄oſitū nobis locū feriamꝰ. Vir.li. v. Duroſq; reducta librauit dextra media inter cornua cæſtus ar duus,effractoq; illiſit in oſſa cerebro. Rurſus librare dī cū aliqua moles ita cōſtituiť ut facile circūagať. Plin. Quaꝝ in officia turbines ita librati pepēderūt, ut pue ro circūagēte tornareť. Huiꝰ uerbi cōpoſita ſunt. Deli bro,qḋ eſt optīe pōdero. Gel. Quid relinqť niſi delibra ri ſibi cœnas iubeāt,ne edᵃᵒ defatigēť. Perlibro ualde libro. Col.li.iiii. Pariter imæ foſſæ ſolū meriť atq; pli

Libramētū æquamētū. Colu. (brat. Et hūt pe.pro. li.i. Nā eiuſmodi poſitio mediū libramētū,tēperamen tumq; uerboꝝ hyemalium & æſtiuorum tenet.

Librilla,alias libella inſtrumēta bellica,ſaxa ſcilicet ad brachii groſſitudinē in modū flagelloꝝ loris reuincta q̄ librari manu .i.ponderari uideantur.

Libethrus,apud Lycophronē poetā uideť eſſe mons Ma cedoniæ habens ad radices pimpleā fontē,unde muſæ dīt Libethrides. Strabo ſcribit libethrū eſſe locū thra ciæ,ex quo cum nonnulli in bœotiæ partē migraſſent ubi parnaſſus,eodem noīe libethrum dicarunt.

Libet,placet a labendo, ut Var.inqt,q̄ q̄ placēt,in mēte ,plabanť. Hinc fit collibet pe.cor. Sal. Matres familiaꝝ pati,quæ uictoribus collibuiſſent,

Libens,uolens,facilis,a quo libētia uoluptas,gratia. Ma. Cui libentiæ gratiæq; omnes conuiuio incognitæ. Li benter aduerbium,quod eſt grato animo.

Libido,pe.pro.ſi Nonio credimꝰ,& turpiū & honeſtaꝝ reꝝ eſſe dī,ut oē qḋ libuerit,libido dici poſſit. Sed Au gu. li.cōtra Pelagianos de malis tm̄ dici oñdit,cū ait. Sine dubio a libēdo, hoc eſt a libitu p deriuationē libi do eſt nūcupata. Sed nō oē qḋ libet,libido eſt. In bono ,n.libitū,libido dici nō pōt,ſed uolūtas de rōne.ſ. men tis naturalis exoriens. In malo uero libitū nō eſt uolū tas,ſed uoluptas quā fecit tranſgrediēs ,p̄toplaſti uolū tas. Et li.xiiii.ci.dei, ſcribit libidinē eſſe gñale uocabu lum oīs cupiditatis,cum & ipſam irā nihil eſſe q̄ ulci ſcendi libidinē ueteres diffinierint. Et auaritia eſt libi do hñdi pecuniā. Peruicacia eſt libido quōcunq; uin cendi. Iactātia libido gloriandi nuncupať. Et cū multa rum reꝝ libidies ſint,tm̄ cum libido dī,neq; cuius rei li bido ſit ăddiť,nō fere ſolet aīo occurrere,niſi illa qua obſcœnæ partes corporis excitantur.

Libidinoſus, q in libidinē ,p̄ēſus eſt. Ci.in Ca. Libidino ſa.n. & intēperās adoleſcētia effœtū corpus tradit ſene ctuti. Sal.pro nimis appetēter poſuit. Poſt ubi paulatī licētia creuit iuxta bonos & malos libidioſe iterficere

Libidinarius, qui libidini deſeruit. Augu.in ſermone de natali, utroſq; libidinarios hac Moyſes ſentētia ferire uoluit,ſimulq; adulteros perire mandauit.

Libentina dea Venus ſeu Proſerpina. Aug.li.iiii.ci.deī, Neq;.n.audēt aliq̄ partes ſub noīe deoꝝ uel deaꝝ deæ cloacinæ tribuere, aut uolupiæ,q̄ a uoluptate appella ta eſt, aut Libentinæ,cui nomen eſt a libidine.

Libitina pe.pro. Dea,quā alii Proſerpinā,alii Venerem dicūt,in cuius templo uendebanť,& locabanť ea q̄ ad ſepulturam p̄tinent,ſicut docet Plutar. in probl. a libē do libitina dicta,ut inqt Var. Vñ qñq; ponit pro ipſa exequiaꝝ expēſa. Suet.in Nerone. Qua xxx. funeꝝ mil lia in rōnem libitinæ uenerunt. Liui. li.xl. In urbe tan ta fuit peſtilentia,ut uix tunc libitina ſufficeret ad ſup peditanda .ſ.funeribꝰ neceſſaria. Aliqñ p ipſa ſepelien di arte,ſeu uendēdi ea q̄ ad ſepulturā p̄tinent. Valeriꝰ Max. Qui tunc libitinā exercebāt,tū reꝝ ſuaꝝ uſum; tum miniſteriū ſuum gratuitū polliciti ſunt. Sed qm̄ in æde libitinæ pararenť neceſſaria ad funebrē appara tum,hinc factum eſt ut libitina aliqñ pro morte ſeu pro lecto,quo mortui ferebanť caperetur. Hora.li.car. Multaq; pars mei uitabit libitinam.

Libitinarius,qui libitinæ p̄æeſt, & qui actionem libiti nariam exercet,quæſtui inſeruiēs,& qui neceſſaria fu neribus uenditat,ſeu qui cōducit funera, aut q̄ curam ſepeliendoꝝ cadaueꝝ habet. Vlpia.de Inſtitu.acti. Si li bitinarius ſeruum polinctorem habuerit,iſq; mortuū ſpoliauerit,dādam in eum quaſi inſtitoriam actionē. Ex q̄bus uerbis patet libitinarium eſſe curatorem fu neris,polinctorem, q cadauera tractat ac ſepelit. Hic & deſignator dī. Sene.de bñfi. An tu Arūtium & Ateiū & cæteros q̄ captādorum teſtimoniorum artem pro feſſi ſunt,non putas eadem habere, q̄ deſignatores & libitinarios uocať. Vide in Deſignator.

Libs,uētus aphricus, q flat aduerſus Vulturnum.

Libitinarius.a.um,quod ad libitinam pertinet,ut actio libitinaria.

Libya,libyæ,& libye.es. Aphrica,qḋ inde libs uentus fla re ſoleat,ſeu qḋ pluuia indigeat propter nimiam ſic citatem ἀπὸ τ. λείπειν, ἢ λιβύης ἐπάφθ. Saluſtius. Cœ lo terraq; penuria aquarum, uel etiam a Libya filia Epaphi,Iouis filii. Auguſtinus libro de paſtoribus do cet libyam duobus modis dici,uel iſtam quæ proprie Aphrica eſt,uel illam orientalem partem,quæ conti gua eſt Aphricæ,& omnino collimitanea. Eſt etiam hoc nomine fluuius in Mauritania.

Libys homo,& Libyſſa mulier ex libya orti.

Libyſſinus. a. um.a libys. Martianus. Grani & libyſſi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

no calore exuſtus.
Libyſſis.idis. Vir. Et pelle libyſſidis urſæ.
Libyx,ycis,facit,a quo gtō fit Libycus.a.um.
Libycus.a,um.pe.cor.poſſ. ut ora libyca,libycus cāpus, dictus,q̄ in eo primum fruges ex libya allatæ ſunt.
Libyas.adis,urbs Iudææ ab orientali parte Iordanis,quā Herodes extruxit.
Liburnia,regio inter Illyriā & Dalmatiā,ſeu (ut q̄dam aiunt) pars Dalmatiæ,in qua ſunt Salone urbs uiſiōis, cuius populi Liburni uocitati ſunt,de q̄bus Luca. Pugnaceſq̄ mari graiarum claſſe liburnos.
Liburni populi ex liburnia regione,& liburni uiatores dicti ſunt,q̄ ex agris iuſſu magiſtratuum ſæpe uocarē tur ciues,frequenſq̄ eorum uia eſſet ab agris ad urbē. Iuue. Primus clamante liburno Currite, iam ſedit, rapta properabat abolla
Liburnum,& liburna,æ. & liburnica.æ,genus nauis bel licæ uelociſſimæ,a liburnis populis in Illyrico, q̄ olim nauibus uelocibus uſi,Ioniū mare,inſulaſq̄ p̄dabant. Qua ex cauſa Romani naues leuitate, celeritateq̄ p̄ſtātes appellauere liburnicas,ſicut refert Appian⁹. Ad cuius ſimilitudinem uehiculū quoq̄ cōſtructum fuit, quo Romani principes uehi ſolebant. Iuue. Diues & ingenti curret ſuꝑ ora liburno. Pro naui. Hora. in Epo. Ibis liburnis ſuꝑ alta nauiū amice ꝓpugnacula. Sueto. in Augu. Vtrobiq̄ parte liburnicæ demerſa, ſimulq̄ eius,qua uehebat fuſis armamētis,& gubernaculo diffracto. Luc. Ordine cōtentæ gemino creuiſſe liburnæ. Firmi. liburnicum imperium uſurpat pro nauali.
Lichas,mēſuræ genus,q̄ digitos quatuor non excedit.
Lichen,quære q̄d ſit in aſino & equo. Lichenes ſunt impetigines,& apud Celſum quatuor ſunt genera.
Liceo.es,cui.itum ſm analogiā facere deberet,ſed non eſt in uſu. Ab impſonali uero licet habemus licitū eſt. Vir. Et licito tandē ſmōe fruunt. Significatq̄ liceo paſſiue id q̄d liceor actiue. Et ſicut ueneo capit̄,ꝓ uendor ita liceo pro appcior in auctiōe. Plau. i Me. Die ſeptima auctio fiet menæchme mane ſane ſeptimi uenibūt ſerui,ſupellex,fundi,ædes,oīa quicq̄d licebunt p̄ſenti pecunia .i.numerata,ſiue ſoluta in præſens.
Liceor.eris.licitus ſm analogiā facere debet,ſed nuſquā legi,ut eius cōpoſitū pollicitus. Deponens trāſitiuū eſt quod ultra actū,ſi p̄ciū exprimat illud in gtō, uel ablatiuo ponit̄,ſcatq̄ p̄ciū deferre pro re emenda. Quod fit cū ueſtis uel domus & hmōi uendit̄ plus pollicenti. Vlpi. Si res eius uenierit,& exiſtat q̄ plus liceat,an integrum ꝓpter lucrū reſtituendū ſit. Perſi. Et centū græcos curto centuſſe licet,ſempq̄ huic uerbo p̄ciū ſubintelligit̄,ſi nō apponit̄. Plau. in Sti. Locos ridiculos uēdo age licemini. Cice. li.iii.offi. Tollendū igit̄ ex reb⁹ contrahendis omne mendaciū,non licitatorem uēditor, nec contra ſe qui liceat̄ emptor apponet,uterq̄ ſi ad loquendum uenerit,non plus q̄ ſemel loquatur.
Licitor.ris,frequētatiuū eſt,nā ſcat ſæpe appcio, ſiue ſæpe emo,uendo ue ꝓ auctionem,ſicut dictum eſt in Liceor, tametſi ſecreto id fieri poſſit,ut apud Curtiū. Cū habeatis arma,licitamini hoſtium capita. Pli. lib. vii. Ariſtidis thebani pictoris unā tabulā centum talentis rex Attalus licitatus eſt. Et licitari congredi,& pugnare ſcat. Cæci. in hymnide. Quī machæra licitari aduerſum eū cœpiſti ſciēs. Enni. Pars ludicre ſaxa iactāt,& inter ſe licitant̄. Feſt. docet eū licitari,q̄ decipiēdo īducit
Licitator,q̄ crebro licet̄,q̄ pro re emenda cōducēda uel p̄cium alio maius pollicet̄,uel q̄ pugnando ſæpe contendit. Qui etiā pro ꝓxoneta ponit̄ a Cice. cū inqt lib. iii.offi. Tollendū igit̄ ex rebus cōtrahēdis oē mēdaciū, nō licitatorē uenditor,nec cōtra ſe q̄ liceat̄ emptor apponet,uterq̄ ſi ad loquendū uenerit,non plus q̄ ſemel loquat̄. Vide in dictiōe Liceor. Quid.n.eſt aliud ꝓxonetaꝫ,hoc eſt licitatoꝫ officiū, q̄ tū emptorē, tū uēditorē & contēdendo & decipiēdo inducere,ut & uendat ille,& hic emat,idq̄ nō minus minuēdi q̄ augēdi p̄cii rōnē. Siue igit̄ in rebus priuatis,ſiue in publicis uēdendo,emendo,locādo,cōducendo,cōtrahēdoq̄ licitator interſit,aut ſuo doloſe,aut alterius noie,hūc eſſe eūdē q̄ ꝓxoneta a græcis dī,manifeſtū eſt, Recte ergo ꝓcepit Cic. nec a uenditore licitatorē,nec itē ab emptore apponi debere,ſed ipſos potius, ſi ad loquendum uenerint,non plus q̄ ſemel loqui oportere,ut nulli licitatoris mendacio,nulli dolo relinquatur locus.
Licet impſonale,modo ſcat fas eſt. Cice. Neq̄.n.licebat locum numini conſecratū turpi flagitio cōtaminare. Vir. Q̄nquidem Āuſonios coniungi fœdere Teucris Haud licitū,nec nīa capit diſcordia finē. Dicimus aūt, Mihi licet eſſe bonū uiꝫ,& bono uiro. Cæſar. Tenuē ſectamur p̄dam,q̄bus iā licet eſſe fortunatiſſimos. Cic. li. Tuſ. Licuit em̄ eſſe ocioſo Themiſtocli, Licuit Epaminundæ. Modo ſcat poſſibile eſt,ſiue concedit̄, aut ptās dat̄. Mart. Piſcinā peto non licet natare. Cice. lib. Tuſ. idq̄ cum multis aliis rebus,tum e pōtificio iure, & cærimoniis ſepulchroꝫ intelligi licet. Et eſt ornat⁹ dicendi modus,non licet mihi ꝓ te hinc abire. i. tu non uis,ſeu pateris me hinc abire. Luc. uero li. vii. Oīa mutemus,uertamus buſta licebit,pro eo quod eſt,ſi licentia erit. Modo ſcat Facile eſt. Lact. li.iii. Ipſe ille romanæ linguæ ſummus auctor, q̄tum fallat̄, licet ex illa ſūia puidere. Cice. li.i.offi. Licet em̄ ora ipſa cernere irato rum,aut eoꝫ, qui aut libidine aut metu commoti ſūt aut uoluptate nimia geſtiunt. i. facile eſt. Modo aduerbium concedentis eſt,ſicut Eſto. Vir. Licet ingens iani tor antro Æternum latrans exangues terreat umbras. Modo eſt coniunctio aduerſatiua,pro quamuis. Hinc fiunt ilicet,uidelicet,& ſcilicet.
Licentia a licet deducitur, q̄uis in malam partem plærunq̄ capiat̄,cum.ſ.id nobis arrogamus,quod nō licet Libertas uero cum non deterremur,quin ea, q̄ honeſta aperte agamus. Vide in dictiōe Libertas.
Licentior epīa,in qua nimis libere ſcribimus. Pli. Licentiore epīa narrare conſtitui. Licentiora mancipia dūr nequiora,quaſi multa per licentiam facientia.
Licenter aduerbiū a licēs participio,ſcat per licētiam, a quo Gel. formauit cōpoſitū Prælicēter,quod eſt q̄ſi nimis licenter. Quæ uerba,inquit,finxit p̄licenter.
Licite aduerbium a licitis formatum, ſignificat iuſte.
Licentioſus,qui nimia utitur licentia.
Lictus.us. Vide in dictione Linguo.
Licia,ſunt fila q̄bus in telis textrices implicant ſtamina Vñ trilicē dicimus ueſtem,q̄ ex tribus liciis conſtat. Et teſtiuilicium fila de tela decidentia. Plautus in Caſſ. Non ego hoc uerbum expreſſi teſtiuilicio. i. re admodum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dum uilissima. Lycia, æ. cum y regio est.
Liciatoriũ lignũ, circa quod licia inuoluunt. Hie. li. Re. Hastile hastæ eius erat, quasi liciatorium texentiũ.
Lichen. is, ge. masc. morbi genus, quẽ latini Mẽtagram appellant, qñ a mento incipit. Mart. Non ulcus acre, pustulæ ue lucentes, nec triste mentũ, sordidi ue liche nes. Apud Celsum tamen sunt quatuor genera.
Lictor, q carnificis officio fungebat, minister consulis, ꝓcõsulis, & sibium. Sed xii. lictores cõsulis erãt, alioꝝ se ni tñ portãtes uirgaꝝ fasciculos cũ securib⁹ ligatos, mgratusq; ꝓbãt, ac quoties iussi erãt fasciculos soluen tes, primo uirgis cædebãt reũ, mox securi feribãt. Liui. Missiq; lictores ad sumẽdum suppliciũ nudatos uirgis cædũt, securiq; feriũt. Hos prim⁹ instituit Romul⁹. Di cti a ligãdo lictores, ꝙ uirgaꝝ fasces ligatos gerebant. Gel. Lictor nomẽ uerbale, quasi ligator a ligãdo. Tyro Cicerõis libertus a licio quo cincti erãt, dictos existiat Licio. n. trãsuerso, q mgratibus pministrabãt cincti e rant. At Plut. quasi λἰτὸς. i. publicus quasi public⁹ minister. Et sic absq; c scribendum est.
Lictorius, a, um, quod ad lictorẽ ptinet. Plin. Fasces licto rios ianuæ summisit, cui se oriens occidẽsq; sũmiserat
Lido. is. uerbum antiquum, ꝭcat confringo, deleo. Cui⁹ composita sunt Collido. Illido.
Lienteria intestinoꝝ leuitas, a noĩe λεῖος qđ ꝭcat leue.
Lien ge. mas. græce splen. Dĩ & lienis in ntõ. Colu. li. iii. Siiecur aut lienis est affectus. Hui⁹ magnitudine item petãtiã risus fieri affirmãt physici. Persi. Sed sum petu lanti splene cachinno. Intumescit qñq; lien ut cingere hoĩem uideaẽ. Plau. in Cur. Nã q̃si zona liene cinctus ambigor gemios ĩ uẽtre hĩe uideor filios, nihil metuo nisi medius disrumpar miser. Hinc lienosus. a. um.
Lienosi, q liene laborãt. Qui fiunt, ut inqt Arist. li, iii. de partib⁹ aialium, quoties excremẽti plus in lienẽ diuer tit, q̃ calor eius uisceris possit cõficere. Plin. lib. vii. De Pyrrho, cuius pedis pollex lienosis medebatur.
Liger, eri, nomen uiri proprium, de quo Virg. lib. x. Di cta uocant ligeri, necnon & troius heros.
Liger. eris. Galliæ fluuius, q & ligeris in ntõ dĩ. Vñ & li gerim in actõ lectũ est. Hic delatus in Oceanũ influit maximi curs⁹, & pari cũ Garũna ĩteruallo a pyrene di stat, & duob⁹ stadioꝝ milib⁹ utriusq; nauigatio est.
Ligyes, ppli asiatici, q cũ Xerxe cõtra græcos militarũt,
Ligo. as. qdam a lino deducũt, quasi lino ago, ꝙ lino oia ligent, ꝑpter qđ græci λῖνον uocatũ putãt, ἀπὸ τοῦ λινέω, antiquo uerbo, quod est teneo, qa lino oia tenent. H⁹ cõposita sunt Alligo, quod est ad aliqd, uel iuxta ligo, colligo, circũligo. Plin. Id sicut in pilo quadratũ stupa circũligabant. Deligo, ualde uel pfecte ligo. Col. li. vii. Melius bimus, q̃ annicul⁹ castrat, idq; facere uel autu mno luna decrescẽte ꝑcipit, uitulũ ad machinã deliga re. Illigo int⁹ ligo. Obligo, circũligo. ꝑligo, añligo. Liui us. Fasceſq; uirgaꝝ, atq; arida sarmẽta ꝑliganẽ cornib⁹ boũ. Religo quod aliqñ est soluo, qđ est ligatũ, sicut re sero. Aliqñ hẽt ꝭcationem simplicis. Oui. Nox erat, & querno religãt in stipite funẽ. Col. li. iii. Diutiusq; pen nat, q̃ firmis trũcoꝝ, & idoneis locis religata est. Aliqñ retro ligo. Cic. li. i. tus. Trahit Hectorẽ ad currũ religa tũ Achilles. Aliqñ iteꝝ ligo. Lactã. li. iiii. Hoc uinculo pietatis obstricti deo, ac religati sum⁹. Subligo, a quo subligaculum, & habent penul. cor.
Ligamen, ligaculum, ligamentum, ligatura, significant id quo aliquid ligatur.
Ligones, rustica instrumenta, sic dicta, ꝙ a radicibus q̃ sub terra sunt ligent. Vel dicti, quasi legiones, quia per latitudinem sub terra facilius legunt. Lucan⁹. Vome req; antiquos curionum passa ligones.
Ligellum, breue domicilium, & tuguriolũ. Plau. Tu a li gello fuisti, qua exis foras. Et ligellum dimi. a ligno.
Lignum a legendo, inqt Var. ꝙ ligna caduca in agris legebant, quib⁹ ad focum uterent. Hinc ligneus. a, um, quod ex ligno est, ut ligneum simulachrum.
Ligneolus. a. um, dimi. a ligneo. Augu. lib. xi. confes. Sed nec ego dixerim circuitum illius ligneolæ rotæ diem esse, nec tamen ideo tempus non esse ille dixerit.
Lignarius. a. um, quod ad lignum pertinet, ut faber lig narius, qui ligna dolat.
Lignosus, a. um, quod instar ligni durum est.
Lignile pe. pro. dictũ est, ubi ligna in domo ad cõburen dum parata sunt, sicut fœnile ubi est, uel esse solet fœ num, sicut Bouile, Equile, Caprile, & huiusmodi.
Lignari est ad capienda ligna ire. Liui. lib. x. Redeunti busq; lignatum se ire.
Lignatores dicti sũt milites q̃ lignatũ uadũt. Idẽ ĩ eodẽ Paucis citra milib⁹ lignatores ei cũ ꝑsidio occurrũt.
Ligustrũ siſiter a lego, quasi legustꝝ arbor, ex cuius lig no tesseræ fiunt aptissimæ, folio semine coriandri, flo re candido & odorato. Coquiẽ hoc in oleo, ꝑmiſq; qđ postea cyprinũ uocaẽ, a plãta q̃ dĩ cypros alio noĩe. A c⁹ ubertate cypro Carpathii maris ĩsulæ nomẽ inditũ est. Liguſtra, inqt Pli. nõ nisi in aquosis, pueniunt sicut salices, alni, populi, siler. Est & gen⁹ herbæ q̃ uiolabiles maior dĩ a Medicis, ꝑ sepes & macerias serpens. Colu. in hortis. Et nigro permixta liguſtro. Ergo & herba, & arbor est, ut in loto & nonnullis aliis.
Liguria Italiæ regio, pro maiori ꝑte mõtuosa, inter am nes Vaꝝ & Mactã, ab altero latere hñs Apẽninũ, ab al tero Padũ, Tusciã attingens, cuius caput est Genua, a qua liguſtica ora & mare liguſticum. Dicta ligurtia, a Ligysto Phaethontis filio, conuersione y in u.
Liguſticum mare, ut refert Solinus, corallium procreat quod fulminibus resistit.
Ligus. uris, ꝭm Prisc. pót esse proprium nomẽ, & tunc est ge. mas. & nomen gentile, & sic est cõis. Prob⁹ declĩat hic & hæc ligur, hic & hæc & hoc lig⁹, ꝑ incola liguriæ Luc. li. i. Et nũc tonse ligur, quõdã ꝑ colla decora. Vir. li. xi. Vane ligus fruſtraq; aĩs elate supbis. Item. Assue tumq; malis ligurem. Liguꝝ tñ duo sunt genera. Cis alpes & ultra, testes sunt Liuius, Strabo, & Plinius.
Liguſticus, a. um, pe. cor. nomẽ possessiuum. Iuue. Nam si procubuit, qui saxa liguſtica portat.
Liguſticũ, herba hortẽsis, in gñe cõdimẽtario, a liguria dictũ, ubi nascit. Duplex ẽ, sylueſtre & satiuũ, qđ & sua ui⁹ est, sed sine uirib⁹. Panacẽ aliq uocãt, ĩ liguriæ mõ tibus ferit, auctor Pli. de quo apud Apitiũ fit mentio.
Ligurio, is. pe. pro. iui. uĩ ligurii. itũ. Vñ Hor. ꝑduxit. Tra ctauit calicem manibus dum furta ligurit, ꝭcat multa auide consumo, & suauiora edulia carpo, & per helua tionem patrimonium uoro. Vnde Liguritores dicun tur gulosi, & uoratores eduliorum dulciorum, qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

consumptis dapibus catillos etiam lingunt, quos anti qui catillones appellãt, propterea q̃ catulinã carnem in epulis lautioribꝰ & in cœnis deoꝝ poni solitã Plau. & Plin. notificant. Est & ligurire paulatim & cũ quadã mora atq; elegantia comedere quasi sinendo, ut p̃ se cibus in stomachũ liq̃at. Terẽ. in Eu. Quæ cũ amato re suo cœnant, liguriunt. Dictũ ligurire ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ, quod græci suaue dicunt, ut inqt Dona. uel ut qdã uo lũt a licho, unde lingo, sicut ancho ango, a quo ligurio est. Est aũt licho digitis leuando degusto. Vñ Eligma quod impiti dicunt electuariũ. Per translationẽ. Cice. D. Bruto scribens ad suppilationẽ reꝝ usus est. Cũ qdã inqt de collegis nostris agrariam ligurirẽt curationẽ, disturbaui rem totamq; nobis integram reseruaui.

Et ab Ausonio dictum est inguinum liguritor.

Ligula pe. cor. diminutũ a lingua. Vide i dictiõe lĩgua.

Lignus fuligo, diminutiuum est ligellus pro fumi uapo rario, seu tuguriunculo. Plau. in Aul. E tuo ligello fu mus si qua exit foras.

Lilium, genus herbæ, de qua apud rei rusticæ scripto res fit mentio, quomodo seratur.

Lilietum, locus in quo liliorum copia est. Palladius. Li lieta canneta ponenda sunt.

Lilybæum, pmontoriũ Siciliæ, quod Aphricã contuet, & flexo littore brachia repsentat. Idem dĩ lilybe fœ. ge ne. Inde lilybæus. a. um. Est & oppidum eiusdem nois. Sil. lib. xiiii. Cernit deuexas, lilybæum nomine chelas. Scribit cum diphthongo. Nam græce λιλυβαῖον dicũt. Et lilybæus puteus est apud Diodo.

Limo, as. polio & supflua detraho. Hiero. ad Dama. Sæ pe causatus sum excoli non posse sermonem nisi quẽ propria manus limauerit. Aliqñ limare est cõiũgere, ut apud Plau. limare caput i. coniũgere, id quod ama tores inter se amoris causa facere consueuerunt. Huiꝰ composita sunt Delimo & Elimo quæ hñt pe. prod.

Ligella nomen est uetulæ apud Mar. Quid uellis uetu lum ligella cunnum?

Lima instrumentũ fabrile, qua ferrum aut aliqd aliud terit. Hinc oblimo. as. pro minuo & contemno.

Limatulus dimi. a limatus. Cice. Volumnio. Opus est hoc delimatulo, & polito tuo iudicio.

Limatura, scobs hoc est puluisculus limando detractus.

Limax dicit q̃ exquirit, ut aliquid auferat. Plau. in Bac. Limaces uiri q̃ atterant & consumant. Et limax testu do coclea terrestris, q̃ & limaca a limo dicit in quo p̃ hyemem delitescit & uiuit uere prodiens. Col. li. xi. Im plicitus conchæ limax, hirsutaq; campe.

Limus genus uestis, ab umbilico ad pedes. Vir. li. xi. Ve lati limo, & uerbena tempora uincti. Et limus lutũ est, seu cœnum illud mollius quod ab aquis deferri solet. Vnde limosus. a. um. Vir. Limosoq; lacu per noctẽ ob scurus in ulua delitui. Hinc illimis, & hoc illime penul. prod. quod est sine limo defecatum syncerum. Sidon. ad Heronium. Nusq̃ aquæductuũ liquor integer, uel cisterna defecabilis, uel fons irriguus, uel putẽ illimis. Hinc & Oblimo, de quo alibi.

Limus, a. um, obliquus. i. transuersus, obtortus, quod & li mis tertiæ declina. dĩ, ꝓprie tñ de oculis uenereis dicit Plau. in Mil. Aspice limis oculis. Soli. de leõibus. Nũq̃ limo uident, minimeq; uolunt ita aspici. i. obliqs ocu lis. Teren. in Eu. Ego limis specto sic p̃ flabellũ clancu lum. Dona. Põt esse noiatiui casus, ut sit limis specto, uel ablatiui pluralis, & deest oculis. Cum igit dissimu lant se hoies uidere, quod uident, & non recta facie, sed transuersa intuentur, limis dicuntur aspicere.

Limen dĩ, quod extransuerso in ianua est a limo obli quo, q̃ ingredientibus exeuntibusq; transuersum sit, ut est apud Dona. Festumq;. Nec solum inferiorẽ par tem ꝑcat, q̃ sub pedibus calcari solet ingressu, sed etiã supiorem. Iuue. Pendentia liqt uela domus, & adhuc uirides in limine lauros. Neuius uero limen supum & inferum dixit. Exime limen supum, quod mihi misero sæpe confregit caput. Inferũ quoq; ubi ego oĩs defre gi digitos. Limen supũ supliminare etiã uocat a græ cis hypthyron. Ponit interdum pro ingressu. Virgi. Li men erat cæcæq; fores, & puius usus. Interdum pro in teriore parte domus. Idem, penetrant aulas, & limina regum. Interdum pro loco standi. Idem. Corripiunt spacio audito, limenq; relinquunt. Interdum pro prin cipio, ut in limine uitæ extinctus est. Interdum pro a micitia, ut testat Seruius enarrans illud de Turno. Se limine pelli. Iuue. Limine submoueor. i. repellor ab a micitia. A limẽ fit elimio. as. Limiare. Postliminium.

Liminaris & hoc liminare, quod ad limen pertinet, ut lapis liminaris, qui est in domus ingressu. August. ad Hiero. posuit pro principio. Non hoc codex ipse, ut as solet in liminari pagina ꝑtendebat, id est in principio, seu ingressu libri. Hinc superliminare.

Liminarchæ sunt custodes liminis, & famuli ad limina, qui sunt ꝑfecti liminis, cubiculiq; custodes. Apud iuris consul. Liminarchæ ponunt pro militibus q̃ imperii limitibus atq; confinio præficiunt, quos liminarchas dicere possis, quasi limium præfectos, qui & limitanei ab historicis appellantur.

Limitanei milites. Et limitanei agri qui sunt in limiti bus, id est in collimitio & confinio.

Limes. itis. modo transuersam uiam significat, modo terminum. Col. li. i. Semitas, nouosq; limites in agro fi eri non patiat. In agris limites duo maximi sunt, Car do & Decumanus. Limes decumanus est, qui ab orien te in occidentem spectat. Cardo a meridie ad septẽtri onem. Reliqui limites angustiores, distantq; inter se paribus interuallis. Aliqñ dĩ principium & finis. Stati. Limes mihi carminis esto Oedipodæ confusa domus. Et dĩ a limus obliquus siue transuersus.

Lorum, prima pro. Nam lora habet o. cor. Proprie ſignificat corrigiã ex corio, & græcum eſt λῶρον. Vñ ponit pro cingulo. Poetæ baltheum Veneris, qui Ceſtus dr̃, loꝝ appellant. Lora etiã habenas uocamus & retinacula iumentoꝝ, zonas quoq; & uolumia ex corio bubulo, quibus pugiles utebantur. Præterea q̃cunq; ligamina lora dici poſſunt, & loramenta, ligamenta etiam, q̃ ex talibus fiunt. Gel. Poſtea uidebamus Androdum, & leonẽ loro tenui reuinctum urbe tota circum tabernas ire. Hiero. Loramento ligneo circundatum ædificii fundamentum non diſſoluet, ab hoc loꝝ etiã pro corrigia accipit, qua hoſtes uerberant. Dona. Lora apud ueteres laura dicebant, a laura triumphorum, ſub qua mos erat captiuos uinciri, duciq; per pompã. Ideo aũt ut conditionis reminiſcant, loris cædunt. Vnde lorarii dicebantur, qui in ſcænicis fabulis parebãt iis, qui ludis erant ꝑfecti, & uel uinciebant, uel cædebant, quos iuſſi erãt uincire, uel cædere. Tortores quoq; lorarios uocatos inuenimus. Gel. Itaq; hi ſequebantur magiſtratus tanq̃ in ſcænicis fabulis, q dicebantur lorarii. Item lora dñr corrigiæ, quibus lecti & ſellæ inſtruunt, ſuper quibus tomẽta uel culcitræ imponunt. Mar. Nouis linteis, loriſq;. Hinc etiam funiculus aureus argenteuſue, qui collo geſtari ſolet, lorum appellatur. Inuenitur etiam lorus maſcu. gene. ſicut & corius, & collus. Apul. Lorum quempiam ſinu ſuo depromit.

Loramentum. Vide in Lorum.

Lorarii. Vide in dictione Lorum.

Lorarii ſerui, qui in ſcænicis fabulis lõro uinciebãt, aut cædebant quos erant iuſſi. Ca. id genus hoſtes etiã Brutianos appellat, qm̃ Brutii ignominiæ cauſa iuſſi ſunt a Romanis, ut magiſtratibus in prouincias euntibus parerent & præminiſtrarent ſeruoꝝ uice, q; primi Italiæ ad Hannibalem deſciuerint. Vide in Lorum.

Loreo, eas. ſcat loro uerberibuſq; cõſcribilare ſignareq; Plau. in Mili. Ego ueſtra faciam latera loreare.

Lorica pe. prod. a loro fit, & eſt munimentum corporis, quale in imperatoꝝ antiquis ſtatuis uidemus, quia loris alligata ſit. Quod ſi ſit in numine, Ægis, idis. dicitur. Habetq; in medio caput meduſæ. Nã ut interpretatur Var. e loris de corio crudo pectoralia antiq; faciebãt. Proprie uulgariter dicunt bardæ, ut ſunt equoꝝ, & ſcuta græcorum, non autem ſunt quas uulgo panzerias uocant, quoniam poſtea Galli ſuccuderũt e ferro ſub id uocabulum ex annulis ferream tunicam. Lorica in ædificiis eſt quoddam quaſi ſepimentum, & ueluti peribolus, quæ nos tuetur a lapſu.

Loricula diminutiuum a lorica, quod etiam in re militari ſignificat munimentum, quod obſeſſores urbium conſtruunt. Nam ultra iactum teli foſſam faciũt eaq; uallo ſudibus & turriculis inſtruunt, ut erumpentibus e ciuitate poſſint obſiſtere, auctor Vegetius libro iiii. Hircius in com. octauo ſic ſcribit. Hæc imperat uallo xii. pedũ muniri, loriculãq; pro hac rõne eius altitudinis inædificari. Item, pontiũ frõtes uiminea loricula munirent. Accipit & pro muro tecti. Vñ in Deutero. legimus. Cum facies domũ nouam, facies muꝝ tecti per circuitum, ne effundatur ſanguis in domo tua, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sis reus labente alio & in p̃ceps ruente. Hie. contra Pelagia. recitat hæc uerba. Sed pro illo facies mux tecti, tanq̃ elegantius reposuit. Facies loriculã tecti. Periodꝰ etiã septũ dĩ & circuitꝰ. Vñ & Hie. capit, p lorica seu circuitu apd Ezechielẽ, & q̃si q̃dã corona q̃ fit in domone facilis í p̃ceps lapsus sit. Ioseph. quoq; li. vi. belli iudaici scribit, q tẽplũ Salomõis arãq; cingebat ex pulcherrimo saxo lorica gratissima usq; ad cubitũ surgens.

Lorico, as, loricam induo. Vnde loricatus lorica indutꝰ Pli. Mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricauit in dimicationem pergit. Loricatio apud Iurisconsul. accipit pro ornatu domus speciosso, ac ueluti tectorio, q̃ impense sunt uoluptuariæ. Huius uerbi compositum est dilorico, de quo alibi.

Loripes, edis. pe. cor. q habet pedem in modũ lori tortũ uel tardum, quod quasi loro pedẽ ligatũ habeat, claudus natura uel casu factus. Iuue. Loripedem rectus derideat æthiopem albus.

Lotium, urina a diluendis corpibus appellatum. Est eñ totius corpis lotio, sicut urina, ab urinor uerbo descẽdit. Suet. Reprehendenti filio Tito, q & urinæ uectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensiõe admouit ad nares scisscitans, num odore offenderet. At illo negante. Atqui, inquit, e lotio est.

Lotos, & lotis. idis, pprium nomen nymphæ Neptuni filiæ, q̃ Priapũ fugiẽs in arborẽ sui nois conuersa est. Ouid. x. met. Amnicolæq; simul salices, & aquatica lotos. Hæc arbor, ut scribit Pli. insignis est í Africa, quã uocant celtim, tã dulci cibo, nã myrti mõ baccas fert, ut nomẽ etiã genti terræq; dederit nimis hospitali adueniæ obliuiõe patriæ. Ligno color niger ad tibiarũ cãtus expetit. Quare & a poetis, p tibia ponit. Quidam arbitrant esse eã arborẽ, quã Romani Viscioluũ dicũt. Est ẽt eodẽ noie herba in ægypto, quã Homerus inter herbas subnascentes deox uoluptati primã noiauit. Hæc recedẽtibus aqs Nili, puenit sisis fabæ, in cuiꝰ capite fructus est papaueri sisis, intus grana ceu miliũ, ex quo incolæ faciunt panẽ. Vñ Pli. li. xxii. Qui arborem tũ lotũ putãt, Homero auctore argui possunt. Ab hac fata fit lotometra, ex cuius semine similimo porri fiũt panes in ægypto a pastoribus maxime aqua uel lacte subacto. Est & alia lotos, quam multi trifolium dicũt Item alia lotos agrestis in libya hasta duobus cubitis longa, ramos plurimos proferens. Quidam etiam loton milium uocant.

Lotophagi populi in Aphrica, apud Syrtes a loto nomẽ sortiti, q ex loto arbore uictitant, cuius fructus sunt magnitudine fabæ, colore croci, quorum cibus tã dulcis est, ut aduenis incutiat patriæ obliuionem. Vnde cum Vlyssis socii delati fuissent in Aphricam, & gustassent, uix inde abducti sunt. Homerus lib. ix. Odyss.

Οὐλ' ἄρα λωτοφάγοισι μέδον' ἑτάροισιν ὄλεθρον
Ημετέροις, ἀλλάσσαι δόσαν λωτοῖο πόσασθαι.
Τῶν δ' ὅς τις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπόν,
Οὐκέτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι,
Αλλ' αὖθ' ἑβούλοντο μετ' ἀνδράσι λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.

Loxios, latine ĩplicatus dĩ, quod est cognomẽ Apollinis & fcat obliquum cum uera obscuris inuoluat, dabat eñ respõsa ambigua, ut est illud. Aio te æacida romanos uincere posse. Quidã loxiã cognominari solẽm tradũt, q obliquũ circulum ab occasu ad orientẽ pagat.

L ante D

Lubẽtia & libentia a lubeo & libeo, pro hilaritate & uoluptate sermonum & iocorum. Plau. in Asi. Lubentiores faciam quam lubentia est.

Lubricus, a. um, pe. cor. quasi labicus, proprie lubricꝰ locus dĩ in quo quis neqt cõsistere, qualis ẽ terra glaciata. Vir. Lubrica cõuoluit sublato pectore terga. Et se se opposuit salio per lubrica surgẽs. Inde figurate adolescentia lubrica dĩ, q̃ facile labit. Lubricos oculos dixit Cicero, id est mobiles, sicut dicitur pes lubricus, qui est in lubrico. Piscis lubricus dicitur, qui labitur dum tenetur. Lubrica res, quæ labilis est, uixq; contineri potest ob leuorem. Lubrica uallium significat lubricas ualles.

Lubrico, as. lubricum facio. Iuue. Qui Lacedæmonium pityliſmate lubricat orbem.

Lucæ boues, siue lucanæ boues, dicti sunt Elephanti. Vide in dictione elephas.

Luca ciuitas Thusciæ, a qua Lucenses dicunt q in ea habitant, uel q in ea orti sunt. Dicta a lucumone Ethruscorum rege. De hac Strabo. Luca urbs est, quæ una cũ regione uiroꝝ probitate floret, & robor militare hinc magnum educitur & equitum multitudo, ex quibꝰ se natus militares cœpit ordines.

Lucani ppĩ dicti sunt, q ea regio sita est ad partẽ stellæ luciferæ, uel q loca ætherea sint. i. multæ lucis. Vel a Lucilio duce, uel q primitus in luco confederint. Hi inter Calabros & Apulos siti sunt, & a Sabinis orti. Eoꝝ regio lucania, q̃ nunc principatus dĩ. In ea est Pestum oppidum, & Elea urbs, Lucania, & Petilia metropolis. Hora. Lucanus an Apulus anceps.

Lucanus nomen proprium poetæ Cordubensis.

Lũcanus, a, um, quod ad lucem pertinet, a quo Antelucanus, antelũco & antelucor.

Lucanica, genus farciminis, ex porcinis carnibus, a Lucanis populis primum inuenta. Martialis. Filia Picenæ uenio lucanica porcæ. Pultibus hinc niueis grata corona datur.

Lũcem claritatem esse, nemo est q dubitet. Quoniam autem dies clara est, quemadmodũ nox obscura, ponit q̃q; lux p die, & nox pro tenebris, q̃uis prima luce & primis tenebris, non primã diẽ ac noctẽ, sed primam partẽ diei ac noctis significet. Prima uero die, pro tota non pro diei parte. Gel. Alia luce orta auis in pastũ, profecta est. Inuenit etiam luci aduerbialiter positum, sicut uesperi. Cicero in Anton. Quis enim audeat luci, & in militari uia, græcum est. Λύξ λύκος ἔνθεν καὶ λύκος λέγεται ὅτι ἐν τῇ νυκτὶ λύκοσ οὐκ ἐνδεῖται. A luce fit lucanꝰ, a, um, & antelucanus, a, um, quod est ante lucis tempus. & sublucanus, sub lucis tempore. Plini. lib. xi. Nec omnino prius uergiliarum exortu sublucanis tẽporibus. Lux autem ἀπὸ τοῦ λύκος dicta est, λύκλω enim ueteres græci appellant primam lucem, quæ præcedit solis exortum.

Luceo, es, xi. splendeo. Cuius cõposita sunt Alluceo, ad aliqd seu iuxta aliqd luceo, ut Alluxerunt fulgura eiꝰ orbi terræ, uidit & cõmota est terra. Colluceo, simul

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſeu totus luceo. Pli. li. x. Inuſitata gña alitum accepimus, quarum plumæ ignium modo colluceant nocti-bus. Diluceo diſtincte luceo. Gelli. li. ii. Contra uero q in ſex horis poſterioribus naſcit, eo die uideri natũ, q poſt eam noctẽ diluxerit. Eluceo extra ſine multũ luceo. Lactan. li. vii. Quis tam cæcus ut exiſtimet ſine cauſa eſſe facta, in qbus mira diſpoſitio prouidentiſſimæ rationis elucet? Auguſt. lib. i. confeſ. Hinc ſatis elucet maiorem habere uim ad ueſcẽdum liberam curioſitatem, q̃ meticuloſam neceſſitatem, id eſt clarũ eſt. Illuceo, lucidus ſum. Sed ad diem pertinet. Liuius. Vbi illuxit, cœpi claſſem. Sed hic magis eſt ab illuceſco. Plau. in Cap. At pol te ſi hic ſapiat ſenex atra pix agitet, apud carnificem tuo quæ capiti illuceat. Idem in Amph. Nunc te, inqt, quæ manſiſti mitto, ut cedas diei, ut mortalibus illuceſcas clara & candida. Interdũ illuceſcere eſt illuminare, & ſplendentẽ facere. Lactãt. li. vii. Qui ſolem cum cæteris ſyderibus illuxit. Interluceo, in medio luceo. Cice. li. iii. ad Heren. Præterea diſſimiles forma, atq; natura loci comparandi ſunt, ut diſtincti interlucere poſſint. Sed hic interlucere, quaſi interno ſci eſt. Pelluceo per medium tranſluceo. Quint. Sed ut inter ſe uincti, atq; ita coeuntes, ne commiſſura pelluceat. Huius ſcationis eſt perluceo, & tranſluceo. Sene. de tranquil. Quid perlucentes ad unum aquas, & circũfluentes conuiuia? Cice. lib. ii. offi. Quaſi pluceat ex his quas commemoraui uirtutibus. Colu. lib. v. Vt nullo loco tranſluceat. Polluceo, de quo alibi. Præluceo, anteluceo. Cice. Ego meis maioribus uirtute põluxi, Reluceo. Virg. lib. ii. Sigæa igni freta lata relucẽt. Subluceo, aliquantum luceo. Oui. de meridie. Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo. Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.

Luceſcere, eſt clarum fieri. Plau. in Am. Tempus eſt exire ex urbe priuſquam luceſcat uolo.

Lucidus, a, um, quod eſt clarum, perſpicuum, a quo perlucidus & tranſlucidus. Quintil. lib. viii. Similiter illa tranſlucida, & uerſicolor quorũdam elocutio res ipas effœminat.

Lucido, as, lucidum facio, illuſtro, a quo Dilucido, quod eſt declaro, ſeu diuerſis modis clarum facio. Cice. li. iii. ad Heren. Nam quod in dicendo rei dilucidandæ, & magnificandæ cauſa, dolum appellauimus, id in dicẽdo honeſtius conſilium appellabimus. Elucido, quod eſt extra ſeu multum lucido.

Lucifico, as, pe. cor. idẽ quod lucido, a quo Elucifico. Nonius. Elucificare, lucidare, dictum a luce. Labe. Si cito fulgentis ſplendore pecuniæ uolo elucificare exitum ætatis meæ.

Lucifugus, & lucifuga penul. cor. q fugitat lucem & gaudet tenebris. Cice. lib. de fi. Lucifugi maledici mõſtroſi etiam aliis amatoriis leuitatibus dediti. Sene. Lucifugas homines appellat, qui contra naturam uiuunt, q & lychnobii dicuntur, quaſi lucernarii.

Lucifuga, pe. cor. qui fugit lucem.

Lucifer pe. cor. ſtella Veneris. cum ante graditur ſolem cum ſubſequitur heſperus.

Lucerna a luceo, græce lychnus uocat, cuius prima corripitur, cum tamen in luceo producatur. Iuuena. Diſpoſitæ pinguem nebulam uomuere lucernæ. Lucernarum uſum primi Ægyptii monſtrauere, ut auctor eſt Euſeb. li. x. præparationis.

Lucernarius, q lucernam fert. Lucernula diminutiuũ.

Lucens, quod aliũde lucem habet. Virgil. Lucentemq; globum lunæ.

Lucibile, quod per ſe lucet.

Lucetius dictus eſt Iuppiter a luce, quam põſtare hoĩb⁹ putabat. Sic Iuno lucetia, q̃ lucis cauſa ſit.

Lucina pe. pro. q̃ partui põeſt, q̃ partũ ferat in lucẽ. Plin. putat lucinam dici, q̃ oculis põſit, & luci. Sunt q a luco deducant, q Romæ Iunoni ſacer eſt, in exquiliis. Oui. lib. ii. Faſt. Gratia lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus Aut quia principium tu dea lucis habes.

Lucius, prænomen eius q primus ita uocatus, qa oriente luce natus eſt. Sic Lucia nomen mulieris, pe. corre. proferri debet contra communem uſum.

Lucilius, nomen poetæ a luce deductum. Hic ſatyrarũ primus inter latinos promeruit laudem, & apud Neapolim anno ætatis ſuæ xlvi. defunctus publico funere elatus fuit.

Lucullus nomen uiri clariſſimi Romani, q̃ põclaras res geſſit, hic nobilis, diſertus & diues mun⁹ q̃ſtorium ampliſſimum dedit. Prætor Africam iuſtiſſime rexit. Ad uerſus Mithridatem miſſus collegam ſuum Cottam Chalcedone obſeſſum liberauit, Cyzicon obſidione ſoluit, Mithridatis copias ferro & fame afflixit, eumq; regno ſuo Ponto expulit, quem rurſum cum Tigrane rege Armeniæ ſubueniente magna fœlicitate ſupauiit. Nimius in habitu, maxime ſignoꝝ & tabularum amore flagrauit. Poſt cum aliena mente deſipere cœpit tutela eius M. Lucullo fratri permiſſa eſt.

Luculentus. a. um. quod eſt luce plenum, ſplendẽs, Plau. in Cur. Pulchrum & luculentum hoc nobis hodie euenit põlium. Salu. Tum M. Tul. orõnem habuit luculentam, & utilem Reipub. Hinc aduerbiũ luculenter, clare & ſplendide. Hie. De quoꝝ uitis moribuſq; mirificis q̃ luculenter ipſe conſpexi libellum ipſe compegi.

Lucretius poeta Cæſaris temporibus floruit. Hic naturalem philoſophiam hexametro uerſu deſcripſit, & xliii. ætatis ſuæ anno ſeipſum interfecit.

Lucubro. as. pe. cor. uigilo, & ad lucernam aliquid compono. Vnde lucubratio uigilia & opus, quod lucubrando fit. Var. de ori. Non ſolum ad Ariſtophanis lucernã ſed etiam ad Cleanthis lucubraui. Liui. li. i. Sed nocte coram deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inuenit. Hie. in prolo. Iudith. Huic unam lucubratiũculam dedi. Eruditi lucubrare dĩr ad lucernam ſtudentes commentanteſq;. Plin. ſcribit quoſdã ſcriptores facetiſſimos inſcripſiſſe libros ſuos titulo lucubrationum. Sunt & lucubrationes ruſticanæ, ueſpertina & antelucana, qñ a ueſpere & ante lucẽ conficiunt intra uillam opera rei uillaticæ conducibilia. Col. lib. xii. Item ad lucubrationem ueſpertinam paſos decem, uel ridicas quinq; conficere, totidemq; per antelucanam lucubrationem.

Lucus. nemus arboribus denſum, deo ſacrũ, a luceo p antiphraſim dictũ, eo q̃ non luceat, qñ cũ nullæ illic arbores ꝓpter religionẽ cederent, opacus & ſine luce erat. Sũt alii q non p contrariũ deducant, ſed propter lumina crebra ſacrificioꝝ q̃ ibi nocturno tpe fiebant.

Dicit

Dicit etiam lucus,us,pro luce.Teren.Cum primo lucu .i.prima luce,& cum primum sol illucescere t. Lucus Martis dictus est,in quo Mars Iliam uestalem uirginē compressit,ut est apud Iusti.& Plutar. Luculus & lucel lus diminutiua sunt a luco.

Luco.as,licet non sit in usu,a luco,siue a luce fieri puto. Cuius cōposita sunt colluco, quod est ramos syluæ de cido. Interluco idem facit, subluco succidēdo illumio.

Lucar precium,quod ex lucis captatur,uel erogatio, q̄ in lucis fiebat.

Lucaria festa,q̄ in luco romani faciebant, q̄ pmagnus erat inter uiam Salariā & Tyberim, pro eo quod ui cti a gallis fugientes e plio,ibi sese occultauerant.

Luceria urbs Apuliæ,quæ & Ausonū colonia fuit.

Luceres siue lucerēses,tertia pars popli Ro.distributa a Tatio & Romulo.sic appellati a Lucumone siue a lu cerio,siue a luco,quē Asylū Romulus uocauerat.

Luceri⁹ Ardeæ rex,qui auxilio fuit Romulo aduersus Tatium.

Lucrū a lucēdo,si amplius exolueret q̄ q̄ti esset emptū

Lucrosus,a.um,plenum lucro.Pli.li.xviii.Et auctionib⁹ eam adhiberi lucrosum putant.

Lucellum, diminutiuum paruum lucrum.Hora.in ser. De sene gustarit tecum partita lucellum.

Lucrari,est lucrum facere. Vnde & suplucror,ut in Euā. Domine quinq̄ talenta tradidisti mihi,ecce alia q̄nq̄ superlucratus sum.

Lucriones,dicti sunt qui undiq̄ lucrari cupiunt.

Lucrinus pe.pro.lacus Cāpaniæ in sinu Baiano, cōtra puteolos,propinquus Auerno lacui,adeo ut in maxis q̄nq̄ tēpestatibus cōiungi soleat. Dictus a lucro, ppter multitudinē piscū, q ibi capiebant.De utroq̄ Marti. Dum mō lucrino,modo se permittit Auerno.

Lucratiuus.a.um,quod lucrat,ut lucratiua opera qua lucramur,& aptissimus lucrifacere,uel qui disponitur ad lucrifaciendum.

Lucretilis pe.cor.mons in Sabinis.

Lucumo proprium uiri nomen,a quo lucomedi appel lati, q postea lucerenses sunt dicti.Hi fuerunt Thusci, Var.Dimicantē Romulum contra T.Tatium a lucu monibus.i.Thuscis auxilia petiisse.Fuit & alius ab isto Lucius lucumo,a quo Luca urbs dicta est.

Lucta,æ,conflictus.

Lucto,as. apud antiquos,& luctor deponens facit cōtra aduersarium omni adhibita cura cōfligo,qa in hmōi conatu membra soluunt. Virg.Luctantes uentos.Ser. Hoc est egredi laborantes. Aliq̄n luctari est lucta lu dere.Lactant. Ne quando in laqueos,& fraudes illius aduersarii nostri,cum quo nos deus luctari uoluit, in cideremus.Terē.in Ecy.Dicitq̄ illi annulum sese,dum luctat detraxisse, Hinc luctatio ludus quo alius aliū nititur in terram prosternere. Composita sunt Collu ctor. Lact.de opi. Nam & ille colluctator,& aduersari⁹ noster scis q̄ sit astutus,idem ipse uiolentus.Obluctor acrius contra aliquem nitor.Col.li.vii.Sæpe etiam ui grauitate longioris,uel cum in proscindendo, aut du riori solo,aut obuiæ radici obluctatus, conuellit ar mos.Reluctor pro repugno.Idem l.b.i. Nam cum ue teri astruit recens ædificium,quasi assurgenti reluctās oneri cedit.Quin.Cum a me quidam familiariter po stularent,ut aliquid de ratione dicendi componerem diu sum equidem reluctatus.

Luctitor frequentatiuum. Vnde Pris. ponit apud uetu stissimos luctito pro luctitor inueniri.

Lugeo,es. xi.ctum,quasi luce egeo, ppter cōtinuum lu ctum. Vel dī a luo,q̄ luctus uitam hōis soluat. Est em̄ lugere,ualde flere. Lactā.li,iiii. Quis tā facundus,& tā ta rex uerboz̄q̄ copia instructus exister? q̄ oro tāta affluentiæ ubertate decurrens, ut illam crucem meri to deploret,quā mundus ipse,& tota mundi elementa luxerunt? Est & lugere in luctu,hoc est in lugubri ha bitu esse,ex obitu charæ necessariæq̄ psonæ. Vñ luct⁹ ut Cic.iiii.Tus.inqt,est ægritudo ex eius, q̄ charus fue rat interitu acerbo.Scribit Dion.hali li.v. Romanas matronas.Val. Publicolā,Brutumq̄ luxisse annuum tempus depositione auri & purpuræ,ut est illis luctus consuetudo in necessariorum,cognatorumq̄ funeri bus.Huius uerbi cōposita Prolugeo,de quo alibi. Elu geo,quod est luctum depono. Vñ Agretius. Eluxit q̄ luctū deposuit.Illuxit cū lumen apparuit.Liui. Quid aliud in luctu, q̄ purpuram aut aurum deponunt fœ minæ? Quid aliud cum eluxerunt,sumunt? Aliq̄n elu gere est lugendo deflere.Cice.Patriam eluxi, nam & grauius & diutius q̄ ulla mater unicum filium.

Luctatius Catulus Romanus ciuis fuit, q primo puni co bello trecentis nauibus aduersum pœnos ꝓfectus sexcentas eoz̄ naues cōmeatibus,& aliis oneribus im peditas apud Ægates inter Siciliā & Aphricā depressit, aut cepit,finemq̄ bello imposuit. pacem petentibus hac cōditione concessit,ut Sicilia,Sardinia,& cæteris insulis intra Italiam Aphricamq̄ decederent, Hispa nia citra Iberum fluuium abstinerent.

Luctus,us,non solum ploratio dī,sed etiā insigne indici umq̄ mœrētis,sicut est uestitus niger,& pullus. Sæpe n.ipse habitus,uultus & uestis luctus dī.Nam in luctu atrati sunt purpura,auroq̄ depositis, cum eluxerunt, nigram uestem exuunt, purpuramq̄ resumunt.Anti qui etiam declinabant luctus lucti. Actius. Cesso hic ire,& rapere lucti uestem in lecto coniugis.

Luctuosus.a.um,luctu plenum Sal.Viroz̄ more pugnā tes cruentam atq̄ luctuosam uictoriam hostibus relin quatis.Et luctuosus dicitur qui est in luctu.

Luctificus,a,um,pe.cor.quod luctum inducit.

Lugubris,& hoc bre,pe.pro.quod ad luctum pertinet, ut uestis lugubris, q̄ deferē pro morte alicuius chari.

Ludus dī in factis,iocus in uerbis. Et ludus in singulari de priuatis,& de exercitatione gymnastica,cum mul torum conuentus ab uno eruditur præceptore.Vñ & p schola,& loco sumit,in quo exercent docentur ue. Sic dicimus ludum palæstræ,ludum pilæ,ludum gladi atorium,ludum musicum,ludum lrarium.Sue.in Cæ sa.Formam qua ludū gladiatoriū erat ædificatur⁹,cō siderauit.Asco.Oēm scholam ludum dixere Romani Quint.Quia diuitem illis promiseram partem, in lu dum uendiderūt,tanq̄ decepti,hoc est gladiatoz̄.Cic. de Ora. Tū hoc in ludo non p̄cipiē. Faciles em̄ causæ ad pueros deferunt.Et statim post.Hæc est in ludo cau sarum fere formula.Vbi de grammatices ludo locu⁹ est.Seneca.Dionysius tyrannus de regno electus ludi magister factus est, de ludo musices intellexit, Lusus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uero & luſio, ad uoluptatē magis ꝓtinēt ſine arte ulla, & puerorꝫ ꝓprie dīr. Quin. Nec me offenderit luſus in pueris. & paulo poſt. Sūt etiā nōnulli acuendis puerorū ingeniis nō inutiles luſus. Cice. Ex multis luſiōibus nobis ſenibus talos relinquant, & teſſeras, ubi de uoluptate ſenili locutus eſt. Ponit tū qnq; luſus pro ludo, & lud⁹ ꝓ luſu. Siſiter luſus pro ioco, opponitq; ſerio, quē admodū & iocus. Pli. iunior Ariſtoni. Ab illis aūt qb⁹ notū eſt, quos q̄toſq; auctores ſequar, facile impetrari poſſe cōfido, ut errare me, ſed cū illis ſinā, quoꝫ nō ſeria modo, ueꝫ luſus etiā exprimere laudabile eſt. Eodem mō ludus. Hora. Sed tū amoto q̄ra⁹ ſeria ludo. Ludi uero tū plurali nūero ſpectacula publica ſcant. Cic. in Ver. Inter binos ludos. Fuerūt aūt apud græcos quatuor ludi celebratiſſimi, in qbus magnos honores cōſtituerūt uictoribus athletis. Primi fuerunt ab Hercule in honorē Pelopis eius ataui inſtituti, & Ioui cōſecrati. Dictiq; ſunt Olympici, qa apud olympū Arcadiæ montē celebrabant iuxta Piſam & Elidem, qnto quoq; anno. Inſtituti ſunt aūt anno mūdi quadringētēſimo ſupra iiii. millia. Et hinc habuit principiū prima olympias. In eo ludo hercules primus ipſe coronatus eſt corona oleagina. Secūdi fuerunt Phocēſes poſt pythonē ſerpentē ab Apolline cæſum, in apollinis honorē cōſtituti, & hi Pythii appellabant. Eratq; corona ex lauro uictoribus. Tertii Achæi in Iſthmo, ob idq; Iſthmii dicti, in honorē Palæmōis, quē latini Portūnū dicunt, q ex Melicerta hoīe deus marinus effectus eſt. Et q uiciſſet coronā ex pinu reportabat. Quarti argolici, q Nemeæi a nemea ſylua noīant, in Archemori honorē inſtituti ſunt. Hic. n. puer Lycurgi filius fuit, & Opheltes appellatus, q a dracone ictus periit, dū a nutrice humi temere relict⁹ eſſet, ut argiuis in Thebanū bellū tendentibus fontē oñderet. Argiui aūt in patris ſolatiū illi ludos inſtituerūt. Et illis eſt corona ex apio. Erant & alii in attica ludi, & alibi. Apud Romanos erant quattuor ludi, Megalenſes. ſ. Funebres, Plebeii & Apollinares. Plebeii dicti ſunt, quos exactis regibus ꝓ libertate plebis fecerunt, aut ꝓ reconciliatione plebis poſt ſeceſſionem in Auentinum montem.

Ludius & ludio pro ioculatore hiſtrione, & ludia ꝓ iocu latrice. Mar. Hermes cura labor q; ludiaq;. Liui. Acciti ex ethruria romā ludiones, q ad tibicinis modū ſaltabant. Oui. Ludius æquatam ter pede pulſat humum.

Ludo. is. ſi. ſum, ludū exerceo, & conſtruit cum ablatiō. Interdum etiam cum actō. Sue. in Auguſto. Aliqū ut uincat ludit aſſidue aleā. Terē. in adel. Ita uita ē hoīm q̄ſi cū ludas teſſeris. Interdū ludere eſt deridere. Plau. in aſi. Nec me cur ludatis ſcire poſſum. Interdū decipe Terē. in Adel. Cur nō ludo hunc aliquantiſp⁹ melius eſt q̄nquidem hoc nunq̄ mihi ipſe uoluit credere. Interdum iocari, uulgo ſcrizare, ſolazare. Plinius ad Fabium. Ludere me putas, ſerio peto. Intellexit em̄ ſe nō loco agere, ſed ſerio. Teren. in Adel. Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere pauliſper. Interdum canere, pulſare. Gelli. Is optime ludere a magiſtro ei⁹ didicerat. Interdum uerſibus ſcribere. Virgil. Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti. Et proprie in leuioribus, & iucundioribus qualia ſunt epigrammata. Interdum amittere. Teren. in Phormi. In illis fructus eſt, in illis opa ludit. Vbi notandū ludo mō actiuū, mō neutꝫ eſſe, ut ex his q̄ ſcripta ſunt intelligi licet. Compoſita ſunt Alludo Colludo. Vñ colluſor ſocius in ludo. Cice. Lenticulā de alea condemnatū colluſorē ſuū reſtituit. Vir. li. i. geor. poſuit pro ſimul mouere. Sæpe leuē paleā, & frōdes uolitare caducas, Aut ſumma nātes in aqua colludere plumas. Iurecō. Colludere dicūt aliquos, cū diuerſam partē adiuuāt, ꝓdita cauſa ſua. Sic. n. cliētē ſuū ſimul cū aduerſario ludūt. i. fallūt ac decipiunt. Deludo derideo decipio. Plau. in Aſi. Furci fer etiam me deluſiſti. Idē. Quid me deluditis, & nocte excluditis foras? Eludo. Illudo. Præludo. Anteludo, Amb. li. i. offi. Qui diſciplinam bellicā uult aſſeq;, quotidie exerceat armis, & tanq̄ in ꝓcinctu poſitus ꝓludit ꝓlium. Hinc ꝓludium, quod ꝓprie ſcat ꝓcentionem, hoc eſt, quod ante inchoationē cantus ꝓmitti ſolet fauoris emerendi gratia, & hæc habent pe. prod.

Ludifico. as. derideo, ſeu p iocū & ludum fallo. Plau. in Caſ. Iam hic eſt lepide ludificatus. Inueniēt ludificor deponēs. Terē. in Phor. Ergo ſic me ludificamini.

Ludibrium ꝓprie quod ludimus, deride muſq;, & quod ludendi cauſa expetimus. Vir. Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis. Vnde haberi aliqd ludibrio dicimus. i. deriſui & contemptui. Teren. in Ecy. Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. Ambro. de Agne. Procoitus peccato poſuit cū ait. Cum qbus libidinis ſuæ ſe poſſe credebat ludibrium exercere.

Ludicrum pe. cor. ſubſtantiuum, dici pōt quodcunq; luſorium ac ioculare. Liui. li. i. Et cū his, creſcente indies grege iuuenum, ſeria & iocos celebrāt. Iam tum in Palatino monte lupcal hoc fuiſſe ludicrum ferunt, & a Palanteo urbe arcadica Palantium, deinde Palatinū montem appellatum. Ibi Euandrum, qui ex eo genere arcadum multis ante tempeſtatibus ea tenuerit loca, ſolenne allatum ex arcadia inſtituiſſe, ut nudi iuuenes lycæum pana uenerantes per luxum atq; laſciuiā currerent, quem Romani deinde uocauerunt Inuum Huic deditis ludicro &c.

Ludicrus. a. um, idē eſt qd luſori⁹, iocularis & leuis. Ter. Neq; leuia aut ludicra petunt pmia. Vnde ars ludicra ars hiſtrionica & ſcænica dicit. Priſcia. Hic & hæc ludicris & hoc ludicre declinat, cum tamen ſic declinando ludicria, non ludicra faceret.

Luſus & luſio, Vide in dictione Ludus.

Lues dicitur, cum in urbe aut ī agro febris, aliudue morbi genus homines uel pecora, ſiue utrunq; corripit, interdum arbores & ſata. Peſtis, quæ aut cito occidit, aut cito abit ab eo quem inuaſit.

Lugdunum ciuitas Galliæ apud Aquitaniam, quam Plancus cum Galliam comatam regeret, traditur cō didiſſe. In ea fluuii Liger & Garumna. Hæc una cum tota regione Senecæ temporibus fatali igne exuſta ē. Hinc Plotius, qui prim⁹ Romæ latine rhetoricam docuit, originem duxit.

Luma genus ſpinæ, quæ in pratis naſcitur, & locis uligi noſis. Sic dicta, q agricolæ eam e terra luunt, id eſt ſoluunt. Hinc Lumeta, loca lumis plena, & lumaria falx, qua lumeta ſecantur.

Lumbrici uermes terreni a lubricitate dicti, etiā a græcis Elminthes.

Lumbus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lumbus pars corporis, qua libido designat. Sunt enim lumbi a cinctura ad nates, a quibus uenereus liquor defluit. Vnde apud poetas sumit quoq; pro membro pudendo. Plautus. Exporrigite lumbos & extollite. Et in Pœnulo. Crissabit tibi fluctuante lumbo. Dicitur etiam lumbus de brutis. Horat. lib. i. Ser. Curto ire licet mulo, uel si libet usq; Tarentum Mantica cui lumbos one re ulceret ac eques armos. Hinc fiunt elumbus uel elũbis, & delumbe.

Lumbare tegmen quo pudenda teguntur, ut apud Hiere. Sicut tu posuisti lumbare istud ad lumbos tuos.

Lumbago, uitium & debilitas lumborum.

Lumen quasi lucimen, a quo luminosus. Hinc etiam lumino, a quo illumino. as. & relumino, quod est lumen reddo.

Luminare, quod lumen habet. Hie. in Gene. Fecit deus duo luminaria magna, unum ut præesset diei, alterum ut præesset nocti.

Luminosus, a, um, quod est clarum. Cice. Cum sint maxime luminosæ partes duæ & quasi actuosæ.

Luna a lucendo dicta, q; noctu sola luceat. Alii lunam quasi lucem alienam dicunt, q; lumen a sole recipiat. Cice. Tum illa quæ luce lucet aliena. Vel luna dicit, q; sit luminum una, ut cunq; est per græcorum imitationem est, ἄλλωες δ' φασὶ λέγεσθαι, ὅτι σέλας ἐστὶ φῶς κατ' ἄνω ἀπὸ τοῦ ἡλίου λῦκα λαμπάνει σελήνη. Luna solis discipula obsequit cursibus supernis, & prout accedit ad solem, uel recedit a sole crescens aut senescens dispensat lumen & sic semper instabile. Ouidi. Nec par aut eadẽ nocturnæ forma Dianæ esse potest usquam, sem per hodierna sequente, Si crescit minor, maior si contrahit orbem. Luna, ut inqt Macrobius, dispensationibus septenariis luminis sui uices sempiterna lege uariando disponit. Primis septem diebus dimidiata semiorbem ostendit, græcoq; sermõe dichomene, & dichotomos uocat quasi diuidua. Secũdis orbem totum cõplet, fitq; plenilunium, quod græci πανσέληνον uocant Tertiis dichotomos rursus efficitur. Quartis fit coitus lunæ cum sole, quod interlunium uocant, & silentem lunam, & intermenstruam, græce synodos dicit. A luna fiunt pleniluniũ, quod est cũ luna rotunda est. Vel dicitur lunæ oppositio. Plini. lib. xviii. Cum uero occidente sole oriet, scilicet luna ex aduerso, ita ut pariter aspiciantur, tunc erit plenilunium. Interlunium cum apparere desierit, & noua luna fit, & coeunte uel silẽti luna, unde lunæ coniunctio dĩ dies silentis lunæ.

Lunula diminutiuum, parua luna, ut apud Esaiam.

Lunaris, & hoc lunare, quod ad lunã pertinet, ut lunaris ratio, lunaris annus, q; menses uno suũ efficit cursum.

Lunaticus, morbus dictus est, q; eum qui interlunio natus est hunc morbum fere pati compertum est, qui & comitialis a quibusdam etiam appellat. Sed diuersum esse ostendit Firmicus lib. iiii. Mat. cum inquit. Et si luna male fuerit collocata, aut spaticos, aut lunaticos aut caducos facit. Est aũt ꝓprie lunaticus, q; aut ab insania uexat certis lunæ tpibus, aut grauat morbo.

Lunar⁹, a. um, quod est ad lunæ similitudinem factum uel quod habet speciem lunæ. Tres eñ sunt figuræ crescentis lunæ. Nam modo curuat in cornua, modo in orbem circũacta, ut cum est plena, & soli aduersa, Modo dimidio orbe cæsa, hoc ẽst cum æqua proportiõe diuiditur. Et ob id a nostris diuidua uocatur.

Luo, lui ꝑcat persoluo. Liuius. Vt tandem debito supplicio scelus lueret. i. solueret seu purgaret. Tractum a pecunia, quia apud antiquos pœnæ pecuniariæ fuerunt, sed græcum λύω λύσω λύσει. Interdum luere est sustinere, pati. Iusti. li. i. Quicunq; capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. Dicimus etiam luo capite, sicut multo & punio. Liui li. ix. Obsides etiam sexcenti imperati capite luerunt. Hinc componitur reluo, pro resoluo seu repignoro. Nam in alia significatione componit a lauo, sicut deluo & proluo.

Lupus, græce λύκος animal rapax, cuius fœmininũ est lupa. Et lupus genus piscis ꝑciosi, q; uariolus, a quibus dam sturio dicit. Et sub ostia fluuioꝝ captus etiã lanatus, lanatusue appellat. Mar. Laneus euganei lupus excipit ora Timaui Æquoreo dulces cum sale pastus aquas. Sunt illi cum mugili naturales inimicitiæ. Scribit Pausanias in Sardinia alias haberi lupum suo tempore uocatum, sed syluestri similem hirsutiore tãtum pectore, cornibus non indirectum eminentibus, sed ꝑpe auriculas intortis, tantæ uelocitatis est, ut nullũ ei compareat. Item lupus genus est freni asperrimi, a lupinis dentibus dicti, quia inæquales sunt, siue quia duritiam habent lupini dentes, & propterea morsus eorũ asperrimus. His frenis utebant Galli. Oui. lib. de tri. Et placido duros accipit ore lupos. Item lupus est instrumentum aduncum, quo uasa q̃ in puteum forte ceciderunt extrahuntur, harpax græco uocabulo, & harpago nominat. Item lupus aranei genus, quo nomine ẽt dicta est herba quæ asparagi uice mandi solet, quæ & lupus salictarius, q; salices ad similitudinem uitis ascẽdat. Item lupus, ut Palladius auctor est, ferula manubriata uocat. Lupus est in fabula, prouerbium natũ est, q; Physici affirmant eum a uoce deseri quem prior lupus uiderit. Quod esse fertur cum ille superuenit, de quo loquimur, & nobis sua præsentia amputat facultatem loquendi. Virg. Vox quoq; Mœrim Iam fugit ipsa, lupi Mœrim uidere priores.

Lupum auribus tenere prouerbium est, quod in re anciti periculosaq; dici solet. Nam qui auribus lupum tenet, nec eum dimittere audet, nec retinere potest sine periculo. Hieronymus contra Ioui. Origenistam. Nunc uero quasi auribus lupum apprehenderis, nec tenere potes, nec audes dimittere. Suetonius in Tiber. Cũctandi causa erat metus undiq; imminentium discrimínum, ut sæpe lupum se auribus tenere diceret.

Lupa, cum sit fœmininum a lupus, ponitur quandoq; pro meretrice, q; ut illa cibi, ita hæc, uel libidinis, uel quæstus appetens sit.

Lupanar penul. prod. sumit pro turpi meretricum loco Auguſt. lib. xviii. de ciuit. dei. Meretrices autem lupas uocabant. Vnde etiam nunc turpia loca earum lupanaria nuncupantur.

Lupanaris. & hoc lupanare, ut infamia lupanaris apud Apul. pro spurca & fœda meretricia. Ambr. Cum meretricibus scortaberis in contubernio lupanari.

Lupanarium idem quod lupanar. Vlpianus Iurisconsultus de petitione hæreditatis. Licet a lupanario perceptæ sunt. Nam & in multorum honestorum uirorum prædiis lupanaria exercentur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Luparius qui uenatur lupos. Seruius in commentariis Georg. Constat enim luparios carnibus tinctis uenenо lupos necare.

Lupari, scortari, meretricari. Acci. Qui cum meretrice per uias habitu nostro lupantur.

Lupatũ, idem quod lupus, pro freno asprimo. Vir. Prensiq; negabunt uerbera dura pati, & duris parere lupatis. Dicta lupata, ut Ser. inqt, a lupinis dentibus, q̃ inæquales sunt. Vñ & eorum morsus uehementer obest.

Lupinus, a, um, quod est lupi. Plin. Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit.

Lupinus substantiuũ genus leguminis, quod non minꝰ terram appetat, uoraxq; illiꝰ sit q̃ lupus, & tellurẽ adeo amat, ut q̃is frutetoso solo coniectum, inter folia uepresq; ad terram tamen radice perueniat.

Lupercal, a lupa, dr locus sub Palatino monte sacratus ab Euandro Pani deo Arcadiæ, q̃ lycæus uocat, q̃is quidam ita appellatũ uelint, q̃ lupa ibi Remũ, & Romulum nutriuerit. Oui. in Fast. Illa loco nomen fecit, locus ille lupercal. Magna data nutrix p̃mia lactis habet. Vel dr a luendo, q̃ ibi p̃ caprum luebat, hoc est sacrificabat, ut sit dictio ex tribus orationis partibus cõposita, quasi luere per caprum.

Lupercalia etiam sacra, quæ in eo loco fiebant mense Februario græci lycæa uocant.

Luperci, dicti sunt quasi ex illoq; mysterioq; semie exorti, siue ut Var. putat, q̃ lupcalibus in lupcali sacra facerent nudi in honorẽ Panos. Cice. insectat M. Anto. q̃ in lupcalibus, in q̃bus sedebat Cæsar amictꝰ toga purpurea in sella aurea coronatus, se lupercum exhibuerit. Nam nudi sacerdotes lupci currendo lustrabant ciuitatem, & uerberabant p̃gnãtium manus mulierum ut facilioris essent partus zona ex corio capri. De his Ouid. Quis uetat Arcadico dictos a monte lupercos. Faunus in Arcadia templa lycæus habet.

Lura, os culei, siue utris ab antiquis dicta est.

Lurcones dicti sunt gulosi, & bonoq; suoq; consumptores. Plau. i Per. Perẽnis herbæ lurco, edax, furax, fugax. Lucil. Edite lurcones, comedones, uiuite uentres.

Lurco. as, cibum cum auiditate nimia sumo. Pompon. Lardum lurcabat lubens.

Luror, pallor, squallor. Apul. Alius lurore, ac miseria macie deformatus.

Luridus, a, um, pen. cor. quod est supra modũ pallidum quasi loridum, quasi loro pcussum, & liuidum factum Hora. li. car. Doletq; partus fulmine luridũ missos ad orcum. Hie. ad Oceanum. Lurida ora, sparsum crinem squallidas manus, sordida colla summittere.

Luscinia auis dicta, q̃ lugens canat. Hanc philomelam græci uocant, q̃ peruigil custos, cum oua quodam sinu corporis, & gremio fouet, insomnem longæ noctis laborem cantilenæ suauitate solatur. Hæc auis a poetis quandoq; dicitur atthis, quasi attica. Mart. Sic ubi multisona feruet sacer atthide lucus.

Luscus proprie qui altero captus est oculo, qualis fuit Hannibal, de quo Iuue. Portaret belua luscum. Q̃nq; tñ dr q̃ est hebetioris uisus. A luscus fit eluscо. as, quod est luscum facio, & oculum eruo, scribit Iulianus iurisconsultus aquilia lege teneri eum, qui eluscauerit discipulum in disciplina.

Luscitus pe. pro. qui hebeti uisu est, & qui melius nocte q̃ die uidet.

Luscioſus siue luscitioſus, & luscicroſus dr, q̃ ꝓpter uitiũ oculoq; parum uidet, q̃ ſ. luscos imitet, q̃ clarius uesperi q̃ meridie cernit, ut inqt Fest. Plaut. in mil. Æde pol tu q̃dem cæcus, non luscioſus es. Pli. Sanguine hirci sanari luscioſos putat, hos græci myopes & nyctalopas uocant. Gel. li. iiii. De myope quoq; q̃ luscioſus latine appellat, dissensum est. Vlp. quoq; ubi homo neq; matutino uideat tpe neq; ueſptino, quod genus myopas græci uocant, talem luscitionem esse quidam putant ubi homo lumine adhibito nihil uidet. Sunt qui ita discernãt, ut luscioſi dicantur, qui ad lucernam nõ uident, myopes qui minutius cernunt.

Luscio ipse morbus appellatur.

Luſitania pars ulterioris Hiſpaniæ, quam nunc Portugalliam appellant. Scribit Pli. Luſum Liberi patris, ac Lyſam cum eo bacchantẽ nomen dediſſe Luſitaniæ. Hæc oceano occidentali alluit in qua est ciuitas emerita, & Portugalliæ regnum. Luſitanum littus pollet gemma ceraunio, quod indicis p̃ferunt, aduersus uim fulgurum creditur opitulari.

Luſito. as. pe. cor. frequenta. est uerbi ludo. Plau. in Cap. Nam ubi illo adueni, quasi patriciis pueris, aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dant q̃bus cum luſitẽt Apu. li. iiii. Sic nobis ocioſa domi reſidens luſitabis.

Luſorius, a. um, quod ad ludum ſpectat, ut tabula luſoria qua teſſeris luditur.

Luſtrum, feraꝝ habitaculũ in ſyluis a luto, q̃ sit lutoſa lacuna. Vir. Nõ ab ſũt illis ſaltꝰ ac luſtra feraꝝ. A qua ſimilitudine hi q̃ in locis abditis ac ſordidis deſidiæ, & uentri indulgent in luſtris uitam agere dicunt, ꝓpter quod & luſtra dr popinæ, & lupanaria, ubi habitant lupæ, i. meretrices. Cic. li. ii. Phil. Cum omnes impuritates impudica in domo quotidie ſuſceperis uino luſtriſq; confectus. Idem Caſio. Quæ aũt in luſtris & i uino commendatio potuit eſſe? Et luſtrum dr ſpacium q̃nq; annoq; a luendo, hoc est ſoluendo, q̃ q̃nto quoq; anno uectigalia & tributa ſoluebant, & urbs luſtrabat, i. ſacris purgabat, q̃ purgatio urbis etiã luſtrũ dicebatur. Liui. li. ii. Oẽs cẽturiæ, & eq̃tes in campum Martiũ conuocati, ſue, oue, tauro cæſis immolarunt, quod luſtrum est dictum, ſicq; a ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen luſtri. Quia uero cenſus ipſe, ſiue luſtrum ſingulis quinq; annis habebat cenſoꝝ magiſtratus inualuit conſuetudo, ut luſtri appellatiõe ſpacia quinq; annorum appellentur. Hinc armiluſtrum.

Luſtro. as. circundo. Lactã. li. ii. Sed luna, q̃ orbem illum ſignifeꝝ xxx. dieꝝ ſpacio luſtrat. Interdum luſtrare ſignificat expiare. Liui. li. iii, Ibi inſtructum exercitum oue, ſue, tauris tribus luſtrauit. Interdum aſpicere, agnoſcere. Cice. li. iii. offi. Sed cum omnia rõne, atq; aio luſtraueris. Interdum ſeq. Vir. At mecũ raucis tua dũ ueſtigia luſtro. Interdum patefacere, clarificare, ut idem. Poſtera phœbea luſtrabat lampade terras. Interdum inumbrare. Vnde luſtra ferarum cubilia, & lupanaria per contrarium dicimus, quia parum illuſtrantur. Interdum circũſpicere. Virg. lib. iii. Oia colluſtrãs hanc primum ab littore claſſem Conſpexi uenientem. Et luſtrare, quod uulgo dicit monſtram facere. Cuius

ſententiæ

ſententiæ duō ſunt uerba, recognoſco .ſ. & recēſeo. Hu ius uerbi cōpoſita ſunt colluſtro, quod eſt circūſpicio. Cice. li. v. tuſ. Ego aūt cum oīa colluſtrarem oculis animaduerti columellā. Illuſtro, pluſtro, quod eſt ꝑfecte circum reuideo. Li. li. i. Hercules ad primam auroram excitus, cum gregem perluſtraſſet oculis.

Luſtror. aris, deponēs ſcat ſcrutor a luſtris abditis locis. Plau. in pſeu. Luſtrant, luxant, comedūt quod habent.

Luſtralis & hoc luſtrale, quod ad luſtrū ꝓtinet. Liui. li. i. Sacrificium luſtrale in diem poſteꝝ parat. Luſtralia exta ueteres dixerunt ꝓpinguia, eo ꝙ luſtralis .i. quinquennalis bos dicit eſſe perfectæ ætatis.

Luſtric⁹. a. ū, Vñ luſtrici dies infantiū appellant, puellaꝝ octau⁹, pueroꝝ non⁹, qa his infantes luſtrant, & noīa eis ſponunt. Et q eos luſtrāt luſtratores uocant, & fœminæ luſtratrices, & q luſtrant luſtrati noīantur.

Luter uas in quo uinum diluit, i. aqua miſcet. Nam & luto & loro pro diluo a ueteribus uſurpatum eſt.

Lutū cœnū, ſiue ſordes, habet primā cor. Iuue. Compoſitiq; luto nullos habuere parentes. A luo, is, fit.

Luteus, a. um. quod ex luto. Tibul. Sed nimi⁹ luteo corpora tingit amor. Fit aūt a luo. is. ἀλλὰ ἅπαντα ταῦτα ἀπὸ τοῦ λύειν ὡς ἄνω λελέχαμεν.

Luto. as. luto inficio. Vñ lutat⁹ luto infect⁹. A luto fiunt cōpoſita deluto & eluto, de qb⁹ ſupra ī deluo dictū ē.

Luteſcere ſignificat lutum fieri.

Lutor, color luteus, quem Virgilius luteum dixit, & pallidus idem color eſt.

Lutræ, ſiue lytræ, ut docet Var. e Fibroꝝ gñe ſunt, qa tā dices arboꝝ in ripa ſuccidūt. Hodie in Boryſthenis ripa, & Sarmatia tota plurimæ. Pñt tñ & a luēdo uideri noīatæ, qa in aqs ſe lutēt, q tñ Enhydres græce noīent. Pli. li. viii. Cauda piſciū fibro, cætera ſpēs lutræ, utrūq; aquaticum, utriq; mollior pluma pilus.

Luteus. color rubeus, ſanguinolētus, nā eſt ſanguini cōſimilis, a λύθρον q eſt cruor. Gellius latinū putat & a luce deduci. Ait. n. lute⁹ q̄ ruffus color eſt dilutior. Vñ nomē quoq; factū uidet. Alii a luo, ꝙ ſit q̄ſi dilut⁹, hoc eſt ſolut⁹, & decoloratus ruffus. Eſt. n. luteus color diluti or rutilus, qualis eſt color auri. Vñ uiolæ eius coloris luteolæ dīr. Et lutea herba, qua chryſocolla tingit, q̄ naturā lini, ſeu lanæ hēt ad ſuccū bibēdum Et uitellū in ouo, oui luteū uocam⁹. Idē color cerin⁹ appellat a cæræ colore. Idē & flāme⁹ dī. Plin. Lutei uideo honorē antiqſſimū in nuptialib⁹ flāmeis totū fœmis cōceſſū, Hinc flāmea appellabāt ueſtimēta lutei coloris, qbus flaminica utebat. Luc. Lutea demiſſos uelarūt flāmea uultus. Huius nois prima producit. Perſi. Iam chlamydes regū iam lutea gauſapa captis. Iuue. uero primā corripuit. Incude & luteo Vulcano ad rhetora miſit.

Luteolus dim. Vir. Mollia luteola pingit uacinia calta.

Luxo, as, ſoluo. Pli. li. xvii. Aut circūfoſſor, uel etiā ſubarator imprudens luxauit radices. Vñ luxa ſiue luxata mēbra dicunt locis ſuis mota & ſoluta. Et luxati dicūt quoꝝ mēbra ſuis locis mota ſunt. Idem. Alteæ radix decocta luxatis ꝓdeſt. Hinc luxurioſi dicti ſunt, qui in re familiari profuſi atq; ſoluti ſunt.

Luxati, uide in Luxo luxas.

Luxus. us. luxuria & luxuries, non ſolum pro re uenerea ſed etiā & fere ſemꝑ ꝓrieꝙ ꝓ oī ſupfluitate & nimia ꝓfuſione, & ſumptuoſiore cibi, ueſtitus, & aliaꝝ rerum cura dici ſolent. Cice. li. i. offi. Intelligimus quā ſit turpe defluere luxuria, delicate ac molliter uiuere. Idē in Ver. act. i. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas i ſuppliciis, auaritia in rapinis &c. Vir. li. i. geor. Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Idem. At domus interior regali ſplendida luxu inſtruit. Luxus etiam pro ſplendore ponit. Clau. li. ii. Sub tua purpurei ueniēt ueſtigia reges Depoſito luxu.

Luxurioſus. a. um. ponit pro nimium abundanti. Vñ luxurioſi dicti ſunt qui in re familiari profuſi atq; ſoluti ſunt. Cice. de ora. Gemmare uites, ſitire agros. lætas ſegetes, luxurioſa frumenta. Tunc eñ in ſegetes ſolent immitti oues, ut eas paſcant.

Luxurio, as. & luxurior, aris, (ſi Dio. credim⁹) hāc habēt diſtantiā, ꝙ luxurio ſit cum laude, luxurior in crimīe. Significat luxurio non laſciuiā mentis, ſed habitudinē corpis. Vir. li. iii. geor. Luxuriatq; toris aīoſum pectus. Cor. Seue. Luxuriant opes atq; odia longa grauātur. Vtrūq; tñ pro ſupabundare, profundere & laſciuire. ſmorbizare ponit. Pli. li. xviii. Aliq in frigidis ab æquinoctio autūni, in calidis ſerius, ne ante hyemē luxuriēt Tibul. Luxuriāt animi rebus plærūq; ſecūdis. Li. li. i. Poſitis externoꝝ periculoꝝ curis, ne luxurient ocio aī, quos met⁹ hoſtiū, diſciplinaq; militaris continuerat. Colu. li. iii. Cacumina uirgaꝝ ne luxurient demutilato. A luxurior fit compoſitum Eluxurior, quod eſt extra luxurior. Idem in eodem. Qui ſi pīgui agro ualidis uites depoſueris pampinis, magis eluxuriabuntur.

L ante Y

Lyæus cū diph. dictus eſt Bacchus, λύω ſoluo, eō ꝙ mentem, & mēbra uinū diſſoluat. Vñ ſequit paralyſis. Vir. Regales inter menſas, laticemq; lyæum.

Lycus nomē ꝓprium uiri, quo noīe multi uocati ſunt, Vnus troianus, de quo Vir. Fata lyci. Alter thebanus ignobilis, q regnum thebanū occupauit. Itē alius thebanus rex. Alius Pādionis filius, q a ſe lyciā nomīauit. Alius lycaon Calliſtoos pī Arcadiæ rex, q cū ſolitus eſſet hoſpites necare, in lupū a Ioue conuerſus eſt. Fuit & alius Lycus Priami filius. Itē Lycus fluuius aſſyrioꝝ q Tigri immiſcet. Oui. li. iiii. de Pō. Huc Lycus, huc Sagaris, Peneuſq;, Hipaniſq;, Crateſq;. Et lycus græce, lupus latine dicit, ab λύκος .i. a prima luce, ꝙ id temp⁹ maxime aptum ſit rapiendo pecori.

Lycaonia regio Aſiæ, quæ totius Aſiæ medium quodā modo locum & arcem occupat. Sunt qui ſcribant Lycaoniam eſſe partem Arcadiæ, quæ in Peloponneſo ſita eſt, a Lycaone rege Arcadiæ cognominatam. A lycaonia fit lycaonius lycaonia lycaonium. Ouidius in libro de Triſtibus. Quæque lycaonio terra ſub axe iacet.

Lycaones populi ſunt in Aſia minore, prope Lyciam. ut Ptole. lib. iii. ſcribit.

Lycius Apollo dictus eſt a lyco lupo, ꝙ ſicut lupi pecora rapiunt, ita ipſe humorem haurit radiis. Priſ. Græcorum primā lucē, q̄ ꝓcedit ſolis ortum λυκὴν appellarunt, ἀπὸ τοῦ λυκόσ. Idemq; temporis, hodieq; lycophos cognominat. Lycii Apollinis oraculum, quia in lycia maximæ claritatis fuit, ob luporum interfectionem,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lycæus,cum diph.mons Arcadiæ, q Pani deo sacer est, & ubi tẽplũ bicornis fauni, a quo lycia ludicra illi sacra a nobis lupcalia sunt dicta,a lupis,q̃ ad expiandos manes fiebãt.Oui.li.ii.fas.Faunus in arcadia templa lycæus hẽt.Dictus lycæus ἀπὸ τῦ λύκων .i.a lupis,qb⁹ propter frequentiam pecudum abũdabat.Est & urbs eiusdem loci.Et locus atticæ erat a Lyco Pandionis filio, ubi Athenienses operis præfecto pericle gymnasium condiderunt,quod inde lyceum dicebatur. Et lyceus dictus est Apollo,a Lyco lupo qui cum tauro præliatus est.Lege Plutarchum in Pyrrho.

Lyce,lux latine dicitur. Vnde lycigenes id est lucem generans sol.

Lyceum fuit Athenis schola Aristotelis,sicut academia Platonis,in qua περιπατῶν .i.deambulans philosopha bat. Vñ peripateticoꝝ nomen effulsit. Fuit & lyceum gymnasium Ciceronis in tusculano,a noie scholæ. Aristotelicæ,de quo li.i.de diui.sic refert.Nup cum essem cũ Q. fratre in tusculano disputatũ est. Nã cum ambulãdi cã in lyceum uenissemus,id .n. supiori gymnasio nomen est.Huius nomis penul.producit a Cice.in illo uersu. Inq; academia umbrifera,nitidoq; lyceo, Fude rũt claras fœcundi pectoris artes Quia dichrona est.

Lycia,puincia seu regio in minori asia,finis Pamphiliæ ex pte orientali,sic cognoiata a Lyco Pãdionis filio. Hæc Termile primum dicebat,sicut Herod.li.i.scribit In ea Patara urbs,Xanthus fluuius,& Chimæra mõs. Ibi regnauit Rhadamanthus Iouis & Europæ filius.

Lycius.a.um,possessiuum,a lycia.Vir. Vnam quæ lycios,fidumq; uehebat Orontem.

Lycon,nomen philosophi Pythagorici.Fuit & alius Lycon Socraticus,siue peripateticus eloquens,& in dicẽdo suauis,adeo ut pro lycon glycon nominaret,quod ſcat dulcedinem.Hic fuit cultu & uestiũ mollicie nitidissimus.Lucta,& pilari lusione exercebat,periit podagræ morbo,annos natus lxxiiii. Tertius Lycon fuit poeta.Quartus epigrammatum scriptor.

Lycastus,urbs Cretæ, a luporum multitudie,quæ ibi esse perhibetur.

Lychnus,latine lucerna. Var. Lucerna a luce dicta est, aut ab eo quod uocant græci λύχνον. Plau.Lychnum emunge parump,ut uideat anus,ubi pedes ponat.Hic Ellychniũ,qd lucernis adhibet ad lumẽ pstãdũ. Est. n. funiculus ille, q incensus flammam nutrit. Lychnus pẽsilis est,quam uulgo lampadem uocant. Vñ scribit Pli.li.xxxiiii.Lychnos pẽsiles ĩ delubris plaeuisse, q̃uis & de cãdelabris orichalceis dici possit laqunaribus appensis,sicut ueteres lychnum pẽsilem dixerũt. Dr etiã hæc lychnia,Ser.uero oñdit lychnius dici non lychn⁹ cum primam corripi dicat,quod fieri non posset, nisi post ch sequeret i,& trisyllabum fieret.Vir. Dependẽt lychnii laquearibus aureis.

Lychnites pe.prod. marmor album,quod in Paro insula effodiebat,sic cognomiatum,ꝙ ad lucernam in cuniculis cæderet,sicut Pli.li.xxxvi.testat.Est etiam hoc nomine gemma ardens a lucernarum accensarum p̃cipua gratia.

Lychnuchi græce noiant quicq d lucernas sustinet, q̃si lucernifer.Differũt lychnuchi & lychni ab ellychniis. Lychnuchi,lychnos.i.lucernas amplectuntur.Lychni siue quod idem est lychniæ continent ellychnia .i.funiculos qui stant in oleo & peruruntur, quos græci thryallidas & phlomos appellant.

Lychnobii dicti sunt,qui loco dierum noctibus utunt, & ad lucernas uiuunt,quasi lucernarii,ut Sene.in ulti. Epi.Nihil consumebat,nisi noctem. Itaq; credo dicentibus illum quibusdam auarum & sordidum. Vos inquit & lychnobium dicetis.

Lyciſca canis natus ex lupo & cane, hunc Plinius Crocutam uocat.

Lycissa,canis est,nomen a lyco lupo,uel quasi lacessa,i. ex laconia,quia inde ueniunt optimi canes.

Lycophos,quod nos primũ tempus lucis noiamus.

Lycophron Periandri Corinthiorum tyrãni filius. Est & nomẽ poetæ græci.Suidas. λυκόφρων χαλκιδεὺς ἀπὸ βοιᾶς, υἱὸς σοκλέους. θέσει δὲ λύκος τῦ γύνου, γραμματικὸς καὶ ποιητὴς τραγῳδιῶν.

Lycopolis urbs ægypti,a lupis dicta,ꝙ æthiopes ægyptũ incursantes lupi facta acie usq; ad urbem Elephantinam reppulerunt.Ibi ægyptii Lycopolim condiderunt,a bestiis illis ei nomen imponentes.

Lycomedes Creontis filius.

Lyctos oppidũ Cretæ sub Idomenei impio. A quo Idomeneus lyctius est appellat⁹.Distat a Gnoso stad. cxx.

Lycurg⁹ nomẽ ꝓpriũ lacedæmonũ regis, q fuit phũs,& Lacedæmoniis leges sanctissimas cõdidit. Astrictisq; ciuibus iuramẽto,ꝙ tãdiu eas intemerate obseruaret, donec ipse rediret,e patria nunq̃ rediturus emigrauit. Vide Plutarchum &c. Fuit & alius Nemeæ regionis rex,& alius rex Thracum.

Lycaon Calistonis pater,& Titani & Terræ filius, Arcadiæ rex,qui ut in fabulis fert,a Ioue in lupum conuersus fuit,ꝙ Iouem hospitem necare moliretur.

Lydus Herculis filius ex Iole, alter filius Atys,& frater Tyrrheni. A quo lydia regio est appellata.Nã cũ propter terræ sterilitatem fratres simul ferre non posset, Tyrrhenus sorte iacta discedens cum ingenti multitudine ad Italiã ueniens,eã tenuit partẽ,q̃ ad mare inferum sita est,& a se Tyrrheniã nomiauit.Lydus uero remanens Mæoniam de suo nomine uocauit.

Lydia regio in maiori Asia,a Lydo Atys Mæoniæ regis filio,& Tyrrheni fratre cognominata, q̃ flexuosis Mæãdri amnis recursib⁹ ꝓfusa,sup Ioniã,pcedit.Phrygiæ ab exortu,solis uicĩa,ad septẽtrionẽ Mysiæ,meridi ana pte Cariã amplectẽs,hæc antea Mæõia uocabat, ĩ hac sũt urbes ephesus,colophõ,clazomene & phara.

Lido.is.uerbũ antiquũ,ſcat cõfringo,deleo. Cui⁹ cõpo sita sunt allido,collido,& illido, q̃ hũt penul.prod.

Lydus.a.um.possessiuum,quod est ex lydia.Lydi,auctore Herod.lib.ii. primi aurum argentumq; percusserunt,primiq; caupones institoresq; fuerunt.Dicitur lydus,a,um,& lydius,a,um. (uocat.

Lygeus,latine tenebrosus.Vnde Home.Lygeã noctem

Lymphatici,furiosi insanientes,q uitium ex aqua contraxere,quod est huc atq; illuc discurrere. Pli.li.xxv. scribit,Helleboꝝ mederi malancholicis insanietibus, lymphaticis, elephantiæ & tetano. Nam creditum est ab antiquis qui in fonte imaginem nymphæ uidisset furore percipi,quos græci νυμφολήπτους, latini lymphatos uocant.Tales sunt fere hi,qui ceriti & laruati dicuntur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dñr q̃si cereris ira, aut laruaꝝ occasione uexati. Plau. Laruatus certe es, aut ceritus. Et alibi. Iube hanc ꝓ ceri ta circunferri. Hora. li. i. Car. Mentẽq; lymphatam Ma reotico redegit in ueros timores, a Virg. dr lymphata regina, pro mente commota & furiata. A lympha etiã ut Prisc. inquit, fit lymphor, aris.

Lyenteria intestinorum dissolutio, λύω em̃ dissoluo, ἔν/τερον intestinũ, hanc nostri leuitatẽ intestinoꝝ uocãt, cum cibus non perficitur, sed incoctus egeritur.

Lympha a nostris aqua per mutationem n. in l. quasi nympha. Nam proprie dicitur nympha.

Lymphare, furore uexare, ut apud Vale. Flacum. Lym/phauerat urbem. Statius. It lymphante deo.

Lympidus, a. ũ. pe. cor. planus, politus, clarus. Hie. in li. re. Elegit sibi quinq; lympidissimos lapides de torrente.

Lynx, ꝓpriũ nomẽ regis Scythiæ q cũ cogitasset occide re Triptolemũ, a Cerere in lyncẽ aial cõuersus fuit. Est aũt lynx, seu lynca ex lupoꝝ ceruarioꝝ gñe uario col lo, & maculoso tergore, & acutissimo uisu. Vir. Macu/losæ tegmie lyncis. Huiꝰ urina in calculi duriciẽ uerti tur, & ea fit gẽma. Lynx ẽt auicula paulo maior quam fringilla, colore uario, linguã serpẽtibꝰ sisem hẽt, qppe quã in longitudinẽ mensura q̃tuor digitoꝝ porrigat, rursumq; cõtrahat intra rostrũ, collũ circũagit in auer sum. Vñ Torqlla uulgo noiaf, q̃q̃ turbo ab antiquis.

Lyncurium gemma quæ e lyncis urina coacta est. Oui. E quibus, ut memorant, quicquid uesica remisit, Ver/titur in lapides, & congelat aere tacta.

Lynceus, a. um. adiectiuum a lynce. Vnde qui acute ui/dent lynceos oculos habere dicuntur. Hora. in Sermo. Ne corporis optima lynceis contemplare oculis.

Lynceus nomen, ꝓprium eius, qui fuit unus ex Argonau tis, acutissima oculoꝝ acie p̃ditus, qui dicebaf uidere ultra parietẽ. Et ut historici tradunt, conspexit nouissi mam lunam, primãq; eodem die in signo arietis, quod paucis mortaliũ contingit uidisse. Vñ Hora. Solus nu bila lynceus. Hunc Var. cxxx. milia passuũ prospexisse scribit. Solitũ exeuntẽ a Carthagie classem punicam, numerũq; nauiũ ex lilybitana specula manifestissime notare. Solinus refert fuisse Strabonem.

Lyndus ciuitas Rhodi, ubi sacra Herculis maledictis; & execrationibus solebant celebrari. A qua lyndii di/cti sunt. Fuit & altera lyndus in dorica regione.

Lynter ge. fœ. genus paruæ nauiculæ e cauata arbore factæ, ab λοῦω ꝓ λοῦμι, teste Prisc. prima diph. abiecta o. & n. interposita. Cõstant aũt lyntres ex singulis arboribus, q̃ uulgo cauæ dñr ad traiiciẽdas flumine trabes. Vir. li. i. Ge. Cauat arbore lyntres. Hæ. n. non in pelago, sed in fluuiis, stagnisq; palo, aut conto agunt. Ponit etiam q̃q; pro quodã dolii genere, ut ostẽdit Cato. Tibul. ꝓ nauia, quæ est lignũ cauatum, ut nauis posuit, qua in uindemiis rustici uti solent. Aut mihi seruabit plenis in lyntribus uuas, Pressaq; ueloci candida musta pede.

Lyptote dici potest apd nos defectiua. Nã ab λείπω qd deficio est, deducit. Figura est cũ minus dicitur, & plus intelligitur, ut apud Vir. Quid prodest, ꝙ me ipse ani/mo non spernis Amynta, id est, libentissime amas.

Lyrnessos ciuitas Phrygiæ, unde fuit Brisеis.

Lyra instrumentũ musicũ, ubi quot sunt fides, tot reso/nãt uoces, ἀπὸ τοῦ λυρεῖν, qd est canere. Hinc poetæ lyrici dicti, ꝙ ad lyrã sua carmina cantabãt, statuebaq; eis chorus. l. uiroꝝ, ac tauro donabant. Et carmen ipsum lyricũ. Hanc eandẽ poetæ chelim uocãt. Et lyra signũ cœleste est. Var. li. ii. de re rust. hoc secundũ astri exor tum facio, qd græci uocant lyrã, fidem nostri. Lyra ca dit quarto nonas Februarii, uel scdm aliquos Kalẽdis februariis, & noctu quando occidunt terga leonis, ut Hyginus ait. Oui. Illa nocte aliquis tollens ad sydera uultũ Dicet, ubi est hodie, q̃ lyra fulsit heri. Hanc lyrã effecit Mercuriꝰ ĩ Mityleno mõte arcadiæ, iñ Orpheo traditã dñt. Alii autumãt cõcessam Orpheo ab Apolli ne, post repertã citharam interfecto Orpheo, musæ in cœlo lyram collocauere. Alii dicũt esse lyram Ario/nis citharœdi, qui fuit tempore Cypsellityranni corin thiaci, qui primus fuit omnium citharistarum. A lyra etiam cuius prima corri. fit delyrus, a. um. pe. cor.

Lyricus, a. um. quod ad lyram pertinet, ut poeta lyricus

Lyricen pe. cor. qui lyra canit.

Lyristes eiusdẽ significationis est cũ lyricen. Sic em̃ dici tur, ut psaltes. Sido. Alcæo potior lyristes ipso.

Lysander lacedæmonius imperator, homo factiosus, q odium totius græciæ in lacedæmonios cõcitauit. Hic Athenas per deditionem subegit, illiq; urbi. xxx. uiros ꝓposuit, tandem cum Thebanos inuasisset, & apud Ha liartum oppidum a Necchoro interfectus est.

Lysanias orator græcus, alter fuit Arcas, q Lycaonẽ re/

Lysias orator iucũdissimꝰ, de quo Quin. (gno expulit.

Lysius Arcadiæ est fluuius, ad cuius radices Æsculapii est tumulus.

Lysimachus macedo clarus Callisthenis discipulus. Al/ter fuit ex Alexandri principibus. Latine dici potest dissolutio pugnæ, λύσις em̃ dissolutio, μαχὴ pugna.

Lysimachia urbs Hellesponti, quæ terræmotu corruit.

Lysippus clarissimus statuarius, qui ad sexcenta decem opera fecisse tradit, q̃ singula arti claritatẽ dare potu/issent. Hic, teste Quint. ad ueritatem optime accessit. Proper. Gloria Lysippo est animose fingere signa.

Lytta genus uermiculi, qui nascitur in lingua canum. Hic si infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt nec fastidium sentiunt.



Transit per deriua tiones in n. d. uel t. uel c. uel q. sequẽ tibus, ut tantum, tantundem. Idem identidem. Eorum, eorũdem. Num, nuncubi, nũquis, nunquam, circun/quaq;, tanq̃, nanq;, quenq;, quanq;, quicunq;. Similiter am. præpositio sequentibus f. uel c. uel q. mutat m. in n. ut anfractus &c. Vide in dictio ne Anfractus.

DS ante A

Macarius nomen uiri proprium, & latine dici potest beatus, macarismos beatitudo.

Macedonia regio a Macedone osyridis Iouis filio dicta ẽ. Hẽt macedonia ab oriẽte thraciũ limitẽ, ab occasu Ioniũ pelagus, a meridie Epiro terminaf. A septentrio ne habet Dalmatiæ partẽ. Hæc (teste Pli. lib. iiii.) olim centum. l. populoꝝ duobus inclyta regibus Philippo scilicet & Alexandro, quondãq; terrarum imperio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Macedo,pe.cor.qui Macedoniam habitat. Luca.lib.vi. Cum tibi ſacrato macedo ſeruetur in antro.

Macedonicus,a.um.poſſet ſumi a macedonia. Vñ mare macedonicum, quod eſt Ægæi pars, & incipit a Pallene monte,q Thraciæ finē facit. Extendit uſq; Megaram, quo Iſthmos interpoſitus miſceri Ægeum Ionio nō ꝓmittit.Cuius littora a ciuitatibus nomē accipiūt.

Macellum locus,quo uenalia oīa, quæ ad uictum humanū pertinebant,contrahebanť.Plau.in Aul. Venio ad macellū,rogito piſces, indicant caros, agninam caram,carā bubulam,uitulinā,cetū,porcinā,cara oīa.Cicer. Si epicuri de uoluptate liber corroſus eſſet,putarē annonā in macello carioré fore. Dictū macellū a Macello quodā uiro,q in urbe latrociniū exercebat, quo damnato cēſores Æmylius,& Fuluius ſtatuerunt, ut in domo eius obſonia uenderentur redactis in fiſcū eius bonis. Alii macellū dicūt,ꝙ ibi fuerit hortus,quē macellū a lacedæmoniis appellatum ferūt, & Iones oſtia hortoꝝ macellotas uocabāt.Doñ. a mactādis pecoribus deriuat.Sunt & q a macerādo dici exiſtimēt, ꝙ pecora, dū eo ducuntur, ibiq; tenentur,macerantť. Vñ & macellū diminutiuū pro maciléto ponit. Lucil. li. vi. Si noſti non magnus homo eſt naſutus macellus.

Macellarius,qui macellū exercet non ſolum carniū,ſed oīm obſonioꝝ, quin etiam panis & fruméti uenditor. quippe hæc oīa in macello uenundabantur. Var. Duo ſunt ornithonis genera. Vnū delectationis cauſa. Alterum fructus cauſa,quo genere macellarii,& in urbe q dam habent loca clauſa,& rure maxima conducta.

Macer,cra,crum.a mœrore fit, & exilem extenuatumq; ſignificat. Virgi. Heheu, q̄ pingui macer eſt mihi taurus in eruo. Columel. lib. ii. Nam uel pinguiſſima uel macerrima humo iacitur.

Macies macritudo,& macor extenuationem ſignificat. Apuleius. Vnde iſta tam ſubita macies, & tantus pallor. Plau. Oſſa atq; pellis, ut miſer macritudine. Pacu. Corpuſq; meū tali mœrore, errore, macore ſenet.

Macilētus plenꝰ macie.Feſt. Maciléti,macie attenuati.

Macreo,es.macer ſum, a quo macreſco, macer fio. Col. lib. vi. Dabimuſq; operam ne penuria cibi macreſcat pecus. Varro. Qui earum aſpectus ad deſyderium macreſcere facit uolucres incluſas.

Maceo,ces.macui,idem quod macreo,a quo maceſco, maceſcis,macer fio. Col.lib.ii. Conſtat arua ſegetibus eis,ſcilicet ordei maceſcere. Varro.Tum propter laborem aſperantur, & maceſcunt.

Macio,as.macrum facio. Cuius compoſitū eſt emacio quod eſt ualde macio, Col.li.v.At certe in ordinariis uitibus utiq; obtinendū eſt ne pluribus flagellis emacientur,niſi ſi futuris propaginibus proſpiciemus.

Macero,ras.cum ad corpus refertur,ſignificat attenuo, contero,ab eo quod eſt macer.Hor.li.i.Car. Quā lētis penitus macerer ignibus. Plau. i Ca. Multos iſte morbus hoīes macerat. Cum aūt ad aium ſignificat affligo. Lact.li.vii. Nec ad oculos ſomnus accedet,ſed aias hoīm ſollicitudo, ac uigilia macerabit. Proprie tamē macerare eſt mollificare, ut fit cū qppiam tam diu in aqua tenet,donec tenereſcat.Ter. in Adel.Salſamenta hæc o Stephanio fac ut macerentur pulchre. Col.lib. i. Piſcinas duas, alteram q̄ anſeribus pecoribuſq; seruiat, alterā in qua lupinum, ulmi uimina, & uirgas, atq; alia quæ ſunt uſibus noſtris apta maceremus.

Macereſco maceratus fio. Cato de re ruſti. Frumento curgulio ne noceat,neu mures tangant, lutū de amurca facito,palearum paulum addito,ſinito macereſcāt.

Macro,as.cuius compoſitum eſt emacro, quod eſt ualde macer fio. Pli.lib.xviii. Terram emacrari hoc ſatu ſcilicet milii exiſtimantes.

Maceria & maceries paries ſiue murus, uel cōgeries lapidū in unū cōpactoꝝ ſine cæmento, aut alio gñe ferruginis,quo uineæ claudi ſolēt.Ter.in Adel.Iube hanc macerié dirui.Var.tñ aliter li.iii. Quis ignorat ſepta e maceriis ita eē oportere i leporario ut tectorio tecta ſint,& ſit alta.Ca.de re Ru.Macerias ex calce cæmētis ſilice, uti dñs oīa ad opus p̄beat. Qñq; maceria dī mē brana ſecundinaꝝ,quā alio noīe ſteram appellāt.Hie. in Geñ. Quare diuiſa eſt propter te maceria? Et maceries dicitur macilentia. Afra. Si ille hoc nunc ſentit facere illi ſatis uis quanta illius mors ſit maceries tibi.

Macto,as,interficio.Lact.li.ii. Mactanť greges hoſtiaꝝ. Plau.in Am, At ego certe cruce excruciatū mactabo. Tractū a ſacris,ubi mactari oues dīr, q̄ īmolanť.Vir. Et nigrā mactabis ouem luctumq; reuiſes. Dictū eſt aūt macto, quaſi magis aucto, hoc eſt augeo. Nam priuſq; uictimā īmolarent,thus,aut uinū ſuper eā fundebant. Vñ mactū eſſe tauꝝ dicebāt thure,uel uino cumulatā hoſtiā,& magis auctā.Hīc mactare ꝙ magis augere ueteres uſurparūt.Cic. Ferunt laudibus,mactant honoribus.Per tranſl. qñq; mactare ponitur pro malo afficere,ſeu male tractare. Plau,in Aul. Dotatæ mactant malo,& damno uiros.Qñq; ꝙ p̄cipitare. Accius. Aut illoꝝ copias fundam in campo, aut nauis ueſtras mactabo in mare.Qñq; ꝙ honorare.Plau.Tñ honeſte mactatū reducam domū. Qñq; pro uerberare. Vnde legimus de martyribus Primo & Fœliciano. Extenderunt eos milites & uirgis fortiter mactauerunt.

Mactus,a.um. tā cū gtō, q̄ abltō conſtruit, & utō ſemp, ut macte uirtutis,& uirtute.i.magis aucte,cumulateq; Eſt aūt dictio,quæ laudet ſimul,& adhortet pueꝝ,quē probitate creſcere uideat.Sanguinolentis ét exacie reū tibus dī. Mar. Macte aī quem rarus habet moꝝq; tuoꝝ. Sil.lib.v. Lelius affatur, macte o uenerande pudici Ductor macte animi.Cic. Macte uirtute eſto.Hiero. Macte uirtute,macte zelo fidei. Pli. in laudē aſtrologoꝝ. Macti ait īgenio & cœli iterp̄tes reꝝq; naturæ capaces.Sta.li.vii. The. Macte animo iuuenis.i. perfectæ indolis,ut exponit Lutatius interpres.

Machaon Æſculapii filius,frater Podalirii,medicus clariſſimus.

Mache latine pugna. Inde Naumachia, & Antimachus, Andromache.

Machæra cū diph. Nā græce μάχαιρα,latine ſica,gladius,culter,quod nomen impoſitū eſt a græcis,quia multo ſanguine cōmaculetur.Iuue. Ames nomen uictūq; machæræ.Inſtrumentū eſt adſcindendū ſimul,& uulnerandū.Apul.li.ix.de Aſi.Cōminabatur ſeſe conciſurum eū machæra fruſtatim, quo ſermone eius commonefactus hortulanus eripit ei ſpatham.

Machæropius faber gladioꝝ, quo noīe dictꝰ eſt Demoſthenis pater ab officina gladioꝝ,quam Athenis egregiam, multiſq; artificibus ſeruis inſtructam habebat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Machærophorus ſicarius gladiũ ferens. Cice. ad Q. fratrem. Machærophoris centum ſequentibus miros riſus nobis ediderẽ.

Macteæ dicuntur precioſa edulia. Suet. de Cali. Multis uenenatas macteas miſit. Martia. mactea neu. genere protulit. Sed te mactea ſola iuuant.

Machalaum nomen græcũ cõpoſitum ex mache, quod pugnam ſignificat, & ἀλαὸς cæcũ, & errantem. Oppidum in Brixiano agro inſubrium clade nobile.

Maccabæus cum duplici cc. & diph. nomen barbarum, quo uocati ſunt illi uiri fortiſſimi apud ſacras litteras celebratiſſimi.

Machina pe. cor. græce μηχανὴ latine molitio, inuentio. Vñ mechanicus faber ſeu opifex eoꝝ opeꝝ q̃ ingenio ſimul, & manibus fiunt, & mechanica ars fabrilis. Vñ artes diuiduñ in liberales, & mechanicas. Aſco. Machina dr̃, ubi non tã materiæ ratio, q̃ manus atq; ingenii ducit. Machina etiã dicit inſtrũm, quo moles aliqua facile quocũq; uolueris impelli pót. Et machinas bellicas uocamus opa fabrilia, qbus i bello utimur. Itẽ ipſa cõſilia, qbus decipere hoſtẽ conamur machinæ uocãt.

Machinor imaginor, cogito ad reperiendũ, & fabricandũ, tam bonũ q̃ malũ. Lact. li. ii. Nimiꝝ deus uniuerſi artifex, ſic illa diſpoſuit, ſic machinatus eſt, ut per ſpacia cœli diuina, & admirabili ratione decurrerent ad efficiẽdas ſuccedentiũ ſibi temporũ uarietates. an Archimedes ſiculus concauo ære ſimilitudinẽ mundi, ac figurã potuit machinari, in quo ita ſolẽ, lunãq; cõpoſuit, ut inæqualis motus, & cœleſtibus ſimiles conuerſionibus, ſingulis quaſi diebus efficerent. Liui. li. i. Confeſtim Turno necẽ machinaũt. Salu. Iam tum non conſulibus, ſed plæriſq; ſenatoribus pernicie machinabantur. Dicitur aũt machinari ab μηχανάομαι, quod eſt inuenio Vnde μηχάνημα inuentũ, & molimen dicitur.

Macra fluuius in Apennino inter Ligurum mõtes per lunam ciuitatem in Tyrrhenum mare influit.

Macri campi inter Bononiam & Rauennam, per quos Romam itur.

Macros græce, latine longus, a quo multa fiũt cõpoſita.

Macrocola pe. pro. a longitudine dicuntur. Sunt enim eo nomine maiores, & longiores chartæ, quas modo regias uocamus. Nam & Catullus regiam chartam uocat. Ex eadem origine ſunt protocola, quæ formularii conficiunt. Scribitur per ſimplex l. & pe. pro.

Macrocoſmus longus mundus. Microcoſmus paruus (mundus.

Macrochir latine dr̃ longimanus.

Macrochera tunica manicata, quæ habebat manicas longiores. Lampri. Macrocheras ex purpura ad uſum ſuũ reuocauit. Has Romæ induere fuit indecorũ. Auguſt. lib. iii. de doctrina Chriſtiana. Talares ac manicatas tunicas habere apud ueteres Romanos flagitiũ erat. Alio quoq; uocabulo græco chiroditæ appellantur, quo & noſtri utuntur.

Macroceni montes ab Iſtro flumine non longinqui.

Macrobius nomen uiri proprium, latine longæuus dicitur. Nam μακρὸς longus, & βίος uita dicitur.

Macrobii etiam populi Æthiopiæ ſunt, ultra Meroem ut inquit Soli. quibus dimidio protẽſior eſt uita, q̃ noſtra, iuſticiam colunt, amant æquitatem, plurimũ ualent robore, & forma pulcherrimi. Vltra hos populos deſertæ inhumanæq; ſolitudines ſunt. Apud eos lacus eſt quo perfuſa corpora quaſi uncta niteſcunt, adeoq; liquidus, ut ne folia quidem ſuſtineat

Macrologia longus ſermo.

Macrologeo, multa loquor.

Macrocatalectos dictio in longam deſinens.

Macrothymia longanimitas.

Macrothymus longanimis.

Macrochronius diuturnus.

Macula turpitudo, ac ſordes. Pli. Fullones eas maculas è ueſtibus tollunt. Q̃q; poniť pro nota, ſeu ſigno. Vñ genitiuæ notæ in corpore maculæ dñr. Plau. in Cap. Viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis. Q̃q; p infamia. Cice. Cuius, ut adoleſcẽtiæ maculas, ignominiaſq; præterea. Q̃q; pro retis foramine, ſeu plaga, quã uernaculo ſermone dicimus la magia. Idẽ in Ver. acti. ſeptima. Reticulũ ad nares ſibi admouebat tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenũ roſæ. Var. li. ii. p retibus poſuit. Septũ totũ grandibus maculis integiť, ne eo inuolare aquila poſſit neue ex ea euolare aues. Q̃q; maculæ dñr ſigna in marmore. Sene. epĩa cxvi. Delectant nos ingentiũ maculæ columnarum.

Maculoſus, ſordidus, immundus. Plau. Sordida, ac maculoſa facie. Itẽ dicitur uarius, ac notis plenus. Vir. Succinctam pharetra, ac maculoſæ tegmine lyncis.

Maculo, ãs. fœdo turpo. Lactã. li. v. Innocentium cruore maculant. Hinc cõmaculo, ãs. & imaculatus, q eſt ſine (macula.

Macticus pe. cor. qui habet magnas mas, & os patens, quaſi malucticus.

Mactra, arca panaria, quæ & cardopos a græcis dicitur.

Macidatus, liquoris infuſione madens. Apul. lib. viii. Ille ſpongiis macidatis tumores comprimere.

Madeo, es, madiď ſum. Pli. li. viii. Tergoris ad ſcuta galeaſq; inpenetrabilis, præter quam ſi humore madeat.

Madeſco, is. habet ſignificationẽ paſſiuã innatã calore intrinſecus ſumpto, ut ꝓprie madeſcere ſit, cũ qs febri uel labore, ſeu potiõe ꝓpotentis uini æſtuat, aut aliter ſudorẽ emittit, licet etiã extrinſecus dici poſſit. Claud. li. iii. Largis tunc imbribus ora madeſcũt. Col. li. vii. Stabulent ſicco loco, ne humore madeſcant ungulæ. Hinc cõponiť pmadeſco, qď eſt ualde madidus fio. Idẽ li. ii. In id tempus cõuenit inter peritos rei ruſticæ, nõ eſſe arandũ, niſi ſi magnis, ut fit nõnunquã ſubitaneis imbribus, quaſi hybernis pluuiis terra permaduerit.

Madefacio, is, balneo. Lactan. lib. vi. Si focos odorati, ac ueteris uini perfuſione madefecerint.

Madefio habet ſignificationẽ paſſiuã extrinſecus, ut cũ quis aqua, alioue liquore balneatur. Suet. Cũ deſiliſſet in mare nando per ducẽtos paſſus euaſit ad proximã nauẽ elata leua, ne libelli quos tenebat madefierent.

Madidus, a. um. quod eſt liquore reſperſum, hinc ſemimadidus. Colu. lib. ii. Sed quandocunq; arabitur, obſeruabimus, ne lutoſus ager tractetur, neue exiguis nimbis ſemimadidus.

Madido, as. madidum, ſeu balneatum facio. Clau. li. ii. Ille nouo madidantes nectare pennas Concutit, & glebas fœcundo rore maritat.

Madefico, as. idem qď madefacio. Pli. li. xxviii. Et ſi cõtra epiphoras feruentes oculoꝝ anguli ſubinde madificẽt, efficacius ſi cibo uinoq;, ſi pridie ea abſtinuerit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mador ipſa infuſio, a madendo, ut fluor a fluẽdo. Apul. li. i. Quo ad me urinæ ſpurciſſimæ madore perluerent. Salu. Ingens terror erat ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur. Nam mœnia oppidi ſtagnabant redũdantibus cloacis aduerſo æſtu maris.

Madaura ciuitas in Collimitio ſita Getuliæ, & Numidiæ, ubi populi colonia ſub Syphacis Dicrone olim collocata, a qua Apul. Madaurenſis eſt appellatus. Ad hanc urbem ſcribit Augu. li. confeſs. ſe contuliſſe cum adoleſcens eſſet diſcendarum ingenuarum litterarũ gratia florente ibi gymnaſio.

Madulſa dicitur ebrius, qui madidus ſatis uino ſit, uel a græco madis.

Madian urbs quædam ab uno filiorum Abraam, ex Cethura ſic uocata, quæ teſte Hieron. eſt trans Arabiam ad meridiem in deſerto ſarraceno᷒ contra orientem maris rubri. Vnde uocantur Madianei, & Madianea regio. Legimus & filias Ioab ſoceri Moyſi filias Madian. Sed hæc alia ciuitas homonyma eius iuxta Arnonen, & Ariopolim, cuius ruinæ nunc tantummodo demonſtrantur. Idem Hiero. in Eſa. Oſtendit madiam & Epha eſſe regiões trans Arabiam fertiles camelorum illaq᷒ prouincia appellatur Sabba.

Madianei. Vide in dictione Madiam.

Mædia ciuitas Thraciæ ſcribitur cũ æ diph. a qua Mædi populi ut differant a Medis populis Aſiæ. Hinc præfectura mædica Thraciæ uicina Pæoniæ.

Mæander cum diph. qui & Mæandrus fluuius Phrygiæ ſiue Mæoniæ ita ſinuoſus flexibus, ut ſæpe credatur ad fonte reuerti. Per Phrygiã currit, Lydiamq᷒ diſterminat a Caria. Vnde Oui. lib. ix. Meta. eum Phrygiũ appellat. Non ſecus ac liquidis phrygius Mæander in undis. Stra. ſcribit, quoniam multum accipiat limi, & uario impetu, modo ad hanc, modo ad aliam adiiciat ripam. Vnde obliquitates oẽs mæandros ueteres appellarunt. Cice. in Piſo. Scio quos tu mæandros quæſieriſti. Eſt etiã picturæ genus, qd' Feſt. neu. ge. mæand᷒ declinat a ſimilitudine mæandri. Vir. Quam plurima circum purpura mæandro duplici meliboea cucurrit. Hoc etiam nomine dictus eſt mons Indiæ.

Mænas cũ diph. genus piſcis. Vide in dictione Mæna.

Mænoles dictus eſt Dionyſius, quod latine totum furẽtem ſignificat, cui Bacchæ orgia celebrant, & crudas carnes comedentes ſacro furore iniciant, Euan Euan cõclamantes, quæ uox aſpirata, ſecũdum exquiſitam hebræo᷒ linguã fœminei ſexus ſerpentẽ ſignificat.

Mæmacterion mẽſis qui a latinis dicitur ſeptember.

Mæa genus cancrorum maximum.

Mænas, nadis. furioſa ſiue inſana, dr ab μαίνομαι quod eſt furere. Fuerũt aũt mænades mulieres, quæ Libe᷒ patrẽ ſemper ſecutæ Bacchi ſacra celebrabant paſſis capillis, furentium modo, huc atq᷒ illuc curſitantes. Iuue, Crinemq᷒ rotant ululante Priapo Mænades.

Mænala pe. cor intellectu ſingulare, uoce aũt plurale, in q᷒t Priſc. At Diome. docet in ſingulari eſſe generis maſculini, in plurali neu. Mons Arcadiæ celſus adeo ut eius cacumẽ aſtris infertũ uideat. Hinc Sta. li. ix. Theb. Et in mediis frondentẽ mænalon aſtris. Vir. Piniferi lum etiã ſola ſub rupe iacentẽ Mænalus. Eſt & fluuius a Mænalo Lycaonis filio. Luca. lib. iii. Sicanias Alphæus aquas tunc Mænala liquit. Eſt & nomen urbis Arcadiæ. Steph. Byzantius. μαίναλος πόλις ἀρκαδίας ἀπὸ μαινάλου τοῦ λυκάονος ἢ ὄρος ὑψηλὸν ἐν τῇ παλαιᾷ κτίσμα.

Mænalius, a. um. qd' eſt ex Mænalo. Vnde & Bacch⁹ dictus eſt Mænalius, ἀπὸ τοῦ μαίνομαι, quod eſt furere, inſanire, ſiue a Mænalo Lycaonis filio, & aper mænalius, quem Hercules Euryſtheo detulit.

Mæotis pe. pro. græce μαιῶτις palus ſcythica in regione ſeptentrionali iuxta phaſidis oſtium frigore congelaſcens. Oui. lib. iii. de triſt. Longior antiquis uiſa Mæotis hyems. Hinc piſces mæotides, ſeu mæotici dicti, q᷒ in Mæoti capiunt'. Hæc per trecẽta fere miliaria eſſe uidet' a Boſphoro Cimerico uſq᷒ in oſtium Tanais.

Mæonia lydia eſt regio minoris Aſiæ. Vñ mæones populi, hæc uocat' regio exuſta. Nã ſicut ſcribit Stra. cinerulenta eſt in ſuperficie, & tota arboribus caret, præter uitẽ. Dion. ſcribit hãc regionẽ eſſe ſub altiſſima Tmoli montis rupe ſitam, ex qua Pactolus amnis fluit.

Mæonius, a. um. Vñ Homerus dictus eſt mæonius. Mar. Perlege mæonio cantatas carmine ranas. Dictus & mæonides a patre, qui Mæon appellabatur.

Mæror, inquit Cice. lib. iiii. Tuſc. Eſt ægritudo flebilis.

Mæreo, es. mæſtus ſum. Vide in dictione Mœreo, es. Caper. Mæſtus animo ſed triſtis uultu. Sine diphthongo cum ſuis deriuatis.

Mæſticia & mæſtitudo, idem quod mæror. Quintilia. Dolore atq᷒ animi mæſticia languens. Plau. Cur tanta mæſtitudo obtigit.

Mæſto, as. & mæſtifico. cas. mæſtum facio. Ambr. lib. i. Offici. Cur non ego etiam dicã in quibus eum mæſtificare poſſum'. Ab μοῖρα, ideo per œ.

Mæro, ras. mærentem & triſtem facio. Nam mæraret id eſt mærentem faceret, uetus uerbum.

Magar Pœno᷒ lingua, uillam ſignificat. i, cæſam. Vñ & magalia uillæ dñr, q̃uis magaria ſm Ser. dici debeat, cuius prima producit'. Vir. Miratur molem Æneas magalia quõdam. Sciendum eſt magalia & magaria idẽ eſſe, ſed magalia ma. producit, magaria corripit.

Magidæ menſæ, ſeu coquinarii inſtrumẽti genus habet' & panis ſeu offæ genus, qd' magida quoq᷒ appellant.

Magia fons Siciliæ in agro Syracuſano, quo etiam nomine incantatio dici latine poteſt.

Maginor, aris, quaſi tarde conor, & ungor, inquit Feſt.

Magirus pe. pro. latine coquus dicitur. Vnde Archimagirus princeps coquorum.

Magis aduerbium ſignificat plus, deduciturq᷒ a magn⁹ & præter naturam aliorum habet neutrum, nam cõparatiua neutra uim aduerbii habent, ut ualidius, ſanctius, maius uero non, loco cuius dicimus magis, a quo fit compoſitũ demagis, qd' ſignificat ualde mãgis & pro nimis a ueteribus ponebatur.

Magiſtri a magis, & pprie artiũ præceptores ſunt, q̃uis etiam ad oẽs transferri poſſit, q᷒bus præcipua cura re᷒ incumbit. Dicti magiſtri, q᷒ magis cæteris poſſint, uel q᷒ magis q̃ cæteri diligentiã re᷒ q᷒bus præſunt habere debent. Hinc magiſtri pago᷒, ſocietatũ, uico᷒, collegiorũ dicunt', q᷒ pagis, ſocietatibus, uicis, collegiis præſunt. Magiſter equitum dicitur, cui ſumma poteſtas erat in equites, addebaturq᷒ ſemper dictatori, quo modo regibus tribunus. Iuue. Fumoſos equitum cum di-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtatore magiſtros, cui ſumma poteſtas in populum, a quo & magiſter populi dicebatur. Ponitur etiam magiſter pro cuſtode. Ter. Me filiis relinquunt quaſi magiſtrum. Et magiſter pecoris cuſtos uocatur. Huius diminutiuum eſt magiſtellus, id eſt paruus magiſter.

Magiſterium magiſtri dignitas, ſeu officiũ. Nam magiſteria ſic a magiſtro uidẽ deduci, quo modo a miniſtro miniſteria. Suet. de Aug. Auus municipalibus magiſteriis cõtentus abundãte patrimonio tranquilliſſime ſenuit. i. officiis municipii ſui. Apul. lib. i. Scias quẽadmodum ſub meo magiſterio mali debeant coerceri. Et apd Pli. magiſteriũ equitũ p ipſa dignitate.

Magiſtro, as. moderor, guberno.

Magiſtratus, us. per deriuationẽ a magiſtris cognominantur, qui per imperia potentiores ſunt, q̃ priuati. Et modo ſcat eos q in poteſtate aliqua ſunt conſtituti, ut ſunt cõſules, pconſules, prætores, pprætores, & alii q ciuitates & prouincias regunt, modo ipſam poteſtatẽ, ſeu offiñ. Cice. Nam iſtũ in urbe magiſtratũ gerebat. Et magiſtratuũ alii maiores, ut conſules, cenſores, prætores. Alii præter hos dicebantur minores. Paulus Iureconſul. ait magiſtratus dici, quaſi per diminutionẽ a magiſtris tanq̃ minores magiſtris ſint.

Magmata pe. cor. paſtilli, & maſſæ factæ ex unguentorum fæcibus odoris gratia. ἀπὸ τοῦ μάττειν, quod eſt terere, & miſcere, ut inquit Plinius.

Magmentum ueteres dixerũt, quaſi magis augmentũ & auxilium quoniam augebant numerum hi, qui accedebant alienigenæ ut adiumento eſſent.

Magus dictio perſica, qua apud eos ſignificatur ſapiens Sic eñ perſæ magos uocant, ut græci phos, latini ſapientes, Galli druydas, Ægyptii prophetas, ſiue ſacerdotes, Indi gymnoſophiſtas, & Aſſyrii chaldæos a Chaldæa Aſiæ regiõe. Apud nos uero magus incãtator ex officio uocari põt, nam cũ magi apd perſas potiſſimũ deoꝝ cultui uacare ſolerẽt, in tñ poſtea aucta eſt eoꝝ uanitas, ut non ſolum obſeruatione ſydeꝝ futura prædicere, ſed artibus quibuſdã & maleficiis, & ſcire ſe oia, & facere poſſe profiterenť. Hinc magicus, a. um. quod ad magum pertinet, ut ars magica. Suidas. μαγεία ἐστὶν ἀσχολία ἀπὸ μαγθαίων ἤρξατο, οἱ γάρτοι περσαι μαγῶν καλοῦντ. τὸν μαπουσαίους, οἱ αὐτοί.

Magnus grandis, cuius comparatiuum eſt maior ſuperlatiuum maximus. A quo multa componuntur.

Magno abſolute, pro magno precio. Apul. Me deniq̃ pauperculus quidã hortulanus cõparat. l. nummis, ſed magno ut aiebat. Varro lib. iii. de re ruſt. Piſcinæ ædificantur magno.

Magna græcia dicta eſt ea pars Italiæ quæ a Tarento uſq̃ ad cumas eſt, uel ut Pli. li. iii. refert a locris Italiæ fronte ad Tarentũ uſq̃ protenditur, ſic dicta q̃ multæ magnæq̃ ciuitates in ea fuerint a græcis cõditæ. Auctor Iuſti. li. xx. Vir. Effuge cuncta malis habitanť mœnia graiis. In ea habitauerunt Archytas. Pythagoras. Parmenides, & Zeno pythagorici phi, & Ennius poeta. A quibuſdã tota Italia dicta eſt maior græcia. Ouidi. in Faſt. Itala nam tellus græcia maior erat.

Magnũ ſoceꝝ, & magnam ſocrũ appellabat uir uxoris ſuæ auñ, auiamq̃. Maior ſocer, & maior ſocrus uxoris proauus, proauiaq̃ appellať, & ſic p ſingulos gradus.

Magnalia ſunt ingentia facta; & admiratione digna. Hierony. in lib. Exod. State & uidete magnalia domini, quæ facturus eſt hodie.

Magnarius Apud Apul. pro magno negociatore ponitur ex negocioꝝ magnitudine tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis.

Magnificus, qui magna fecit. Scribit Ariſto. li. iiii. Ethi. magnificum dici illum, qui in magnis pro dignitate ſumptum facit. qui circa publicam magnificentiam impenſas facit honorificas, ueluti in ludis, in rebus diis ſacrificatis. in ædificiis, in epulo publico, non qui in ſe ipſum ſumptuoſus eſt.

Magnificens, a quo magnificẽtia, quæ eſt (ut Cice. inqt) rerũ magnarũ, & excelſarum, cum animi ampla quadã, & ſplẽdida, ppoſitione cogitatio atq̃ adminiſtratio.

Magnifico. as. extollo. Plin. magnificat & uituli, qui nõdum herbam guſtauerit ſimum.

Magnanimitas, ut ait Speuſippus, eſt moderatus contingentium uſus, urbana cum hominibus conuerſatio, Magnificentia animi cum ratione.

Magnas, magnatis. & magnatus, ati. qui in populo magnus habetur.

Magnata urbs Hyberniæ, a qua magnatæ populi uocati ſunt.

Magnatæ populi, qui habitant magnatam urbem.

Magnes, etis. generis maſcu. genus lapidis, ad ſe ferrum attrahẽtis. Dictus magnes ab inuentore, in Ida primũ repertus, de quo Plini. xxxvi. Orpheus, αὐτὰρ ἔγωγε σῆς ἀλόχου κέλομαί σε λαθίμβροτα εἴθερ ἀτειν αὐδρὸς ἀπ' ἀλλοτρίοιο λέχος ϵ̃ λῶμα φυλάσσοι.

Magneſiam Theſſaliæ regiõem eſſe Plinius ſignificare uidetur, cum lib. v. na. hiſto. ait. Supra hæc Magneſia Mæandri cognomie inſignis a Theſſalica Magneſia orta. Eſt aũt & Aſiæ urbs ad Mæandrum ſita, auctore Stephano, apud quam Scipio Aſiaticus Antiochum regem magna clade affecit.

Magog, nomen uiri filii Iaphet propriũ, a quo, ut Ioſep. ait lib. i. Magogæ dicti ſunt, qui a græcis Scythæ dñr.

Magia, cum accentu in pe. Nã apud græcos μαγεία ſcribitur. Et eſt ut Plato interptatur deoꝝ cultura. Ait eñ in Alcibiade μαγεία ἐστιν τῶν θεῶν θεραπεία. Eſt aũt duplex magia, Vna Platonica & philoſophica, hoc eſt naturalis philoſophiæ abſoluta cõſumatio a qua magus dictus eſt qui eam colit. Nã Perſæ magum dicũt quẽ latini ſacerdotẽ appellant. Altera dæmonum potẽtia conſtat, quã nomine deteſtabili γοητείαν goetian uel Theurgian uocãt a legibus prohibita eſt, quã Pli. artẽ inteſtabilẽ irritam, & inanem appellat, Eccleſia. magicas præſtigias uocant quia reꝝ ueritatẽ ementiantť hoim mẽtes fallacia perſtringẽtes. Huius magiæ ſunt plures ſpecies hydromantia quæ fit ex aqua. Axinomantia, quæ fit ex ſecuribus & aliis dolabris. Lecanomantia, quæ fit ex peluibus, quas græci λεκάνας lecanas uocant. Et apud Perſas erant magi Lecanomantici dicti, ut li. xv. docet Stra. quaſi ex peluibus diuinãtes. Nã uaticinantes peluim accipiebant aqua plenã dæmonibus congruentẽ in, pfunda repẽtibus. Vbi aũt dæmon illapſus eſt, aqua edit ſonũ quendã fatidicum Catoptromantia quæ fit per ſpecula. De qua Spartia. in Iuliano intellexit, cũ ait. Carmina profana incanta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uerunt,& ea quæ ad ſpeculum dicũt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantando uentura reſpicere dicuntur,Pyromantia,quæ fit per ignem. Hanc Amphiaraus primus inuenit.Geomantia quæ fit per terrã.Chiromantia quæfit per menſuras manũ. Necromantia ſiue Necyomantia, quæ fit per euocationes umbrarũ,& per inferorũ colloquia, a qua Necromantici,quorũ incantamentis mortui reſuſcitari, diuinare ad interrogata reſpõdere uidentur. Nec fit talis diuinatio ſine ſanguine. Quidã necyomantiã ſciomantiãq; diſtinguunt q; in necyomantia ad erigendum cadauer ſit ſanguis neceſſarius.In ſciomantia ſola ſufficiat umbræ euocatio.Capnomantia quæ fit ex fumo aræ,ex cuius motu futura cognoſcebant, a qua Capnomantæ dicuntur. Ex hoc magiæ fonte deriuati ſunt apud Romanos Ethruſci haruſpices.Apud Indos Brachmanes & gymnoſophiſtæ.Apud Gallos Druydæ & Bardi.Apud Sicilos Galeotæ,apud cunctas nationes planetarii,qui mathematici ſunt,& uulgo aſtrologi dicuntur.

Maguderis (ut Priſcia.li.vii.inquit) fruges.i. caulis genus qui naſcit ex ea parte,cuius radix ſtirpis auellitur, hanc caulem laſerpitii quidã exiſtimant. Plau.in Ru. Seu tibi confidis fore multã maguderim.Laſerpitium aũt herbã eſſe nonnulli arbitrant,ut Pli.li.xix.teſtatur Legitur & magudaris.Col.li.vii. Facit & radix quam græci uocant μαγῦδαριν uulgus autem noſtra conſuetudine laſerpitium appellat.

Magus dictio perſica qua apud eos ſignificatur ſapiens. Hi nunc uulgo malefici ob facinorum magnitudinẽ, ut inquit Auguſt. appellantur. Hi ſunt qui elementa concutiunt, mentes hominũ turbant uiolentia cantaminis,citra tamen ueneni hauſtum .Dictus magus,ut inquit Porphyrio, quaſi magnagus a magnis rebus, quas ſe perficere poſſe gloriantur.

Magicus, a.um. penultima correpta,quod ad magum pertinet,ut ars magica.

Magia fons Siciliæ in agro Syracuſano.

Maginor pe.cor.quaſi tarde conor, nugor, inquit Feſt.

Maieſtas a magnitudine dicta eſt. Eſt enim decus amplitudo,& dignitas, uel populi, uel ſenatus, uel principis, imperatoriſue,aut etiã priuati magni uiri.Vnde maieſtatis crimen Iuriſconſulti diffiniunt,quod aduerſus populũ Ro.uel aduerſus ſecuritatẽ eius cõmittitur.Et rei maieſtatis dicuntur,qui eiuſmodi crimẽ committunt. Quidam ſic definiunt q; ſit priuata quædã dignitas quæ hominem reddit honoratũ. Eſt aũt maieſtas uirtutis & probitatis quædam excellentia, ſiue magiſtratu, ſiue imperio,ſiue fortunæ adminiculo. Maieſtas quoq; dea credita eſt honoris ,& reuerentiæ filia, de qua Oui. Donec honor, placidoq; decẽs reuerẽtia uultu,Corpora legitimis impoſuere toris. Hinc ſacra maieſtas, quæ mũdum tẽperat oẽm. Quaq; die partu eſt edita magna fuit. Nec mora conſedit medio ſublimis olympo,Aurea purpureo conſpicienda ſinu.

Maiales porci caſtrati. Var. Verres commodiſſime anniculi utiq; nec minores q; ſemeſtres.Quo facto nomẽ mutant, atq; e uerribus dicuntur maiales.

Maiores intelligi poſſunt q cunq; aui. abaui.proaui.ataui. tritaui,& ante hos in infinitũ,ſicut minores, q etiã poſt trinepotes futuri ſunt.Cice .Ego meis maioribus uirtute præluxi,ut ſi prius noti non fuerint,a me incipiant habere initium memoriæ ſuæ. Vir. Hũc lætum tyriiſq; diem troiaq; profectis Eſſe uelis, noſtroſq; huius meminiſſe minores. Non ſolum minores hi dicuntur,ſed etiã poſteriores,& poſteri,& nepotes, ſicut hi, q ante nos fuerunt maiores,& ſuperiores, & patres & aui appellantur.Et tam maiores q; minores in hac ſignificatione tm̃ pluraliter declinant,maiores magiſtratus ſunt conſules penes quos faſces ſunt, uel qui priores facti ſunt,maior prætor dicit Vrbanus, minores cæteri, maiores flamines dicebantur patricii generis, minores,plebeii,maior auunculus,aui & auiæ auũculus. Sic maior patruus,maior amita.

Maius menſis,a maioribus dictus eſt,quia ut ĩquit Macrobius maioribus cõſecratus erat,quorũ cõſilio Reſp. gereba,ſicut Iunius a Iunioribus, qui rem armis gerebant.Poſtq; em̃ Romulus populũ Ro. in maiores, minoresq; diuiſit,ut altera pars conſilio,altera armis tueretur, in honorẽ utriuſq; partis hunc Maium,ſequẽs Iunium uocauit, Oui.Hinc ſua maiores tribuere uocabula Maio.Iunius a iuuenũ nomine dictus adeſt. Sunt & q Maiũ a Maieſtate dea denoiatũ uelint, q flamen uulcanalis Kaleñ.Maiis huic deæ rẽ diuinã facit. Alii a Maia Mercurii matre, ꝓpterea hoc menſe mercatores oẽs maiæ ꝓiter , & Mercurio ſacrificare ſoliti erãt.

Malus,fœminini ge. arbor,cuius fructus eſt malũ,id eſt, pomum,tractũ nomen a græco, qui malum μῆλον dicunt,unde melimela,& habent pe.pro.

Malinus,a.um. pe.pro. qd̃ eſt materiatũ ex malo. Col. lib.viii.Eſt etiam non ingrati ſaporis muria prædu-ratus,atq; ita malinis lignis,uel culmi fumo coloratus.

Malus maſ. ge.arbor nauis,qa inſtar mali ſit in ſummitate,uel qa cingit,q̃ſi qbuſdã malis quoq; uolubilitate facilius leuant uela & ſimiliter primã producit. Luca.li.ii. Antennas,proram,malos,tonſaſq; natantes.

Malus,a.um.pri.cor.dr̃ qd̃ opponit bono. Eſt em̃ generale nomẽ turpia ſimul,& detrimẽtoſa cõplectens. Vñ dicimus malũ culpæ,qd̃ male agendo cõmittitur,quale eſt homicidiũ,furtũ, & hmõi, malũ pœnæ, qd̃ deus ob mala cõmiſſa,immittit.ut eſt illd̃ propheticũ.Ego dñs creans malũ.Dicimus etiã malũ militẽ,qui eſt in bellis, malũ imperatorẽ q; eſt imprudẽs,malũ grammaticũ qui eſt rudis,malũ iudicẽ,qui eſt iniquus,malam faciem,quæ eſt deformis . Præterea malum ſumitur pro labore afflictione & anguſtia . Vir. Aſſuetũq; malo Ligurem. Et in Pſal. Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti, annis, quibus uidimus mala. Vbi Hiero . Quanto magis in hoc ſæculo paupertate, inimicorũ perſecutionibus, uel morborũ cruciatibus fuerimus afflicti, tanto poſt reſurrectionem in futuro maiora præmia conſequemur. Itẽ ſumit̃ pro malignitate.Sen.Imbecillẽ,inſontẽq; damnare ſummũ eſt malum. Item pro interiectione, perinde ac ſi diceremus proh nefas. Qui loquendi mos per interrogationẽ,& honeſtus & uſitatus eſt.Gelli.Quæ malũ ratio iſta eſt? Plini lib.vii.Quæ malũ iſta dementia eſt, iterari uitã mortẽ? Teren.in Adel.Quod hoc malũ infœlicitatis? Plau. in Am. Quid malum, ac ſi dicat in malam rem uel in malo euentu. Et habet accentum in ultima. Cice. Ad Atticum dixit. Qui mali? Aliquando capitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

malum pro paruo, ſicut bonum pro magno.
Male aduerbiũ, modo ponitur pro ualde, ſed ſemper in malã partẽ. Cic. Addebat etiã idq; ad rem ptinere credebat, ſcriptores illos male mulctatos. i. magna pœna affectos. Modo pro pæ. Vir. Heu male tum mites defendit pampinus uuas. Modo pro incõmode, ſicut bene pro commode, ut male habito. Vnde male in compoſitione habet uim negationis, ut Maleſanus, malefortis. Oui. li. iiii. Faſt. Nondũ tradiderat uictas uictoribus artes Græcia, facundũ, ſed male forte genus.
Male audio ſignificat alicui⁹ maledicta ſuſtineo, ſeu infamor, uituperor, culpor, ſicut bene audio, laudor, ut ſi qs de me male dixerit, tunc recte dixero. Male de me audio. Ci. li. ii. In quo ego, nõ quo libẽter male audiam ſed qa cauſam nõ libenter reliquo. Idẽ ad Atticũ. Hãc nõnulli amici Apii ridicule interpretantur, qui me id circo putent bene audire uelle, ut ille male audiat.
Male cogito de te. i. male affectus ſum erga te, & malã hẽo de te opinionẽ. Oui. Non tũ Æneã, q̃uis male cogitet, odi. Cælius. Et ipſe facile aiaduertẽ male eũ de me cogitare. Huic contrarium eſt bene cogito.
Maledico tibi & maledico te. A quo maledictus maledicentior.
Maledicentiſſimus, q male dicit quantũ põt, & ſcit.
Malefacio tibi. Inde malefícus malefica, maleficũ, quod malum facit. Plaut. in Bac. rigorem maleficum dixit. Vnde etiam ponitur pro pernicioſo. Sed maleficæ mulieres incantatrices dicũtur, & ueneficæ, Maleficæ herbæ, maleficæ ſerpentes pro uenenoſis.
Maleficentia, & maleficium damnum, iniuria, facinus. Cæſar. Finitimis imperauit, ut ab iniuria, & maleficio ſe, ſuoſq; prohiberent. (ror meus.
Male iudico, male cenſeo, male opinor, declaratur er-
Male mereor de te, male tracto te. Cuius contrarium eſt bene mereor. (quo agitur.
Male opto tibi, male precor intelligitur uitium eius, de
Male uolo tibi, odi te. Hinc maliuolus, & maliuolentia, q̃ eſt uoluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo.
Male uertere, eſt in perniciem uertere.
Malicia peruerſitas, quæ uirtuti, ſeu bonitati contraria eſt. Sene. In hoc ſumma bonitas, in illo extrema malicia. Frequenter aũt ſumit pro uerſutia. Cicer. Virtutis contraria eſt uitioſitas, ſic eñ malo, q̃ malitiã appellare, quã græci κακίαν appellant. Nam malicia certi cuiuſdã uitii nomen eſt, uitioſitas oím. Apud ueteres etiã in bonũ accipiebat. Plau. Te ciuẽ ſumma oñi malicia. Eſt & alia malicia, ex natura ꝓueniens. Pli. Quod mõ cœli mõ terræ malicia facit. Var. Id ſæpe accidit malicia ſolis. Interdũ malicia dĩ labor, afflictio & anguſtia ſæculi, ut eſt in Euan. Sufficit diei malicia ſua.
Maleficium a malefacio fit, accipiturq; pro damno. Vide in maleficentia.
Malignus a malus fit, & is eſt, qui difficultatẽ ſui oſtẽdit, hõc eſt q aſper, difficilis, inuidus, auarus eſt. Pli. Homo malignus, & inuidus. Hinc maligna uia, q̃ anguſta & ardua eſt. Vir. Adituſq; maligni. Maligna lux q̃ ſubobſcura eſt. Idem. Quale ſub incertam lunam, ſub luce maligna. Malignus ager agricolis, illiberalis, ac minime ferax. Idem. Difficiles primum terræ colleſq; maligni. Et malignus conſuetudine dicitur maliuolus, & malus, a quo malignitas.
Maligno, as. & malignor deponens. Hier. in Pſal. Super populum tuum malignauerunt conſilium, & iterum. Qui malignantur, exterminabuntur.
Mala faciei pars, q̃ & gena dicta eſt, q̃ rotundã ſpeciem mali p̃ ſe ferat. Nã eſt, q̃ præeminet iter naſum, oculos & buccã. Pli. Infra oculos malæ hoĩ tñ quas priſci genas uocabant. Ibi oſtendit pudor. Et primã producit. Vir. tñ li. iii. Geor. equino generi malas tribuit, cũ ait. Quo tempore glauci Potniades malis mẽbra abſumpſere quadrigæ. Mala quoq; apd græcos dicitur ouis. Vnde malonomos paſtor ouium.
M lonomos pe. cor. latine dicitur paſtor ouium.
Malicorium, putamen mali granati. Pli. li. xxiiii. Huius aridis foliis, ut malicorio coria perficiuntur.
Malobatra unguenta, q̃ ex Aſſyria afferebant. Vnde Hora. inq. Tinctos malobatro aſſyrio capillos, delibutus ut eſt apud Sido. Appollinarẽ duos malobatra q̃ loricæ herba q̃ naſcit in India & habet folia quæ extendũt ſuperficiẽ aquæ & non hñt radicem & eſt boni odoris.
Malacus græce latine mollis. ἐπὶ λωίστι μαλακός.
Malacia, ciæ. mollicia, cũ maris fluctus oẽs quieſcunt, & languẽt, neq; ulla aura cõmouent. Cæſar lib. ii. Tanta ſubito malacia, ac tranquillitas extitit, ut ſe ex loco cõmouere non poſſent, qd uulgus uitandi mali ominis gratia, bonatiam uocat. Lucre. pellaciam, a pelliciẽdo appellat. Subdola cum ridet placidi pellacia ponti. Similiter malicia eſt in grauidis ille languor, & mollices diſſoluti, & cuncta faſtidiẽtis ſtomachi. Pli. li. xxiiii. Malicorium expetitur in grauidaꝝ malacia, & qñ guſtatu moueat infantem. Id græci κιττᾶν appellant & κιτ]ᾶν, quod eſt, ut Theodorus Gaza uertit, picare, a pica dictum, quoniam huiuſmodi aues uaria ſolent appetere cum ſunt prægnantes.
Malaciſſo, as. mollio, ſubigo. Plau. Ah nimium ferus es, malaciſſandus es.
Malaſſo. as. a quo cõmalaſſo, qd eſt exerceo, maturefacio. Var. In dolore adiaphoron eſſe, qd philoſophia cõ malaſſaret eã partẽ, quæ concuti cupiditatibus ſolet.
Malache pen. cor. herba quæ a latinis dicitur malua, q̃ habeat folia mollia, quæ græci malacha dicunt. Nam Dioſco. quum uult folia mollia alicuius herbæ dicere appellat malacha, uel malache dicitur quoniam eſt mollificatiua, græci eñ μαλακὸν molle uocant.
Malagma, atis. fomentũ, cũ res dura per alterius admixtionẽ molleſcit, ſicut emplaſtrũ. Nã malagmata contuſa, & ſup cutẽ iniecta, abunde mollificãt, a μαλάσ]ω mollio, his molliunt apoſtemata, & maturefiunt. Col. li. vii. Cuminũ conterit, eiq; adiicitur exiguũ picis liquidæ, & axungiæ ut lentorẽ malagmatis habeat. Ambro. li. i. offi. Alliga ſenſum tuũ, non ſit remiſſus, ac defluus ne dicaẽ de te. Non eſt malagma apponere, neq; oleum neq; alligaturã. Differunt aũt emplaſtra a malagmatis, & paſtillis. Emplaſtra imponũt uulneribus, malagmata in integrã cutẽ iniiciuntur. Paſtilli aut illinuntur, aut alicui molliori ceratoue miſcentur.
Malua herba, quã græci μαλαχὴν uocant, ab emollendo uentre. Mar. Vtere lactucis, & mollibus utere maluis. Duo eius gña poſuit Pli. q̃ folioꝝ amplitudine dĩſcernunt, in ſatiuis maiorẽ græci malopen, Alteram

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ab emolliẽdo uentre malachen dixere. Syluestrẽ, cui⁹ folium grandiusculũ est, & albæ radices Altheæ, & ab excellentia effectus Aristaltheã, ἀειστον graeci optimũ dicunt, καὶ ἀλθαῖα malua. Malua ualet contra omnes aculeatos ictus, præcipue scorpionũ, uesparum, apiũ, muris aranei, trita cum oleo cutiq; extensa cruda uulneri illita aculeos omnes extrahit.

Maluaceus, a.um. q̃ est ex malua.

Malaca ciuitas in Hispania. Mar. Siga oppidum eregione Malacam urbem Hispaniæ contemplatur.

Malea, pe. indifferente, promontoriũ Laconiæ, qd̃ per qnquaginta milia passuũ in mare p̃tendit, ubi periculosa est nauigatio, ꝓpter aduersos uentoꝝ flatus, hinc est illud prouerbiũ. Cum ad maleã deflexeris domesticos obliuiscere. Vir. li. v. Ioniq; mari, Maleæq; sequacibus undis. Proper. Præbeat hospitio sæua malea suo. Dicta malea a Maleo Argiuoꝝ rege, qui in ea templũ pulchrũ construxit, quod maleoticum appellauit.

Maleacus, a.um. possessiuum a Malea.

Maleoticũ dictum fuit templum Apollinis, dicatum apud Maleam.

Maliea urbs Thessaliæ, a qua populi Maliees, & mare uicinum maliacum dicitur.

Malleolus dimi. a malleus. i. paruus malleus.

Maltha calx, cum arena & aqua, uel pix, cum cæra mixta, & huiusmodi ἑλλωσὶ μάλθη λέγεται καὶ μαλθακίζω δ' μαλακὸν ποιέω.

Malleus fabrile instrumentum, quod res duras molliat, quasi molleus. Ea enim quæ dura sunt molliuntur ad ignem, ut malleis flagellentur.

Malleolus, teste Col. li. iiii. dĩ nouus palmes uitis innatus prioris anni flagello, sic dictus ab ipsius mallei similitudine, uel ꝙ in ea parte, quæ decidit̃ ex ueteri sarmento, pminens utrinq; malleoli speciẽ præbet, & plãtationi aptus est. Vel ꝙ ut ait Plini. solebat capitulat⁹ utrinq; e duro surculus seri. Et malleoli sunt sarmenta illa, quæ in aggeribus ponunt̃. Sed & manipuli parte pice cõtecti, q incensi, aut in muros, aut in testudines, ad incendiũ faciendũ, iaciuntur, malleoli uocantur.

Malleolaris, & hoc malleolare, a malleolus fit. Colu. lib. iii. Virgam malleolarem non amplius, q̃ sex gemmarum esse conuenit.

Malleo, as. quasi malleo operor. Vnde & malleator. Augu. lib. xv. de ciui. dei. Tubulcain erat ærarius, & malleator æramenti & ferri.

Malleatus, a.um. ꝙ malleo factum est. Vnde malleati libri dicuntur uulgo stampati. Vlpian. xxxii. ff. inquit. Sed perscripti scripti nondum malleati, uel ornati, uel quia paginæ malleantur repaginando.

Maleus p̃ simplex l. mons est in India, iuxta quẽ umbræ æstate in haustrũ, hyeme ad septentriõem faciuntur.

Malluuiũ uas, in quo lauant̃ manus, & fœminino gñe Malluuiæ, sicut pelluuiũ & pelluuiæ, quo lauant̃ pedes. Noni. ét Trulleũ appellat, cuius urceolus aquæ manalis uocat̃, ꝙ eo aqua manãs in trulleũ effundat̃, At Seruebelebẽ uasculũ interp̃tatus est in quod aqua cadit, cũ manus lauantur ab aliis pollubrum etiam noiatur.

Malacostraca. i. mollia, sicut sunt pisces sine testa.

Malfactio, animi defectio, quæ græce syncopis & lipothymia dicitur.

Mallotes pe. ꝓ. a pĩa mallo, ut Aristophanes mallotes.

Mambræ mons iuxta Hebron.

Mamers lingua Oscorum dictus est Mars, detractione syllabæ, qui & Mauors etiam appellatur.

Mamertus prænomen oscum ab eo, ꝙ hi Martem Mamertẽ appellant. Apud Liuium Mamertus Æmilius dictator ex gente mamerta. Quidã dicunt Æmiliã gentẽ a mamerto appellatã, cui propter humanitatẽ ciuicã cognomen fuerit Æmylio. Græci enim Æmyliam uocant sermonis lepiditatem, atq; facundiam.

Mamertini, populi Campani, hi cum Messanã colonos misissent, ipsi quoq; Mamertini potius, q̃ messanẽses sunt uocati. Et cũ ager eoꝝ uini feracissimus sit, Mamertinũ uinũ non messanense appellatũ est. Mar. Amphora nestorea tibi mamertina senecta Si det̃, qd̃uis nomẽ habere põt. Dicti mamertini a ciuitate Mamertia, quæ a Lacedæmoniis subuersa fuit, ꝙ Messenii. L. uirgines lacedæmones uiolare tentassent, & nõ cõsentientibus, eas occidissent, auctor est Hier. contra Ioui.

Mamma papilla, quæ & uber dicitur. Iuue. Et nuda teneat uenabula mãma. Mamma quoq; græca dictio est, qua significatur nutrix, (seu ut quidam aiũt) auia id est patris, seu matris mater, sicut tata pater. Martialis. Mammas atq; tatas habet.

Mamilla diminutiuum, licet per simplex m. scribatur. Iuue. Illa loqui recta facie, strictisq; mamillis.

Mammula similiter diminutiuum a mamma.

Mammosus, a.um. quod habet magnas mãmas. Mart. Mammosas metuo, teneræ me trade puellæ.

Mammeatus, a.um. idem quod mammosus. Plau. Cuius amicam mammeatam uidimus.

Mammeare est mãmas ad sugendũ præbere. Auguſt. in Psal. interp̃tatione. Væ prægnantibus, & mãmantibus illis diebus. Hinc mãmatus, a.um. Vnde mammatæ tegulæ a laxitate dictæ sunt, quæ balneis adhibentur.

Mammillare, amiculi genus, quo mulieres mammas tegere consueuerunt.

Mammotreptus qd̃ significet, Aug. in interpretatione psal. declarat. Si eũ inquit, quæris imitari, & ex illo perdere, adhuc lacte uis nutriri, & fies mãmotreptus, quales dicuntur pueri, qui diu sugunt, quod non decet. Et paulo post. Faciunt hoc nutrices mammotreptis, ut aliqua amara ponant in papillis suis, quibus offensi paruuli ab ubere resiliant, & ad mensam inhient.

Mamilia proprium nomen mulieris, Telegoni filiæ a qua mamiliorum familia est uocata.

Muria genus liquaminis,qđ ex thynno piſce conficieba tur. Perſi. Tingit holus ſiccũ muria uafer in calice em pta. Apud Col. Muria capiṫ ꝑ ſale cũ aqua medicato,& indurato,Hanc mulieres uocabant muriolam q̃dam muriatam,quidam id uinum dici putant ex vuæ ge nere murinæ nomine.

Muries.ei.ſal in pila tuſum & in ollã fictilẽ cõiectũ,& in furno ꝓcoctũ. Quidã exiſtimãt idẽ eſſe muriẽ,& muriã ſignificareq; ſalſamẽtoꝝ aquã a mari nomẽ deductũ.

Murtius Auẽti. mons q; e lapidibus,& ueluti muro con ſtaret,a quo Murtia dea Venus, quã priſci myrteam nuncupauerũt a myrto arbuſcula,q̃ Veneri dicata eſt de qua Pli.lib.xv. Ara fuit Romæ uetus Veneris myr teæ,quã nunc murtiã uocãt. Huic erat ſacellũ ſub auen tino monte,qui ante mureus uocabatur.

Murcea altera dea,quã ita appellauerunt, q; ꝑter modũ faceret hoſem murcidũ.i.nimis deſidioſum. Cui cõtra ria dea ſtrenua,quæ faciebat hoſtes ſtrenuos.

Murgis,ſinus bethicæ a quo murgitana regio.

Murcos appellabant ignauos. Et murci dr̃ hoſtes,q; mu nus martiũ ptimeſcentes pollicẽ ſibi præcidunt.

Murrinum pe.cor.a Murra fieri puto. Vñ vaſa murrina ex murra gẽma,quã quidã eandẽ eſſe putant,quã nunc vulgo Agathẽ dicũt,qualia ſunt uaſa, q̃ in diui Marci theſauris apud Venetos poſita ſunt. Exiſtimãt murrã eſſe humorẽ,qui in oriẽte,maxime in Parthico regno ſub terra condenſaṫ. Col.li.vii. Murrinus cũ ſit in aſino uulgaris,tñ etiã nõ optime reſpondeṫ in mula. Hic pro colore ponitṫ. Mar. Surrentina bibis,nec murrina picta, nec auꝝ ſume,dabunt calices hæc tibi uina ſuos. Pli.li. xxxiii. Murrina,& cryſtallina ex eadẽ terra effodimus, qbus ꝑcium faceret ipſa fragilitas,oriens mittit, nitor eſt his, & uarietas coloꝝ circũagentibus ſe maculis in purpurã,candoréq;. Mar. Si calidũ potas ardenti mur ra falerno. Conuenit & melior fit ſapor inde mero. Fie bãt ex murrino abaci eſcaria uaſa,& potoria,& trullæ. Sue. in. Aug. Itẽ lauticiaꝝ inuidiã, cum & Alexandria capta nihil ſibi ꝑter unũ murrinũ calicẽ ex inſtrumen to regio retinuerit. Murrinũ ſeu myriũ uinũ myro .i. odore conditum. Græci em̃ myrũ dicunt,q; nos odora mentum,unguentum ue. Hmõi em̃ uina apud priſcos laudatiſſima erant,utpote aromatibus cõdita, iunco.ſ. myrrha,calamo,& hmõi. Plau. in Perſa. Ecquid habeṫ Tũ charinus,rogas murrinã.paſſum,defrutũ,mella, Fa bius. Mittebant uinum pulchrum murinũ. Idem dice batur uinũ muratũ,uel murata potio,& muriola.

Murra gemma. Vide in dictione Murrinum.

Murreus.a.um.qđ ex murra eſt ſicut murrinũ. Iabolen⁹ iureconſultus ſcribit murrea uaſa, q̃ ad uſum edẽdi & bibendi cauſa aperta ſunt eſſe in ſuppellectili.

Murinus.a.um.pe.pro.quod eſt ex mure. Plini. Præterea murinũ ſimum,quod item muſcerdas appellat.

Muricidus pe.produ. ignauus,ſtultus,a muris cædendis. Plau. Muricide homo ignaue,iners,dr̃ & muricida qui inſectaṫ & occidit,ut vulgo ſolemus tales uocare Cani cidas. Plau. in Epi. Veh tibi muricida homo.

Murmilonica ſcuta, cum quibus de muro pugnabant. erant enim ad hoc ipſum apta.

Murgenor pe.cor. Tardo.

Murgiſo penul.produ.iners,deſidioſus, a mora, & deri dendo dictus.

Murmur,tam maſculini quã neutri generis, lenis aquæ ſtrepitus,licet & pro alio quocunq; ſtrepitu poni con ſueuerit. Hinc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Murmuro.as.& murmuror deponens.Plau.in Caſ.Mihi inanitate iandudũ inteſtina murmurãt.Hinc etiã poetæ murmurantia littora,q̃uis plærunq; p̃ ſecrete male dico capiat,p̃ is q murmurat ita leniter loquit,ut magis uideat id facere ſono,ne intelligat.Huius cõpoſita ſũt Cõmurmuro.Pli.li.x.Vbi cõgregatæ inter ſe commurmurant.Submurmuro.Augu.lib.vi.confeſ.Sono autem ſecuris audito ſubmurmurauerunt argentarii, qui ſubter erant.

Murmurillum,murmuratio.Plau. Nolo ego murmurillum,neq; ſuſurrum fieri.

Murmurillo.as.murmuro.Idem. Quid murmurillas tecum,& te diſcrutias?

Mus μῦς exiguũ aial eſt,nobiſcũ in domo habitãs,a corroſionis ſono,q̃ facit dictus,latie etiã ſorex appellat, in gtõ plurali muriũ,& p̃ ſyncopen mur̃.Quidam tñ muré a ſorice diſtinguũt,p̃ mus domeſticus ſit, ſorex ſylueſtris.Colu.Si ſerpens aut mus,ſorexq; in muſtũ ceciderit.Murem certe,nec ferum iure dixeris, nec placidum,quia nunq̃ manſueſcit,ut inqt Pli. Mus etiã araneus eſt,q̃ græci mygalẽ appellant,qa muris magnitudine ſit,muſtelina ſpecie,ore oblõgo,cauda gracili, uerſu dentium quadruplici,ut inquit Aetius.Abundat in inſula Britannia. De hoc Plini.lib.xx.contra araneorum murum uenenatum morſum, μυγάλην.

Muſculus modo dimi.eſt,& ſignificat paruum murem. Pli.Deturgente Nilo muſculi reperiunt̃,mõ p̃cat articulum in quo neruoꝝ capita ſunt.Muſculos etiã dixerunt minores machinas,qbus,ptecti bellatores foſſatũ ciuitatis apportatis lapidibus,lignis,& terra,nõ ſolum cõplent,ſed etiã ſolidãt,ut turres ambulatoriæ ſine impedimento uehant̃ ad mur̃.Sunt minores uineis, ſubditioreſq;,& maiores firmioresq; pluteis. Itẽ Muſculus genus piſcis parui,q paruo moderamine caudæ tẽperat balænã,ne in ſcopulũ impingat.Eſt em̃ balæna luſcioſa,& pene exoculata,q̃ cũ forte ſe direxerit p̃fectura aliorſum maris indiget hoc piſciculo p̃uio, q eã deducit,& reducit.De hoc Clau.li.ii.in Eutropiũ.Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali Belua, ſulcandas cui breuius edocet undas,Immẽſumq; pecus paruo moderamine caudæ Temperat, & tanto cõiungit fœdera mõſtro.Hunc piſcem quidam aiunt etiam uocari Iulum.

Muſcerdas murium ſtercus.Plin.Murium ſimum,quod item muſcerdas appellant.

Muſcio,catus murilegus.q̃ ſit infeſtus muribus, μῦς em̃ græce,pro quo ipſi mus dicimus.

Muſcipula,machina ad capiẽdos mures,non aũt catus, Aug.in pſal.expoſitione,Muſcipulã ſuã diabolus tetendit,uſq; in finẽ,& ueh illi,q in illã muſcipulã cadit.

Muſtela,quaſi lõgior mus,mures perſequitur,& ſerpentes.Eſt etiam hoc nomine genus piſcis muræn̄æ fere ſimilis.Neoterici lampredam dixere.

Muſa latine p̃cat cantũ. Vñ muſica appellata eſt ſcientia q̃ tractat de rõne canẽdi.Et muſicus,muſicæ perit̃, Muſa p̃ cantu poſuit Vir.cũ inqt Paſtoꝝ muſam Damonis,& Alpheſibœi.Hinc poetæ muſas finxerũt deas eſſe Iouis,& memoriæ filias,q̃ poetis,& muſicæ p̃eſſent Oportet em̃ uiꝝ eruditũ ac doctũ intelligẽtia,memoriaq; uigere. Has dixerũt in Helicone habitare, q mõs Bœotiæ eſt,Phocidi affinis, a quo heliconides appellant̃,nec p̃cul diſtat a Parnaſo Phocidis monte, æmulus illi,& altitudĩe & ambitu,& rupes amboꝝ ſaxea eſt. Parnaſum quoq; habitare muſæ dĩr. Vñ Parnaſides. Et q̃m phocidi cõfinis Aonia eſt, etiã Aonides appellant̃.Etiã dĩr Cytheriades a ſaltu,q Cytheron dĩ,i quo ſimiliter muſæ habitare ferunt̃.Initiũ hẽt a Megaricis & Atticis mõtibus,ſãnĩ p̃pe Thebas. Pierides a pieria, q̃ regio eſt Macedoniæ,Æmathia añ dicta. Hæc muſarum parẽs domuſq; eſt,a nemore itẽ appellata, cui nomen eſt Pieris.Et Pieres populi dicti ſunt, qbus extinctis Macedones ea loca incoluere.Itẽ dĩr Theſpiades a Theſpia oppido Heliconi p̃pinquo.Item Pegaſides,& Hippocrenides,ab Heliconis pulcherrimo fonte,qui a græcis hippocrene dĩ,hoc eſt,equi fons, ἵππου equũ uocant,κρήνη fons,a nñis appellat̃ caballinus. Itẽ Pegaſeꝰ, q̃ Pegaſus eo loco ſaxũ ungula feriens fontẽ aperuit. Perſi.Nec fonte labra,plui caballino. Hũc equũ putãt eſſe q inter ſidera collocatꝰ eſt, q̃uis alii Bellorophontis equũ eſſe dicũt. Rurſus muſæ Libethrides uocatæ ſunt a fonte Macedoniæ in regiõe q̃ Magneſia dĩ.Hic fons Libethros muſis eſt ſacer,& ſpelunca eodẽ in loco q̃ Libethra appellat̃.Itẽ Pympliades, ſiue Pompleæ, a Pompleo Macedoniæ fonte, ſeu uico, uel a Pompleo monte Orcomenorũ,uel a pymplo ueſtis gñe. Itẽ Caſtalides a fonte Caſtalio in radicibꝰ Parnaſi muſis ſacro,q a Caſtali nympha nomẽ aſſumpſit. Nouem aũt muſæ finguñt̃,qbus hæc noĩa impoſita fuere.Primam em̃ a bonitate uocis dixere Calliopen.καλὸν em̃ bonũ dĩ ὀπ uox.Secundã Clio,a gl̃ia & celebritate reꝝ geſtarum,quas canit. κλείζω em̃ celebrare eſt. Vñ hiſtoria dĩ.Tertiã ἐρατὼ Erato,uł a canẽdis amoribꝰ,uel q̃ cãtus ab oĩbus deſideret̃. Ouid. Nunc Erato,nã tu nomẽ amãtis habes,ἐράω em̃ amo,etiã deſidero,eligo. Quartam a uoluptate, ac laſciuia cantus θαλείαν Thaliam, θάλλειν em̃ uirere,germinare,florere eſt. Quintã μελπομένην.Melpomene a canẽdo, μέλπομαι em̃ canto,modulor p̃cat,ἀπὸ τοῦ μέλος ποιεῖν,hoc eſt a cõcentu faciendo,meditationẽ faciens,q̃ tragica. Sextã τερψιχόρην, ἀπὸ τοῦ τέρπειν ὀὺ χόρους hoc eſt,delectandis choreis exultans,quæ cithariſta. Septimã Euterpen a ſuauitate concentus,delectans,tibicinaria dĩ,εὖ em̃ bene p̃cat, τέρπειν delectare.Octauam πολύμνιαν a multitudine carminũ,ſiue laudationũ, πολὺ em̃ multũ p̃cat ὑμνῶ canto,laudo.Nã ὕμνος canticũ eſt,q̃ nos hymnũ dicimus.Vel Polymnia a multa memoria μνεῖα em̃ memoria dĩ.Nonã οὐρανίην,quaſi cæleſtẽ,uel a cæleſtium reꝝ cantu,uel a cantus diuinitate.οὐρανὸν em̃ græci uocãt cælũ.Dĩ aũt muſa,Herodiano teſte,inqſitio.Quærendo em̃ diſciplinas adipiſcimur.Alii muſas denoĩatas p̃inde atq; ὁ μοῦσας,p̃ſunt em̃ orõni. Vna em̃ utentes cõuenientia,quã ἁρμονίαν uocãt, & ſimul canũt,& ſimul tripudiis exercent̃,nec unq̃ inuicẽ ſeparant̃. Nã tametſi eaꝝ q̃q; ſuã uim habeat,& alia in aſtronomia, alia in Geometria,& alia ĩ aliis diſciplinis,in unaquaq; tñ eaꝝ muſas omñis inuenias. In Aſtronomia em̃ atq; Geometria facile reperies,& carminũ, & hiſtoriæ pulchritudinẽ,atq; dignitatẽ. Et eodem modo in cæteris ſciẽtiis. Muſæ Iouis cæli & terræ filiæ dictæ, quoniam μνεῖν græce honeſta bonaq; doctrina ĩſtituere ſignĩat. Muſæum,& Seraphæum,& Iſæum, publica Alexandriæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

auditoria,& ædes a muſis & ſerapi,& Iſide dicta. Spar. in Adria.apud Alexandriã in muſæo multas q̃ſtiones profeſſoribus ꝓpoſuit,& ꝓpoſitas ipſe diſſoluit.

Muſica.cæ.& Muſice.es.ſcientia eſt, q̃ modũ canendi demonſtrat.Hæc apud græcos antiquitus tantę uenerationis fuit,ut idem muſici,& uates, & ſapientes iudicarent,Cuius ſcientiæ cũ ſe imperitũ Themiſtocles coſeſſus eſſet,ut inquit Cic.indoctior habitus eſt. Sed ut puto,cum aliis multis uirtutibus interiit. Scribit em̃ iſta uerba miranda magnus Baſilius de Timotheo. ὦγε ϑαυμαστὸν ἐν τέχνῃ, ὥστε καὶ ϑυμὸν ἐχείρειν ἀφ' ἁρμονίας σωφρόνως καὶ ἀυστηρᾶς ἁρμονίας, καὶ μεγίστοις καὶ χαλεπῶν καὶ μαλακωτέρων πάλιν ἀφ' ἁδρᾶς εἴποτε βούλοιτο.

Muſice aduerbium ſignificat itegre ut nihil deſit. Nam muſicam ueteres Encyclopædiam dixere, in qua oĩes ſunt comprehenſæ diſciplinæ.

Muſcus uiridis herba in corticibus, fontiũ marginibus & locis humidis naſcens. Vir.Muſco circundat amaræ corticis.Hinc fit muſcoſus.a.um.qd muſco opertũ eſt. Vñ dr muſcoſi fontes. Hæc alio noĩe Bryon dr.

Muſcari eſt muſco tegi.Colu.li.xi.Muſcand oleæ.

Muſcoſus.a.um. Vide in Muſcus.

Muſchus cũ h eſt aĩal ſiſe muri, duos dentes ſuperiores & duos inferiores habens, iuxta cuius umbilicũ naſcit sanguineum apoſtema,inter carnem & corium quod cum pelle ablatum muſchum precioſum conficit.

Muſca paruum animal uolatile,cuius diminutiuum eſt Muſcula.Boetius.Quid imbecillius eſt homine? quos morſus muſculatum necat.

Muſcarius.ria.rium.quod ad muſcas pertinet. Plinius. Aranei muſcarii tela.

Muſcarium flabellũ,quo muſcę abigunt.Hiero.ad Marcellã. Quod aũt a matronis offertis muſcaria paruis aĩalibus uentilandis,elegans ſignificatio eſt debere luxuriã cito reſtringere,qa muſcæ morituræ oleũ ſuauitatis exterminant. Ab huius ſiſitudine muſcariũ etiã appellat coma illa quarundã herbarũ, in qua ſemina dependẽt,q̃lis eſt fœniculi,aneti,& ſimiliũ.Pli. Semine in muſcariis dependẽte,ut ferulæ,in papauere & ſimilibus ſcapus,in gladibus,auellanis pãnicula appellat.

Muſæus poeta inſignis Orphei tpe,unus ex argonautis, de quo extant uerſus.Ancus erat Romæ quo Martius optimus æuo,Muſæus græcis floruit in patribus. Orpheus in hymnis ὀρφέως τελεταὶ πρὸς μουσαῖον αὐτῷ υἱὸν μάνδαν ἢ μουσᾶς ϑυηπολίην ϑοὴν σημήνῃ ὀχείν.

Muſæa dr,q̃ in ædificiis ex pumicibus dependẽtia fiũt ad imaginẽ ſpecus arte reddendã. Vñ muſæaca opa dr,q̃ uulgo muſaica uocant.Pumices em̃ i.leues lapides mire eroſos in ædificiis muſæa uocant,q̃ & uermiculata dr.Hæc etiam muſiua appellant a Spartiano. Aug.li.xvi.de ciui.dei.Quosdã ſine ceruice oculos hre in humeris & cætera hoĩm, uel quaſi hoĩm gña, quæ in maritima platea Carthaginis muſiuo ope picta ſũt ex libris deprompta,uelut curioſioris hiſtoriæ. Muſæum etiam a græcis dr domicilium muſis dicatum. Accipiturq̃ pro diuerſorio eruditorũ.Pli.in epiis.O mare, o littus uerum,ſecretumq̃ muſæon,q̃ multa inuenitis q̃ multa dictatis,Scribit Strab.li. vltimo apud Alexandriam fuiſſe muſæum celebratiſſimum.

Muſæum.Vide in Muſæa.

Muſiua idem,quæ & Muſæa. Vide ibidem.

Muſſo.as.ſubmiſſa uoce loquor, & ſecrete, occulteq̃ qd cælatũ uelim,q̃ſi murmuro.Plau in Aul.Neq̃ id occultũ haberi,neq̃ ꝓ metũ muſſari, qn̄ participem pariter ego te,& tu me facias.Aliq̃n muſſare poniť ꝓ tacere,& quaſi obmuteſcere.Terẽ.Sile, cæla,occulta,tege, tace, muſſa.Aliq̃n ꝓ dubitare.Vir.li.xi.Muſſat rex ipſe Latinus,quos generos uocet.Vulgo aũt poniť pro citare.

Muſſito.as.frequentatiuum.Liui.li.i.In abſentẽ Tarquinium erat inuectus,haud miꝝ eſſe ſuperbo Romæ cognomẽ.Iam enim ita clam quidam muſſitantes,uulgo tũ eum appellabant.Inde muſſitatio non tam pro ſilentio pleno q̃ pro murmure preſſo.

Muſtum,non ſolum uinũ nouũ dr,ut apud Oui.in Faſt. Prædia de lacubus proxima muſta tuis,ſed etiã quicquid nouum.Nam muſtus.a.um.idem qd recens. Vñ Plau.muſtam iuuencam dixit.Neuius. Vtrum ſit melius uirginem an uiduam,uirginem,ſi muſta eſt.

Muſteus.a.um.qd muſtum,hoc eſt,dulcedinem in ſe habet.Vnde poma muſtea.Pli.Eſt tanta muſteis pomis ſuauitas,ut finis mandendi non niſi periculo fiat. Dicitur etiam muſteus recens.Idem li.xii.Amaritudo grano eadẽ q̃ piperi muſteo. Col.li.x. Tranſfertur in uaſa fictilia mel,dum muſteus fructus deferueſcat.

Muſtace⁹,& muſtaceũ legiť ſm Probũ libi gen⁹ qd dať ad cõciliandũ ſtomachũ a muſto,ſeu a muſtace lauro ut qdã putãt nomẽ deductũ. Iuue. Cauſa nec ẽ q̃re cœnã,& muſtacea ꝑdas.Ca.de re ru.Muſtaceos ſic facito, farinæ ſiligineæ modiũ unũ muſto cõſpergito,anyſũ, cyminũ,adipis pondo duo, caſei libram,& de uirga lauri deradito,eodẽ addito.Et ubi defrixeris lauri folia ſubtus addito,dũ cõcoques.Pli.ſcribit eſſe gen⁹ lauri, quã Lene⁹ grãmatic⁹ muſtacẽ appellat, q̃ muſtaceis ſubiicerẽť.Et qa folia lauri muſtaceis ſubiicerẽť dictũ eſt a Cicerone ad Atti. Cœpit laureolã in muſtaceo q̃rere.

Muſtacula ẽ machinula ex regẽs,ex q̃ calceus nou⁹ ſuiť.

Muſtax genus lauri, de quo Pli. Et muſtax el muſtazo Theodorus Gaza li.iii. de animalibus. Barba nõ pari modo effundiť oĩbus,ſed alii tam maxillæ, q̃ muſtax, & mentum piloꝝ frequentia integuntur.

Muſmones ſunt arietes.Pli.li.viii.Eſt i hiſpania,ſed maxime Corſica non diſſimile pecori genus muſmonũ caprino uillo,q̃ pecoris uelleri propius.

Muto.as.tranſfero. Var.Facut te aliquo cum oĩ familia mutes.Q̃nq̃ mutare uariare. Vñ mutare aĩum,mutare ſententiã dicimus.Q̃nq̃ aliqd ꝓ alio accipe,qd uernacula lingua dicim⁹ barata.Colu.li.x.Quare dũ uiridis ætas pulchritudinẽ corpis cõſeruat,ære mutãdi ſũt. Salũ.in Iug.Statuit tñ Metellus pecoris & mancipioꝝ ꝑdas certatim agere eaq̃ mutare cũ mercatoribus uino aduectitio & aliis talib⁹.Aliq̃n ſine ablatõ ꝑcii. Vir. nec nautica pinus Mutabit merces,oĩs feret oĩa tellus. Salu.aliter. Nemo,niſi uictor, ꝓ pace bellum mutauit. Hui⁹ cõpoſita ſũt Cõmuto. Demuto. Plau. Hic meo hero amic⁹ ſolus firm⁹ reſiſtit,neq̃ demutauit aĩm,firma fide. Immuto,int⁹ ſeu ualde muto,renouo. Idẽ in Am. Ita nũc hoĩes imutant poſtq̃ pegre aduenimus. Salu. Quibus rebus ꝓmota ciuitas,atq̃ imutata urbis facies erat. Permuto. Pli.li.xxxiii. Poſtea donare opa ſua inſtituit,q̃ ea nullo ſatis digno ꝑcio ꝓmutari poſſe diceret.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mutare factũ,eſt facti pœnitere.Et non mutare factum eſt nõ pœnitere facti.Terẽ.in An.Haud muto factũ.

Mutito.as.pe.cor.ſæpe facio, aut ſæpe exercito,modo vnum modo aliud.Gel.li.ii.Principes ciuitatis, qui ludis megalenſibus antiquo ritu mutitarẽt,ideſt,mutua inter ſe conuiuia agitarent.

Mutuum dicitur ab eo,q̃ de meo tuum fit; uel quia res quæ reddunt̃ mutant̃.Et proprie ſine uſura, fœnus cũ uſura.Plau.Nã ſi mutuo nõ potero, certũ eſt ſumã fœnore.Paulus.Mutuũ damus recepturi nõ eandẽ ſpeciẽ quã dedimus,alioquin aut cõmodatũ erit, aut depoſitum,ſed idẽ genus.Nam ſi aliud genus ueluti p̃ tritico uinũ recipiamus,non erit mutuũ. Mutuus amor dicit̃ cum par uoluntas accipit̃,& reddit̃,ideſt, ut ab eo ameris,quem ames.Dicimus,hic amat amicum ſuum mutuo amore.i.reſpondente,& mutuo amore tenet̃.Terẽ. Meretrix adoleſcentem,cuius mutuo amore tenebat̃, excluſit. Quintil.Ac ne tanq̃ pauper quidem mercedem accipiet,ſed mutua beniuolentia utetur.i. reſpondente.Aliq̃ mutuum pro uicario accipit̃.Apul.Mutuam tibi operam præſtitit,ideſt,uicariam.

Mutuo aduerbium,modo ſignificat inuicem.Cice. Mutuo ſe amabãt,ideſt,alter alterum amabat.Modo ediuerſo,uiciſſim.Idem.Fac me mutuo diligas.i.fac mihi in amore reſpondeas,& me uiciſſim ames.

Mutuo.as.mutuum do.Quod etiam mutuũ do frequenter dicimus.Plau.in Tri.Si quis mutuum dederit,fit,p̃ pprio perditum. Nam ego talentũ mutuo qd̃ dederã talento inimicũ mihi emi, amicũ uendidi. Significat etiam mutuo accipio.Cecil.Ad amicos currat mutuatum mutuet cauſa mea. Quomodo autem differant mutuare,& commodare,uide in dictione Commodo. Dicimus etiam Mutuo te pecunia. Vnde eſt mutuor paſſiuum.Quintil. Vſuram accepiſti ultro a me mutuatus es.Apul.Sub qua ſpecie mutuari cupis.

Mutuor,mutuum,uel mutuo accipio. Cice.lib.de fato. Orator ab Academicis ſubtilitatem ingenii mutuat̃. Plau.Decem minas a patre mutuatus,quod etiam dici poteſt.Sumpſit mutuum,uel mutuo.

Mutuatici⁹.a.ũ.qd̃ mutuat̃ ut pecunia mutuaticia. Gel. Maximeq̃ in pecuniæ mutuaticiæ uſu,atq̃ cõmercio.

Mutus a mugiendo quidam deduci putant,cum is, qui loqui non poſſit,prorumpit tamẽ in uocem, quæ magitus potius,quam ſermo uidetur.Vel dicitur mutus, quaſi minutus,q̃ eo ſenſu minutus ſit. Vel dĩ a muſando, q̃ hic non amplius q̃ mus dicat.

Muto.onis.membrum uirile.Vide in Menta.

Mutoniatus.Vide etiam ibi.

Mutunus pe.pro.deus,qui & Priapus.Vide in Menta,

Mutæ liæ dñr,q̃ poſitæ in ultimis ptibus orõnis, obmutescere cogãt loq̃ntes,uel q̃ paruæ, exiguæq̃ ſint uocis,ut cũ mutũ oratorem dicimus,aut tragœdum.

Mutio.is.mutiui,uel mutii.itum.Et eſt mutire,tanq̃ mutus ſignũ facere,ſeu ſtrepitum,ſiue ſubmiſſa,& imperfecta uoce fabulari,aut unũ tm̃ uerbum dicere.Teren. in And.Itaq̃ hercle nihil iam mutire audeo.i.uerbũ ſonare.Hiero.in Exod.Apud oẽs filios iſrael non mutiet canis,ab hoĩe uſq̃ ad pecus.i. querulam uocẽ emittet. Plau.in Cur. Viden ut aperiunt ædes feſtiuiſſime, non mutit cardo,ideſt,non crepitat. Vel mutire dicitur q̃ a muti muſyllabam frequenter iterant.

Muteo.es.mutui,a quo muteſco, mutus fio, uel mutoq̃ more taceo.Lact.li.vii.Cum in exitu lingua muteſcat Hinc obmuteſco,de quo infra.

Mutilo.as.pe.cor.trunco,aliquid detraho,diminuo.Teren.in Hecy.Ego propterea te ſedulo,& moneo & hortor,ne cuiuſquam te miſereat,quin ſpolies,laceres,mutiles,quemcunq̃ nacta ſis.

Mutilus pe.cor.dicit̃ imminutus. Vnde mutili dicti ſunt boues ſine cornibus,aut capri.Oui. Turpe pecus mutilum.Colu.li.viii.ſcribit meliorem eſſe arietem mutilũ q̃ cornutum. Et mutili dñr hi quibus ferro uel alia re membrum exectum ſit.Manci uero qbus membrum naturæ uitio deſit.Iuue. Ergo tanq̃ mãcus & extinctæ corpus nõ utile dextræ, debiles eos nũcupant qbus mẽbrum,uel uulnere uel morbo inutile ſit redditum.

Mutilus uero in ædificiis eſt proiectura prominẽs, Et ut docet Victru.li.iiii. In operibus lapideis mutuli inclinatis ſculpturis deformant̃.Var.Eas aluos ita collocat in mutilis parietis ut ne agitent̃, ne ue inter ſe contingant. Docent grãmatici mutilos eſſe capita trabium eminentia,q̃ & proceres dñr.Vñ & nos principes ciuitatis proceres noĩamus q̃ eminent in urbe, ut mutili, quos proceres uocant,eminent in ædificiis.

Mutuli pe.cor.Vide mutilus de quo modo.

Myia latine muſca.Vñ cynomyia muſca canina.

Myagrus nomen uiri proprium,cuius meminit Pli.lib. xxxiiii.Quo noĩe etiam dictus muſcaꝝ deus.

Mycenæ.aꝝ.& Mycena.æ.urbs Pelopõneſi, quã Perſeus Iouis & Danaes filius extruxit Mercurii monitu,qñ μύκησ.i.eius gladii capulus illic ſibi excidiſſet unde nomen.Alii mycenas ἀπὸ τ̃ μυκήσ@ dictas autumãt,q̃ ibidẽ ſtabulata bos Io mugiebat.Alii a mycena nympha deducunt.In ea regnauit Agamemnon.

Mycone.es.& Myconos.oni.pe.cor. inſula una ex cycladibus.Sta.li.Achil.Cycladas,hĩc ſpretæ Myconoſq̃,humiliſq̃ Seriphos.Scribit Ser.hãc inſulã terræmotu diu laboraſſe,q̃ ceſſante a Mycone,Gyaroq̃ uicinis inſulis populos ueniſſe,q̃ eam tenerent,& incolerent.

Myconius.a.um.nomen poſſeſſiuum a Mycono.

Mycon,nomen pictoris egregii.Fuerunt aũt duo Mycones,Vnus Athenienſis,Syracuſanus alter.

Mydia inſula,q̃ etiã Delos dĩ una ex cycladibus.

Mydriaſis uocatur oculorum morbus cum pupilla quidem ipa colorem non mutat, ſed uidetur ultra naturalem ſitum multo latior,interim,ut uiſum omnem adimat, interim, ut partem,res uero ipſæ minores q̃ ſint, appareant.Econtrario in phthiſi maiores. Nam & pupilla contrahitur,corrugaturq̃.

Mygale pe.cor.mus araneus, quia muris magnitudine ſit muſtellina ſpecie,ore oblongo,cauda gracili,uerſu dentium quadruplici ut inquit Aetius. Abundat inſula Britannia hoc genere.

Mygdonia regio littoralis Macedoniæ, in qua Niobe Tantali filia,uxorq̃ Amphionis in ſaxum uerſa eſt,a Mygdone rege ſic dicta. Iuxta hãc eſt inſula Mygdonia.Ariſtoteles ſcribit Mygdoniã eſſe Phrygiã Lydiæ conterminã. Solinus uero dicit hanc ante Bebryciã dictã,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& mox a Bithynio rege Bithyniam dictam.
Mygdon nomẽ regis,& nomẽ insulæ.vide ī Mygdonia.
Mylæ oppidum,de quo Sene. lib.iiii.naturalium. Circa Messanam & Mylas simo quiddã simile mare profert, feruetq;& æstuat non sine colore fœdo. Vnde illic stabulari soliꝫ boues fabula est.
Mylos latine mola. Vnde chiromylos mola manualis amylum, sine mola.
Mylacris similiter blattæ genus,quanq̃ autore Polluce gallinam significat in comœdia Aristophanis
Mylœcon genus blattæ dictum,quia molarum fere sit incola μυλοικόν græce.
Mymphur lignum mediocris lõgitudinis rotundũ, qd loro circũuolutũ circũagunt fabri in opibus tornãdis.
Myoparo genus nauigii tyrrheni piratici ex duobus dissimilibus formatũ. Nã & medion & paron ꝓ se sunt,paro quoq; genus nauigii est. Var. Ianq; duo parones habebant instructos. Cice. li.iii.de ora. Nam cũ quæreret ex eo,quo scelere impulsus mare haberet infestũ vno myoparone. Eodem inquit,quo tu orbem terræ.
Myopas græci uocant in die pas uidẽtes μύω claudo & ὤψ oculus,quasi myopes propter uisus hebetationem clausis oculis intueri uideant. Hos latini luscioſos uocant,alio nomine græci nyctilopas uocant a noctur no aspectu. Autor est Nonius,Myopes, qui latine lusci osi uocantur ad lucernam non uidere.
Myopia uitium huiusmodi. Sũt & myopiæ murium ca uernulæ. μὴ non, ὄπτω uideo.
Myophonos pe.cor.murium interfector.
Myoctonos pe.cor.radix aconiti, q̃ e longinquo mures interficiat.
Myra urbs Lyciæ,cui diuus Nicolaus eps præfuit.
Myrrha arbuscula est in Arabia p̃cipue nascẽs, altitudo ei ad quinq; cubita,nec sine spina,cortice duro & intorto,cuius gutta,quæ sponte stillat, uiridis est & amara, q̃ eodẽ nõie uocat myrrha arabica,siue Stacte.i.gutta siue stilla myrrhæ. Eius uirtus est, ut corpa imputribilia reddat. Fuit & myrrha Cynaræ Cypriorꝫ regis filia,quæ in arborẽ sui nominis fert conuersa.
Myrrheus.a.um.quod ex myrrha est. Prop. Myrrheaq; in parthis pocula cæca focis.
Myrinus pe.cor.nomen proprium. Mar. Nuper cũ Myrino peteretur Mysia leso.
Myrinum,pe.pro. Aristoteles uocat marem murenam, qui dentem extra os habet.
Myrias.adis.numerus,continens decem milia. Myriades plura dena millia.
Myriarches, q̃ p̃est decẽ milibus. Mille uero χιλίαδας dũt.
Myrica pe.pro.genus humilis uirgulti in Italia fere, q̃s alio nomĩe Tamaricas dicimus. Virg. Non omnes arbusta iuuant,humilesq; myricæ. Scribitur cum y, qm̃ græci μυρικὴ scribunt. Hinc myricinus.a.um.pe.pro.
Myrtus arbor baccas saporis præcipui producẽs, ex quibus uinum fit,quod myrtidanum uocant. Item gene rosum obsonium,quod dicunt myrtatum.
Myrteus.a.um.qd ex myrto est. Tibul. Et gerit insigni myrtea serta coma. Hinc myrteam Venerẽ prisci appellarunt. Pli.li.v. Ara fuit Romæ uetus Veneris myrteæ,quam nunc Murtiam uocant.
Myrtina ciuitas in Lemno insula est, & altera in Æolide.
Myrtinus.a.um.pe.pro.eiusdem significatiõis. Pli. Oleo myrtino illitum statim resoluitur.
Myrtetum locus myrtis consitus. Dicitur & Myrtetus. Plau.in Aul. Nescio qui seruus e myrteto prosiluit.
Myrtatum generosum obsonium appellatur.
Myrtoum pelagus pars maris Ægei,seu q̃ est inter Ægeũ & Ionium nomen accipiens a myrtilo Mercurii filio, qui in id proiectus fertur.
Myron ꝓprium nomẽ statuarii. Hic fecit ex ære buculã celebratis uersib9 laudatã. Proper. Atq; arã circũstetere armẽta Myronis, Quatuor artificis inuida signa boues. Myron etiam significat unguentum & oleum reconditũ,hoc est antiquũ,qd ad edendũ insuaue est.
Myronides nomen uiri proprium.
Myrapia genus pirorꝫ,q̃ odorẽ gratissimũ reddant.
Myristica nux dicitur unguentaria glans, quam vulgo muscatam uocant. Hæc bonũ oris odorem facit, epati,lyeni,& oculis confert.
Myropola pe.pro. unguentorum uenditor, quem nostri unguentarium dicunt. Sic
Myropolium locus ubi unguenta uendunt. Plau. Quem sum defessus q̃rere p̃ medicinas tonstrinas in gymnasio, atq; in foro p̃ myropolia. Latine unguentaria taberna dr. Sue.in Aug. Et modo unguẽtariam tabernã, modo pistrinum Ariciæ,exercuisse obiicit.
Myrobalanum, quasi unguentaria glans βάλανος græci glandem dicunt. Est aũt arbor heliotropii foliis,fructus glandi similis ad magnitudinem auellanæ.
Myrotheciũ unguẽtorꝫ repositoriũ. Vñ Cice. scribit se mirotheciũ Isocratis totũ cõsumpsisse in cõmentario consulatus sui scribendo,hoc est pigmenta oratoria.
Myrlea oppidum Bithyniæ, quod Apamea dicit a myrlo Colophoniorum duce,uel a Myrlea amazone, Nicomedes aũt Epiphanes Prusiæ regis filius de matris nomine Apames apameam uocari uoluit.
Myrmeciæ sunt uerrucæ lupini amplitudie, sicut Acrocordones fabæ nostratis, sic dictæ, quia formicæ modo pungant. Myrmecitem Solinus uocari tradit, quia rẽ potestatis formicæ præferat imaginem.
Myrmecides nomen propriũ uiri, q̃ sibi magnã gloriã acq̃siuit puis marmoreis opusculis. Fecit.n. muscã ala q̃drigã tegentẽ. Cic.in Aca. Vt etiã inter deos myrmecides minutorꝫ opusculorꝫ fabricator fuisse uideat. Suidas μυρμηκίδην αὐτηρατόμῳορ τῇ φειδίου τέχνῃ.
Myrsus proprium nomen uiri. Sic eñ uocatus fuit Candaulis pater,q̃ & myrsillus dictus fuit. Itẽ Myrsũ Peloponnesi oppidum fuit.
Myrũ græci dicunt,qd nos odoramentũ unguentũue.
Myrobrechis,quasi unguẽto stillantes μύρου græci unguentum uocant, βρέχω proluo,& irrigo. Plau.in Aul. Myrobrecharios pro unguentorum confectoribus accipit ad capillos irrorantes. Ait enim. Aut manulearii aut myrobrecharii.
Myrobaptarii dicuntur tinctores murrei coloris.
Mys,myos,nomẽ fuit cælatoris,q̃ claruit argẽto cælãdo Mar. Quis labor ī phiala docti Myos, an ne myronis? Et mys in mari testudo,mus aq̃tilis q̃ & mus marinus & lutatia testudo dr. Itẽ piscis genus ex ostrea est.
Mysia regio helleſponti a mysis dicta,q̃ e Thracia illuc migrauerunt,q̃ subdita fuit Telepho. Est & alia Mysia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

post Macedoniam,q̃ affinis adriatici usq; ad ponticũ extendit mare.Ptol.Duplicẽ mysiã facit,maiorẽ & minorẽ,& utranq; extra Bithiniã in Asia posuit nõ ꝓcul ab Ida.Mysos alii thraces,alii lydos fuisse duxerũt.Et qm̃ lydi fagum acetosam,q̃ multa nascit in olympo Mysam uocauere ab eo mysos dictos putarunt,q̃bus sermo fuit ex lydo,phrygioq; permixtus.

Mysus,qui in Mysia habitat.Vide in Mysia.

Mysteriũ ut inquit Sui.ἀπὸ τοῦ μύειν & στόμα.i.ab ore claudendo,quasi deceat eos,q audiũt diuinas cerimonias & religiõis arcana os obturare,nec ulli mortaliũ enunciare.Vnde occecatus fuit poeta q ausus ea patefacere Vel dicta sunt,ut li.ii.ꝓpara.inquit Euse.a μῦσος quod latine scelus dr̃.Hic nõ sine mysterio fieri dicimus,qd̃ occulta aliqua sacroꝝ rõne pficitur.Vnde Mystæ dicti sacerdotes,ut apud Ausonium Senecã & Papiniũ, & Symmystæ cõsacerdotes eisdem sacris initiati.Qua dictione Apul.Sidonius,Hiero.utunt̃.In mysteriis aũt tradebantur multa archana;q̃ in uulgus annuncianda nõ sunt,cũ autore Tertuliano oĩbus mysteriis silentii fides debeat̃.Scribit Euse.in ꝓparatione euangelica,In sacris Isidis,& serapidis fuisse simulachrũ,qd̃ digito labiis impresso admonere uideret̃ silentium ut fieret.

Mystæ dr̃ sacerdotes,vũ & Symmystæ consacerdotes.

Mysteriũ a mysos,qd̃ latine scelus est,ut Dionysio accidit,uel myente attico illo,q uenerãdo periit,uel quasi mystharia,quasi fabulæ quædam sint.Nam Dardan⁹ quidam deoꝝ fabulas in mysteria deduxit.

Mysticus.a.um.pe.cor.ꝓprie qd̃ in archanis deoꝝ sacris fiebat,qualia erant Bacchi orgia,q̃ noctu clam a solis mulieribus celebrabant̃.Vir.Et mystica uãnus Iacchi Ipsa sacroꝝ significatio occulta,ut ait Strabo.mystica dr̃.A nostris tñ mysticum dicitur figuratum.

Mystris genus piscis,qui ab Athenæo Mya,ab Theodoro musculus,ab Aristotele mystocet⁹,uulgo mus marinus cui & capriscо nomen sit,& pisciculus q balænis oculoꝝ uice fungit̃.musculi nomen habet & Iuli.

Mythos latine fabula.Vnde mythicus fabularis,seu fabulosus,qui res fabulosas scribit.

Mythistoria fabularis historia.

Mythologia sermo,seu ratiocinatio fabularum.

Myxa apud græcos proprie pituita e naribus fluens, quæ & mucus dicitur.Vnde & myxon mucosus appellatur.Hoc est nares mucco sordidas habens.

Myxotis uero naris appellat̃.Ex hoc Myxa,& myxos prominens pars lucernæ uocatur,ex q̃ profertur ellychniũ quasi ex naribus mucus.Hinc græci quotiens uolunt ellychniũ produci,ut luceat clarius προμύξαι ϑὴν λύχνον dicunt,nostri uero Emungere lucernam.A myxos fit dimyxos,quæ est lucerna duo ellychnia habens.Trimyxos tria.Polymyxos multa.Marti.Totq; gerã myxos vna lucerna uocor.

Manduces erant laruato capite humano, maxillas uasta magnitudine,pariter uaftis armatas dentibus habẽtes,qui suo tanto oris hiatu,dentiumq; crepitu sese in utranq; partem uiæ dum flecterent,ridentem turbam uertebant in fugam.

Matula,Matella,Matellio,uas ad deponẽdũ uẽtris on⁹.

Malacisso mollem reddo,Malacos mollis.Vñ malacia maris tranqllitas.Hic malacus.a.ũ.ꝑ molli & delicato Plau.in Bac.Pro lorica malacũ capiã capillum.

Materiarius faber,q̃ ligna parare & subministrare operi faciendo debet.

Malobatron,latine folium unũ inter odoramenta.Dioſco.Malobatron est herba,quæ nascitur in India,& habet folia quæ extenduntur super faciem aquæ,& nõ habet radicem,& est boni odoris.

Manna,alio nomine dicitur Rosmarinus.

Melissophyllos herba,quam Boracum uulgus uocat.

Melilotum flos plantæ coloris paleæ,in quo est lunaris figura.

Melina,ut autor est Festus genus tibiæ acutissimi soni. Est & genus uestis,apud Plau.in Epi.a colore,q medius est inter albũ & fuscũ.Vel a melo insula,vñ afferebat̃.Iul.Pol.Candicãtia in primis habebãt uestimenta pegre uenientes,uel phæa,uel melina,uel glaucina.

Manipula genere neu,Spar.in Hadria.Ipse inter manipula uitam militarem magistrans.

Misericordia a misero,& corde cõpositum nomẽ est.

Mars,Ares græce appellatur,quod regnis auxilium pugna oppressis afferre significat.

Metrodorus chius sempiternũ esse vniuersum ait.Nam si factum esset,esset a non ente.Infinitũ etiã, qm̃ sempiternũ cũ nõ habeat,nec exitũ,quo terminet̃,immobile quoq; asserit,qm̃ moueri nõ possit,quod nõ trãseat. Transire aũt necesse est,aut in plenũ,aut in uacuũ,in quoꝝ alteꝝ trãsitus fieri nõ põt.Ex æthere aũt fieri nubes densatione,inde aquã,q̃ ad solẽ decurrẽs extinguit ipsum,qui rarefactus rursum accendit̃,solem siccitate constipatum ex aqua splendida stellam efficere.Dicit etiam diem ac noctem inde fieri,ꝙ sol extinguat̃,atq; accendatur.Eclipsim quoq; extinctione fieri.



Littera si principalis fuerit syllabæ,aliqñ sumit ante se g,ut Narus gnarus,vñ ignarus.Nauus gnauus,vnde ignauus,& si habuerit post se c,sæpe c in g mutatur,ut quadringenti,ꝑ quadrincenti,quingenti,pro quincenti,sed in quibus n non fuerit seruatur c,ut ducenti.

N ante A

Nabathea,regio est ab Arabia incipiens,eamq; intra se continens,q̃ usq; ad mare rubrũ ex latere dextro,persicum ex siniſtro,Indicumq; ex superiori parte protenditur,nomen habet a Nabat Hismaelis primogenito. Huic metropolis est Petra.Hinc Nabatheus.a.um.pe. produ.Iuue.Et quos deposuit nabatheo belua saltu. Est & Nabatha ciuitas.

Nablium,dimi.nabulum,instrumentum musicum,qd̃ & naulum,a quo naulium.Oui.Disce etiam duplici genialia nablia palma Vertere,conueniunt dulcibus illa modis.Suidas Nabla organi species est,alibi,psalteriũ organum est musicum,quod nabla etiam uocatur.

Nabo fuit Idolũ qd̃ iterꝑtat̃ ꝓphetia,& diuinatio,& alio noĩe dagon dr̃.Et fuit Idolũ Ascalonis,gazæ,& reliqrũ urbiũ palæstinaꝝ.Et ciuitas in qua erat chamor cõsecratum idolũ,qd̃ alio noĩe appellat̃ Beelphegor.

Næa fullones,ꝙ a ueteribus græcis omnia fere opera ex lana næa dicebantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Næ cum diphthongo. Vide in dictione Ne.
Neæra nomen mulieris, ppriũ, quo sigñaſ semp recẽs.
Næuus corporis insigne, seu genitiua macula. Vnde næ uosus, qui næuis plenus est.
Næuia nomen mulieris, a neuo sic appellata.
Nænia. æ. Vide in dictione Nenia.
Naiades nymphæ fluminũ, & fontiũ ἀπὸ τοῦ νάω fluo.
Nais fluuius, q ex Tauro mõte nascẽs in pontũ mergiť.
Nain ciuitas Galileæ duobus milibus distãs a mõte Tabor. Quo noie significaſ fluctus, siue cõmotio.
Nam cõiunctio causalis, quã frequenter usurpant autores, & primũ tm̃ locum sortiť. Nanq; uero secundũ, uel aliũ. Accipiť etiã p ideo. Terẽ. Nã in plogis scribendis opa abutiť. Aliqñ p aũt. Cice. in Salu. Nã q in uxorẽ, atq; filiã meã tam petulãter inuectus es. Solet aũt hæc particula nam postponi, ut quisnã, antea p̃ponebaſ. Teren. Nam q̃ est anus a fratre egressa meo.
Nanciscor. eris. nactus. a nãcio. is. fit ſm Priscianũ, & ſcat acquiro. Terẽ. in Phor. Nõ triũpho ex nuptiis tuis, si nihil nanciscor mali. Salu. Hoies adolescẽtes summã ptãtem nacti. Cic. Apio Pul. Plurib9 uerbis ad te scribã cũ plus ocii nact9 ero. Et nanciscí ſcat inuenire. Lact. li. vi. Si ducẽ nactus fuerit q dirigat ad meliora titubantẽ. Hinc renãciscor, qd̃ a ueterib9 positũ est, p reprehendo.
Napeæ syluarum, seu collium & floz deæ, sicuti dryades arborum. Virg. Faciles uenerare napeas.
Napæi ppli in Lesbo. Et apollo napæus sub urbe Napa.
Napatei populi in Æthiopia.
Napitæ populi in Scythia, quorum caput uicus napis, q & napatæ nominantur.
Napus genus rapæ, quæ longior. Colu. li. ii. Napus deuexam terram amat, & siccam. Huius diminutiuum est napunculus, paruus napus.
Napinæ pe. pro. ubi seminant napi. Colu. li. xii. Napinæ item rapinæ siccaneis locis per hos dies fiunt.
Napy, id est, qd̃ Sinapi ut apud Pli. perfícũ napy.
Naphtha a latinis seu nauphtha dí picis gen9, ut est apd̃ Danielẽ prophetã. Pli. li. ii. ait esse genus ueneni ex bitumine. Cuius uis ardens igniũ naturæ cognata transilientiũ ptinus in eã undecũq; uisam. Hiero. allegat Salustiũ dicentẽ naphta esse genus fomenti apud Persas quo uel maxime nutriant incẽdia. Quidã ossa oliuaz, q̃ proiiciunt̃ cum amurca putant appellari.
Nanus teste Gel. li. xviii. græcũ uocabulũ est, quo uocauerunt breui corpe hoiem paululũ supra terrã extantem, quem latie Pomilionem dicimus. Nec de hoibus tantum, sed de aliis quoq; rebus dí. Vnde etiam mala nana, quæ alio noie Melimela uocantur. (lant.
Nanũ uas breue & latũ, qd̃ uulgo Situlũ barbatũ appel
Nanium, nomen fictum a comicis pro muliere parua, sed pulchra per diminutionem blandiendi causa, sicut Glycerium & huiusmodi.
Nar fluuius, qui per urbem Narniam effluens Tyberi immiscetur. Est & alius hoc nomine, qui a Danubio uidetur deriuari. Virgi. Sulphurea Nar albus a qua. Strabo hunc Naronem uocat.
Narane fluuius Dalmatiæ ab Epidauro nõ distans amplius centum millibus passuum.
Narbasis urbs æstuaria in Hispania.
Narbonẽsis Gallia, a Narbone ciuitate dicta est, hæc olim bracata gallia dicebaſ. Scribit Stra. li. iiii. Narbonem fuisse amplissimum eius regionis emporium.
Narcissus lilii gen9, radice carnosa, atq; odora, flore pur pureo, folia in radice habens ad similitudinem folioz arundinis, sed aliquãto crassiora. Dictus a νάρκη narce, ut Pli. inqt, qd̃ stuporẽ latine ſcat. Nam odor eius caput aggrauat. Eius duo sunt gña. Vnũ purpureo flore alteꝛ herbaceo. Narcissi uero pueri monumẽtum in ora Bœotiæ per qd̃ transeuntes silebãt. Vñ taciturnũ uocabãt. Ferũ Narcissus puer fili9 fuisse Cephisi amnis & Lyriopes nymphæ, q cũ pulchritudie p̃staret, a multis nymphis amat9 est, & cũ nimio desiderio potiũdæ nymphæ cõtabuisset, mutat9 est in floré sui noís. Est & Narciss9 nomẽ fluuii, & nomẽ liberti potẽtissimi Clau
Narcotica medici neoterici appellant medica (dii. menta, quibus stupor conciliatur, ac torpor aduersus sensum dõloris, & cruciatum.
Narcissites pe. c. gẽma appellata ẽ, q̃ narcissi colorẽ hẽt.
Nardus fœ. ge. & nardũ neu. frut ex graui, & crassa radice, sed breui ac nigra, aspero sapore, folio paruo densoq;. Tibul. Illius puro distillent tempora nardo.
Nardinum pe. pro. unguentũ ex nardo factum, qd̃ alio nomine dicitur Foliatum, ut ait Plinius.
Narthecium dimi. est, græci Nartheca uocant ferulam assurgentẽ in altitudinẽ, humilẽ uero, & depressam narthecion dicũt. Cũ aũt semen ferulæ morbis qbusdam auxiliari dicãt, medici narthecion pro repositorio medicamentoz usurparunt, etiã si fuerit ex alia materia factũ, uel qa id genus ligni accõmodatum est ad seruanda medicamenta. Cice. de fi. bo. Iam medicamẽta illa epicurea, tanq̃ de narthecio promant.
Narthecophori, q̃si feruligeri dicti sũt bacchi ministri.
Nares ꝓprie sunt nasi latiores partes a qbus sũt spiracula, a naritate, ut inquit Do. q̃ nos odoratu doceãt p̃sto esse, qd̃ adhuc oculi nõ uidẽt, siue q p eas odor uel spũs nare nõ desinat. Vel q per ea nasi foramia odoris cuiusq; nari hoc est periti fiamus. Vel a græco p inuersionẽ liaz, ut ῥίνες nares τέρμν tener. Virg. in Geor. Colle ctumq; p̃mens uoluit sub naribus ignem. Oui. usus est singulari p naso. Pandaq; naris erat. Hæ partes nasi nares, imus nasus dici solẽt. Sue. de Aug. Mediocres aures nasum a summo eminẽtioreꝛ, ab imo deductioreꝛ.
Narnia Vmbriæ ciuitas, p quã Nar labiť, a quo & nomẽ accepit. Liui. li. x. A nare flumine Narnia appellata.
Narica genus piscis minuti a nando, ut q̃dam existimãt.
Naritium, quod & narix & narice dí oppidum Locroz uetustissimum fuit, vnde & Aiax fuit, & Naricii populi de quibus Virgi. Hic & Naricii posuerunt mœnia lo. cri. Hinc dicta est pix naricia.
Naricii populi in naricio habitantes.
Naricius. a. um. possessiuum, ut pix naricia. (sis.
Naricia ĩsula ĩ mari Ægeo uĩ Ionio q̃ fuit ex regno Vlyſ
Narsturtium, & nasturtium, ut Pli. docet, nomen accepit a narium torsione. Hinc factum est ꝓuerbium ad excitandũ torporẽ. Ede nasturtiũ, quasi diceremus. Expergiscere. Est aũt herba hortẽsis, prodest cõtra suspiria, & tussim. Græci Cardamon appellant. Stra. li. xv. de persaꝛ uictu loquẽs sic refert. Quotidianus eoz cibus post exercitiũ est panis durissimus, & cardamũ & salis granum, & carnes assæ, siue elixæ, potus est aqua.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Narro.as.dico,recito,a quo narratio q̃ eſt rei geſtæ, aut perinde ut geſtæ expoſitio. Huius cõpoſita ſunt Denarro.Enarro, qd eſt extra, & large narro, & ꝓprie ut Diome.inqt. Enarratio eſt obſcuroꝝ ſenſuũ q̃ſtionum ue explanatio,uel exquiſitio, ꝑ quã uniuſcuiuſq; rei qualitatẽ poeticis gloſſulis exoluimus.Lactã.li.vi. Quis ſacramentũ dei ſciens tam ſignificãter enarrare legem dei potuiſſet, q̃ illã homo longe a ueritatis noticia remotus expreſſitẽ Prænarro primo,& ante alia narro.Teren.in Eunu.Oportuit rem p̃narraſſe me.Obnarro peruerto,declaroq; ſignificat.

Narratio eſt rei geſtæ aut ꝓinde ac geſtæ expoſitio.

Narratiũcula pua narratio. Quin.Narratiũculas a poetis celebratas noticiæ cã,nõ eloquẽtiæ tractãdas puto.

Naſſa gen⁹ uaſis piſcatorii,quo cũ itrauerit piſcis, exire nõ põt.Plau. Nunq; ex iſta naſſa hodie eſcã petã.

Naſica pe.pro,Scipio dict⁹ eſt. Oui. Naſica excepit tẽpli nõ extititit autor.Auguſtus nũc eſt,añ Metellus erat.

Naſus dr̃ ea pars capitis,q̃ e ſupercilioꝝ cõfinio oriẽs, & quaſi æquali porrecta iugo utranq; aciẽ ſimul & diſcernit & munit.Duo aũt eius ſpiramina,geminiq; hiatus, quos ueluti qdam paries ꝑ mediũ ductus interſepit,nares uocanẽ. Aliqñ naſus ponit̃ ꝓ acrimonia, & dicacitate.Vñ hñe naſum eũ dicimus,qui uenuſta quadam, & ſubdola irriſione aliũ deridet.Apul.in Meta.Cõtorta & uituperanti nare diſceſſit.Pli.Primus Lucilius cõdidit ſtili naſum.i.ſcripſit ſatyrã,q̃ acerbitatẽ quandã, & acrimoniam ſtili habet in uitiis inſectandis.Mar.Non cuicunq; datũ eſt habere naſum.i. acrimoniã ad deridendũ,& dicacitatẽ.Hinc naſuti dr̃ dicaces, reꝑhenſores, & deriſores.Idẽ.Naſut⁹ ſis uſq; licet ſis deniq; naſus. Idẽ formauit cõparatiuum. Nil Naſutius. Apul. Naſutula mulier,ac dicacula. Naſus eñ ſagacẽ ſapientiã repreſentat ſumpta metaphora ab aĩalibus.Canes eñ & vultures olfactu inqrunt.Sapiens igit̃ & cautus eſt qui odoratu obſtruſa quæq; intelligit. Hora.in Ser.Vt plæriq; ſolẽt naſo ſuſpendis adunco ignotos, ut me libertino patre natum,a naſus fit uerbũ denaſo.as. (hẽt.

Naſum neu.ge.idẽ ꝙ naſus.Plau.in Cur.Sagarũ naſum

Naſutus.a.um.qd habet magnũ naſum.Et naſut⁹ dicax reprehenſor deriſorq; a quo fit naſutior.

Naſutulus dimi.Apul.Naſutula mulier ac dicacula.

Naſiterna uas aquariũ anſatũ, ac patens. Var.li.i. de re ruſt.Vt ex ære ahena urceos naſiternam faceret.

Naſamones pe.pro.ſũt populi Libyæ nauiũ ſyrtibus inuolutæ ſpoliatores. Luca. Hoc tã ſegne ſolũ raras tñ exerit herbas,q̃s Naſamon gẽs dira legit,q̃ ꝓxima ponto Nudus rura tenet,quẽ mũdi barbara damnis Syrtis alit,nam littoreis populator arenis Imminet,& nullos portus tangẽte carina Nouit opes. Sic cũ toto cõmercia mũdo naufragiis naſamones habẽt.Suid. ναζαμῶν ἢ νασαμῶνες ἔθνος λιβύης ἢ ναζάμωνος ὄνομα κύριον.

Naſcor.eris.natus.notæ ſignificationis.Salu. L. Catilina nobili genere natus fuit,magna ui animi & corporis, & dicimus natus ſum laudi,& ad laudẽ. Cice.pro Sext. Qui ſe patriæ,q̃ ciuibus ſuis,qui laudi, q̃ gloriæ, non ſomno,nõ cõuiuiis,nõ delectatiõi natos arbitrant̃.Idẽ ibi.Nam qd ageret uir ad dignitatẽ & gloriam natus. Huius cõpoſita ſũt Annaſcor, Connaſcor. Vñ Cognatus.a.um.Leo papa. Epiphaniæ nobis dilectiſſimi ueneranda feſtiuitas dat ꝑſeuerantiam gaudioꝝ, ut iter cognatæ ſolennitatũ uicina ſacramẽta exultatiõis uigor,ut feruor fidei nõ tepeſceret.Enaſcor extra naſcor Iuſti.li.i.Hic ꝑ ſomnũ uidet ex naturalibus filiæ,quam unicã habebat uitẽ enatã, cui⁹ palmite oĩs Aſia obumbratur.Denaſcor,decreſco,deficio,morior. Caſſi. Hemina li.ii.annaliũ.Quæ nata ſunt ea oĩa denaſci aiũt. Innaſcor.Cice.li.ii.offi.Sed illud odioſum,q̃ in hac elatione,& magnitudine animi facillime ꝑtinacia,& nimia cupiditas principatus innaſcit̃.Internaſcor in medio naſcor. Colu.li,v.Ne aut pãpinarius palmes internatus.Obnaſcor,circũnaſcor.Renaſcor,rurſus naſcor, Lactan.lib.vii.Itaq; renaſci eas putauerũt.Pronaſcor, ortum habeo.Teren.in Phor.Aiunt illam ciuem atticam bonam bonis prognatam.

Natus.a.um.participium.Teren.in Heau. Annos ſexaginta natus es, aut plus eo,ut coniicio. Natus.nati.nomen pro filio,ſicut & nata.æ.pro filia.Virg.Nate meæ uires,mea magna potẽtia ſolus. Natorum appellatio inqt Modeſtinus ad nepotes extendit̃. Addimus q̃q; g,& dicimus gnatus gnata,quæ ſemper ſunt ſubſtantiua. Natus.us.non legi,niſi in ablatiuo tñ.Cic.in Cato. Quanquam eum colere cœpi non admodum grandẽ natu,ſed tamen iam ætate prouectum.

Natio genus hominum inquit Feſtus, qui non aliunde uenerunt,ſed ibi nati ſunt. Et natio principalis eſt, in qua poſſunt eſſe multæ gentes. Ideo plus in ſe cõtinet quam gens.In pecoribus quoq; bonus prouentus, fœturæ bonæ natio dicitur.

Natalis gene.maſc. Natale neutri, & hoc natalicium ſumitur pro die quo quis natus eſt. In quo etiã ſignificato capitur hic & hæc natalis,& hoc natale.Similiter natalicius.a.um.in quibus addit̃ dies.Teren.in Phor. Porro autẽ alio,ubi erit puero natalis dies. Leo Papa. Natalem igitur diem domini celebremus. Subſtantiuũ. Virgi.Meus eſt natalis Iola. Pli. Dum natales ſuos celebraret.Dicitur & natalis de rebus inanimatis pronaſcens.Idem lib.xxxvi. Similis eſt huic quidem arabicus,minor tñ.Similiter & naſcens cæteris pallor gentis & ĩ auro,nõ niſi excellẽtiſſimo natalis. Natales plurali tñ numero ſignificant conditionem ſanguinis, aut familiæ, ut generoſi natales, natales obſcuri. Cor. Taci.Aderat Corne.fuſcus uigens ætate, claris natalibus. Plini.in Epiſto. ad Meſſium pro ignobilitate poſuit,& ſordibus generis.Nonnunq; candidatus aut natales competitoris,aut annos,aut etiam mores arguebat.Titulus eſt apud iureconſultos de natalibus reſtituendis,quo oſtendit̃ dũ qui natalibus reſtituitur ſit uti iure tanq; noĩe nataliũ ingenuitas ipſa ſignificet̃. Iuue. etiam pro celebritate diei natalis ſumpſit. Palmã iter dominas uirtus natalibus æquat.i.non aliter ea uictoria exhilarat̃,q̃ dies natales celebrantur.Et natales pro annis accipiunt̃.Sappho.Sex mihi natales ierãt. Tot.n. dies celebrant̃ natales,quot aguntur anni.

Natales numero plurali. Vide in Natalis.

Natalicius.a.um.idem qd natalis,ut natalicius dies.

Natalicium ſubſtantiuum pro die quo quis natus eſt.

Natale ſubſtantiuum,idem quod natalis.

Natalis ſacroꝝ dr̃ dies,q̃ qs cõſecrat̃, ſitq; ſacris initiat⁹.

Natiuus.a.um.in quo aliq̃d naſcit̃.Pli.li.xxi. Sũt & mon

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tes natiui ſalis. Et natiuus, q̃ natꝰ eſt naturaliꝝ ī aliquo loco paſſiuæ ſignificationis. Gel. Propterea obliteratis, & abolitis natiuæ pietatis. Sene. in naturalibus. Ex ſuo fonte natiua eſt. Natiuus color dī naturalis, q̃ nulla arte ſed natura ꝓducit, mō in albedinē tendens, mō in nigredinem, nō tñ pfecte, ut albus, uel niger. Natiuus color albus, leucopus dī, uilis, atq̃ vulgaris, nomē trahēs a græcis, apud quos λεύκος dī album. Pli. Iecur rubetæ uel cor alligaſ in pāno leucopo, & quartanis ꝓdeſt. Hīc leucopeati qui rudiori alba ueſte ac uili & natiui coloris induti ſunt, ut Mar. Amator ille triſtiū lacernaꝝ & bethycatus ſimul & leucopeatꝰ. Si uero huic colori ars addita ſit, candidæ ueſtes dñr & niueæ, & caltulæ a caltula uiola coloris albi. Et galbinæ. Nã galbana albæ ueſtes ſunt, & olorinæ. Nã olorinus color eſt candidus, qui & cygneus. Natiuus color niger, dī pullus.

Natiuitas, idem quod ortus, quod nomen uſurpatur ab Eccleſiaſticis.

Natalitius. a. um. & natalitiū. Vide in dictiōe Natalis.

Natura dicta eſt, ab eo q̃ naſci aliqd faciat. Hāc qdam deū eſſe dixerunt, a quo oīa ſunt creata. Sene. lib. iiii. de bene. Natura hoc mihi p̃ſtat, nō intelligis te, cū hoc dicis, mutare nomē deoꝝ? Quid. n. aliud eſt natura, q̃ deꝰ & diuina ratio toti mūdo, & partibus eius inſerta. Pli. ubiq̃ naturā parentē reꝝ, opificemq̃ appellat. Auguſ. de moribus manicheoꝝ ſic diffinit. Natura nihil eſt aliud, q̃ qđ intelligiē in ſuo genere aliquid eſſe. Ponit interdum pro ui. Vnde arboꝝ atq̃ herbaꝝ naturas dicimus. Interdum pro amore. Virgi. Nunc age naturas apibus, quas Iuppiter ipſe Addidit, expediam. Interdū ꝓ genitalibus, tam uirilibus, q̃ fœmineis, quæ a græcis dñr phyſis. Hiero. de circunciſione. Videamus q̃ cauſa eſt, ut eam partē corpis q̃ ſecretior & occultior eſt, q̃ a græcis phyſis, a noſtris dī natura, ad circuncidendum dominus elegerit? Plini. Si quadrupes fœtum non admittat, urtica naturam fricandum monſtrant. Dicta natura, quia in eo membro naſcendi uis ſit. Et natura eſt, quæ unicuiq̃ rei formam dat ſpecifica differentia, diffinituꝝq̃ a philoſophis. Natura eſt motus principium, ſm ſe & non per accidens, quoniam uniuerſa corpora proprium habent motum per ſe, ut ignis per ſe ſurſum fertur, terra deorſum, & non per accidens, quoniam id nō naturale, ſed artificiale dicitur.

Naturalis, & hoc naturale, quod ſm naturam eſt. Vnde naturales filii dñr legitimi, qui ſola natura coniugali lege ſint orti, non ex concubina. Sueto. in Tibe. Filioꝝ neq̃ naturalem Druſum, neq̃ adoptiuum Germanicum patria caritate dilexit.

Naturalia plurali tm̃ numero dñr pudēda. Col. Si equa marem nō patiē detrita ſcylla naturalia eius liniunt, q̃ res accendit libidinem̃. Idem lib. ix. de pulcenis. Plumulæ ſub cauda clunibus detrahendæ, ne ſtercore coinquinatæ dureſcant, & naturalia præcludant.

Nates a nitendo, ut quidam exiſtimant. Ibi enim eſt caro firmior, quam in cæteris membris, ne premēte corporis mole oſſibus cogatur. Hora. in Ser. Diffiſa natēs ficus. Harum tumor clunis dicitur. Iuue. Ad terram tremulo deſcendant clune puellæ.

Nato. as. frequentatiuū eſt uerbi No. nas. nare, aut natare, propriū eſt piſcium. Colu. per tranſlationē li. iii. pro ultra ire poſuit. Alioqn etiā nouellā uineā ex refectiōe natā uini inutilē habebis prima ꝑte tertæ natātibus radicibus. Qñq̃ ꝑ trepidare. Oui. li. vi. Faſt. Nox erat, & uinis, oculiq̃, animiq̃ natābāt. Qñq̃ ꝑ nauigare. Hui9 cō poſita ſunt Adnato, iuxta nato, ſiue ad aliquē locū nauigo. Vir. Hīc pauci uīs adnauimꝰ oris. Cōnato ſimul nato. Plau. Cōnatat nobiſcū. i. riualis eſt. Et eſt a cōno. Idē Cōnatiōis nīæ conſcius, hoc eſt, q̃ eandē adiremus mulierem. Sed hæc ꝑ metaphorā. Enato, extra nato, ab Eno. Vt inſuetū pariter gelidas enauit ad arctos. Innato, intus nato, ab Inno. Vir. li. ii. Geor. Necnō & torrentē undā leuis innatat alnus. Idē li. iii. Geor. de Inno. Fluuiosq̃ innare capaces. Denato, deorſum nato, a Deno uide alibi. Obnato, cōtra, ſeu circa nato, ab Obno, ut In æquore fuluis obnatat umbra fretis. Prænato, añ natō a Præno. Pli. Prænatāte piſciculo, frōtē ſuā ſpargit. Renato, rurſus nato, uel natādo reuertor, a reno. Supnatō ſup undas no, nō mergor. a ſupno. Pli. li. xxxiiii. Poſtea ſupnatās aqua tolliē ſpōgiis. Trāſnato, ultra nato, a trano. Liui. Magonē cū equitatu flumē tranaſſe. Vir. li. iii. Geor. Superāt mōtes & flumina tranāt. Et oīa habēt pecor. & a naue dicta ſunt.

Natalitius, a. tium. quod natat. Aug. lib. de trini. in capi. viii. Vnde iubente creatore produxit aqua prima natalitia, & uolatilia.

Natatus, us. ipſe natandi actus. Claudi. li, iii. Lucus erat ꝑpe flumē Athim, quod candida præfert ſæpe mari, pulchroq̃ ſecat Galatea natatu.

Oleaginus,a.um.pe.cor. quod ex olea arbore eſt, ſicut faginus,a fago.Virg. Truditur e ſicco radix oleagina ligno.Dicitur & oleagineus,a.um. Varro li.i.de re Ruſt. Demum in oleagineis ſeminibus arbores uidendum, ut ſit de tenero ramo, ex utraq̃ parte æqualiter præciſum, quas alii ſclauolas,alii taleas appellant.
Oliuo,as.oliuarum uindemiam ago,ſiue oliuas colligo Plin.Quippe oliuantibus lex antiquiſſima fuit oleam ne ſtringito neue uerberato.
Oleo,es.eui.& olui,olitũ,& oletũ, odorem ſpiro, & conſtruitur frequenter cum actõ fere cũ omnibus ſuis cõpoſitis.In quo ſignificatiõem eorum naturalem tranſitiuam eſſe deprehendere licet. Hora. Vina fere dulces oluerunt mane camœnæ.Hier.ad Pamma.Simplices epiſtolæ tuæ olent prophetas, apoſtolos ſapiunt. Aliqñ etiam abltõ. Ouid.Perq̃ locos ſacros,& olentia ſuphure fertur. Prop. Cur nardo flammæ non oluere meæ.Aliqñ ſine caſu.Pli. Roſa recẽs a longinquo olet,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Inuenié etiã olo,is.Plau. Olunt ædes arabicas, Idem in Muſ. Non oẽs olere unguẽta exotica, ſicut tu oles. Eſt eñ iambus. Eius naturæ ſunt cõpoſita, uidelicet redo leo,quod idẽ eſt qđ oleo.Hie. Nunq̃ uinũ redoleas, ne audias illud pñi, hoc nõ eſt oſculũ porrigere, ſed uinũ ppinare.Vir. Feruet opus, redolẽtq; thimo fragrantia mella.Aboleo,adoleo,exoleo,ĩoleo,de qbus ſupra.Ob oleo graueolentiã, odorẽq; tetrũ reddo.Sue.in Cal.Ille antidotũ oboluiſſe, q̃ſi ad p̃cauẽda uenena ſua ſumptũ.Plau.in Muſ. At te Iuppiter diiq; oẽs p̃dant obolu iſti alliũ germana illuuies.Peroleo, ualde oleo. Lucil. li.xxx.Quis totũ ſic corpus iã poleſſe biſulcis.Suboleo, q̃ſi oleo & odorẽ ſentio. Per tranſl. ſubolere poniẽ pro demõſtrare, & de aliq̃ re ſentire, quaſi q̃ male ſentiat. Ter. Ne paululũ qdẽ ſuboleat eſſe amicã hanc Cliniæ. Plau.in Caſ.Subolet iã uxori qđ ego machinor. Dĩ & bñ oleo,& male oleo,graue oleo,ſuaue oleo.Pli. Succꝰ hederæ tædia nariũ,graueolẽtiãq; emẽdat.Aug.li.viii. Con.Inde ſermo deuolutus ẽ ad monaſterioꝝ greges, & mores ſuaueolẽtiæ tuæ.Ab oleo fit oleſco, q̃ inter ſe differũt,q̃ oleo habet ſignificationẽ neutralẽ tranſitiuam,oleſco paſſiuam innatam,& oĩa habent pe.cor.

Olo,is.idem quod oleo.Plau. Olũt ædes arabicas. Idem in Muſt. Non omnes olere poſſunt unguenta exotica ſicut tu. Eſt enim iambus.

Oleſco differt ab oleo, q̃ hoc ſignificationem neutralẽ tranſitiuam habeat oleſco paſſiuam innatam.

Olentia dicuntur mali odoris.

Olidus,a.um.pe.cor.qđ tam bonũ,q̃ malũ odorẽ habet. Mart.Olidæq; ueſtes murice.Hor.li.Epiſt. in malũ dixit. Sed minus arcta præmunt olidæ conuiuia capræ.

Olfacio,is.olfeci,ctum.qđ & olefacio dĩ,ſcat odoro.Pli. li.xi. Quonã mõ audiãt delphini miꝝ.Idẽ. Nec olfactꝰ ueſtigia habẽt,cũ olfaciant ſagaciſſime.Inde olfactus, a.um.participiũ,& olfactus,tus.Idem li.xxix. Baſilici, quem etiã ſerpentes ipſi fugiunt alios olfactu necantẽ.

Olfacto,as.frequentatiuum ab olfacio. Pli. li.xx.Xenocrates pulegii ramum lana inuolutum in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari tradit.

Olfo,as.idem quod olfacio.Auguſt. Quia non ſecum ferebat, niſi amantem memoriam, & quaſi olfata, quæ comedere nondum poſſem.

Olibantum menſura uinaria rotunda nominabatur.

Olim aduerbiũ,nõ ſolũ p̃teriti tpis ſed etiã p̃ſs,& futurũ denotat.De præſenti.Virg.Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.De futuro.Idẽ.Hũc tu olim cœlo ſpoliis oriẽtis onuſtũ Accipies. Quin. Qui olim noĩabuntur. Ponitur ẽt pro aliqñ. Cur. Olim enimuero mero ſenſibus uictis ex lecto ſæpe cõſurgit.Et pro iãdudum. Vir. li. ii. Geor. Ac iam olim ſeras poſuit cũ uinea frondes.

Olim iam,in longo tempore. Quin. Olim iam imperator inter fulgentes uirtutes tuas liuor locum quærit.

Olla genus uaſis,p quo antiq dicebãt aulã.Ab olla fit di

Ollula.Var.Cato ait uuam amineã in (minutiuum. ollulis commodiſſime cõdi. Idem. Electa in ſecretam corbulam,inde ollulas addatur.

Ololygontes,mares ranæ quo tpe uocẽ mittẽtes ciẽt ad coitũ fœias. Fit a uerbo græco ὀλολύζω, qđ eſt ululo.

Ololygones pen.cor.ipſæ uoces,& ululatus. Ariſtoteles li.iiii.de animalibus.Genus illud ululatus quem ololygonem nominant mares intra aquam reddunt.

Olyſippo,oppidum in Luſitania ad oceanũ,apud montem Tagrum, ubi quædam e uento tẽpore certo concipiunt equæ,quarum pulli non plus trienniũ uiuunt.

Olus,eris.dicitur omnis herba ſatiua,quæ in uſu cibario eſt,ab alendo, q̃ oleribus alerentur homines, antequã fruges,uel carnes eſſent.Varro ab olla deducit. Nonius & Feſtus inter aſpirata connumerant.

Oluſculum diminutiuum ab olus.Hor.Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo.

Ollares dñr uuæ q̃ in ollis fictilibus optime conduntur.

Olor nomen deductum ab oleo pro fœtore. Apul.lib.i. At ille olore alioquin ſpurciſſimi humoris percuſſus uehementer aſpernatur.

Oluſatrum,ſiue in compoſitione oliſatrum,alio nomíe Hippoſelinum dictum, q̃ folia habeat ſubnigriora p̃pter quod Colu. pullum olus appellat,atq; oleris pulli radix, quidam petroſelinon uocant,q̃ inter petras, & iuxta maceriam ſeri a ueteribus conſueuerit.

Olitor pe. cor,qui olerum ortum exercet, qui & ortulanus dicitur. Similiter qui olera uendit olitor dicitur.

Olitorius, a.um. qđ ad olera ptinet,ut foꝝ olitoriũ ubi uenduntur olera,horti olitorii,& oſtia olitoria, q̃ dñr hoſtia hortoꝝ.Plin. Et lactucæ genus adeo laticaulis, ut oſtiola olitoria ex his factitari prodiderint.

Olympus mõs cuius uertex uſq; adeo attollit,ut ſumma eius accolæ cœlũ uocẽt, ppter qđ poetæ cœlũ olympũ uocãt.Dictus olympus, q̃ſi ὅλος λάμπων hoc eſt totus fulgẽs,qa ſolẽ claꝝ hẽt,nulliſq; unq̃ nubibus fuſcat.Luca. Nubes excedit olympus. Sũt aũt quatuor montes hoc noĩe, Primus mõs altiſſimus inter Theſſaliam,& Macedoniã,qui tñ Theſſaliæ adſcribit. Alter in Gallo græcia,uel in Cypro. Alius apd Myſos,ad cuiꝰ radices Pruſa ab Annibale cõdita eſt. Quartus ad mare rubꝝ in Æthiopia haud longe ab Heliopoli oppido, qui oriente ſole uſq; ad quintam diei horam flãmas emittit.

Olympius,a.um.i.cœleſtis,poſſeſſiuum ab olympo.

Olympicus, a. um. quod eſt olympi,uel quod ad olympum pertinet, ut Iuppiter olympicus. Dictꝰ eſt autem Iuppiter olympicus ab Olympo, a quo eruditus, & ad uirtutem inſtitutus ſit. Alii uero a cœlo, quem olympon græci uocant,in quo regnare fertur.

Olympia,olympiæ.urbs erat inter Oſſam & Olympum montem,mercatu famigerata, & celebritate illa quinquennali ludorum inclyta.

Olympia, orum. ludi, qui in honorem Iouis olympici apud Piſam & Helidem græciæ oppida celebrabãtur, hoc eſt gymnicum certamen, quod quinto quoq; anno fieri ſolebat. Vnde olympicus,a. um. ut Olympicũ certamen,& olympica uictoria.

Olympias,dis.q̃nq; annoꝝ ſpaciũ, qđ a romanis luſtrũ dĩ. Exinde græci tpa per olympiadas ſupputare cœperunt ita numerãtes. Olympiadis primæ, aut ſcdæ,aut centeſimæ,anno primo uel ſcdo uel tertio uel quarto. Atq; ut cõſules,ita & olympiæ uictores iteꝝ & tertium dicimus.Plau.in Me.Iterum inquit,Pythia,& tertium Olympia. Eſt & olympias nomen mulieris proprium.

Olympionices,ſiue olympionicus,qui in olympiaco certamine uictor euaſit,νίκη quippe uictoria dĩ.Helia. de uaria hiſtoria li. x. duxit ad olympicũ certamẽ filium ſuum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſuum Pherenice fœmina prohibentibus eã ſpectare, q̃ præſidebant, Licere id ſibi perſuaſit, quæ patrem, & fratres tris haberet olympionicas. Cice. pro L. Flacco refert, q̃ apud græcos eſſe olympionicem iudicãt prope eſſe maius, & glorioſius, q̃ Romæ triumphaſſe.

Olympiodorus, pe. pro. nomẽ uiri propriũ. eius q̃ docuit Epaminundã cantare tibiis. (appellatur.

Olyſippum, Luſitaniæ urbs, quæ nr̃is tpibus Vlysbona

Olynthus Thraciæ urbs, quã a Chalcide, quæ in Euboea fuit coloni condidere.

O ante OS

Omaſum, pe. pro. eſt pinguius, atq̃ craſſius inteſtinum quod nonnulli bubulum eſſe credunt. Horat. in Serm. Seu pingui tentus omaſo.

Omen auguriũ quod ſit ore, quaſi oremen. Eſt. n. futuræ rei ꝓnunciatio, ori hoĩs incidens, diuino tñ fauore. Et tã de malo q̃ de bono dĩ. Liu. li. i. Dextera Hercules data accipere ſe omen, impletuq̃ ſe fata ara cõdita, ac dicata ait. Vir. Qd̃ dii prius omen in ipm Conuertant.

Ominoſus, qui omen facit.

Ominor pe. cor. auſpicor, omẽ capio, & uerbis diuino, ꝓ tñ non ideo dĩ, q̃a certe futurũ ſcit, ſed uidet eſſe qd̃dã præſagiũ. Pli. li. xxviii. Cur eñ primũ anni incipientis diem lætis præcatiõibus inuicem fauſtũ ominamur. Curtius. In illo periculo Macedones ominati eſſe uidebãtur. Hinc abominor, de quo ſupra, antiqui omino, as dicebant. Pom. Ita ſit & tibi bene qui recte ominas.

Omentũ mẽbrana tenuis, & pinguis qua integunt uẽtriculi, & uniuſcuiuſq̃ mẽbri interioris ueſtitus, hæc oĩa aĩalia habent q̃ ſanguine nõ carẽt, oriẽ id, & dependet a medio uentre. Per. Cũ tibi tot iunicũ in flãmas omẽta liqueſcant. Vñ & pro mẽbrana, quæ totum inuoluit cerebr̃, ponit. Macr. Et cerebrum, quod tactu ſui hominẽ, uel torquet, uẽ frequẽter interimit, nõ ſuo ſenſu, ſed ueſtitus ſui, id eſt omenti, hũc importat dolorem.

Omentatus, a. um. quod eſt pinguiomẽto farctum. Apitius. Iſitia omentata palpam conciſam teras.

Omimeria, Ariſ. refert Anaxagoram dixiſſe omimeria eſſe elemẽta, hoceſt ex ſingularibus partibus cõſtantia oſſa uidelicet e pauxillis, atq̃ e minutis oſſibus. Sic de pauxillis atq̃ minutis uiſcerib⁹, uiſcus gigni, ſanguinẽ que creari ſanguinis inter ſe multis coeũtibus guttis.

Omioteleuton ſimiliter deſinens dicitur.

Omitto, ex ob. & mitto, ſed b. abiiciẽ cõtra regulã. Quidã tñ p. b. ſcribẽdũ putãt, ſed nõ pferendũ. Et ẽ omittere rẽ aliq̃ penitus dimittere. Remittere uero, & itermittere aliquo certo tpe dimittere. Vir. Omiſſos hinc iã obliui ſcere Graios. Vñ ẽt pro negligere ponit. Ter. in Heau. Vbi te uidi aĩo eſſe omiſſo. Huic contrariũ eſt Attendo, ut apud eundem. Attentiores ad rem ſumus oñes.

Omnis diſtributiua dictio eandẽ uim habet in ſingulari, quam in plurali. Oĩs eñ homo ſignificat oñes homines. Differt tñ oĩs a toto, ꝓ oĩs ad numer̃ referẽ, totus ad quantitatẽ. Totum dicimus corpus aliqd̃ integrũ, ut tota domus, oẽ de uniuerſis numero diſtinctis. ut Omnis grex. Confunduntur tamen plærunq̃.

Omnicanus, a. um. pen. cor. quod omnibus modis canit. Apul. lib. ii. flo. Sed phĩ ratio, & oratio tpe ingens eſt & auditu uenerabilis, & intellectu utilis, & mõ oĩcana.

Omnifariam aduerbiũ, id eſt omnibus modis, ſiue omnis generis, ſiue ex omni parte.

Omnigenus, a. um. pe. cor. ex omni genere. Virgi. li. viii. Omnigenumq̃ deum monſtra.

Omnimodus, a. um. pe. cor. omnium modorum.

Omnimorbius, a. um. quod omnibus morbis ſubuenit. Vñ omnimorbiam herbam, quidã maluã appellant.

Omniparens pe. cor. qui omnia genuit.

Omnipudens, pe. cor. quem omnia pudet.

Omniuagus, a. um. pe. cor. per omnia uagus.

Omnipotens, pe. cor. oñia potens, cõpoſitũ eſt, ut docet Priſc. ex tribus corruptis. ſ. omni potis, & ens, qui oĩm potis eſt. Hier. Omnipotens ab eo dĩ, ꝓ oĩm teneat potentatũ. Per ipſum enim creata ſunt oñia, uiſibilia, & inuiſibilia. Augur. libr. v. de ciui dei. Recte deus dicitur oñipotens, q̃ tñ mori, & falli nõ poteſt. Dicitur eñ oĩpotens faciendo, quod uult, & non patiendo, quod nõ uult. Quod ſi ei accideret, nequaquam eſſet omnipotens. Hinc omnipotentia, rerum omnium facultas.

Omnitenens, pe. cor. qui omnia complectitur.

Omniualens, pe. cor. omnia ualens. i. qui poteſt omnia.

Omnino aduerbium, ſignificat prorſus. Vnde apud Iuriſconſultos, omnino receſſiſſe dicitur is, q̃ receſſit animo permutandi domicilium.

Omoplate, Celius oſtendit eſſe duo oſſa lata q̃ utrinq̃ ad ſcapulas tendunt, quæ noſtri ſcoptura opera dñt.

Omophagi pen. cor. qui cruda carne ueſcuntur, quales perhibentur eſſe Ætoli, ut ait Thucydides.

Omphale nomen propriũ reginæ Lydiæ, quæ Herculẽ multis muneribus ornauit, ꝓ anguem iuxta Sagarim fluuium multos homines interficientem interemit.

Omphalon græci dicunt umbilicũ. Vnde omphalocarpon herba cuius ſemen umbilico ſimile deſcribitur.

Omphacinum uinum, ex immatura uua factum, & omphaciũ oleum, quod fit ex immatura oliua cui⁹ medicinæ Pli. li. xxiiii. meminit. Et li. xii. eius confecturam docet. Græce enim ὀμφακὸς dicuntur uuæ, & fructus immaturi. Ipſa uero oliua nominatur dirupta.

Omuteſco ſine b. & ſimplici m. q̃uis ex ob. & muteſco cõponãt. Et ſignificat mutus fio. Vir. li. iiii. At uero Æneas aſpectu omutuit amens. i. mutus factus eſt, ſiue terrore ita percuſſus eſt, ut loqui nõ poſſet. Etẽ ptñ ab omuteſco, non ab omuteo, quod reperiri nõ puto, q̃a nemo uere exprimere põt mutus ſum, multo minus, mutus fui, niſi a deo liberatus fuerit. Cũ eñ in auctoribus reperimus omutuit, ab obmuteſco ptñ eſt. Narratur eñ actus, q̃ tũc accidit, hoc ẽ, ꝓ tunc ille mutus effectus eſt, qui actus tunc ꝑterierat, ſed extabat. Si uero q̃s mutus a deo liberatus dicat, omutui, nũc aũt loquor. Tunc omutui, ab omuteo fiet, & ſcabit mutus fui.

O ante N

Onager, pe. cor. aſinus agreſtis. Componit. n. ex ὄνος aſinus, & ἄγριος ſylueſter. Nã in ros. græca deſinentia, cũ ad latinã tranſeunt declinationem, mutãt ros. in er. ut alexandros alexander, onagros onager. Var. Aſinoꝝ duo ſunt gña. Vnũ feꝝ, quos uocant onagros. In Phrygia, & Lycaonia ſunt greges multi. Alteꝝ manſuetum, ut ſunt in Italia oẽs. Ad ſeminationes onagris idoneus, ꝓ e fero fit manſuetus facile, & e manſueto fe

rus nunq̃. Albertus lib. de animalibus ſcribit, medullã onagri curare podagrã, ſi ea inungatur, & eius ſtercus ſiccatũ, & cũ uino bibitũ ualere cõtrą ſcorpionis punctură, ſignificat ẽt onager harpagonẽ, ut apud Suidam

Onagus pe. cor. dicitur qui aſinum agit.

Onocentaurus animal monſtruoſum, quod a parte ſuperiori hominis ſpeciem habet, a parte inferiori aſini præferat imaginem, de quo habetur apud Eſaiam. Et occurrent dæmonia Onocentauris.

Onochelus pe. pro. latine dr̃ laby, aſini, genus herbæ.

Oneſimus, pe. cor. proprium nomen uiri, & latine dicitur utilis, ὄνησις iuuamen utilitas.

Oneſicritus, pe. pro. philoſophus Æginenſis, uel (ut quidam uolunt) Aſtipalenſis, qui cum Alexandro militauit, ut Xenophon cum Cyro, & Alexandri uitia, & laudes ſcripſit. Fuit etiam medicus.

Onocrotalus, pe. cor. auis eſt cygno ſimilis, dicta ꝙ collũ in aqua mergẽs, ſpiranſq; ueluti ruditũ aſini edat ὄνος aſinus, κροταλισμός crepitus. Hie. cõtra Vigil. Centauros & ſirenas, ululas, & onocrotalos in Eſaia legimus.

Onixes genus marmoris, de quo Pli. Onixes in Arabiæ montibus, & in Germania, ex quo potoria uaſa primũ facta, poſt pedes lectorum ſellarumq;.

Oniſcus genus uermiculi arcuatim incedentis multipedæ. Nam Plin. multipedæ duo genera eſſe ait unum arcuatim repens græce oniſcon uocari. Alterum ſcolopendram minorem & ſepa quæ non arcuatur.

Onichites dicitur ungulæ ſimilitudinem habens. Quo nomine appellatur quoddam genus marmoris, ab unguibus quod unguium colorem habeat.

Onyx, onychos, ge. maſc. unguis, ſeu gẽma, candorẽ hãbẽs unguis humani. Mar. Calcatꝰ ꝙ tuo ſub pede lucet onyx. Acron dicit eſſe metallũ gẽmæ ſiſe, de quo parua uaſa ad unguẽta fiebant, q̃ a Porphyrione ampullæ marmoreæ dr̃. Nã Onychiten lapidẽ qdam dr̃t eſſe marmoreũ naſciq; in Arabiæ montibus, ex quo uaſaria facta fuiſſe ſcribit Cor. nepos. Hũc qdã alabaſtriten lapidẽ uocãt ad uaſa unguẽtaria, qñ ea incorrupta optime ſeruare dr̃, ut ait Plin. Pro. Cũ dabitur ſyrio munere plenus onyx. Apud Luca. & Papi. ſumitur pro ipſo marmore. Et pro uaſe tã fœmi. q̃ maſculini gñis eſt. Mar. Vnguentum fuerat, quod onyx modo parua gerebat. Onyx etiã ungula quædã aromatica. Proper. Et crocino nares murrheus ungat onyx. A cuius accuſatiuo græco noſtri hæc onycha declinauerunt. Hiero. in Exodo. Sume tibi aromata, ſtacten, & onycham.

Onycha onychæ. Quære in Onyx,

Onychinus, a. um. pe. cor. quod eſt ex onyche.

Onoma pen. cor. latine dicitur nomen, cum a ſono aliquo, ſeu uoce nomina finguntur.

Onomatopœa cum œ. diph. noĩs fictio, ut balatus ouiũ, mugitus boum, ab ὀνόματος noĩs ποιέω fingo. A quibuſdã noĩatio dr̃ qua cuiq; rei nomen, aut nõ ſit, aut ſatis idoneũ nõ ſit eam noſmet idoneo uerbo nominemus, aut imitationis, aut ſignificationis gratia. Inde ſunt Rudere uagire murmurare ſibilare. (lumnas.

Onoba, ciuitas inter ſacr̃ promontoriũ, & herculeas co

Onus, eris. pondus. Videt ratio exigere, ut aſpiretur, cũ Varro dicat honos ab honeſto honere, & honeſtus, ꝙ honus ſuſtineat Reip. Cum aũt honor, & honoro aſpirationẽ habeant, & ab onere deducant, uidet etiam hõnus aſpirandum, ut qd in deriuatiuis ſeruatur in primitiuis ſeruari debeat, uerum uſus hodiernus refragatur.

Onero, as. onus impono. Transfertur etiam ad aium, ut Oneraſti me curis. i. impleſti. Hinc oneratus, & onuſtꝰ pro pleno frequenter accipiunt. Vir. Vina bonus, quæ deinde cadis onerarat Aceſtes. Huius uerbi compoſitũ contrarium eſt Exonero, quod eſt onus detraho. Ter. Vos quoq; amicos eius exoneraſtis metu. Idem. Ego nunc mihi ceſſo, quin hunc humeq; exonerem pallio.

Onerarius, a. um. quod oneratur uel onerari poteſt. Vnde naues onerariæ, quæ a geſtãdis oneribus dictæ ſunt & ob id tardæ, quemadmodum actuaria nauicula celeritate præſtans dicta eſt, ꝙ facile agi poſſit.

Oneroſus plus eſt q̃ oneratus. (hoſtibus ferat.

Onuſtus dr̃, cui onus ipſum oneri eſt, ut ſi quis ſpoliis de

O ante O

Oonæ inſulæ in oceano ſeptentrionali, in quibus (ut Plin. lib. iii.) ouis auium, & auenis incolæ uiuunt.

O ante P

Opacus, a. um. pe. pro. quod eſt umbroſum. Vir. Et fontes ſacros frigus captabis opacum.

Opaco, as. pe. pro. obũbro, cooperio, obſcuro. Idem libr. ii. Geor. Hunc altæ frondes & rami matris opacãt. Col. li. vi. Cũ plærunq; dicti ſyderis tpe quædã partes eius regionis ſic infeſtentur euro, ut niſi teguminibus uites opacentur, ueluti halitu flammeo fructus uratur.

Opera, æ. actio eſt, & labor & induſtria operãtis, ſeu operatio pro mercede ſumpta. Cic. li. offi. Non male præcipiunt, qui ſeruis uti iubent, ut mercenariis iuſta præbenda, operã exigendam. i. laborem, & operationẽ corporis. Operas quoq; perſonas dicimus, quæ aliqd faciunt, ſicut cuſtodia, q̃ cuſtodit. Cic. pro Flac. Operæ faceſſant ſeruitia ſileant. Opus uero finis fructuſq; opæ, qd fabricando factũ relinquit. Ter. in Heau. utrunq; cõplexus eſt, cum ait. Quod in opere faciũdo operæ conſumis tuæ. Vnde opera auctorum dicuntur. Et opera tam publica, q̃ priuata ædificia dicuntur. Aliquando tñ opus capitur pro opera. Vir. Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. Quaſi ad operas, ubi notandũ eſt, ꝙ quotiens non ad laborem corporis, ſed ad laborem animi & ad artem, induſtriamq; reſpicimus magis opus, q̃ operã dicimꝰ, ut in opere fabrili, in opere ruſtico in opere faciundo. Interdũ opus ponitur pro merce de, uel neceſſario, ut Opus eſt ægrotanti medico. i. neceſſarius eſt medicus ægrotãti. Et nihil mihi opus eſt, id eſt nihil mihi ẽ neceſſariũ. Dicimuſq; Opus eſt mihi res, huius rei, hanc rem. Apul. Cui eam rem factã opus fuerat. Similiter Opus eſt mihi hac re, quod frequentius uſurpatur. Dicimus quoq; operam do, operam impendo, operam nauo, quod eſt ad aliquam rem agendam incumbo, & ſtudium, laboremq; impendo. Cice. Da operam, ut ualeas. Hinc dedita opera dicimus de induſtria, quaſi cura adhibita, & labore impenſo.

Operula diminutiuum ab opera. Apul. Operulas etiam in eam contuli, quas ad huc uigennis ſacrariam faciẽs mœrebam. Opuſculum diminutiuum ad Opus.

Opella etiam diminutiuum eſt ab opera operæ.

Operarius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Operarius, q laboré operádo fert. Vñ Caſ. ſcribit opari os parádos ée, q laboré ferre poſsit, ne minores anno ꝫ xxii. & ad agricultură dociles. Græce Ergaſtes dicitur.

Operarius, a.um. quod induſtria atq; opera fit. Pli. Quæ inter uina operaria numerantur. Et fit ab opera.

Operatorius, a.um. quod operatur. Ambr. lib. de para. Si aſſumptio de ligno ſcientiæ boni, & mali ita operatoria erat, ut bonum & malum cognoſceretur, ſine dubio, ubi guſtauit de ligno peccauit.

Operoſus q rebus gerẽdis operă dat. Cic. Videtis, ut ſenectus nó mó languida non ſit, ueꝫ ét operoſa. i. q̃ agit & rebus agẽdis operă dat. Q̃ñq; paſſiue dr. Oui. Moles operoſa laboret. i. ab aliquo operata eſt. Itẽ operoſum dr, qd eſt multæ operæ, uel uehementis operis. Pli. lib. xviii. Et uitia pingueſcunt arua, nec ipſa agricolis operoſa immo ſulco ſata non ſarritur, nec ſtercoratur.

Operæpreciũ, ab opa deducit & ꝑcat fructuoſum, ad rẽ ptinens, uel q̃a decẽs, uel q̃a utile, uel q̃a glorioſum, uel quia iucundũ. Cice. Operæpreciũ erat ludẽtes intueri. Pli. Id uero audire operæp̃cium ſit. Iuue. Eſt operæpreciũ penitus cognoſcere toto. Quid faciãt agitantq; die

Operor, ris. ab opera, ſignificat in opere aliquo faciũdo laboro. Hier. in Gene. Et homo nõ erat, qui operaretur terram. Interdum operari eſt facere, ſeu perpetrare, ut odiſti omnes, q̃ operantur iniquitatem. Item operam dare. Col. lib. xiii. Si rebus uenereis fuerit operatus, uel uir, uel fœmina. Item rem diuinam facio ſacrificare.

Opatio, ꝑ ſacrificio. Iu. Vt matutinis opaꝫ feſta lucernis Plau. vt iſtæc opatio crimẽ expiet. Recẽtiores ꝑhi opationem, ꝑ eo accipiũt, qd græci energiă uocant. Huius uerbi cõpoſitum eſt Cooperor, quod eſt ſimul operor.

Operio pe. cor. ris. operui, opertum, ex ob. & pario, ſed b. abiicitur. Vñ & per ſimplex p. ſcribitur, ſignificatq; tego, claudo, quaſi in oppoſitũ pario Proper. Atq; hinuli pellis totos operibat amãtes. Plau. in Cap. Operta quæ fuere aperta ſunt, patent præſtigiæ, oĩs res palam eſt.

Operior, riris. opertus dep. Experior, expertus, q̃q̃ experior cõmune habeaꝫ. Ter. in Phor. Si nõ tñ dedero unã ꝑterea horam, ne opertus ſies. Doñ. tñ docet nõ habere, ſed uſurpare poteſtaté, & per duplex pp. ſcribi debere ait Tortellius ad differẽtiă opior paſſiui ab Operio, quoꝫ prima breuis eſt, & ꝑ unum p. ſcribit. Eſt aũt operiri expectare. Tet. in Phor. Hic ego interea uirum operibor. Fitq; operior ab pario, ſicut ſentire uideꝫ Priſci. qui ſic inqt. Sũt alia ex hoc cõpoſita deponentia. Experior, operior. Quoꝫ participia exptus, & opertus oſtendunt a pario eſſe cõpoſita cuius participiũ partus eſt. Nã pario, & tertiæ ée, & quartæ fuiſſe manifeſtũ eſt, ex eius cõpoſitis, quæ in ſupino tertiæ coniugationi tñ accedunt in aliis oĩbus ferme quartæ. Quinetiam ipm perior, unde peritus a pario ſcdum quartam coniugationem, & ſignificationem quã imitatur eſſe uidetur. Peritus tñ a græco dicitur eſſe, ab πεῖρα experientia.

Operto, as. frequentatiuũ eſt ab operio, ut inqt Feſtus.

Operimentum dicitur, quod aliquid tegit.

Opertorium, idem quod operimentum, ut illud Pſal. Et uelut opertorium mutabis eos, & mutabuntur.

Operculum inſtrumentum, quo aliqd tegitur. Col. li. ix. Sunt q̃ a ſuperiori parte foramina ipſis operculis imponant quod fieri non oportet. Nam ſuperſiliens auis proluuie uentris cibos, & aquam conſpurcat.

Operculo, as. operculo operio. Idem. l. b. ult. Ab eo tempore quo primũ dolia operculaueris, uſq; ad æquinoctiũ uernũ ſemel in diebus. xxxvi. uinũ curare ſatis eſt.

Opertanea ſacrificia quæ in operto fiebant, quæ & ſecluſa dicebantur, ne prophanorum oculis polluerentur. Hæc a græcis myſteria appellantur.

Opharus fluuius apud Cantabros.

Ophis græce, ſerpens latine dicitur, unde ophiophagus.

Ophiophagi, dicti ſunt qui ſerpentes comedunt.

Ophiuchus ſerpentarius, ſiue anguitenens, quo noĩe dictus eſt Hercules q̃ anguem manu tenẽs, a Ioue in cœlum tranſlatus ſit ὄφις, & ἔχω teneo, quaſi ὀφιόχος, & per ſynereſin mutatis ο. & ε. in οῦ. ὀφιοῦχος. Nec ophiuchos dicendum eſt. Sunt tñ, qui ophiuchum Æſculapium eſſe uelint. Alii conobonta Getaꝫ regem. Alii Phorbantem, Triopæ Theſſalorum regis filium.

Ophiogenes, pe. cor. latine dr ſerpentibus generatus.

Ophiogenæ, genus hoĩum in Helleſponto, quos Crates pergamenus ſcripſit ſerpentũ ictus tactu ſolitos leuare, & manu impoſita, uenena extrahere corporibus.

Ophiomachus, pe. cor. genus uolucris contra ſerpentes pugnantis. De hoc habetur in Leui. Quidam accipiũt pro lacerta, quæ cum ſerpentibus pugnat.

Ophites pe. pro. marmoris genus, ſerpentis maculas habentis. Luc. li. ix. Quam parius tinctus maculis Thebanus Ophites. Scribit Plin. ex ophite columnas eſſe paruas quod marmor ſit nigricans, uarium dicaturq; capitis dolores ſedare, alligare ſerpentum ictus.

Ophitæ a ſerpente dicti ſunt, quidam hæretici. Hunc aũt Chriſtum arbitrabant. Sed habebant etiam uerum ſerpentem, quem uenerabantur & nutriebant.

Ophiuſa inſula, quæ & Rhodus propter ſerpẽtium multitudinem ibi exiſtentem, quaſi ſerpentaria.

Ophthalmos latine oculus dicitur.

Ophthalmia oculoꝫ ægritudo, quã Celſus lippitudinẽ appellat. Negat tñ Iul. Pol. eſſe ꝓpriũ aliquod oculoꝫ uitiũ, ſed i eo uerbo ſignificari tradit cauitatẽ oculoꝫ ex corpis ægritudie. Hinc triophthalmus, lapis q̃ hoĩs tres oculos ſimꝫ exprimit. Ægophthalmus, q̃ oculũ cpræ hẽt. Monophthalmus, monoculus. Hoc ét noĩe dictus eſt piſcis, q̃ a Pli. uocaꝫ oculata. Plau. Pernã ophthalmon horæũ ſcombrum, & Trygonem, & Cetum.

Ophrys, ſupercilio ſcat. Quo noĩe dicta eſt quædã herba

Ophion, pe. pro. nomen proprium uiri, qui ante Saturnum rerum potitus eſt, quem Saturnus fugauit. Clau. Hos onerat ramos exutus ophion.

Opheyon diminutiuum eſt.

Opicus, a.um. pe. cor, quod eſt ſordidũ, immũdum, & obſcœnum. Nam (ut inquit Feſtus) opicum pro oſco ponitur. Oſcis enim frequentiſſimus fuit uſus libidinum ſpurcarum. Vnde & uerba impudentia dicuntur obſcœna. Titi. Oſce, & Volſce fabulantur, nam latine nẽ ſciunt. Plini. lib. xxix. ſub Catonis perſona ait. Barbaros nos uocant, & opici appellatione dedecorant. Iuue. opicos mures fœdos, putidos dixit. Idem. Opicæ caſtigat amicæ. i. quæ non latine loqueret, ſed opice. Quidam aũt opicos aiunt dici q̃ græce neſciunt, etiam ſi latine nõ indocti ſint. Vnde feſtiue mures opici dr a poeta q̃ græca rodebant carmia quæ nõ intelligẽ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fuerunt autem Opici Campaniæ populi qdam a linguarũ colluuione dicti, siue a serpentibus, quasi ophici in quibus numerabantur Baiani. Cumani. Puteolani. Neapolitani. Hæ nanq; urbes Opicoꝝ fuisse dicũtur.

Opifex, pe.cor. ab opera deduci uidet, & artifice atq; operatorẽ significat non mõ reꝝ, sed etiã uerboꝝ. Cic. li. v. Tusc. Aduena qdam ignobilis uerboꝝ opifex insinuat se in antiqua phĩa uidetur. Vñ etiam coqui & blandarũ artiũ sectatores opifices appellant. Idẽ. Oẽs aũt opifices in turpi sunt exercitio. Hinc deũ opificem. i. operatorem omnium reꝝ dicimus. Ouid. Ille opifex rerum. Cuius opus dicitur opificium. Vnde Lact. opus de opificio hoĩs uel dei inscripsit, hoc est de formatione hominis. Potest etiam dici opifex, quasi opem ferens.

Opilio inquit Festus, genus auis est.

Oppilo, as. pe. pro. p duplex pp. significat occludo. Luc. li. vi. Fluctibus aduersis oppilare ostia contra. Cice. in Phil. Tabernis oppilatis. Hinc medici uitium præclusi fractiq; iecinoris, alioꝝq; intus uiscerum oppilationẽ uocant. Fit aũt a pila, quod columnam significat.

Opilio, quasi ouilio, qui oues custodit. Plaut. in Asi. Etiã opilio, q pascit inter alienas oues aliquã habet peculiarem, q̃ spem solet suã. Sũt tũ qui Vpilio nõ Opilio scribãt auctoritate Prisciani, q dicit, õ breuẽ in hoc nomine esse conuersam in u. longam ex ĩarum affinitate.

Opisthographus, pe.cor. uolumẽ non specie libellari, sed uoluminis habiles torqueri a tergo uident appellati, qm̃ utraq; pagina scripti ẽent, aduersa, & auersa minutis lĩis & lituris pleni, a quo fortasse liturarios Ausoni⁹ poeta eos dixit. Alii accipiunt opisthographũ pro eo, qd ita scriptũ est, ut legi postea nõ possit, nisi librariis describendũ mandet. Alii p charta deletili, siue palimpsesto, q a Vlpi. dicat chartæ appellatio etiam ad nouã chartã refert & ad deleticiã. Proide si ĩ opisthographo qs testatus sit, hinc peti potest bonoꝝ possessio, Fit aũt ab ὄπισθεν retro, & γράφω scribo. Pli. iunior. Electorum quoq; commentarios centũ sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidem & minutissime scriptos.

Opisthotonos, rigor, quo caput scapulis annectit, τόνος em̃ rigor dicitur. Inde opisthotonici dicuntur, qui rigore ceruicis inflexibili laborãt. Emprosthotonos, quando mentum pectori annectitur.

Opisthophylaces dicebant, q in pliis terga custodiebãt.

Opisthocomæ dicebantur Euboici qui comam per terga fusam alerent, sicut Acrocomæ Thraces qui antias in frontem muliebriter dimitterent.

Opisthocrepides, calciamentum quoddam fœmineũ.

Opiter. eris. uel opitris dicit, cuius pater, auo uiuo, mortuus est, sic dictus, q obitu patris genitus sit aut q auũ post patrem habeat, id est pro patre.

Oppedo, is. pe. pro. Vide in dictione Pedo.

Oppeto, is. pe. cor. ex ob. & peto. Non aũt ex os. & peto, sicut putauit Seruius, ut sit q̃si ore terrã peto, cũ hi, qui moriuntur, non oẽs ore terrã petant. Significat tñ morior, siue necor, licet plærunq; sine actõ ponat, cum plenum sit. Pli. li. x. Oppetunt non senio, non ægritudine, sed fame. Virg. Contigit oppetere. Cic. cum actõ iunxit li. de diui. Æquius esse cẽsuit maturã oppetere mortem. Idẽ li. i. Tusc. Vestras manus peto priusq̃ oppeto malã pestẽ hostili manu. Et nunc significat incido siue incurro. Seu afflictor aut morior peste. Próprie tñ oppetere significat subire, seu affectare. Oppeto incido in curro. Plau. Atq; illa uiua nimis, ut pestem oppetat.

Oppidũ q̃uis ab ope danda dicat, q opis causa mœnibus cingat, uel ab opere, q opus sit ad uitã gerendã, seu opibus, huius em̃ rei causa mœnia constituta sunt, ut hoĩes opes suas eo cõferrent, ubi nullũ esset hostiũ periculũ, in uersu tñ per duplex pp. scribi consueuit, cũ ab opponendo se hostibus oppidũ qdam dici existiment. Est autẽ oppidũ oĩs urbs, pter Romã q̃ peculiari noie urbs dicta fuit, ut cætera noĩent oppida. Vñ apud Plautum, oppidum & urbẽ indifferẽter legimus, cũ in Persa inquit. Eleusipolim Persæ cœpere in Arabia plenam bonaꝝ rerum antiquum oppidum. Ser. Sulpi. cum numerasset urbes multas, postea dixit. Quæ oppida quodam tempore florẽtissima fuere. Dicebatur etiam oppidum locus in circo, unde quadrigæ emittebantur.

Oppidulum dimi. paruum oppidum. Leo Pa. Infantia mediatoris dei & hominum, iam uniuerso declarabat mundo, cum ad huc exiguo detineretur oppidulo.

Oppidatim aduerbium, id est per uaria oppida.

Oppido aduerbium est, ualde multum. Tractus sermo a colentibus agros, qui cum interrogarẽtur, quantum messium collecturi essent, uolentes ad sufficiẽtiam, & multũ dicere, respondebant oppido. i. ad se, & ad oppidum suffecturas. Hinc uenit in consuetudinẽ, ut de qua cunq; re loquentes, oppido pro ualde multum sumat, ut Oppido lassus sum. Qñ ponitur pro uero, uel statim Plau. Reddidi oẽ auꝝ oppido. Iungit aliqñ cum q̃, sicut ꝓpositio per. Gel. Oppido q̃ libens feci. Cæs. Quib⁹ rebus oppido q̃pauci sub pellibus acquiescebant.

Oppidanus, qui oppidum incolit, sed Oppianus poeta fuit tpibus Antonini pii. Vnde ait, ἔθνεα τοι πάντοθι πολυανθρέας τε φάλαγγας παντοίων νεοδόων τλώων γένος ἀμφιτεί πησ ἱερέως, χάσσ ὕπατον κράτος αὐτῶν νε. Cæsar lib. iii. Commen. Sub uesperꝝ Cæsar portas claudi, milites ex oppido exire iussit, ne quã noctu oppidani a militibus iniuriam acciperent.

Oppidicus eiusdem significationis esse arbitror, cuius oppidanus. Gel. li. ii. Hic ego ad nostros iuuenes conuertor. Quid, inquam, uos oppidici dicitis mihi.

Opto, desydero, uñ optatiuus modus. Qm̃ uero quæ optamus eligere solemus, & adhibitis ẽt precibus postulare, factũ est, ut optare sit frequẽter postulare, & precari. Vir. Si quid ueri mens augurat, opto. Item pro eligere. Ter. Quod si effeceris, quoduis præmiũ a me optato. Hinc optati, electi, & asciti in aliquẽ honestũ gradũ a quo optiones in turmis decurionum appellat æ.

Opitulor, pe.cor. adiuuo, subuenio, ab ope pro auxilio, & tollendo. i. ferẽdo. Sal. Sæpe maiores nñi miserti plebis Romanæ, decretis suis inopiæ eius opitulati sunt. Et proprie in reb⁹ dubiis & malis dĩ. Hinc opitulator.

Opitulus dictus est Iuppiter, quasi opis lator.

Opinio est quæ idoneis firmat auctoribus. Qñq; opinio dĩ spes. Cic. li. iii. offi. Opinionẽ afferunt populo eoꝝ si miles fore, quos sibi delegerint. Qñq; fama. Idẽ ad Cæsarem iunioreẽ. Erat opinio bona de Lepido. Qñq; suspicio, existimatio, iudicium. Plau. in Amp. Prius tua opinione hic adero. Distinguunt phi opinionem a scientia, q opinio incerti sit, scientia uero certi. Item.

opinio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

opinio, ut Speusip. ait, est perceptio cum fide per ratiocinationem discursus rationis, cogitando incidés in uerum & falsum per ratiocinationem.

Opinor pe. p. puto, suspicor, opinioné héo. Lact. li. iii. Id eñ opinat qsq, qd nescit. Illi aũt q de rebus naturalibus disputant, opinant ita esse ut disputant. Nesciunt igitur ueritatẽ, qñ scientia certi est, opinatio incerti. Hinc inopinatũ dicitur, qd præter opinionẽ accidit.

Opinabile, quod opinione concipi potest.

Opinionissimos appellat Cicer. in Horten. philosophos qñ scilicet opinant, tanquam nihil comprehendi possit. Et de se quoq; loquens ait. Magnus qdem sum opinator. Et hoc, & ita Socratis, qui quid sibi uideret, & quid ipse sentiret tegebat, affirmans nihil sciri posse, cuius est illud. Hoc unum scio quod nescio.

Oppignero, ex ob. & pignero. Pignero uero a pignus fit. Et é oppignerare, aliq̃d pignori dare. Mar. Oppignorauit ad Claudii modo mensam uix octo nũmis annulos, uñ cœnaret. Te. Nũ oppignorare filiã meã oportuit? Repignerare, est soluto debito pignus recipere.

Opium succum ex papauere, habens per somnum uim si copiosius sumatur mortiferam.

Oplomachus, pen. cor. quasi cum armis militaribus, & scuto depugnans dicitur. Græci eñ ὅπλον dicunt scutum, τὰ ὅπλα arma, μάχομαι pugno. Mar. Oplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante.

Oppleo, circũquaq;, siue maxie impleo. Plau. in Ru. Sed ante prandiũ uxor me uocat redeo domo, iam meas opplebit aures sua uaniloquentia. Ité opplere est qua si occupare. Var. Alienus odor nares opplet. Cicero ait mentes oppletas tenebris. Varro. Contra mures, & talpas oppleri locum muscipulis dixit.

Opploro, cõtra ploro. Cice. ad Her. At ille qn mihi illũ datis, ac uos auribus meis opplorare non desinitis.

Opon, promontorium Cretæ in occidentem uergens.

Oppono, is, contra pono, seu ex aduerso pono, unde oppositio, contrarietas, oppositũ contrariũ. (dí

Opoponax, succus panacis herbæ q̃ oés morbos sanare

Oporicen uocãt medicamentũ quoddam celebre, quoniam ex pomis fit, quæ a græcis ὀπώρα uocantur.

Oporophylacion, custodia pomorum, uel fructuum.

Oporotheca locus, ubi fructus autumnales habent. Ní opora fructus autũnales, & theca repositorium. Var. In oporotheca mala manere putant satis commode Idem. Et ideo oporothecas qui faciunt, ad aquilõem ut fenestras habeant, atq; ut perflentur curant.

Opobalsamũ, succus balsami, ab ὀπός, οῦ. succus, q præfert oibus odorib⁹, uni Iudææ terræ cõcessum, ut ait Pli. Arbor ipsa balsamum dí, quæ incisa uitro, lapide osseisue cultellis succũ mittit, quẽ opobalsamũ uocãt eximiæ suauitatis. Xylobalsamum, lignum balsami. Carpobalsamum, fructũ balsami dicunt Egesippus libro. iii. putat opobalsamũ dici quia per ὀπὸς. i. cauernas distillat paulatim humor balsami icisis uirgultis

Opos succus. Vnde opobalsamum.

Oportet q̃dam cõpositũ esse putant, ab opus, siue opis, & portet, significatq; expedit, uel utile, aut necesse est. Impersonale uerbũ, ut oportet legere libros. Per passiuum, ut oportet legi libros. In præterito, ut oportuit fecisse hoc. Et fcñ hoc oportuit, sine uerbo aliquo. Ci. Tñ id factũ nõ oportuit. Idem totã rem illi integram seruatã oportuit. Nõ dissimilis huic oño fit p uolo. Idé. Liberis consultũ uolum⁹, etiã si posthumi futuri sint.

Opportunus, per duplex pp. ab ob. & portus, seu portunus cõpositum est. Portunus aũt, qui & Palæmon inter deos colebat, qui portunus pater dicebat. Dicitq; opportunus, q omnibus accõmodat, ueluti portus ab eo, cp nauigantibus maxie utiles optatiq; sint portus. Vñ opportune aduerbiũ. Dicim⁹ aũt opportune accidere, qd pro desiderio nostro accidit. A quo et opportunitas, pro cõmoditate, quemadmodũ ediuerso importunũ esse, & importunũ fieri dicimus, q̃ sunt fiũtq; p̃ter rationẽ loci siue tpis, aut personæ. Virg. de auibus, q̃ cũ nocte tñ uolare soleant, die apparerent. Importunæq; uolucres signa dabant. Propterea importunum hoiem dicimus proca cẽ, atq; molestũ, inquietum, & quasi portu carentem, ui de loco suo.

Opportunitas, tempus in quo unumquodq; aptum est, uel pati uel agere.

Oportune aduerbium. Vide in dictione oportunus.

Ops, opis. ge. fœ. dea est filia Cœli, ex uesta, & soror & cõiunx Saturni, q̃ & Rhea græco uocabulo, hanc putant terrã esse, ἀπὸ τοῦ ῥέω fluo, cp terra affluẽs sit oĩm reę. Eadem Cybele appellat, uel a monte, atq; oppido Phrygiæ Cybelo, ubi sacra eius primo istituta sunt. vel ἀπὸ τοῦ κυβάλου, & ea dea in cũctis casibus esse perhibet, cui⁹ ope humanæ uitæ aliméta q̃runt. Vel dí ops, ab opere per quod fructus frugesq; nascunt. Ab hac opes (hoc est diuitiæ) dictæ, qa diuitias oés in agris esse ueteres æstimabãt. Vel quia oés opes humano generi terra tribuit. Hæc mater deũ dí quia omnia gignit, uel quia in ea fiat omne opus, uel quia opus est ea ad uiuendũ.

Ops uero ge. omnis significat opulentum. A quo inops, p inopulento. Antiqssimi tñ (teste Capro) hic & hæc ops, & cops, pro eo q est opulentus, & copiosus. Præterea ops opem ferens dí. Actius. Quoq; genitor fertur esse ops gentibus. Vñ inops & inopiosum, q̃si sine ope. Vnde ai inopem, inopem consilii dicimus, hoc est sine ope animi, sine ope cõsilii. Vir. Sæuit inops animi. Plau. Sæpe ego multas tibi mandaui dubias egenas inopiosas consilii. Obliqui singulares significant auxiliũ. Oui. de. Rem. Carminis, & medicæ Phœbe repertor opis. Cic. li. iii. Tusc. opis egens dixit. i. auxilii indiga. Aliqñ significant possibilitatẽ. Virg. Non opis est nostræ. In plurali diuitiæ dicunt. Idem. Auxilio tutos dimittam, opibusq; iuuabo. Sed & opem ueteres dixerunt, p opulentia. Cic. li. iii. Tusc. O priami domus septum altisono cardine tẽplum, uidi ego te adstantem ope barbarica. i. opulẽtia, siue opulẽtitate luxuriosa. Qñq; etiã auxiliũ. Cic. ad Quint. fratrẽ. Nũc ita accidit, ut neq; prætores suis opib⁹, neq; studio nostro q̃q̃ proficere possimus. Qñq; possibilitas, seu potẽtia. Oui. lib. iii. Fast. Sed timui magnas Pigmalionis opes.

Opis, huis opis, nympha Dianæ comes, de q̃ Vir. lib. xi. Velocẽ interea superis in sedibus Opim compellabat Vbi prima producitur, cũ in opis, ab ops corripiatur.

Opis etiam nomen ciuitatis, iuxta quam Tigris profluit in mare rubrum.

Opigena, ab ope dicta est Iuno, quã matronæ colebant q̃ ea ferre opem in partu laborantibus credebatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Opalia dies festus Opi deæ dicatus. Et erant post Saturnalia uel eodem die, quo Saturnalia, quoniam Opem Saturni coniugem esse crediderunt.

Opimus, a. um. pe. pro. idem est quod diues, & pīguis, ut Hostia opima, & mensa opima. Vir. Aut spoliis ego iā raptis laudabor opimis. Gelli. formauit cōparatiuum Nā q̄s uenabat feras mēbra opimiora ad specū mihi suggerebat, quasi pinguiora. Inde opime abundanter.

Opima proprie spolia. i. ampla, & magnifica, q̄ dux duci detrahit, dicta (ut Varro inq̄t) ab ope, uel (ut Plut. ait) ab opere, cū sit opus egregiū, ac clarissimū ducē belli parem sibi ductorē superare. Vel ab ope Saturni cōiuge quæ terra credebatur a qua sunt omnia.

Opimo, as. pe. pro. pinguefacio. Col. Hyeme tñ offæ panis uino madefactæ, sicut etiam palūbos celerius opimant, quam cæteri cibi.

Opipar⁹, a. um. & opiparis, & hoc opipare, utroq̄ mō dī. Opiparū antiq̄ dicebāt magnarū opum apparatū ut opiparū conuiuium. Opipares lecti ab Apul. li. ii. dūr mēsæ magnificæ ac precioſæ utpote ex citro & ebore confectæ. Plau. in Per. Satin athenæ tibi uisæ fortunatæ atq̄ opiparæ .i. opulētæ ac magnificæ. Apul. Piscatum opiparem expositum uideo, id est copiosum.

Opipare aduerbium. i. abundanter & copiose. Cic. li. iii. Offi. Opipare a Pythio apparatum conuiuium.

Opimas, atis. opibus refertus, ab opimus, a. um.

Opocarpathon, succus carpathi. Dicitur & Opocarpason. Et numerantur inter uenena.

Oporice, genus quoddam medicamenti ἀπὸ τῶν ὀπώρων. hoc est a pomis arborumq̄ fructibus.

Opulentus, diues, & opibus abundans, q̄ rebus abundat terræ, q̄ si diuitiarū plenus. Plau. in Am. Opulento hoī hæc seruitus dura est. Aug. ad arborē transtulit. Attendentes, inq̄t arborē pulchrā, amœnā, foliis uirentē, fructibus opulentā. Hinc opulētia. Vñ Speu. ait. Opulentia est possessio rerū sic moderata, ut ad fœlicitatē conferat abundantia rerū ad beatitudinem conferētium.

Opulentia, & opulentitas. Plau. Quasi q̄ eius opulenti-
Opulens, idem qđ opulentus. (tatem reuerearis.
Ambr. lib. Hex. Fugienda sunt tentamenta mundi, ne pauper desperet, ne opulens insolescat.

Opulēto, as. dito, seu abundantē facio, fœcūdoue. Co. li. ix. Quippe uillaticæ pastiōes, sicut pecuariæ, nō minimā colono stipē conferūt, cū & auium stercore macerrimis uineis, & oī surculo, atq̄ aruo medeant, & eisdē familiarē focū, mēsamq̄ precioſis dapibus opulentēt.

Opulesco, is. ditesco. Furius. Quo magis in tātis possint opulescere campis.

Opprimo, is. pe. cor. eneco, siue pturbo, habetq̄ in se maiorē uim, q̄ extinguo. Ci. in Le. Quāobrem primū danda est opera, ne qua amicorū diffidia fiāt. Sin aliq̄d tale euenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, q̄ oppressæ uideant, quasi qđ extinguī possit renouari, qđ opprimitur, nō queat. Interdū opprimere ponit pro cōtinere, seu claudere. Plau. in Asi. Os opprime. Interdū pro cōuincere, seu cōprehēdere. Idē ibi. lā faxo ipsum hoiem manifeste opprimas. Interdū pro uiolare, ut Oppressit uirginē. Interdū pro grauare. Cic. Qui hoī tot miseriis calamitatibus q̄ oppsso subueniret. Interdū pro præuenire occupare. Ci. Cas. Puto te iam subpudere, cū hæc iam tertia epla añ te oppsserit, q̄ tu schedā, aut lām. Interdum pro constringere. Vñ compressio, constrictio, cuius diminutiuū est oppressiūcula. Plau. Molles mortiunculæ, papillarum horridularum oppressiunculæ.

Opprobriū, ex ob. & probro. fcat infamiā dedecus, q̄si obiectū probrū q̄ proueniat ad probrū. i. propter scelus cōmissum, ut cū quis cuipiam maledicit. Hora. Sic teneros animos aliena opprobria sæpe absterrēt uitiis.

Opprobro, as. opprobrio do, obiicio. Gel. li. i. Idem Cato M. Cælio, tribunoplebis uilitatem opprobrans, nō loquendi tantum, uerumetiam tacēdi. Frusto inquit panis conduci potest, uel ut taceat, uel uti loquatur.

Opprobramentum. Plautus in Mer. Litigare ego nolo uos, q̄ tuam autem accusari fidē, multo Ædepol, si qd faciundum est, facere damni mauolo, quam opprobramentum, aut flagitium muliebre.

Oppugno, cōtra seu circa pugno nocēdi cā. Ci. pro Sex. Domus ē oppugnata ferro, facib⁹, exercitu Clodiano.

Obsonium dicitur quicquid ultra panē & uinum in cibo adiicitur obson. n. latine esca obsonion diminuti.

Opsono. as. pe. pro. Nam græce ὀψώνιον per ω scribitur. Similiter opsonor deponens, quod idem significat scilicet emo, seu præparo res necessarias ad obsonandū, hoc est aliquid cum pane comedēdum, siue cōuiuandum. Plau. in Cas. Argento parciolo opsonato ampliter. Idem. Cœnæ obsonaui, id est obsonium emi. Ter. in And. Vix drachmis obsonatus est decem.

Opsonito, as. frequentatiuum, sæpe obsono. Neuius. Multi mecum eodem die obsonitauere.

Obsonatus, us. ipsa obsonatio. Plaut. in Tru. Dedi eqdē hodie qnq̄ argēti deferri mīas, p̄tereā unā ī opsonatū

Obsonator, q̄ emit obsonia, & coco ad coquēdū tradit. Sen. ad Luc. Adiice obsonatores qb⁹ dñici palati notitia subtilis est, qui sciunt cuius illum sapor excitet.

Opsopœus, cōcinnator obsonio, ὀψωποιός. i. coquus.

Opsopolis pe. p. obsonio uenditrix. i. q̄ uēdit obsonia.

Optalea frustum carnis assæ, ὀπτάλεος assatus dicitur.

Opto, as. desydero. Vñ optatiuus modus apud grāmaticos. Q̄ñq̄ eligo. Cic. li. i. offi. Quæq̄ maiori parte pulcherrima uideant, ea maxime optant. Vir. li. iii. Optauitq̄ locū regno. Hinc optio p optatio, electio dī. Et optati dūr, q̄ in honestū aliquē gradū sunt electi. Interdū optare est p̄cibus postulare. Vir. Et reor, & si qd ueri mens augurat, opto. Interdū a diungere ascire. Varli. iiii. de ui. pa. adoptatos quotquot ascitos existimauit appellatos, q̄ referentibus centurionibus in cohortes optati subeant ut semp plenæ eēnt legiōes. Huius cōposita sunt adopto, qđ est ualde dēsidero. Plau. ī Cis. Sociā te mihi adopto ad meā salutē. Vatinius. Ego ātquē potius adoptē, q̄ illū, quo defendente uincere didici. Et adoptare est filiū adoptiuū facere. Ter. in Ade. Ego hunc maiorē adoptaui mihi. Adoptio (sicut scribit Caius) duobus modis fit aut principis auctoritate aut mgīatus īperio. Principis auctoritate adoptamus eos, q̄ sui iuris sunt, q̄ species adoptionis, dī arrogatio, quia & is, qui adoptat, rogatur. ī interrogatur, an id fieri patiat. Imperio magistratus adoptamus eos, qui in potestate parentis sunt, siue primū gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia, siue inferiorē qualis ē nepos, neptis, pronepos, proneptis. Coopto, eligo.

Cic. in Bruto.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cicē. in Bruto. A quo in collegiū augurē fuerā coopta tus. Exopto, ualde deſydero, uel ualde precor. Salu. Nā gloriā & honorē, imperiūq; boni, & ignaui ſibi æque exoptant Præopto, anteopto. Terē. in Ecy. Adeon per uicaci es animo, ut puerum præoptares perire.

Optato aduerbium, quaſi cum deſyderio, Teren. in An dria, Optato aduenis.

Optatꝰ deſyderatꝰ, & q in honeſtū aliquē gradꝰ ē electꝰ.

Optabilis. Cice. Luceio. Quæ & ſi nobis optabiles in ex periendo non fuerunt, in legendo tamē erunt iocūdæ.

Optio coadiutor dicit̄ ab optādo, ut Vege. ait, q̄ antece dētibus ægritudine prepeditis, ii tanq̄ adoptati eorum atq; uicarii ſolent uniuerſa curare, ut nihil aliud ſit op tio in re militari, q̄ adoptatio, q̄m cēturio aut decurio optabat ſibi reē priuatæē miniſtrum quo facilius pub lica obiret negotia. Plau. in Aſi. Optionē tibi ſumito leonidā. Vñ a iuriſcōſulto titulo de pœnis damnatorū dictū eſt. Ita neq; ſpiculatores ultro ſibi uendicēt, nec optiones ea ſibi deſiderent. Is aūt dabatur adiutor cen turioni a tribuno militum. Optio etiam electio ſim pliciter, ut apud Hierony, in uita Pauli.

Optimus ſuperlatiuum eſt a bonus.

Optimitas. utilitas, cōmodū. Plau. Maximas optimita tes gaudio effertiſſimas ſuis heris illa vna mecū pariet.

Optimi quoq; dicimus, ſicut boni.

Optimates pe. pro. ſunt qui primū in ciuitate locū tenēt uel q̄ opulētiores ſūt, & in maiori cēſu, uel q̄ in primis opē ferre poſſunt oppreſſis. Cice. p Sex. dicit optimates eos eſſe, qui ita in rep. ſe gerūt, ut ſua conſilia optimo cuiq; probent̄, populares uero q ea faciebāt & dicebāt q̄ multitudini iocunda eſſe uolebāt. Idē ibi optimates ſūt oēs q neq; nocētes, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti, Priſ. lib. v. Optimates ſūt q defendūt ſenatores, populares, q defēdūt populū.

Opticus. a. um. pe. cor. idem quod uiſiuus, ſiue perſpecti uus, ut uirꝰ optica. i. uiſiua. Vnde pars geometricæ diſ ciplinæ vna dicit̄ optice. i. perſpectiua, quæ ad oculos pertinet, quæ cauſas reddit, cur uiſiones ſubinde fallāt ut quæ in aqua conſpicitūr, maiora ad oculos fiant, quæ procul ab oculis ſunt minora.

Opus. eris. quære in dictione opera. æ.

Opus opuntis ciuitas in Locris. Ouid. de Pont. Facta cæ de puer Patroclus Opunta reliquit. Hinc opuntius. a. um, ut Sinus opuntius in Ægeo.

Opuntii populi phocenſibus & bœotiis finitimi fuere,

Opulus pe. cor. genus vineæ, ubi traduces poſſunt fieri uitium, ut Mediolanenſes faciunt in arboribus, quas uocant opulos.

Oppuuio. is. Vide in dictione paulo. is.

O ante Q

Oquiniſco. is. ex ob, & quiniſco, q̄uis qniſco nō legerim Vnde & conquiniſco, ſed b abiicitur, ſignificat inclino Pomp. in Epi. Niſi cū aliqs ſubito obuiā occurrit mihi qui oqniſcat. Cōqniſco uero (ut Priſ. inqt) caput incli no. Sed Plau. in Ciſ. p indignor poſuit. Faciendum eſt puerile officiū conquiniſcā ad ciſtulā Feſt. uero cōqne re, deputare. vnde cōquiniſco uidetur eſſe formatum.

O ante R

Ora extremitas cuiuſq; rei. Vir. Et mecū ingentis oras euoluere belli. Hinc ueſtimentoꝝ extrema oræ dīr. Et regionū terrarūq; fines, & inſup mariti mæ ipſæ regi ones, ut Arma uirūq; cano Troiæ qui primus ab oris Italiā fato, pfugus lauinaq; uenit Littora. Sciendū eſt q̄ Pli. cū orā dicit, fere ſemp regionē littorālē appellat apud quē, ueluti peculiaris eſt talis locutio. In ora ſūt ciuitates, & oppida oræ ꝓxima. Quæ uero remota ſūt ab ora, elegāter in mediterraneo eſſe dīr. hinc ſoluere orā, uſurpatum eſt, p eo quod eſt enauigare & ab ora hoc eſt littorali regione ſoluere retinacula nauium & diſcedere. Quin. Permittam⁹ uela uētis, & orā ſoluenti bus bene p̄cemur. Sūt q dicāt orā etiā ſignificare nauti cū funē, quo nauis ad terrā ligat̄, Allegā tq; Quin. dicē tē. Permittamus uela uētis, & orā ſoluētibus bene prece mur. Li. li. xxviii. In ipſis quoq; trepidatū nauibus, dū ne hoſtes cū ſuis irrumperent, trahunt ſcalas, oraſq; & anchoras, ne in molientibus mora eſſet, p̄cidunt, vnde etiā vulgariter dī, in lora de laqua. Cæterū eruditi ne gāt orā inueniri pro fune nautico, apud idoneos auc to res, cū ne in Liuio quidē oras, ſed lora (ut ex uetuſto co dice ſcriptū reperiē.) Quibꝰ ego quoq; cēſendū iudico Nō em̄ apud Liuiū oras, ſed legendū eſt, ſicut alibi lib. xxii. ſcribit̄. Alii reſolutis oris, ut anchoram euellerēt.

Oram maritimam græci uocant acten, ut Gell. oſtendit Vulgus autem riperiam appellat.

Orata genus piſcis a colore auri, quaſi aurata, q̄ orum, pro aurū dicūt. Dicitur etiā aurata. Mar. Non oīs lau dem p̄ciumq; aurata meretur. Fuit etiam cognomen Sergii Romani uiri, quod ab hoc piſce ſortitus eſt.

Oro. as. ſiue orare, pe. cor. Et hoc q̄uq; iungit̄ cū Deo, uel cū hoīe. Terē. in An. Qd̄ ego te p hāc dextrā oro, & in geniū tuū p tuā fidē te obteſtor, ne abs te hāc ſegreges. Q̄nq; uero cū re ſignificat peto. Idē i Eu. Vnū uos oro, ut me in ueſtrū gregē recipiatis. Interdū orare eſt age re, dicere, & tūc ſolo actō contentum eſt. Terē. in Phor. Seruū hoīem cauſā orare leges nō ſinūt. Vñ oratores cauſarū actores dicti, quos græci ῥήτορας uocant, q̄uis orator a rhetore ſeparet̄, q̄ orator ſit q in iudiciis uel cōcionibus cauſas agit, rhetor, q rhetoricen profitetur Itē oratores legati uocāt̄, q̄ pricipis aut reip. mādata p agant. Vir. li. xi. Centū oratores prima de gente latina Ire placet, Itē quicūq; aliquid rogat, orator dici poteſt. Cōpoſita huius uerbi ſunt. Adoro, exoro, qd̄ eſt orādo impetro unde orator dī, dū orat. Exorator. cū impetra uerit. Teren. in Heau. Orator ad uos uenio, ſinite exora tor ſiem. Exoratus dī, a quo qd impetratū eſt. Deoro, & peroro, quæ ſignificant, orationem concludo.

Oratio duobus modis accipitur. Primo ut cōſyderatur a grāmaticis, q̄ eſt (ut Hie. inqt) oīs ſermo eloquētium cuius etymologiā ſic explicat. Et diffinit̄ hoc mō. Orō eſt dictionū ordinatio congruā perfectāq; ſententiā de monſtrās. Impropriē ſola pars facit orationē, ut ſi dico lege, & ille reſpondeat legam. Itē oratio actio dī, q̄ in ſe ſuaſionē & diſſuaſionē habet, ut ſūt orōnes tullianæ item ſumit̄ pro ſermone quotidiano. Teren. Quid ſibi uult Syre hæc orō? Itē pro generali cōtextu uocū a uer bacula ſeiunctaꝝ. Hinc orō proſa, uel pedeſtris. Ariſto teles. oratio eſt uox ſignificatiua, cuius partes aliquid ſeparatæ ſignificant. Oratio eſt oris ratio. Secundo, ut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in ſacris ſcripturis accipitur, eſt q̄ ad preces,& obſecra tiones pertinet,ut Exaudi deus orationem meā,inten de deprecationi meæ. Huius diminu. eſt oratiuncula.
Orator,eſt uir bonus dicendi peritus,qui in cauſis publi cis & priuatis plena & perfecta utitur eloquentia.
Oratoria.æ.ſciētia,qua quis orator effici poteſt. Augu. lib.ii.Confeſ In qua urbe iā cœperant litteraturæ,atq; oratoriæ percipiendæ gratia peregrinari.
Oratorius.a.um,quod oratoris eſt,uel qđ ad oratorē p tinet,ut ars oratoria. Oratorie ſigñat more oratorio.
Oraculum,ab ore dictū eſt,ut inquit Priſ. Cice.lib.Top. oracula ex eo ipſo appellata ſunt,q̄ ineſt his deoꝝ ora tio. Vñ & p reſponſo accipiť. Sene. Vnū illud optimū oraculū eſt,pugnandū eſt pro patria. Vir.Scitatū ora cula Phœbi mittimus. Qñq; ponit pro templo,in quo reſponſa dātur. Item pro dicto alicuius. Vnde dicim⁹ Oraculū Catonis eſt. Quandoq; dicitur vnū ex quinq; quæ uidere uidemur,dum dormimus. De quibus in dictione Somnus.
Orariū dici poteſt,qđ ori & genis & capiti ſupponūt dor mituri. Et ſic ab os oris deducit. Hiero.ad Nepo. Quod ſudariū,orariūq; nō habeas. Orariū etiā ſumit p ueſte q̄ ſacerdotes utunt,ſtola vulgo dicta,dū orāt.i. prædi cant. Amb.de obitu ſatyri. Et eū ligari fecit in orario & orariū inuoluit in collo. Vñ diſt.xxiii.ſcribit. Vt oīs ſacerdos,dum ordinat orario utroq; humero ambiat,
Orea,æ.ab ore fit,& ſignificat frenū,dictū q̄ ori inferat, nam aurea eſt,quæ ad equorum aures religatur.
Orificium ea forma dicit,ſicut opificium,ab ore. Eſt eū ſummū os,& hiatus. Vnde Macro.ſcribit duo eſſe uen tris orificia, quoꝝ ſuperius erectum recipit deuorata q̄ & in follem uentris recondit. Inferi⁹ uero demiſſum inteſtinis adiacentibus inferitur,& inde uia eſt egerēdi
Orbis,circulus.hinc mūdus a rotūditate dicit orbis ter rarū,quoniā eius forma in ſpeciē orbis abſoluti globa ta eſt. Alias orbis ponitur pro ſphæra,ut nouem orbes ſphærarū auctor Macro. Orbes etiā q̄ñq; dicunt ocu lorū foramina frontis intra quæ latēt oculi. Sta. Tum uacuos orbes. Prud. Illic utriſq; obtutib⁹ orbes cauatos præferēs baculo regebat primo errore nutantē gradū Sed & ipſa lumina ſic appellantur. Lactan. Orbes ipſos humoris puri ac liquore plenos eſſe uoluit,
Orbiculus dimi. Augu.li.xiii,ciui.dei. Neq; ei continuo concedendū eſt globos iſtos luminum ſiue orbiculos luce corporea ſuper terras,ſeu die,ſeu nocte fulgentes.
Orbicular⁹,a.um.qđ in orbē & circuitū factū eſt a figura orbis in rotūditatem circumacti ut Poma orbiculata.
Orbita,æ.pe.cor.rota.ſiue currus. Vir.li. iii.Ge. Iuuat ire iugis,qua nulla prioꝝ Caſtaliā molli diuertitur orbita cliuo. Et orbita ueſtigiū decurrētis in uiis rotæ ex cur ſu. Pli.li.viii. Idē vbicunq; ſint orbitā ſi trāſiere, mori untur,ſ.mures. Hinc exorbito,as.de quo alibi. Itē orbita rotunditas. Virgi.in Ætna. Scire modum,& quanto mi nor orbita lunæ eſt.
Orbio,is.iui.itum.circūeo. Nonius de priſcis dictionib⁹
Orbicū per orbē ductū,ſeu circularē. Var. Vt ſidera cæ li circa terram,atq; axem voluuntur motu orbico.
Orbus proprie dicit oculorū luce priuatus. Iuue. Dudū uigilantibus orbis. Per tranſla. orbi dicuntur,quicunq; aliqua re cara priuati ſunt. Hinc patres amiſſis liberis, quaſi amiſſa oculoꝝ luce, orbi uocant. Hinc orbitas, illa patrum qualitas poſt amiſſos liberos,& uxoris ui duitas poſt amiſſum maritū. Quin. Non habet orbitas ueſtra lachrymas,ſuper ardentes rogos. Similiter orbi dicuntur orphani. Teren. Orbæ qui proximi ſūt uxorē ducāt. Hinc orbitas,orphanitas. Plau.in Ca. Quid hoc eſt ſcælus,quaſi in orbitatem filios produxerim.
Orbitas,tam parentū,quam filiorū dicit. Vide in orbus.
Orbelia regio ab Orbelo monte dicta.
Orbo,as.idem eſt quod priuo. Lactā.li.iii. Et orbant ho minem ſuo proprio ac ſingulari bono. Hiero. ad Ale tam,Et marito ſimul orbaberis,& filiis.
Orca genus beluæ marinæ,balænis infeſtū. Hora.in Ser. Nō alia,q̄ qua Byzantia putruit orca. Ad huius ſimili tudinē genus quoddā uaſis dictū eſt orca. Perſi. Redde ret anguſtæ collo nō fallier orcæ. Vbi Probus interpre tatur amphoræ ſpeciē. Oīno apud ueteres & uinariū & olearīū uas erat. Itē Salgamariū,ut in quo fici quoq; aſſeruabantur. Pli.lib.xv. At ubi copia ficoꝝ abundat, implent orcæ in Aſia cadi. Itē Salmētariū, hoc eſt,ſalſa mētariū. Quidā etiā orcā accipiūt pro uaſculo luſorio quo coniecti tali,agitatiq; emittunt in tabulā aleato riā. Et a Mar.dī turricula eximitatiōe græcæ dictionis quā latini uſurpāt,pyrgon. Pli.li.xxxv.p capſa pigmen torum muliebrium poſuit cum ait. Vſta caſu reperta incendio pyræ ceruſa in orcis cremata.
Orcula dimi.ab orca. Cato.de re ruſt. Ciminū,fœniculū rutam,mētham in orculam condito. Hinc quidam ur ceum,& per diminutionem urceolum deducunt.
Orchades pe. cor. inſulæ Oceani ſeptentrionalis ultra Britanniā & Hiberniā nūero.xxx.ſecundū Pōpo. parū inter ſe diſtātes. Eſt & hoc nomine oliuæ genus. Vnde Virgi. Orchades & radii & amara pauſia bacca.
Orchites pe.cor.genus oliuaꝝ,q̄ a teſticulis nomē ſum pſerunt,ut inquit Ser.lib.iii.Geor. Nā ὄρχεις teſtes dīr. Vnde etiam uocantur teſticulares oliuæ.
Orchis herba quæ & Cynoſorchis,quaſi caninus teſtis.
Orcus fluuius infernalis,ab urgendo dictus,q̄ in mortē urgeat,ut inquit Feſt.quia antiqui e pro g ponebant. Quidā ab ὅρκος qđ eſt iuramētū,ſiue iuratio deducūt, q̄ per illum.i. ſtygem paludem a qua profluit iurabāt dii,nec peierare licebat. Proprie aūt Orcus obſcuritas inferoꝝ. Et orcus apud Homerū Theſſaliæ fluui⁹ ſcribi tur,qui Peneo olei inſtar ſupernatat. Et orcus Pluto.
Orcheſtra,ſpaciū in theatro,in quo ſenatoꝝ & honori ficentiſſimoꝝ erant loca deſignata,& ſcænici artifices ſuas p orcheſtrā preſtant actiones,ut ſcribit Vit.li.v. Cuius pulpiti altitudo non erat quinq; pedibus altior, ut ſedentes ſpectare poſſent omnium agentiū geſtus, Dicta orcheſtra,q̄ in ea ſaltationes fieri cōſueuiſſent. Nam apud græcos ὀρχέομαι,tripudio,ſalto. Sue. Dein de in orcheſtrā,ſenatūq; deſcēdit,& orationis quidem carminiſq; latini coronā,de q̄ honeſtiſſimus quiſq; cō tenderat ſumpſit. Iuue. poſuit pro ſeſſione ſenat⁹ & pri moꝝ cum ait. Similemq; uidebis orcheſtrā,& populū.
Orchomenus pe.cor. theſſaliæ mōs,a quo orchomenū.
Orchomenum oppidum quondam ditiſſimum,ac potē tiſſimum. cui Thebanos olim tributa ſoluiſſe conſtat. Hinc orchomenius.a.um. Orchomenioꝝ rex Eteocles fuit,qui primus gratiaꝝ templum extruxit. Et Ariſto

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

clides eius tyrannus fuit,qui Stymphalidem uirginem quandam adamauit,ut ſcribit Hiero. Vide in dictione Stymphalus. Hiſtorici alteram Orchomenũ tradiderunt,quæ euboiæ urbs eſt,& inſula vna ex cycladib⁹ in euboico mari,in qua Titani regnaſſe dicunt. Eſt & Orchomenon fluuius ut Pli.& Stra.teſtantur.

Orcomana pro lecto funebri apud Martialem ponitur.

Orci familia p defũcto ponit. Vide in peculiũ,pſerpinæ.

Orme impetus,perturbatio. Inde Ormũ canticũ dictum impetuoſum,& alacritati bellicæ accomodatum.

Ormao impetum facio.

Ordior.iris.orſus.& orditus.teſte Priſ. præteritum facit, ſed cũ facit orſ⁹ ſignãt fari ĩcipio. Vir. Veneris contra ſic filius orſ⁹. Li.li.i. Vn⁹ rẽ excõpoſito ordit.i.narrare incipit. Vñ exordiũ principũ orõnis. Ponit etiã ſimpliciter,p incipio. Ci.li.v. Tuſ. Vnde igitur rectius ordiri poſſumus,q̃ a cõmuni parẽte natura, quæ qcquid genuit nõ modo aĩal,ſed etiã qd ita ortũ eſſet ex terra, ut ſtirpibus ſuis niteret,in ſuo genere perfectũ eſſe uoluit Orſũ aliqñ poetæ,p eo qui finit,abuſiue poſuerũt. Vir. Sic orſus Apollo Mortalis uiſus medio ſermõe reliqt Hic aborſus. Cum aũt facit orditus,ad telæ uel alterius hmõi cõpoſitionẽ ſpectat. Hiero.in Eſaia. Et telã quã orditus eſt. Vir tũ in Culice. Atq; ut araneoli tenuem formauimus orſũ. Veteres etiã ordio protulerũt. Afra. Aſpecta tamen,animo me ordire oportet. Compoſita ſunt Abordior,exordior,& reordior.

Orſus.a.um.ĩ ſignificatiõe actiua. Vir. Sic orſus ab alto Liui.in ſignificatione paſſiua poſuit,p incœpto, cũ li. i. ait Vt orſus tãti operis ſucceſſus proſperos darent.

Ordo digeſtio.& in ſuo cuiuſq; loco collocatio,uelut in acie fit,ubi pedites,ubi alæ,ubi cætera,uel in ciuitatib⁹ ut ordo ſenatorius,ordo equeſtris. Accipit q̃q; p ipſis hoĩbus. Cice. Qui apud oẽs ordines eſſet gracioſus.i. apud oĩm ordinũ hoĩes. Salu. Sæpenumero P.C. multa uerba in hoc ordine feci.i.in ſenatu. Aliqñ referẽ ad fortunas. Vñ Dõna. exponẽs illud Ter. in Eu. Quendã mei ordinis,p paupere. Sic honeſti ordis hoĩes dici poſſunt opulẽti. Inde fiũt ĩterordo.& interordiniũ de qb⁹ ſupra,

Ordinarius.a.um,in quo ſeruat ordo. Extraordinariũ, quod fit extra ordinem.

Ordinarius dicitur homo ſcurra,& improbus,quiq; aſſidue in litib⁹ morat,ob eamq; cauſam in ordine ſtat prætorem adeuntium. Siue per contrarietatem quia minime ordinate uiuit ut ordinarius.

Ordoluceæ,populi fuerunt in Anglia arduis montibus proximi,apud quos(ut Taci,ſcribit) Hoſtori⁹ dux Romanus Carataccum in Anglia imperantẽ proſtrauit.

Ordino.as.diſpono qui cuiq; locus eſſe debeat,a quo fit Præordino,ante ordino.

Ordeſſus fluuius maximus Scythiæ,qui ab oriente profluit,miſcetur q; cum Iſtro.

Oreades,nymphæ montium,ἀπὸ τοῦ ὄρεος qd̃ mõtẽ ſcat.

Oreni populi celtiberis proximi ab auſtro.

Oretus Siciliæ fluuius,apud Panormum.

Oretæ,gens Indica,ut ſcribit Stra.poſt Arbin amnẽ arrianoꝝ,quos Pli.li.vi.ait,nõ Indoꝝ,ſed,ppria uti lingua

Oreus,dictus eſt Liber pater,a montibus, in quibus ei fieri ſacrificia ſolebant.

Ore tenus,duæ partes ſunt. Gelli. Guttum ſamium ore tenus imprudens inane, tanq; ſi ineſſet oleum affert.

Orexis græce,latine appetit⁹,ſeu eſuritio,dr̃ ab ὄρεξις quod eſt appeto. Quidam etiam pro uomitu accipiũt Iuue. Rabidã facturus orexim. Idẽ. Hinc ſurgit orexis hinc ſtomacho bilis. Hanc ueteres ut excitarẽt bibere largius ſolebant,deinde euomere.

Oreſtes nomen uiri ſic dictus ob ferinam agreſtemq; & montanam naturam,

Organa p excellentiã dicunt oĩa muſicoꝝ inſtrumenta ſicuti docet Augu.nõ ſolũ organũ illud qd grãde eſt,& inflat follibus, qd multis meatib⁹,quaſi cicutis impatibus,unde uox erũpat,& cõcentũ cũ bõbulo emittat ſed qcquid aptat ad cantilenã & corporeũ eſt organũ dr̃. Iuue. p cithara poſuit prætoribus organa ſemper in manibus,denſi radiant teſtudine tota Sardonyches criſpo numerant pectine chordæ. Eſt & organũ inſtrumentũ quoddã ædificii Victru.lib.x. Inter machinas,& organa id uidet eſſe diſcrimẽ,q machinæ pluribus operibus in maiores coguntur effectus,ut baliſtæ,torcularũq; præla. Organa aũt unius operæ ppoſitũ utiſcorpionis. Apud Col.li.iiii.ſumit p inſtrumẽto ad metiendũ apto,ubi ait Sic cõpoſitũ organũ, cũ in ſulcum dimiſſum ẽ litẽ domini,& cõductoris ſine ĩiuria deducit

Organarii,organorum fabricatores. Iuli. Firmicus li.ii. ſcribit Mercuriũ,cum Venere in.vi.ab horoſcopo facere organarios,& myropolas.

Orgia,ſacra fuerunt,quæ diis ĩmortalibus fieri ſolebãt ἀπὸ τοῦ ὀργᾶσ,ut inquit Euſe.li.prepara. hoc eſt a furore, quia ſacrificantes diuino quodam furore corripi uidẽtur Hinc abuſiue ſacra liberi patris dicta ſunt orgia.

Oricos ciuitas Epiri a Colchis condita,a qua Terebynthus oricia dicitur.

Oria,nauis piſcatoria. Plau. Malo hunc alligari ad oriã ut ſemper piſcetur,& ſi ſit tempeſtas maxima, aſpirat tamen hæc dictio ab aliquibus.

Orichalcum, æs aurei coloris, quod in magno precio, apud ueteres fuit,Græci ὀρείχαλκος,ab ὄρος,qd eſt mõs quia in montibus foditur.

Origanum,pe.cor. herba cuius diuerſæ ſunt ſpecies,Nã quoddã dr̃ heracleoticũ agreſte,& othimin. Pli.ſcribit origanũ eſſe,qd in ſapore cunilã æmulat,p̃imaq; ei⁹ eſſe gña Othimin, uel praſion appellari nõ diſſimile hyſopo,tragoriganon ſimilius eſſe ſerpillo ſylueſtri,

Orion,quaſi urion,dictus eſt filius Enopionis putatus, ex urina triũ deoꝝ,Iouis, Neptuni, & Mercurii natus. Oui.in Faſt.ait. Hic apud Meſſanam portũ ſtructo aggere in Bœotiã conceſſit. Inde inter aſtra receptus eſt, aũ tauri ueſtigia. Sũt tñ q græce ab aquaꝝ inũdatione ſic dictũ ueliũt,q eius tpe hẽt ortum hyems,& mare ac terras tempeſtatibus turbat,ὀρίνω eñ turbo,& cõcito ſignãt Plau. iugulam uocat,q ſit armatoꝝ gladius ſtellaꝝ fulgore terribilis. Hic ſi fulget ſerenitatem,ſi obſcurat tempeſtatẽ denotat. Vir. Fluctu nĩboſ⁹ oriõ.

Origenes pe.cor. nomẽ propriũ auctoris eccleſiaſtici cuius dogmata damnata ſunt,quũ uarios errores incidit,quos Aug.li.de hæreticis cõmemorat. A quo Origeniani dicti ſunt,qui eos imitant,fuit & alius origenes.

Orithyia,boreæ cõiunx filia Erichthei Athenaꝝ regis, quã in uentũ conuerſam ferunt, hoc etiã noĩe dicta eſt Amazonũ regina,q̃ Marpeſiæ mũi ſucceſſit in regno.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Orithos uero urbs fuit inter Macedoniam & Epirum.
Oriza,ſpecies frumenti folio carnoſo, altitudine cubitali,flore purpureo,ex qua Italici ptiſanã faciũt.Hora. in Ser.Sume hoc ptiſanariũ orizæ, cãdore grana commendantur in cibo ad iuſcula teſtuacia.Seritur menſe Martio,& aquis clauſis irrigat,uulgo riſum appellãt.
Orior,oreris.& oriris,pe.cor.participiũ tñ oriturus,& ortus hẽt.Oui.li.x.Meta.Tu quotiẽs oreris, uiridiq; in ceſpite flores.Significat naſcor,qñq; ſurgo ꝑdeo,uñ oriri ſolẽ dicimus.Huius cõpoſita ſũt aborior,adorior,coorior,exorior,oborior,& ſuborior,& perorior,q̃ ſignificãt ſm uim ꝓpoſitionũ cũ quibus iunguñ.Li.Tũ uero coorto tumultu terga uertere ſimulãtes,paululũ ceſſere,Oborior,& ſuborior eiuſdẽ fere ſignificationis, hoc eſt ſubnaſcor,ut Obortæ ſũt lachrymæ. Subort⁹ eſt rumor.Exorior quoq;,& perorior. Ci.li.iii. offi. Exoritur Antipatri ratio ex altera ꝑte.i.apparet,uel aſciſcitur. Similiter dicim⁹ Obortæ ſũt lachrymæ,& ſubortus eſt rumor.
Oriẽs,& participiũ eſſe poteſt,& nomẽ ſubſtãtiuũ,gene.maſcu.ut cũ per ſe dicitur oriẽs.ut Ab oriente in occidentem pergit ſol.
Oriundus,q originẽ ducit,q̃ ex eo loco parẽtes eius fuerũt.Ortus uero ex loco ꝓſonaue pñti.Li. Nati Carthagine,ſed oriũdi a Syracuſis. Inuenit tñ oriũdus ꝑ orto Col.li.i.Nã quẽadmodũ ſapientis eſt fortuitos caſus magno aio ſuſtinere,ita demẽtis eſt ipm ſibi mala facere fortunã,qd facit,q neq; uicinũ ſuis nũmis parat, cũ a primis cunabulis,ſi modo liberis parẽtibus eſt oriũdus,audiuiſſe potuerit.Amb.aliter uſurpauit,cũ inqt Sciãt oẽs ſolẽ auctorẽ nõ eſſe naſcentiũ, dei clementia terras relaxat,dei indulgẽtia prorũpere facit fructus. Quõ ſol uiuẽdi uſũ miniſtrat oriũdis,quãdo illa prius diuinæ operationis uiuificatione ſũt edita,q̃ ſol in hos uiuendi uſus ueniret oriundis.i.qui naſcituri ſunt.
Originarii,qui ex adſcriptitiis nati ſunt in ipſo ſolo,ut diſt.liiii. (pa originalis.
Origo,pe.pro.genus eſt.Vñ originale adiectiuũ, ut cul
Ortus,a.um.participiũ modo natus,ut Ego ortus ſũ Bergomi,modo qui reſurrexit uel prodiit,ut ortus eſt ſol.
Ortus.us.nomẽ,ſignificat natiuitatẽ.Cice. Nõ nobis ſolũ nati ſumus,ortuſq; noſtri partẽ patria uẽdicat,partem amici.Interdũ ſurrectionem,ut ſolis ortus.Interdũ locum in quo ſurgit,ut Ab ortu ſolis uſq; ad occaſum.
Ortus.ti.locus in urbe,uel in uilla,in quo arbores,herbæ & olera oriunt.Vñ ab oriẽdo dr q̃ in hac agri ſpẽ plures,q̃ alibi herbæ ꝑ totũ annũ oriant,& oĩa q̃ in ortis oriunt,ab oriẽdo olera dñr.Apud Catonẽ,& Varronẽ ortus eſt ſuũ ſingulis arboribꝰ q̃ſi domiciliũ & cubile certis incluſũ finibus.Apud antiquos oĩs uilla ortꝰ dicebaſ q̃ ibi q arma capere poſſent, orirent.Sũt qui ita ſe parẽt,ut ortꝰ,tã ſingulari,q̃ plurali nũero ortũ olitoriũ idẽ herbaꝝ ſignificet. In plurali dũtaxat arborariũ qui a noſtris pomariũ,a græcis παραδεισος, paradiſus uocaſ,ut orti Saluſtiani. Quidã tñ aſpirãt,ut differat a participio,& noĩe ortꝰ.Alii in medio aſpirandũ cenſẽt,ab orthos qd eſt rectũ deducẽtes,qñ in rectas q̃ſdã lineas diſtinguatur.Ab ortus fiunt diminutiua.
Ortulꝰ & orticellꝰ.Epicurꝰ primꝰ orti mgr exiſtimatꝰ é
Orthiũ Carmẽ palladis bellici ardoris incentiuũ.Suid. docet ὀρθιον eſſe νόμον κιθαρῳδικὸν.i.legẽ citharœdicã
Orti penſiles,qui ſupra ædificia facti,uel ſupra colũnas erecti pendent.
Orti heſperidum memorabiles habentur,in quibus ole aſtri tantum uiruerunt.
Orno,as.pulchrũ facio.Cice.li.i.Tuſ.Nocturnamq; cœli formã undiq; ſideribus ornatã.Et ornare præparare, aptare,qd lingua uernacula dicimꝰ,meter in ponto. Plau.in Cap.Ego ibi ut cõueniã ſenẽ dicã,ut ſibi penũ aliud ornet.Idẽ in eadẽ.Nõ ornatis uos iſtic apud uos nuptias.Item honorare.Cice.Cæſari. Neq; ulliꝰ officii certũ nomẽ peto,beniuolẽtiã tuã,liberalitatẽ peto,neq; impedio quo minꝰ,ſi tibi ita placuerit,etiã hiſce eum ornes gloriæ inſignibus.Huius cõpoſita adorno, quod eſt deſup orno.Li.li.i. Flaminẽ Ioui aſſiduũ ſacerdotẽ creauit,inſigniq; ueſte,& curuli regia ſella adornauit. Eſt etiam adornare,bene apparare .Plau.in Caſ.Intro abi uxor,atq; adorna nuptias. Exorno & ſuborno,de quibus alibi.
Ornatus,a,um.q bonis artibꝰ iſtructꝰ eſt,ſiue q honores adeptus eſt a populo. Et bene aptus,ut miles, aut gladiator,& acturus fabulas,atq; etiam ornatus cultus.
Ornatus.us.accipitur pro cultu,quo quis ornatur. Vnde dicimus ornatum regium.
Ornamentum, ornatus, apparatus & quandoq; honor dicitur.Cice.Licinio.Suſcepiq; mihi perpetuã propugnationẽ,ꝑ omnibus ornamentis tuis id eſt honoribus.
Ornis græce latine ales gallina.
Omithon,auiarium. Nam ornithas græci aues uocant. Varro. Ornithones auiaria ſunt,in quibus ſtabulantur turdi,pauones,& omnes alites,quæ ĩtra parietes uillæ ſolent paſci. Apud græcos ὄρνις.θος ſcribitur.
Ornithotrophium,idem eſt,quod ornithon.
Ornithoboſcion,locus ad paſcendum gallinas,& aues. Var. De his qui ornithoboſcion inſtituere uolunt.
Orontes,nomen uiri & nomen fluuii,qui diuidit Syriã ab Antiochia.Hic ab interiore Syria caput tollit mox inter Apameam & antiochiam demergitur in hiatũ quem charybdim uocant, Typhon antea dicebaſ a Typhone gigante illic fulminato,ut inquit Stra. Mox ab eo qui ripas ponte iunxit orontis nomen accepit. Eſt & nomen montis, inter quem & Orontem fluuium urbs Antiochia poſita eſt.Hinc orontæus.a.um.Prop. Aut quod orontæa crines perfundere myrrha.
Oropygium. Vide in dictione Vropygium.
Orobii dictio græca qua ſignificantur populi in montibus uitã agentes,quales ſunt Bergomates noſtri,quos Plini.Orobios appellat,
Orphanotrophium locus ubi filii orbi,& parẽtibus priuati nutriunt.Orphanotrophi dicunt ꝓpoſiti nutriendis orphanis. Vñ apud Iuriſcon. ſcribitur Orphanotrophos huiꝰ inclitæ urbis defendere ac uidicare debemꝰ.
Orphanus,qui caret patre,præſidioq; paterno,quicq; ſũ mopere illius opem deſyderat. Græcũ eſt.Pupillus,q̃ caret patre,ſed non preſidio paterno.cũ tutore iuuet.
Orpheus,poeta, ſeu uates Calliopes & Apollinis filius, thrax,hic lyræ ſtudioſiſſimus extitit,quã dono a Mercurio habuit.Fuit & alius Orpheus Oeagri filius,unus ex Argonautis Ciconum rex.
Orpheus,a.um.idem quod Thracius.Mar. Quicquid in Orpheo Rhodope ſpectaſſe Theatro Dicitur exhibuit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cæſar arena tibi.
Orthæ dicuntur a græcis Meniana ædificia.
Orthos græce,latine rectꝰ dr̃.Sed in cõpoſitione tantũ.
Orthoo dirigo.
Orthographia,recta ſcriptura,uel recta pictura.
Orthodoxus,homo rectæ opinionis ſiue ſententiæ, aut fidei,δόξα enim gloriam, exiſtimationem,ſiue opinionem,& ſententiam ſignificat.
Orthodoxia recta opinio.
Orthogonius,rectus angulus,q̃ ex utraq; parte æq̃lis eſt.
Orthopnoici,aſmatici dr̃,q̃ eã anhelitus difficultatem habẽt,ut niſi recta ceruice ſtent,ſpirare non poſſint.Orthopnoea ipſa paſſio. Orthon eñ rectũ πνῶ ſpiro.Eſt eñ circa fauces malũ,qđ apud græcos aliud,atq; aliud nomẽ hẽt, put ſe magis,minuſq; intendit omne tñ in ſpirãdi difficultate conſiſtit.Sic difficultas hæc,dũ modica eſt, δύσπνοια græce dr̃.Cũ uehementior, & ſpirare æger ſine anhelatione nõ põt ἄσθμα uocaꝫ.Cũ acceſſit id quoq; ut ſpirare nõ poſſit,niſi recta ceruice ſpiritus trahaꝫ ὀρθόπνοια appellaꝫ.Ab his Dyſpnoici,Orthopnoici a latinis uero uno uocabulo ſuſpirioſi dicuntur.
Orthopeia ὀρθόπεια emendata cum ſuauitate expoſitio ſeu recta uerborum enunciatio.ὀρθὸν rectum ἔπος,uerbum.Aliquando tamen ponit̃ pro uerſu heroico. Vñ Epici poetæ dicti ſunt.
Orthominũ,genꝰ lini,qđ fit pãnicula paluſtris arũdinis.
Orthocorybantii,populi quidam Scythiæ.
Orthros græce ὄρθρος.Tẽpus ante ſolẽ.i.Diluculũ.Augur.
Ortyx,gis.auis,q̃ coturnix,& uulgo qualia dicitur.
Ortygometra,pe.pro.rex coturnicum maior aliquãto, ac nigrior auis dicta,ꝙ dux ſit,ac moderatrix coturnicum.Componitur eñ ex ὄρτυξ καὶ μήτηρ Nã μήτηρ mater,ꝙ ſit ueluti cæterarum mater.
Orthragoriſcus,latine aper ſiue porcus piſcis in auro fluuio laconicæ,qui uocalis perhibetur.Sed & porcelli latẽtes ad huc ſubgrumi ita nominanꝫ apud lacedæmones inquit Athenæus, ἀπὸ τ ὄρθρου καὶ ἀγοράζεσθαι, quoniam matutinis omnibus uenales circumferantur.
Ortygia,inſula in Ægeo,quæ etiam Delos dicitur.Dicta Ortygia(Solino teſte)quia in ea primo uiſæ ſunt coturnices,quas græci ortygas uocant,nos a ſono uocis qualeas dicimus. Fuit & alia hoc nomine inſula circa Siciliam,q̃ ponte iungitur Syracuſis,& fontem habet Arethuſam,hæc ex oppoſito Plẽmyrii Siciliæ amnis. De qua Vir.li.iii.Sicanio prætẽta ſinu iacet inſula cõtra Plemmyrium undoſum,nomen dixere priores Ortygiam,Alpheum fama eſt huc Helidis amnẽ, Occultas egiſſe uias ſubter mare,quæ nunc Ore Arethuſa tuo ſiculis confunditur undis.Plini.ſcribit cenchrim quam recentiores medici Miliariam appellant.
Orthoſia,locus in Caria,altera eſt in Syria.
Oryx,orygis,animal quod præcipue in Getulia naſcitur fertur contra ſtare, ac contueri ſolis radios, caniculãq; adorare.Eſt ex caprarum genere,de quo habetur in Deuteronomio,ꝙ ſit immundum,a quibusdam ſolus uocatur,contrario ueſtitur pilo,& ad caput uerſo.Colli.x.Feræ pecudes,ut capreoli damæq; nec minus orygum,ceruorũq; genera,& aproꝫ,modo lauticiis,& uoluptatib⁹ dominorũ ſeruiũt.mõ quæſtui ac redditib⁹.

Os,oris,ꝓprie cõcauũ illud,intra quod lingua,& dentes Plin.Cõtinui dẽtes,aut utraq; ꝑte oris ſũt,ut equo aut ſuperiore primores nõ ſunt,ut bobus, ouibus. Q̃ñq; os ponit̃,ꝙ facie,hoc eſt totũ illud a principio frontis uſq; ad uentrẽ,facies uero cuiuſcũq; rei forma. Vir.Os humeroſq; deo ſimilis.Et de brutis etiã dr̃,Idẽ.Ora citatoꝫ dextra detorſit equoꝝ. Neq; ſolum de facie dr̃,ſed etiã de tota ſpecie,quæ cernit̃,& q̃quid in aliq̃ re patet os dici poteſt.Idẽ. Quã ſi quis ferro potuit reſcindere ſummũ ulceris os.Oui. Pronaq; cũ ſpectẽt aĩalia cætera terrã.Os homini ſublime dedit.Sciendũ ꝙ os,ducit̃ & habet oẽs caſus plurales,ꝑter gtũm oriũ. Vir.li.viii. Cõponens manibuſq; manus, atq; oribus ora. Huius nois deriuatiua ſunt.Oſculor, oſtium,oro, oraculum, orariũ.oſculum,orior,ordior, ordino, orea. omen, orificium,& ſecundum aliquos oſtendo.
Os leonis, genus herbæ, florem faciens purpureũ,Colu. Narciſſiq; comas,& hiantis ſæua leonis Ora ſeri.
Os,oſſis,quod & oſſum dici poteſt.Pacu.Oſſum inhumatum ſolidamentum corporis uocatur,quod nodatũ & adiunctũ inuicẽ neruis alligauit natura.Hinc cõponitur exos,quod eſt ſine oſſe. Lucil.Exos,& exanguis tumidos perfluctuat artus.Inde Exoſſo.as.
Oſculum dimi,paruũ os,qđ eſt cõtra Priſ. qui nõ uult oſculum tenere ſignificatũ primitiui.Ouidi.li.i.Meta. Videt igne micantes ſideribus ſimiles oculos,uidet oſcula.Idem de Daphne. Videt oſcula,q̃ non eſt uidiſſe ſatis.Et oſculũ,quod datur amicis,ut eſt illud. Oſculo filium hoſtis tradis.Nam in baſiando labia cõſtringunt̃ & os paruum fieri uidetur,& exporrigitur in oſculũ.Eſt aũt teſte Augu.li.de amicitia,duplex oſculũ.Eſt oſculum corporale,quod impreſſione fit labioꝝ,quod non eſt oſtendendũ,niſi in honeſtis hominib⁹, ut in ſignũ recõciliationis,q̃ fiunt amici qui fuerunt inimici.In ſignum pacis,ſicut cõiicati in eccleſia interiorem pacẽ exteriori oſculo demonſtrãt. In ſignum dilectionis inter ſpõſum & ſponſam fieri permittitur,uel ab amicis poſt diutinam abſentiam,& porrigitur & ſuſcipit̃ oſculũ In ſignũ catholicæ vnitatis,ſicut fit quũ hoſpes ſuſcipit̃.Oſculum ſpirituale proprie amicoꝝ eſt,ꝙ ſub una lege amicitiæ tenent̃.Non.n.fit oris attractu,ſed mẽtis affectu,nõ coniunctione labioꝝ,ſed cõmixtione ſpirituũ.Differũt aũt hæc inter ſe oſculum, baſium & ſuauium, ꝙ oſculum officii fit,ut cum e longinquo redeuntes,ſalutamus,atq; oſculamur.Baſiũ pudicoꝝ,ut patris in filium.Suauium uoluptatis,a ſuauitate dictum.
Oſcillum,cum c diminutiuum eſt a diminutiuo oſculũ pro paruo ore, ſicut a tãtulo tantillum .Colu.li.ii.Reliquum quod ſupereſt ſeminis in tabulatum, quo fumꝰ prouenit,optime reponas,q̃ñ ſi humor inuaſerit uermes gignit , qui ſimul atq; oſcilla lupilloꝝ adederint, reliqua pars enaſci nõ poteſt.Oſcilla etiam ſigilla ſũt, & paruæ imagiunculæ,q̃ arte fictili fingebant̃, & uenales proponebãtur,quibus hoſtes pro ſe atq; ſuis ſaturno piacula faciebant.ut inquit Macro. Virgi.lib.Geor. Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.Et ſic ab oſculum fit,cum ſignificat faciem paruam,uel totam ſpeciem.
Oſcillo.las.ab oſcillũ fit,& ſignificat inclino, Feſt, Oſcilla ſancta dr̃,ꝙ oſcillẽt.i.inclinẽt, præcipiteſq; efferant oſcillãtes.Ser.putat eſſe cõpoſitũ ab os,& cilleo.es.ꝙ in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hoc cillere nō.i. mouere ē ora. Nā cillere mouere ē Paul. in am. Ne illi ædepol, si merito meo referre ſtudeant gratiā allegēt, q̄ mihi aduenīēti os cillet, probe eī os moueat, probe ipſum pugnis ꝓcutiendo, ut illud infra eodem loco. Illic homo me interpollabit, meumq̄ os finget denuo.

Oſſiculū dimi. ab os oſſis. Gel. li. vi. Ratio ſubtilior, & utilitas ipa opis poſtulauit, ut tenuiſſimis minutiſſimiſq̄ oſſiculis caput cōpingeret. Pli. li. xi. Oīm cerebro medio inſunt oſſicula parua. Hinc aduerbiū oſſiculatim, quod ſignificat minutatim.

Oſſeus, a. um. quod ex oſſibus eſt. Vnde Plini. ſcribit in ueniri lapides oſſeos.

Oſſilegus pe. cor. oſſium collector. Oſſilegiū, oſſium collectio. Oſſuaria appellant loculi, in quibus defunctorū oſſa reponuntur.

Oſſifraga pe. cor. genus aquilæ ab oſſibus frangendis.

Oſſa. æ. mons in finibus Theſſaliæ centaurorū ſtabulum quem Seneca dixit olympo olim coniunctū. Luc. Quātus piniferæ Boreas cum thracibus Oſſæ. Hinc oſſæus a. um. Idem. li. vi. Attollit Titan, rupes oſſæa coercet.

Oſſa uero plurali numero ab os. oſſis. Mac. Oſſa dētes cū unguibus, & capillis nimia ſiccitate, ita denſata ſunt, ut penetrabilia non ſint effectui aīæ, q̄ ſenſū miniſtrat

Oſci, Italiæ ppli ab oris fœditate dicti, vñ oſcæna uerba.

Oſcines pe. cor. ab ore, & canendo, aues auſpiciū ore facientes. Oſcinum augurium auium. Hora. Oſcinē coruum prece ſuſcitabo ſolis ab ortu.

Oſcedo, uitium, quo quis tenetur, ut ſæpius oſcitet. Gel. lib. iiii. Deliberatum de nota eius, qui ad cenſores ab amico aduocatus eſt, & in iure ſtans clare nimis, & ſonore oſcitauit, atq̄ inibi prope ut plecteretur fuit, tāq̄ illud indicium uagi animi foret, & hallucinantis, & fluxæ atq̄ apertæ ſecuritatis. Sed cum ille deieraſſet in uitiſſimum ſeſe, & repugnantem oſcitatiōe uictū, teneriq̄ eo uitio, qd̄ oſcedo appellet, tū notæ iā deſtinatæ exēptus eſt. Quidā dicūt oſcedinē ſignare graueolētiā. Sere. Hinc oſcedo fugit, linguæ quoq̄ uulnera cedūt.

Oſcito. as. pe. cor. ex os & cito, ꝓprie ſignat os cōmoueo, & os totū apio, ut fit præ ſomno, aut tædio. Quæ cū toto corpe fit pādiculatio uocat. Cice. li. ii. de ora. Et iſtā oſcitantē, & dormientē ſapientiā ſcæuolæ, & cæterorū beatorū ocio cōcedamus. Ponit etiā oſcitatio ꝓ ocio & animi ſecuritate. Teren. in An. Sperans iam amoto metu, inter oſcitātes opprimi. Dicitur & oſcitor deponēs. Cice. li. iiii. ad Heren. Cum etiam maiores calamitates impendere uideantur, ſedeatis, & oſcitamini.

Oſcitor, aris, deponens. Vide in Oſcito.

Oſcheon, latini ſcrotū dicunt. i. teſtium receptaculū. Nā Celſus, ubi de morbo tractat, qui in naturalibus circa teſticulos oriri ſolet, ſinus, & tunicas his appellationibus diuidit. Sinus, qui conſpicit a nobis, oſcheon a Græcis dicitur, Noſtri Scrotum uocant.

Oſanna, cōponit, ex oſi, qd̄ ſignat ſaluifica, ſiue, ſaluū fac & anna domine. Quæ (inqt Hiero.) interiectio eſt depcātis. Nā ſicut nos in līgua latina habemus interiectiones quaſdā, ut inſultādo dicamus uah, in admirando pape, in dolēdo hei. Et q̄n ſilentiū uolumus imperare, ſtrictis dentibus ſpiritū coartamus, & cogimus tīn ſibilū inſonādo. ſ. zi. hebræi inter reliquas ꝓprietates linguæ ſuæ habēt interiectionē, ut q̄n uolūt dīm depcari ponāt uerbū petēris affectū & dicāt anna dñe. Oſi ſaluifica interꝓtat, anna interiectio depcātis. Si ergo ex duobus his uelis cōpoſitū facere, dices Oſianna. ſiue ut nos loquimur, oſanna media uocali līa eliſa, ſicut facere ſolemus in uerſib⁹, q̄n ſcandim⁹. Aleph namq̄ līa prima uerbi ſequētis extremā uerbi prioris Ioth iueniēs exclu

Oſi aduerbiū optandi, ut oſi uideā apoſtolū (dit. dei antequam moriar.

Oſiris, pe. pro. oſiris, uel oſiridis gtīn, fuit Iouis filius, ex Niobe Phoronei filia ſucceſſitq̄ Phoroneo in regnū argiuorū. Ægialiū fratrem ꝓfecit regno Achaiæ, & ad Ægyptios trāsfretauit gloriæ deſyderio. Quos cū ſubegiſſet, Iſidē, q̄ & Io uocabatur Inachi primi regis Argiuorū filiā duxit uxorē. Vbi cum illa līas Oſiris uarias artes Ægyptios docuiſſent, uterq̄ diuinos honores meruērūt. Tādem a Sityphone ægyptio, uel (ut Ser. ait) a Typhone fratre clā occiſus, ab Iſide diu q̄ſitus eſt. Tandē apud Phialā iuxta Syenen lacerat⁹ cōpertus eſt in inſula Abaton, in palude iuxta Memphim. Sepeliri eum Iſis curauit, & paludē Stygē. i. mœrorē appellauit. Nec niſi certis diebus mitratos eo accedere uoluit. Sed cū aparuiſſet ægyptiis deinde bos qdam, Oſirim putarūt adorauerūtq̄ ut deū, & uocauerūt Apim. i. bouē eorū lingua. Deinde dict⁹ eſt ſerapis. Tibul. Te canit, atq̄ ſuū pubes miraē Oſirim Barbara mēphitē plangere docta bouē. Mar. Nō illā mille cataſtæ Vincebāt, nec q̄ turba Serapin amat. De Oſiride ſic habet Euſe. li. de ꝓpa. Diodorꝰ ſiculū inducēs, Ægyptios ferūt primos oīm motū ordinēq̄ cæleſtiū corporū admiratos, ſolē & lunā deos putaſſe, ac ſolē quidē Oſirim, lunā Iſim nuncupaſſe a ꝓprietate quadā inditis ipſis noibus. Nā ſi qs ad latinam linguā uerba trāsferat, multioculus oſiris dici poteſt, neq̄ id ab re. Radiis eī ſuis, q̄ſi multos rebus immittit oculos, q̄bus oīa ꝓſpicit, ut etiā poeta dicit. ſol q̄ terrarū flāmis opa oīa luſtras. Quāuis nōnulli græcorū poetæ Dionyſiū eſſe oſirim cōfingāt. Iſim uero priſcā latine dicere poſſum⁹, & lunā, hoc noīe idito, q̄n ſempiterna priſcaq̄ ſit, cui cornua depingūt, uel quia cū minoides cornuta uideat, uel q̄ bos ei apd̄ Ægyptios ſit dedicata. Ferūt Oſirī apd̄ Ægyptios hauſtū uiniq̄ uſū cōperiſſe.

Oſtendo. is. di. ſum. & oſtentū, ex os, & tēdo, ſicut fit in oſcito, & oſcillo. Os eī pro facie ſæpe ponitur, q̄ pro toto corpore, nō ſolū hoīs, ſed etiam cuiuſlibet rei ſpecie ſumitur, ut Dona. in Eu. Teren. O faciem pulchrā exponit. Faciem mō non partē corporis dicit, ſed totā ſpeciem q̄ apparet, & cernit. Merito ergo oſtēdo ſignat de monſtro, quia oīndo eſt ſpeciem, ſiue faciē rei mōſtro, quia tendere os eſt faciē monſtrare, uel qa os extēdere ſolemus in id, quod uolumus demonſtrare.

Oſtento. as. frequentatiuū ab oſtentū ſupino formatū quod ſignificat ſæpe oſtendo. Plau. in Aul. Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. Aliquando cū iactantia oſtendo. Vnde oſtentatio iactantia.

Oſtentū, ab oīndo, q̄ ſtatim futurꝰ aliquid oſtēdat, ut Cometæ. tonitrua die ſereno, Monſtrū, quod cōtra naturā fit, ut cū naſcitur aliquid mēbris alteri⁹ gn̄is, qd̄ & pro monſtrū q̄n̄q̄ dī. q̄ſi porro aliquid monſtrans, ſiue monēs. Portentū, qd̄ licet naturale ſit, raro tīn ſe oīndit, & futurꝰ aliquid cū tpis interuallo denūciat, qd̄ aliquid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

importari,ac imminere denũciat.Prodigiũ,qđ & ſi naturaliter fit,ac ſæpe euenit,ſemp tñ aliqđ pſagit mali, q̃ſi porro agẽdũ. Confundũt tũ hæc,& p eodẽ ſignificato accipiũt,oĩaq; ab eo,q̃ futuꝝ aliqđ oſtẽdũt dicta ſũt Labeo diffinit oſtentũ eſſe cõtra naturã cuiuſq; rei genitũ,factũq; Duo ſũt genera oſtẽtoꝝ. Vnũ quotiẽs qđ cõtra naturã naſcit Alterꝝ,cũ qđ pdigioſũ uidet.Suet. Cæſa.Cunctãti oſtentũ tale factũ eſt.Quidam eximia magnitudine & forma in pximo ſedẽs repẽte apparuit arũdine canẽs.accipiũt et oſtenta in bonã partẽ,Sue.in Veſp.In ſpẽ impii uenit,iã pridẽ ſibi p hæc oſtẽta conceptã.Pli.li.xvi.ſcribit factũ eſſe oſtentũ arboris,a quo deinde tempore maieſtas populi Romani reſurrexit Alias oſtentũ participialiter poni ſolet.Pacu.in ipſo tẽpore oſtentũ ſenẽ.i.demõſtratũ. Eſt eñ oſtent⁹.a.um. Cato.Ager oleto cõſerũdo,q̃ in uentũ fauoniũ ſpectabit & ſoli oſtent⁹ erit,alius bonus nullus erit. Var.lib.i. de re ruſt.Qui locus optimus uino ſit & oſtentus ſoli, amineum ſeri oportere.

Oſtentus,us,nomen irriſio dicit.Salu,in Iugur.Sed quoniam eo nat⁹ ſum, ut Iugurthæ ſcelerum oſtẽtui eſſem

Oſtẽtuoſ⁹,a.ũ.qđ oſtentũ facit,ut a prodigiũ pdigioſus.

Oſphys græce, lũbus latine, ſeu pars poſterior quã lũbi præcingunt pari ſtructura. Alii accipiũt pro cingulo, ſeu pro cinctu.

Oſtris,ſiue oſtria, arbor, que ſolitaria naſcit,circa ſaxa aquoſa ſimilis fraxino cortice,& ramis.

Oſtum dixerunt antiqui id,qđ ex uno facto olei purum purgatumq; relinquitur, Factũ uero dicebãt,q̃ uno tẽpore cõficerent,quẽ alii centũ ſexaginta modioꝝ,alii centũ uiginti faciebãt,hoc nomẽ tamẽ aſpirari ſolet.

Oſtiũ ab oſtãdo quidã deducũt,q̃ ab eo arcemur ingreſſu,quidã ab os,oris,q̃ ſit id,p qđ ingredimur uel domũ uel quẽcũq; aliũ locũ. Alii a græco ὀστῖον,qđ eſt repellere.Vñ ratio exigit,ut ſine aſpiratiõe ſcribat.licet eruditorũ uſ⁹ illud cũ ſuis deriuatis aſpiret. Oſtia græci Thyras uocãt.Vñ Thyridion oſtiolũ.Oſtiorũ latera antas uocamus,a qbus antipagmẽta ualuarum ornamẽta.

Oſtia,orum.tñ pluraliter fluuiorũ patẽtes aditus ſunt Vir.Italiã contra, Tyberinaq; longe oſtia. Dicimusq; Nili oſtia,& Tyberina oſtia,q̃ mare intrãt non aditus Et facilis eſt ad regẽ aditus,nõ facile oſtiũ.Et hæc ſilua nullos habet aditus,non oſtia Aliquando ponit p portu Vir.Aut portũ tenet,aut pleno ſubit oſtia uelo.

Oſtia.æ.urbs in oſtiis Tyberini ſita,ab Anco Martio cõdita,ut inquit Liui.in ipſo maris fluminiſq; cõfinio,ut totius mũdi opes illo,ueluti maritimo urbis hoſpitio reciperentur. Ab hac Oſtienſes dicti,oſtienſis ager.

Oſtienſis porta Romæ,eo q̃ oſtiã uerſus ducat.Ea nunc ſancti Pauli porta appellatur.

Oſtiatim aduerbium per ſingula oſtia. Quintil. Neq; ſtanda ſingula,& uelut oſtiatim pulſanda.

Oſtiarius,oſtii cuſtos. Cuius fœmininum eſt oſtiaria,ut Ancilla oſtiaria in Euangelio.

Oſtraciũ latine teſta græce ὀστράκιον. Vñ teſtaceũ pauimentũ uulgo nũc oſtracũ uocãt.Hinc oſtraciſmus relegatiõis gen⁹. Nã ciuitates antiqtus, q̃ populari ſtatu regebant eos,q̃ ſupcellere uidebant,uel ppter diuitias uel ppter amicos,alienãue poteſtatẽ, extra ciuitatem relegare ſolebãt ad tẽpus, ſicut docet Ariſt.li.iii.Poli. Atheniẽſes uero exilio decẽnali mulctare cõſueuerãt potẽtes nimis,& excellẽtes gloria uiros.Et hoc exilii genus oſtraciſmon appellauerũt,q̃ repertus eſt,nõ ad caſtigandũ impbitatẽ,ſed ad potentiã moderãdã,Oſtraciſmus aũt,ab oſtraco,ideſt calculo,ſiue teſtula hom̃ ſortit⁹ eſt,q̃ in hũc modũ Athenis pagebatur. Oſtraci uiritim in cõſilio dabant quibus unuſquiſq; nom̃ illi⁹ pſcribebat, quẽ urbe cedere uoluiſſet,magiſtrat⁹ uero qui huic negotio præerant,uniuerſos ſimul calculos recenſebãt,q̃ niſi ſex miliũ numerũ exceſſiſſent, nihil cõfectũ eſſe indicabãt. Vbi uero ultimus numer⁹ repert⁹ fuiſſet eũ decẽ annos exilio afficiebãt.Hoc oſtraciſmo Themiſtocles,Cimon, & ariſtides mulctati fuere. De Ariſtide legimus,cum iuxta eum quidam ruſticus illiteratus ſederet,ipi Ariſtidæ teſtam dediſſe,ut nomen ſuum ſcriberet.Admiratus id Ariſtides, interrogauit nũquid iſtum cognoſceret? Minime inquit,Sed quia cæteri ita ſentiunt,ego quoq; ita cenſeo eum eſſe damnandum Hoc latine teſtularum exilium uocant.

Oſtraciſmus. Quære in dictione Oſtracium.

Oſtracus calculus,uel teſtula dicitur.

Oſtracoderma.i.teſtacea,ſicut Piſces qui habent teſtas.

Oſtrũ,muricis,ſiue cõchylii,ac purpuræ color.Conchyliũ eñ murex & oſtrũ in eadẽ ſignificatiõe ſumuntur. Vir. Tyrioq; ardebat murice læna.Idẽ. Vt gemma bibat,& ſarrano dormiat oſtro. Iuue.Horũ ego nõ fugiã cõchylia,ideſt murice infecta.Excipit tñ oſtrũ a cõchylio marino,ex quo purpura inficitur Cuius, ut Victru. inquit, nõ minores ſũt,q̃ cæterarũ rerũ naturã cõſiderantibus admiratiões, q̃ habet nõ in oĩb⁹ locis quibus naſcit,unius generis colorẽ,ſed ſolis curſu naturaliter tẽperet Itaq; qđ legit in ponto,& Gallia,quia hæ regiones ſũt,pxime ad ſeptẽtrionẽ,& occidentẽ, inuenit liuidũ.Qđ aũt legit ad æquinoctialẽ, orientẽ,& occidentẽ inuenit uiolaceo colore.Qđ uero meridianis regionibus excipit,rubra,pcreat poteſtate. ea cõchylia cũ ſint lecta ferramẽto circa ſcindunt,e qbus plagis purpurea ſanies ut lachryma pfluẽs excuſſa in mortariis terẽdo cõparat.Et qa ex cõcha marina teſtis eximit,ideo oſtrũ eſt uocitatũ.Igit muricis ſiue cõchylii liquor,q̃ & oſtrũ dr̃ tẽperatura artificis adhibita fere purpureus fit,hoc eſt i uiolaceũ tendẽs.Sed hæc apud auctores cõfundunt,Muricẽ,& oſtrũ,& Tyriũ,p purpura ponentes Sciẽdũ quoq; eſt,q̃ cõchæ & oſtrea dr̃ firmioris teſtæ piſces.Cõchæ q̃ teſtã leuẽ hñt ac politã uniformiter rugatã,ſiue denticulatã.Oſtrea quæ aſperã ſcabrãq; teſtã hñt,q̃uis generalr̃ oſtrea quoq; cõchæ dicant,itẽ q̃ ex uno tñ latere teſtã habẽt,altero ſcopulis,aut lapidibus alteriue materiæ adhærente. Nã teſtæ ipſæ duriores,p prie cõchæ dñr,q̃les ſũt cocleæ.Sene.Quid oſtreũ ſapiat,quid mullus,optime noſti.Dicta oſtrea a græco. Nã ſicut a teſta teſtudinẽ uocamus,ſiue aĩal,qđ ueluti teſta tectũ eſt,ſiue id genus ædificii,quod ex teſta eſt cõpoſitũ,uel ad teſtudinis ſimilitudinẽ eſt factum.Sic græci ὀστρεῖα ἀπὸ τῶν ὀστράκων nominauerũt,dñr etiam oſtreæ fœmi.ge.Gel. Oſtreæ ſeneſcẽte luna inuberes, macræ tenues,exuſtæ ſũt,creſcente luna pingueſcunt. Spõdylus dr̃ calloſũ illud rotundũ albicãs,qđ intus hẽt in medio,a ſimilitudine ſpõdylii,quod nos uerriculũ dicimus. Nam reliqua caro circumſperſa lacinia dicit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ostreæ, Vide in dictione Ostrum.
Ostreatus. a.um. ponit pro duro atq; aspero. Plaut. Itaq; iam quasi ostreatum tergum ulceribus gestat.
Ostrineus, a.um. quod est ex ostro.
Osus, cũ suis cõpositis Exosus & Perosus, participia sunt, siue participioꝝ modo capiunt. De quibus in dictiõe Perosus. Iungit aũt osus cũ actõ, & actiue sumit, ut osus sũ, osus es, osus est, pro odi, odisti, odit. participiũ quoq; futuri tpis osurus, & osor uerbale ab osũ supino fiunt, q̃ Festus ab odio sumit, licet nõ sit in usu. Plau. in am, Inimicos semp osa sum obtueri, ideſt odi. Osurus, Cice. in Leli. Negabat ullã uocẽ inimicitioré amicitiæ potuisse reperiri, q̃ eius, qui dixisset ita amari oportere ut aliqñ esset osurus Osor. Plau. in Asi. Madidũ, nihili, in cõtinentẽ, atq; osoré uxoris suæ. ideſt qui odit uxorem suã. Sciendũ q̃ in osus terminata quædã significãt habitudinẽ siue uehemẽtiã, copiamue, aut affectionẽ, ut animosus ingeniosus, neruosus, saxosus, aquosus, q̃ habet copiã saxorũ, neruorũ, ingenii, animi. Vinosus, libidinosus, mulierosus, seditiosꝰ, factiosus, q̃ amat uinũ t, libidines, mulieres, seditiones, factiones. Quædã actionẽ ut studiosꝰ, stomachosꝰ, cõtumeliosus, q̃ operã dat studio, q̃ stomachat, q̃ cõtumeliã facit. quædã passionẽ, ut odiosꝰ, inuidiosꝰ, qui habet odio, & cui iuidet. Quædã actiue & passiue accipi possunt, ut formidolosus, laboriosus, operosus, uoluptuosus, religiosus.
Ossuaria dñr loculi, in quibus defunctoꝝ ossa reponunt

O Ante T

Otia sunt marinæ aures, genus ostrei ὠτία græce.
Otides, auiculæ perdicibꝰ similes quæ breui uolatu cito (lassantur.
Othrys, mons Thessaliæ.
Othryades, nomen Lacedæmonii uiri, tam primæ q̃ tertiæ declinationis est.
Otus auis noctuæ similis pinnulis circiter aures eminentibus præditus, unde nomen accepit, quasi auritum dicas. Nonnulli ululam appellant, alii Asionem.

O ante V

Ouis a græco ὄις interposita u, ppter hiatũ signãt pecudẽ
Ouinus. a.um. pe. pro. quod ex oue est, ut pellis ouina, a quo Ouillus, ouilla ouillum.
Ouillus. a.um. Plin. li. xix. Quin & ouillo fimo uti, quoniã aliud herbescceret, diminutiuum est ab Ouinus.
Ouile pe. pro. locus in quo oues morari solent.
Ouiaria. æ. ouiũ multitudo. Var. in prolo. li. ii. de re rust. Quod eo facilius faciã, q̃ & ipse pecuarias habui grandes in Apulia ouiarias & reatino equarias.
Ouiarius. a. ũ. possessiuũ ab oue deriuatũ. Colu. li. viii. Et quoniã de ouiario satis dictũ est, ad caprinũ pecꝰ nunc
Ouicula diminutiuũ signãt paruã oué. (reuertar.
Ouum ab ὠὸν interposita u, euphoniæ causa.
Ouo. as lætor & læticiã uociferãdo seu canendo dẽmonstro. Li. li. i. Romani ouantes, ac gratulantes Horatiũ accipiũt eo maiori cũ gaudio, quo ppe metũ res fuere,
Ouatio, ut est ab ouo. as. signãt paruũ triũphũ, quẽ faciebãt ouãtes, q̃ non in curru, sed pedes ouali corona redeuntes ex pugna cũ bellũ non erat indictũ uel sine sanguine cõfectũ, ab ohe gaudentiũ interiectiõe, ut sit ouatio, quasi ohatio. Iuue. Satur est cũ dicit Horatius ohe Bacche. Vel a uocẽ militũ, q̃ fiebat geminata oo lia, p̃ interpositionẽ u, euphoniæ causa. Vt aũt ab ouũ fit significat tẽpus, quo gallinæ oua faciũt, ut uernatio mellatio, pullatio. Plinius Certa luna capiendũ censẽt táquã cõgruere ouationẽ ét serpentium humani sit arbitrii.
Ouatus. a. um. qd est in similitudine oue factũ. Pli. Aliis turbinatio pyri aliis ouata species, ceri maloꝝ aliquibꝰ Hic ouatũ augꝰ, ouo auratũ, qñ oui albo antea illinito æra, ac marmora auri, & argẽti laminis decorarẽt. Nec obstat q̃ ouũ habeat primã longã Plæraq; eñ deriuatiua primitiuoꝝ naturã nõ seruãt. Persi. Hic illud subiit auro sacras q̃ ouato ꝓducis facies. Hoc Pli. li. xxxv. de marmoribꝰ loquẽs ĩnuere uidẽt cũ inqt. Vt ouatꝰ esset numidicꝰ, ut purpura distingueret finnadicꝰ. Nonnulli ouatũ aurũ dici aiũt, ouatione, uictoriaq; q̃sitũ uel ingens, & copiosum, quantum ouationibꝰ comparatur.
Oualis, & hoc ouale, quod ad ouationẽ pertinet, ut Oualis corona, quæ ex myrto fiebat.

O ante X

Oxus. amnis ortus in lacu Oxia, ut inquit Ptol. siue Oxo, ut Soli. Hinc Hyrcanum pelagus ingreditur, ferũt hũc multis in locis sex stadiorum latudinem habere.
Oxys mascu. gene. & Oxy neu. indeclinabile acutũ, citũ & uelox significat. Oxos neu. gene. siue Oxeos acetum, Oxys. idis. pro uase aceti.
Oxia græce acutus accentus latine dicitur.
Oxybaphũ, latine acetabulum, ab aceto habet pe. cor.
Oxygarum pe. cor. acutum garum, hoc est garũ ex aceto cõfectum, quod in principio mense apponi solebat ὀξυγάρον acetum πρὸσ liquamen ex pisce.
Oxygala, quasi acetosũ lac. Gala latine lac. Oxos acetũ.
Oxylapatum. Lapatum acuta habens folia.
Oxyschoenon acutum iuncum significat.
Oxyhalme, genus potionis, quod ex sale & aceto recenti fieri solebat aduersus serpentes.
Oxymeli, acetum mulsum dicit genus potionis, quod ex mellis heminis. x. aceti ueteris heminis quinq; salis marini pondo. Tymbræ quadrante, aquæ marinæ sextariis quinq; pariter decoctis fieri solebat.
Oxypora sunt q̃ Colu. tradit appellari oxygara. Qñ inquit, cum usus exigit, aceto, garoq; diluunt. Plin. quoq; li. xx. Fœniculum condimẽtis ppe omibus inferit, oxyporis etiã aptissime. Sunt & sua medicis oxypora, q̃s a celeritate dicta penetrãdi. Est eñ remediũ pũtaneũ. i. celeriter iuuãs. Idẽ. Iuniperꝰ miscet antidotis oxyporis.
Oxyporopolæ, qui cibos uendunt aceto confectos. Plin. In eos usus & oxyporopolæ seruant, addito dulci acramentum aceti temperantes.
Oxysaccaron, potionis genus, ex saccaro & aceto. Saccarum mel dicitur in arũdinibus collectum gummi modo candidum ac fragile.

O Ante Z

Ozena, morbus, cũ ulcera circa nares sunt, plurefue crustæ & odoré fœdũ habent, cui malo uix potest succurri nomenq; trahit ab ozena, sicut & polypus. Pli. li. ix. Polyporum genera & ozena dicta a grauitatis odore.
Ozimum penulti. cor. ab ὄζω redoleo, genus edulii redolentis ex intestinis confecti, Persi. Cum bene discin

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

to cantauerit ozima uernæ. Item herba est suauissimi odoris, de qua in Ocymum.

Ozo, oleo, unde ὀζη fœtor oris. Col. li. iii. Itaq; & emissioni credendū est q̄ etiā immorat, iactatione fœtorem quendam oris quem ozem græci uocant minuit.



P Littera muta ē nec aspiratione admittit, nisi in dictiōibus græcis q̄ postponit, ut Phaethon Cōuertit q̄q; i traducēdis dictiōib⁹ græcis p. in b. ut cū apd græcos πῦξος, apd nos bux⁹ scribit; ab ἄλυρος cum lra ⊥. pro qua nos ps. ponere consueuimus, absyrtus cū b. traducit. Interdū p. exile pro ph. aspirato traduci solet, ut qd a græcis φοινίκιος, cum ph. aspirata scribitur a nostris puniceus, transfert. Sic πορφυρέον purpureum dicimus. Quin & contra ubi illi p. exile ponunt, latini sæpissime aspiratum traducūt, ut quod illi ὑπνώλη, nos hypsiphile scribere solemus.

p ante A

Pabulum proprie pecudum, & alioq; brutorū cibus herbaceus, fœniceus, paleaceus, uel stramentitius est.

Pabularis, & hoc pabulare, qd ad pabulū ptinet, seu qd pro pabulo dat. Col. uicia pabularis, & uicia seminalis.

Pabulor, aris. pabulū ex agris capio. Val. Max. Id postq̄ cognouit, depositis insignibus imperii familiarē cultū induit, ac pabulantiū hostiū globo sese obiecit. Interdum pabulare est pascere. Col. li. viii. Subīde quæ incedit, scilicet capella compesci debet, ne procurrat, sed placide ac lente pabuletur, ut & largi sit uberis.

Pabulator qui pabulatum uadit. Col. lib. v. Repente ex omnibus partibus ad pabulatores aduolauerunt.

Pachynus pe. indifferente, promontorium Siciliæ pelo ponnesum spectans ab aeris crassitudine. Nam παχύ pingue, & crassum dicitur. Vir. li. iii. Præstat trinacrii metas lustrare Pachyni. Prisc. in perihegesi. Qui procul effusis Pachyni distenditur oris.

Pachisos, fluui⁹ Siciliæ ciuilis sanguis notatus infamia.

Pachiri montes in minori Asia:

Pactolus, pe. cor. fluui⁹ Lydiæ aureis arenis, smyrneos irrigās agros. Iu. Qd Tag⁹ & rutila Pactol⁹ uoluit arena.

Pacuui⁹ brūdusinus poeta tragic⁹ illustris, Ennii poetæ ex filia nepos, Romæ picturā exercuit, ac fabulas uēdidit, deiñ Tarentū trāsgressus, ppe nonagenarius diē obiit, hic ut Quin. ait, grauitate sniaq;, pōdere uerboq; auctoritate personaq; clarissimus fuit citra tñ nitorē.

Pax a pactiōe cū bellū interuenit. Quod nomen ēt pluraliter declinatū legit. Hor. Hoc paces habuere bonæ uentiq; secūdi. Aug. li. iii. ciui. dei. Sēper in potestate hē rent paces, bellicasq; uictorias, q̄ semper fere p humanoq; animoq; motus accidunt. Var. Aīaduertendū primū, qbus de causis, & quēadmodū cōstituerunt paces, scdm qua fide & iusticia eas coluerūt. Et est pax tranquilla libertas, Seu ut Speu. ait, pax est quies qua ab inimicitiis belli cessamus. Virgi. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyrānī. Per translationē q̄q; sumit p uenia. Idem. Sed uotis precibusq; iubent exposcere pacem. Q̄q; pro propitiatione, ut apud eundē. Pacemq; per aras exquirunt. Et sic a pacando fit. Pax etiam aduerbium græcum est, & significat tantummodo. Ter. in Heau. Dum argentum capio pax nihil amplius.

Pace tua dixerim, honestus reprehendendi modus, prius captata uenia, id est tua uenia, & te non irascente.

Paco, as. a pace fit, cū ex bello tumultuq; ad pacem tranquillitatēq; res reducit, & significat mitigo, lenio, placo, propitio, concordo, & pactū facio. Aug. super Ioannem. Exiit mane, & quos inuenit cōduxit, & pacauit cū eis mercedē denariū. Dicimus & pacor deponens. Idē in eodem utrunq; complexus est, Sodalis non tibi facio iniuriā, quod pacaui reddidi tibi, fraudem tibi nō feci, quia quod pacatus sum reddidi. Sue. in Tib. Delegatus pacandæ germaniæ status. i. pacificandæ. Cæsar omni pacata Gallia, exercitus noster ad eos duceretur.

Pacate aduerbium significat tranquille, sedate.

Pacifico, as. a pacisco esse uidet. Cic. Lepido. Itaq; sapiētius meo qdem iudicio facies, si te in istā pacificationem nō interpones. i. pacē faciendā. Quidā hæc tria sē parant, ut pacificatus sum, pacē feci significet. Pacatus sum, in pace sum, ab armis destiti, placitus sum ab indignatione animi ad lenitatē redii, uel animo leni sum.

Pacificatorius, a. um. quod ad pactionem pertinet. Cic. Postq̄ nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Pacisco, eris. pactus depo. significat pactum facio, conuenio. Vnde etiam construit cum ablto, sicut alia uerba preciū significantia. Plau. in Bac. Pacisci cum illo paula pecunia potes. Dicimus ēt pactus sum hanc rem Iusti. li. ii. Cum Xerxe nuptias filiæ eius pacisci tur. Huius compositum est Depecisco.

Pactio, (ut inquit Vlpia.) est duoq; pluriumue in idem placitum & consensus. Sal. Collegam suum antonium pactione prouinciæ propulerat, ne contra Remp. dissentiret. Cic. li. iii. offi. Regulus non debuit conditiōes, pactionesq; bellicas, & hostiles perturbare.

Pango. is. pepigi, panxi q̄, pactū, ꝓcat figo, plāto, siue iungo. Vnde pactilis a pactum, quod est a pango iungo. Plin. lib. xxi. Sūmaq; autoritas pactilis coronæ. Liui. p figo posuit li. x. Lex uetusta ex priscis literis uerbisq; scripta, ut q̄ ptor maximus sit idibus septēbribus clauū pangat, fixus fuit lateri ædis Iouis optimi maximi. Pro plāto. Col. li. iii. Atq; uetere sarmento pangunt̄ tardi⁹ conualescūt, sed tardius deficiunt. Idē li. xii. Malleolus q̄ recentissimus curiosissime pāgendus est. Cic. Tironi p scribo posuit, quasi qd simile plantationi. An pangis aliqd sophocleū? fac op⁹ appareat. Gel. Si aut uersum inquit pangis, aut orationē solutā struis, atq; ea uerba tibi dicenda sunt, nō eas finitiōes p̄rancidas, neq; fecutinas grāmaticas spectaueris, sed aurē tuā interroga, quo qd loco cōueniat dicere. Pro cano etiā, siue narro manifesto ponit̄ quēadmodū cano, pro scribo, ut Pange lingua gloriosi prælium certaminis. Cōposita eius q̄dam seruant a, ut circumpango, circumpactus p circumiunctus. Pli. li. xvii. Ramis terraq; circūpactis. Depango, p defigo. Idē li. xxiiii. Quercus & olea tā ptinaci odio dissident, ut altera in alterius scrobe depactæ moriant̄. Oppango, circumpango, repāgo, a quo repages, & repagula. Quædam mutant a in i, ut appingo, compingo, qd̄ est coniungo, ut in Exod. Archam de lignis sethim cōpingite. Impingo. Vnde impages. Inter ipsa tñ, tam in præterito, quam in supino conuenit.

Papæ dicuntur sacerdotes, quemadmodum presbyteri, hoc est seniores appellantur.

Pappa per duplex pp, puerorum cibus est, deductum nomen a pane. Cat. Buas ac pappas docent.

Pape admirātis aduerbiū, hēt em̄ in se affectū uerbi miror, ut pape, quid uideo. Aliq̄n etiā indignatiōis est. Teren. in Eunu. Pape hæc superat ipsam Thaidem.

Papas. antis. accipit̄ p patre, siue p eo q̄ puerę alit custoditq;. Iuue. Timidus p̄gustet pocula papas. Est aūt nomen uenerationis a Syracusis tractum, apud quos pater dī, inde per geminationem papas.

Papare ē minutis, & blādiusculis uerbis patrē appellare.

Pappare per duplex pp, significat cibum sumere, quod a pappa fit, qui est puerorum cibus, uel dicitur a græco πάππος, quod est comedo. Plau. in Epi. Nouo liberto opus est, quod pappet, dabitur, præbebo cibum. Persi. Et similis regum pueris pappare minutum.

Pappous, idem est quod Auitus.

Papeus apud Scythas appellatur Iuppiter.

Pappus auus, nam græci πάππον auum dicunt. Ausonius ad nepotem suum. Pappos, auiasq; trementes Antefe runt patribus seri noua cura nepotes. Hinc pappous. i. auitus. Pappi etiā dīr carduoꝝ flores. Lucre. Vestē, nec plumas auiū, papposq; uolātes. Pli. pappū uocari ait lanuginē deciduā ex fructib⁹ arboris cōgrygiæ. Et papp⁹ dict⁹ est Æmilius Romanus, cuius meminit Liui. li. 28.

Papauer genus herbæ. Et albū qdem satiuū semē hēt, qd̄ tostū in secūda mēsa cū melle, apud antiquos edebat̄. Hoc p̄cipuum candorē lina & lanæ contrahunt, a quo toga papauerata dicta est a colore candido.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Papauerata toga a colore candido, eadem ſpiſſa toga dicebatur.

Papula pe.cor. puſtula, tuberculũ, vulgo bruſola, q̃ ieiunæ ſaliuæ defricatiõe curaſ. Papulis cutis exaſperaſ, & rubet, leniterq; rodiſ. Vir.li.iii.Ge. Ardẽtes papulæ, atq; immundus olentia ſudor. Celſus tñ li.v. duo papulaꝝ genera ponit. Huius diminu. eſt papilla.

Papilla dimi. parua papula. i. tuberculũ. Serenus. Excruciant turpes anum ſi forte papillæ. Signãt etiã mãmæ capitulum, unde lac trahiſ, q̃uis etiam ꝓ ipa mamma ponaſ. Virg.li.xi. Haſta ſub exertam donec perlata papillam Hæſit. Dictæ papillæ, quaſi paruæ papulæ, ꝙ papulaꝝ ſint ſiſes. A quaꝝ ſiſtitudine papillæ dñr, q̃ aq̃s fundũt. Var.li.iii.de re ru. Qui fit, ſi adduxeris fiſtulã, & in eã papillas ipoſueris tenues, q̃ eructãt aquã. Papilla etiã tribus Romæ fuit, q̃ a genitrice uocabulũ traxit.

Papillatus, papilla ornatus, ſeu in papillæ ſpeciẽ factus. Hiero. ad Pãma. Quis parturientẽ roſam & papillatũ corymbum, antequã in calathum fundaſ orbis. Expapillatus, aduſq; papillam nudatus. Plau. Idẽ cõnexum in humero leuo expapillato brachio.

Papilio, inter uermiculos numeraſ, quo nullũ aĩal imbecillius eſt. Col.li.x.de apibus. Vermiculi quoq; q tineæ uocanſ, itẽ papiliones enecãdæ ſunt. Nã ut idẽ teſtaſ, ex papilionũ ſtercore naſcunſ tineæ. Itẽ papilio dr̃ tentoriũ. Hie. in Exo. ſtabat unuſq̃ſq; in oſtio papiliõis ſui.

Paphlagonia regio minoris Aſiæ. Hæc ut Solinus ſcribit, Cytoro mõte cõſurgit, porrecto in ſpatiũ trium, & ſexaginta miliũ. In ea Mithridates Eupatoriã cõdidit, q̃ ſubacta a Põpeio Pompeiopolis nominata fuit.

Paphlagones, q̃ habitant Paphlagoniã. Hi, teſte Cor. Nepote in Italiam tranſuecti, mox Veneti dicti ſunt.

Papia ciuitas inſubriũ, Ticinũ alio noĩe appellata, olim Oſtrogotoꝝ, & longobardoꝝ regum ſedes.

Papyrus a noſtris dr̃ iuncus, a nõnullis ſcirpus. Luc.li.iiii. Conſeriẽ bibula memphitis cymba papyro. Frutex eſt habens radicẽ obliquam, triangulis lateribus decẽ nõ amplius cubitoꝝ lõgitudine in gracilitate faſtigiatũ, thyrſi mõ cacumen includens. Naſciẽ in paludibꝰ Ægypti, aut quieſcẽtibus Nili aquis. Vñ Niliacas papyros Varro appellauit. Ex libro papyri texũt ueſtẽ & ſtragula. Vñ Iuue. Succinctus patria quondã Criſpine papyro Inuẽta eſt ab Alexãdro rege papyrus, autore Var. q̃ fiebat ex frutice, cũ Alexandriã ædificaſſet, a qua papyro frutice dicta ẽ charta papyrus, ꝙ. ſ. ex papyro fieret. Nã primo ſcribebãt in foliis palmaꝝ, poſtea in arboꝝ libris, deinde in cæris. Poſtea uero id genꝰ chartæ inuentũ eſt, quo nũc paſſim mortales utunſ. Fitq; ex linteolis cõtritis, & nihilominus priſtinũ nomẽ remãſit. Charta uero ab urbe Tyri, cui Charta nomẽ fuit, appellata eſt, ex qua Dido dicta eſt. Ideoq; urbẽ a ſe poſtea ædificatam, ab illius noĩe Chartaginẽ appellauit, græci ab eadem urbẽ χαρτηϖ nominant. Hæc etiã Membrana uocatur, a tectu membroꝝ. Inter chartas enumeranſ Auguſta, q̃ & Hierotica dicebaſ, quaſi ſacrata, religioſis tm̃ uoluminibus dicata, quũ eſſet tenuis ꝓ cæteris. Emporetica, quaſi mercatoria inutilis ſcribendo, ſed inuolucris uſum ꝑbet in mercibus. Fuere & ſania, & liuiana, & Claudiana. A Papyro cognomẽ papyri deductum eſt, a quo Papyriana tribus. Hinc etiam papyraceus. a. um. quod eſt materiatum ex papyro.

Paphus Cilicis filius, a quo Cilicia denoiata eſt, q̃ in Cypro urbem condidit Paphon a ſe denominatam.

Par cum ſuis compoſitis compar, diſpar, ĩpar, ſepar, ſunt gene. omnis. Et licet par producta apud poetas ponaſ, in obliquis tñ prima corripiſ, & tam dtõ q̃ gtõ iũgi poteſt. Oui.li.iii.Meta. Sunt quoq; par aliis ætas in ouilibus agnæ. Luc. Quẽ metuis par huius erit. Et in ablõ pare uel pari. Signãt aũt par numeꝝ duoꝝ, quaſi inter ſe parium. Vñ vnũ par & duo paria dicimus. Interdũ pares ꝓ duobus accipiunſ, ut paribꝰ equis utebanſ Romani in ꝓlio, ut ſudante altero tranſirẽt in ſiceũ. Interdũ par accipiſ ꝓ decenti, æquo, & cõuenienti, qđ inter oẽs æquabile eſt. Quintil. Si propter matrimonia uiolata urbes euerſæ ſunt, quid fieri adultero par eſt? Pareſſe ſignificat ſufficere alicui rei, ſiue reſiſtẽdo, ſiue exequendo. Cic. ad Atti. Sed adhuc pares nõ ſumus. Quintil. Aſpicio par laborib⁹ corpus. Paria facere eſt, qđ alibi amiſſum eſt, uel qđ aliũde acceptũ, alibi uel aliũde compenſare. Quintil. Paria faciemus, tu illic eris uicarius meus, ego hic tuus. Paria cõponere, gladiatoꝝ duo paria ordinariũ, & poſtularium. Cice. in Epi. & Sue.

Par impar genus ludi. Sueto. de Auguſto, ſcripſit ad filiam, Miſi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos ſingulis conuiuis dederam, ſi uellent inter ſe poſt cœnam, uel talis, uel par impar ludere.

Pariter aduerbiũ ꝼcat ex æquo. Neui⁹. Vt pariter diſpartianſ bona patris. Aliqñ conuenienter. Titi. Næ tũ iſtã ædepol inedia extuliſti pariter, ut dignum fuit. Aliqñ ſimiliꝛ. Plau. Is ex ſe hunc reliquit, q̃ hic hẽt filiũ pariter moratũ, ut pater atq; auus eius fuit. Aliqñ ꝼcat, qđ uernacula lingua dicimus apar, ſiue aperada mente. Hierony. in lib. Regum. Reliqui diſperſi ſunt ita, ut non relinquerentur ex eis duo pariter.

Parilis & hoc parile pe.cor. ꝼcat æquale, a quo parilitas.

Para ꝓpoſitio græca ſignificat ad, apud, penes, abſq;, diſe, præter, tam in appoſitione, q̃ in compoſitiõe. Eſt & parra genus auis inauſpicatæ. Hora. Impios parræ recinentis omen. Plini. in. xviii. Auem parram oriente Syrio ipſo die non apparere, donec occidat.

Parabaſis latine tranſgreſſio. Parabates tranſgreſſor.

Parabola ꝼcat iuxta ſniam, ex παρὰ βαλλ sententia, quaſi reꝛ diſſimiliũ cõparatio. Vñ Quintil. Parabole, quam Cice. collationẽ uocat lõgius res, q̃ cõparãr repetere ſolet, ut tã fortiter apud Hipponẽ fecit Scipio, quã utiq; apud Vticã Cato. Hiero. Parabolæ græce, latine dr̃ ſimilitudines. Qđ libro Salomonis uocabulũ ob id impoſitũ eſt, ut ſcirem⁹ alti⁹, & nõ iuxta lĩam tm̃ intelligi debere, q̃ dr̃. In quo dñm ꝼcat ꝓ parabolas fuiſſe locutuꝝ. Aliud eñ ĩ ſupficie ſonat, aliud ĩ intellectu innuit.

Parabos inſula parua cõtra Phœnicẽ, ut inqt Põponius.

Paracletus, per e productã ſcribiſ, & proferr̃ a παρακαλῶ qđ eſt rogo, & hortor ꝼcat. Apud iuniores uero græcos etiam ꝓ conſolor inueniſ. Hinc paracletor, & paracletus deſcendit. Et qui in foro ac iudiciis noſtris deprecatores uocãſ, hi apud græcos paracletores dr̃. Itaq; policeſ dñs diſcipulis ſuis miſſuꝝ ſeſe paracletũ ſpiritũ, q̃ eos ſit edocturus, ſiue illũ adhortatorẽ, ſiue deprecatorem, hoc eſt aduocatũ, ſiue conſolatorẽ uelimus intelligere. Paraclytus aũt ꝓ y, tenue, infamem, aut præter

famam significat. Nã para in hmõi cõpositione p̃ter uel diminutionem denotat, κλυτὸς uero fama declarat insignem, id quod inclytus probat. Itaq; para clytus a para, & clytos noĩe compositum est. Quod significatum ponere Christo absurdum & impium esset.

Paracentesis ſcat punctionẽ, ut est apud Pli. li. xxv.

Paradiastole dici potest per dilatationem, quod fit cum rem nostram dilatamus interpretatione.

Paradromis. idis. ambulatio, siue xystum. Victru. Latini xysta ambulatiões appellant, q̃s græci paradromidas.

Paradigma παράδειγμα exemplũ facti, uel dicti alicuius. Virg. Antenor potuit mediis elapsus achiuis Illyricos penetrare sinus. Fit autem tribus modis. A pari, a maiori ad minus, a minori ad maius.

Paradisus pomarium. i. hortus consitus, generis tã masc. q̃ fœmi. Est & nomen oppidi, ut apud Pli. & Stra. Est locus in oriente longo tractu maris distans a cõtinente. De quo Aug. ad Orosium scribit sic. Paradisus in oriente situs est interiecto oceano, & a nostro orbe longe remotus in altissimo loco constitutus, pertingens usq; ad lunarem circulum. Vñ illuc aqua diluuii minime peruenisse dr. Hic locus a primi hominis reatu interclusus est, nec ulli animantium datur in eum aditus. Hoc nomine etiam dictus est fluuius Ciliciæ.

Paradoxa iuxta sñiam, uel inopinabilia, seu admirabilia. Nam para præter, uel cõtra, & iuxta significat. Vñ paradoxa Ciceronis, id est electa sententia, uel qa sunt præter opinionem. Paradoxum conditum genus cibi siue potionis condimentis uariis concinnatum, quod & conditum melizonium uocat Apitius.

Paragogon cum accentu in antepenultima, dici potest deriuatiuum, ut ab albeo albico.

Paragoge deductio figura, q̃ lĩa uel syllaba fini iungit. ut dicier p dici. Hãc alii paralepsim, alii plepsim uocãt.

Paragomena pe. cor, παρώμενα, latine deriuata dicunt, qualia sunt sullaturit, & proscripturit. Est autem sullaturire proscriptionem cupere.

Paragraphus, & paragraphum utrunq; dicitur. Paragraphe, latine præscriptio exceptio.

Paralus, ut Plini. li. vii. scribit, nomen fuit eius, q primus longã nauẽ inuenit. Sunt & parali in Attica, qui Parali am incolunt. Plutarchus paralos factionũ unã e tribus quæ Athenis erant Solonis tempore intelligit.

Paralipomenon derelictum, ab παρὰ & λειπόμενον relictum prætermissum.

Paralyticus latine diffolutus dicitur.

Paralysis pe. cor. latine dissolutio neruoꝝ. Greg. Paralysis acutissima passio est, q̃ subito hoiem ad omne opus inutilem efficit. Fit aũt dum calor naturalis sanguinis in frigus uersus, naturales meatus uenaꝝ præcludit in tantũ, ut si totũ hoiem attigerit, inualidum reddat. Si aũt quodlibet membrũ arripuerit, iflexibile & inutile faciat. Hæc alio noĩe a græcis hemiplexia, hoc est semiapoplexia, cũ in alterã tñ corpis partem malum id incubuit. Nam cũ totũ corpꝰ afficit, apoplexia noĩat. Nunc utrunq; inquit Celsus, paralysin appellari uideo Inde paralyticis, q tremuli sunt, remediũ est, in quo fit abstringẽdi efficacia. Ideoq; Tertul. in Apolo. de Christo dixit. Cum ille uerbo dæmonia excuteret, leprosos mũdaret, paralyticos restringeret, mortuos deniq; uerbo redderet uĩtæ. Restrictus ergo resoluto contrarius est. Nominatur id & paresis fere a defectu uirium.

Paralleli pe. pro. qm̃ per ꝯ græcis scribit, dñr circuli sphæræ, qui ad eundẽ polum constituti finiunt. Parallelus cũ quasi alternus mutuus inuicem compactus a quo lineæ æque distãtes paralellæ dñr. Ideoq; segmẽta mũdi, q̃ nos circulos dicimus parallelos græci uocant.

Parhelia, a latinis uirgæ, ab historicis soles appellantur autor Seneca.

Parallexes, ideſt obtutus.

Paranymphus & paranympha a Hiero. dr pronubus ab antiquis auspex. Antiqui cm̃ p nuptiis celebrandis auspiciũ capere solebant. Qui præerat huic rei pro parte uiri, a græcis paranymphus, a nostris auspex dicebat. Et ut auspex p parte uiri, sic & pronuba, pro parte mulieris adhibebat. Itaq; cum apud Christianos auspicia minime captent a paranymphis offeruntur cum sponsus & spõsa benedicendi sunt a sacerdote. Dicit aũt paranymphus παρὰ καὶ νύμφιος sponsus, adhibent sacerdotes, qui & pnubi a nostris dñr. Aug. li. xiiii. de ciui. dei. Non omnes famulos, atq; ipsos etiã paranymphos, & quoscũq; ingredi quælibet necessitudo pmiserat, ante mittit foras, q̃ uel blandiri cõiunx coniugi incipiat.

Paraphrasticus. a. um. Vide in paraphrastes.

Paraphrasis pe. cor. apud rhetores exercitamenti genus est. Ea finit a græcis hoc mõ, ut quæ sit, quæ narrationi proportione respõdeat. De hac Quintil. li. x. Neq; ego paraphrasin esse interpretationẽ tm̃ uolo, sed circa eosdem sensus certamen, atq; æmulationem.

Parauxesis pe. pro. latine amplificatio dr παραύξησις.

Paraphrastes dr interpres, qui non literam ex litera, sed sensum e sensu transfert, quasi iuxta loquens. Et p perſo, & deprauatore ponit. Hiero. in prolo. li. Reg. Et cũ intellexeris, quod ante nesciebas, uel interpretẽ me æstimato, si gratus es, uel paraphrastẽ, si ingratus. Hinc paraphrasticus. a. um. Idem ad Algasiam. Conabimur itaq; παραφρασικῶς sensus eius euoluere.

Paraphrasis peruersa dictionum interpretatio.

Parapherna non paraphrena dñr ea, quæ præter dotem dantur fœminis, a para præter, & φερνὴ dos quasi præter dotem. Hæc paraphernalia dñr.

Parapetasma. atis. latine uelum, cortina.

Parasceue. es. dici põt p̃paratio, nã a παρασκευάζω qd est præparo, deducit. Vñ & dies, quo dñs nr̃ Iesus Christus pro humani generis salute cruci affixus fuit, parasceue dr, qm̃ eo iudæi necessaria sic præparabant, ut Pascæ dies absq; operatione aliqua transigeretur.

Parasitus, pe. pro. qui alioꝝ mensas, & cibaria sequit, ex para ad σῖτα cibus σιτεῖα sagina, qd non solum frumentum, sed cibaria quoq; designat, qd, ut consequi possit, omnia ad uoluptatem cuius est tractus nidore culinæ primo loquit oĩa, deinde assentat oĩa illius facta ac dicta laudat, nihil repugnat, oĩa suffert, nihil uẽtris causa facere recusat, in quo summũ bonũ constituit. Accipitur nõnunq; pro eo q simplicibus uerbis risum ab audientibus captat. Primo tñ parasitꝰ in honore fuit, utpote qui sacro ministerio addictus esset. Pro eo uero postea dictus est, qui ad mensas diuitum oblectationis causa admittebatur.

Parasitaster, q parasitoꝝ imitator ẽ. Nã q̃ in aster finiũt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Imitationē potiꝰ,q̄ diminutionē significāt. Cice. p Va reno. Euricius hic noſter antoniaſter. Duo tñ potiſſimum diminutionē denotāt ſurdaſter,& recalcitraſter.

Paraſangæ apud Perſas uiarum mēſuræ ſunt quinquaginta ſtadia continentes.

Paraſtatæ,ut apud Victru.& Pli.lapides ſunt pilaꝫ fere modo appoſiti columnis,de qua ſimilitudie alteꝫ crūris os (duo em̄ ſunt) paraſtata noiaſ in iumentis a Vegetio,quod & paracnemion appellaſ Iul. Polluci,apud quem & meatus illi,p quos genitura e teſtib⁹ in urinæ uias defertur,paraſtatæ nuncupanſ.Sunt & in p̄lio inquit dicti paraſtataæ, nomen officii, qm̄ adiuncti ſunt proſtatis,hoc eſt iis,qui p̄ſunt cornibus, ſicut epiſtatæ, q̄ tertiū in regēdis his locū tenēt. Sed & tabulæ q̄dam certis inſtrumentis a Victruuio paraſtataæ uocanſ.

Paraſiopeſis ſchema eſt apud rhetores, a latinis præoccupatio dicitur,cum aliquid nos reticere dicimus,& tamen tacitum intelligitur. Quod fit,uel cūm rem notam eſſe putamus auditoribus, uel cum ſuſpicionē maiorem excitare reticendo uolumus.

Paropaniſades regio Aſiæ,q̄ ſicut refert Ptole. ab oriēte p̄te Indiæ,ab occaſu Aria terminaſ, a meridie Aracho

Paraſtades lapides,q utrūq; oſtii lat⁹ muniūt. Vi (ſia. ctru.quoq; paraſtadas in mentiōe tēploꝫ uocat antas

Paraſtaſis latie aſſiſtētia,affirmatio,p teſtes approbatio

Paraſynthetes decompoſitus.

Paratrimma latine intertrigo,cum femina adurunt.

Parazonium genus gladii,q ad zonā accingi ſolitus eſt ἀπὸ τοῦ παρὰ τὴν ζώνης quaſi ad zonam pendens.

Paræneticus.a.um.idem quod præceptiuus,ſiue admonitiuus,a uerbo græco παραινέω,quod ſignificat præcipio & admoneo παράινεσις.

Paræneſis pe.cor.præceptio ſiue admonitio. Hīc Acron Horatianus interpres, hæc ode parænetice ſcripta eſt pro eo quod eſt præceptiue,ſiue monitorie,ſicut ab eodem dī.Hæc erotice dicta eſt pro amatorie.

Parmenides Eleates p̄hus Xenophanis auditor,atq; amicus,cēſuit ſempiternū, atq; immobile eſſe uniuerſum q̄d eſt ens p̄m ueritatē reꝫ,ſolum em̄ eſſe ſimplex, & intrepidum atq; ingenitū, generationē uero eoꝝ eſſe, q̄ falſa exiſtimatiōe uidenſ eſſe cū non ſint. Nam ſenſus ſemouēdos a ueritate putat,affirmat em̄, ſi qd eſt p̄ter ens,id eſſe non ens. Non ens aūt,non eſſe in rebus,& ſic ens uiuentum ſibi relinquitur. Terram uero denſioris aeris defluxu factam arbitratur.

Paronomaſia latine agnominatio,cum aliquod nomē ex alio in ſignificatione diſta. te conficitur.Teren.Nā inceptio eſt non amantium,ſed amentium.

Parochus pe.cor auſpex,ſiue paranymphus,q̄ ante uehicula eat,quæ græce ὀχήματα dīr. Quidam parochū interpretanſ præbitorem,παρέχω præbeo. Huius officiū erat magiſtratib⁹ p̄benda conducere, uel parochi magiſtratus erant,ut ligna,& ſal legatis publice miſſis præberenſ.Hora.Proxima campano ponti quæ uillula tectū Præbuit,& parochi quæ debent ligna ſalemq;.

Parochiæ eccleſiæ dīr, q̄ ſuis parochianis uictū cæleſtē exhibent.Hiero.contra Vigil.Qui parochias ſuas uicinia iſtius ſcribunt eſſe maculatas, & alibi. Miror ſanctum epiſcopum,in cuius parochia eſſe presbyter dicitur,acquieſcere furori eius.

Parœcia cum œ diphthongo dici p̄t incolatus. Nam para iuxta,οἶκος domus,ubi ſcilicet ſunt domus contiguæ.Aug.li.xiiii.de ciui.dei.Presbyter fuit quidam nomine reſtitutus in parœcia calamenſis eccleſiæ.

Paromologia dici p̄t cōfeſſio.Figura cū aliquot reſ cōcedimus aduerſario,deinde inferim⁹ aliq d,q̄d aūt maius ſit q̄ ſuperiora,aut etiā oīa,q̄ poſuim⁹ infirmenſ.

Parode pe.pro.latine dicitur ad cantum παρὰ enim ad, ὠδή cantum ſignificat

Paroemia,παροιμία latine prouerbium.

Parergon dī q̄d alicui rei p̄ter ꝓpoſitū addit,ut ſi pictor alicuius ſancti imaginē pingens ornandæ tabellæ gratia arbuſculas & auiculas & hmōi addiderit.Pli.Protogenes,cum Athenis celeberrimo loco Mineruæ delubro propylæum pingeret,adiecit paruulas naues lōgas in his,q̄ pictores parerga appellāt,hoc ēt græci παρεργα φασ̄ dīr,in aliis uero artib⁹ parerga ēt Vic.demōſtrat.

Parectatus,qui de puericia uenit ad pubertatem. Lucil. li.x.Tūm ephebum,quem uocant parectatum.

Pareſis idem quod paralyſis a defectu uirium dicta.

Parentheſis interpoſitio,ex παρὰ & ἐν quæ duo ſignificāt inter, θέσις poſitio. Figura,quotiens remota de medio ſententia,integer ſermo perdurat.

Paronychia abſceſſus circa radices unguiū. Pli.li.xxiii. Gingiuaꝫ inflationibus,paronychiis, ſordidiſq; ulceribus,& putreſcētibus deriuatio ē manifeſta. Dicta paronychia,a παρὰ ὄνυξ unguis,quaſi ad unguem.

Paronymon nomen ab alio deriuatum.

Parcæ,quia nemini parcāt,ac ideo tres eſſe parcas arbitranſ,qm̄ tria ſunt tempora,in quibus oīa inuoluunſ, lacheſin dictam eſſe, quia λαγχάνω græce ſortior deſignat, Atropon,quia reuerti non poſſint,Clotho,qm̄ cōtorta & coordinata omnia tentat.Hæc enim nomina ipſa lingua græca oſtendunt.

Paropſis,idis.per o, generis fœmi.ex παρὰ & ὄψον id eſt ad cibum,proprie genus iuris ſm Iul.Pollucē,quanq̄ & p repoſitorio obſonioꝫ qd̄ catinū dicunt,apud idoneos legatur.Mar.Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecem.Sue.in Gal. Ordinario qdem diſpenſatori breuiarium rationum offerenti,paropſidem legu minis,pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe.

Parotides apoſtemata ſecus aures.Nam collectiōes fiūt in glandulis.Dīr & parotides,ut inquit Celſus,arteriæ duæ in dextra,ſiniſtraq; iuxta guttur, q̄ ſurſum proce dentes ultra aures ferunſ.Quin & ipſi aurium cincinni apud Iul.Pol.uocāſ parotides.Itē q̄ partes his ſubiectæ q̄ a faucibus ad malas ptinent. Para em̄ ad, οὖς aures dīr.Solēt etiā iuxta dētes ī gingiuis oriri dolētia, quas græci parotidas appellāt,quaꝫ remedia ſcribit Celſus.

Parodontides,ſiue parulides, tubercula iuxta gingiuas, cum caro in gingiua excreuit.

Paroxyſmus ſtimulatio, cōcitatio,παροξύνω.ui.eſt ſcitare

Paratragœdio.as.id eſt,exaggero,ac uerboꝫ magnitudine aliquid augeo.Plau.Illic homo eſt,ut paratragœdiat carnifex.

Parrhaſia regio in Peloponneſo,dicta Arcadia Lycaonis patria. Vnde parrhaſius.a.um.pro arcadico. Virgi. Parrhaſio dictum panos de more lycæi. In ea eſt mons Licæus,in quo bicornis fauni templum fuerat, a quo lycæa ludicra illi ſacrata,a nobis lupercalia dicta. Vnde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ouid.lib.ii.Fasto.Quis uetat arcadico dictos a monte lupercos. Faunus in Arcadia tẽpla lycæus habet.

Parrhasius nomen pictoris ephesii, qui cum Zeuside in certamen picturæ descẽdit. Hic primus symmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, uenustatem oris expressit. Et cum Zeusis detulisset uuas pictas tanto successu, ut in scænã aues aduolarent, ipse detulit linteum auibus pictum.

Parco.is.peperci, uel parsi parsum. Vñ parsurus, ꝑprie significat abstineo, quasi paꝛe tango. Hinc parcere ꝑ uenia dare. i. ab ultione abstinere. Liui.li.xxv. Necdũ eos Capuæ parsuros. Vir. Parcere subiectis, & debellare superbos. Aliqñ ꝑ prohibere, ut Parcite oues nimium ꝓcedere. Aliqñ deponere, quia ab his, q̃ deponimus abstinemus. Vir. Parce metu Cytherea, manent immota tuoꝝ Fata tibi. Aliqñ pro seruare, qa similiter ab eis abstinemus. Idem lib.x. Argenti atq; auri memoras q̃ multa talẽta, Natis parce tuis. Aliqñ ꝑ desinere. Nam & desinere abstinere est, ut Parce pias scelerare manus Sic parcere errori dicimus abstinere a castigatione erroris, siue paꝛe castigare errorẽ. Parcere pecuniæ, abstinere ab expendenda pecunia, siue paꝛe expendere pecuniam. Var. Parsurus pecuniis bene partis. Parcere famæ, abstinere a fama, nõ laudare. Aug.li.ii.de ciui.dei. Nimis superbũ fuit famæ parcere principum ciuitatis ubi suæ famæ parci numina noluerũt. Parcere labori, abstinere a labore, siue paꝛe laborare, & eodem modo de similibus. Huiꝰ uerbi cõposita sunt cõparco eiusdẽ cũ simplici significationis. Terẽ. Suum defraudans genium cõparsit miser. Reparco, itemꝛ parco. Plau.in Tru. Etiam rei iterum parcissem meæ, ut non reparcis.

Parcus, qui frugi est, & sumptibus parcit. Gell.li.iii. Neq; ab arca, neq; ab arcẽdo, sed ab eo q̃ paruum & parum denominat. Hinc parcitas pro frugalitate. Huius cõpositum est præparcus, ualde parcus. Pli.li.xi. Aliqñ & ipe contrahunt mortis sibi causas, cum senserẽ eximi mella auide uorantes, cætero ꝑparcæ, & q̃ alioquin prodigas, atq; edaces, nõ secus, ac pigras & ignauas ꝓturbẽt. Similiter deparcus nimiũ parcus ac tenax, cui opponit ꝑfusus, ac magnificus. Apul. At uero contraria accusatis unum seruum, ut deparci, tris liberos, ut profusi.

Parcæ, dictæ sunt, a parco ꝓ contrariũ, q̃ nemini parcãt. Var. a partu unius literæ mutatione deduci putat, qñ ut scribit Hesiodus, hæ nascẽtibus hoibus bonum, malumq; conferre censeant, Iuue. Hæc exempla para fœlicibus, at mea Clotho Et lachesis gaudẽt, si pascit inguine uenter. Tres aũt fuisse parcas, Clotho scilicet, Lachesin, & Atropon finxerunt antiq, quas Cic.li.de na. deo, Herebi & noctis filias fuisse scribit, & easdem fata esse existimant. Vñ est illud Cleantis, Ducunt uolentẽ fata nolentem trahunt. Fingunt uitæ hoim ꝑesse, & nendo eam ducere. Quapropter lanificas sorores appellant. Mar. Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores Stamina, nec surdos nox habet ista deos. Apul.lib.de cosmographia. Tres parcę tria fata sunt numero, cũ rõne temporis facientia. Si potestatẽ eaꝛe ad eiusdẽ similitudinẽ temporis referas. Nam quod in fuso perfectũ est præteriti tpis hẽt speciem. Et quod torquet in digitis momenti ꝑsentis indicat spacia. Et qd nondũ ex colo tractum est subactumq; curæ digitoꝝ, futuri, & cõsequentis sæculi posteriora uidetur ostendere.

Parsimonia moderatio sumptuum, & parcitas, hoc est conseruatio reꝛ, q̃ sic diffinit a ꝑis. Parsimonia est, q̃ cauemus, ne qd dispendium ultra modũ fiat, & res familiaris, quo ad fieri potest sine cuiusq̃ iniuria conseruetur. Fit aũt a ptõ parsi, quod cõseruaui, siue abstinui significat. Nam alteꝛ ptm̃ peperci potius accipit ꝑ uenia dedi, quamuis aliquando confundantur.

Pardalus pe.corre. auicula, quæ magna ex parte gregatim uolat colore cinereo.

Pardus animal est cuius fœmina pardalis dicitur. Vnde & Leopardus.

Parescitacini, ppñi mõtani, & latrones ꝑis cõtermini.

Pario.is. peperi, partum, & paritum, pe. pro. a quarta cõiugatione. A tertia uero. pe. cor. Sta. Hosti ueniat paritura marito. Enni. Oua parire solet genus pennis cõdecoratum. Est aũt parere fœtũ emittere, qd proprie ad fœminas ꝓtinet, licet etiam qñq; de uiris dicat. Cæcil. Hic uicinus noster peperisse se filium memorat. i. genuisse. Per translationẽ de his dr̃ interdum, qui non concipiunt, ꝑ acquirere, seu cõparare. Et sic constituit, sicut emo. Col.li.x. Sequit, ut ex anima desideremus, ea porro, uel ære parta, uel gratuita contingunt. Virgi. Ite ait egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo. Huius composita sunt aperio, a quo adaperio, cõperio, operio, a quo cooperio, & reperio.

Parturio.is. pe.cor. a pario, uel a partu fieri uidet, qd est in pariendo laboro, seu laboro ut pariam. Pli. Vtiq; cõstat parturientes foliis sustratis celerius parere. Var. In cubilibus cum parturient acus substernendũ, cũ peperierint tollere substramen. Cic. Vtinam aliqñ dolor populi Romani pariat, qd iandiu parturit. Amb. de Cain Hos partus anima nostra parturiat, nec solum parturiat, sed etiam pariat. Ponit tamen qñq; pro primitiuo. Hiero. contra Ruffi. Putas ne eiusdem meriti eos qui parturiuntur, & qui pariunt.

Partus.a.um, participiũ a pario. Apul. Partãq; a pre multo tpe, & multo labore pecuniã uno die consumpsit.

Partus.us. nomẽ ꝑ ipso pariẽdi actũ. Pli. Qd a prægnantibus cõmanducatum partum facilioꝛẽ facit. Aliqñ accipit ꝑ prole. Mar. Nec iacuit partus, sed matre cadente cucurrit. Augu. in primo significatu. In partu uirgo puerpera, in secũdo. Ad partũ uirginis adorandum.

Paritura, idẽ qd genitura. Var.li.ii.de re rust. Quare demes, si uis duas res de mulis, admissuram & paritura.

Partio.onis. idem quod partus. Plau.in Truc. Horresco misera, mentio quotiens fit partionis.

Parens, a pario fit, quo noie nõ mõ pi & mater, sed auus & proauus, auia & proauia, & omnes superiores, usq; ad tritauos significant, ultra hos, q̃ nõ hũt speciale nomẽ maiores appellant. Caius scribit appellatione parentũ oẽs in infinitum maiores utriusq; sexus significari. Autor est Hiero. in secunda cõtra Ruffi. Apologia, parentes etiam significare affines & cognatos, iuxta uernaculum sermonem. Lamp. de Alexandro seuero sic scribit. Amicos & parentes Alexãder si malos reperit, aut puniuit, aut si uetus, uel amicitia, uel necessitudo nõ siuit puniri, dimisit a se dicẽs. His charior est mihi Resp. Iul. Capito. de M. Antonio refert, ꝙ adoptatus in auli-cam domum omnibus parentibus suis tantam reue-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rentiam,quantam priuatus exhibuit.

Parẽtela,ab eodem uſurpatur,cum dicit.Cauſa eloquentiæ dignum parentela ſua putauit.

Parento.as.ſignificat parẽtibus iuſta celebro.Licet etiã ad alios tranſferatur.Pli.li.xviii.Qñ mortuoꝝ animæ ſunt in ea.ſ.faba,qua de cauſa parẽtando utiq; aſſumitur.Sumit etiam interdum parẽtare pro ſimilem eſſe, parentare Dionyſio eſt uino operam dare.

Parentalia cõuiuia,q̃ in parentũ aut propinquoꝝ mortibus fieri conſueuerunt.Hoꝝ Æneas inuentor fuit.Hiero.in Hiere.propheta li.iii.Mos eſt in gentibus ferre cibos,& ꝓparare conuiuium,qd a græcis,& a noſtris uulgo appellaf parentalia,eo ꝙ parentibus iam defunctis iſta celebranf.Vel dicta ſunt parentalia, ꝙ ita parerẽt mortuis,qui ita uiuentes iuſſerant facere,uel ꝙ filii parentibus hoc præſtarent.

Pareo.es.parui,paritum.Vñ pariturus,ſignificat uideor, & a pario,ut aliqui putant deductum,qñ partus poſtq̃ extra uteꝝ eſt uidef. Vir. Cui pecudum fibræ, cui cæli ſidera parẽt.i.a quo fibræ & ſidera cernunf. Vñ & cõpoſita appareo,ut apparent rari nantes in gurgite uaſto. Cõpareo,corã aliquo pareo,ut puer non comparet, & ego quo ibo? Diſpareo a conſpectu recedo.Tranſpareo,per aliquod corpus lucidum uideor. Interdum parere eſt obedire.Vir. Paret amor dictis caræ genitricis.Iuſti.lib.i.Vix patienter uni uiro nedum fœminæ parituris.Et habet pe.produ.

Paro.as.,ꝓprie cũ difficultate & labore aliqd acqro,& ſicut emo capi põt,licet in eo p̃ciũ exp̃ſſum nõ inueniaf ita aptum, ut in eius cõpoſito cõparo, ſed q̃ſi p̃cium. Teren.in Eu. Cupio aliquot parare amicos beneficio meo.Curti.Quid tibi diuitiis opus eſt q̃ te eſurire cogunt,primus oim facietate paraſti fãmem, ut quo plura haberes,acrius,q̃ ſi non haberes cuperes.Huius compoſita ſunt apparo,cõparo,reparo,ſeparo,diſparo, qd eſt ſeparo.æqparo, propero,& ſupero,q̃ hñt pe.cor.

Parabile,quod in ptõptu eſt,& cito haberi poteſt. Sene. Ad manum eſt,& parabile,quod ſat eſt, qui ad naturã uiuit nunquam eſt pauper.Cice.lib.v.Tuſ.Diuitias(inquit) naturæ parabiles eſſe.

Paro nauis genus,ad cuius ſimilitudinẽ Myoparo dr̃.

Paries.etis pe.cor.de priuatis dr̃,ut paries domoꝝ. Murus,tam de publicis q̃ de priuatis dicitur.

Parietinæ pe.,p.muri ueteres,ac ſemicõſumpti.Pli. Aſtericum herba eſt naſcens in tegulis, parietiniſq;,folio ſimilis ozimo. Aug. Parietinæ dñr,q̃s uulgo dicim⁹ ruinas,ubi parietes ſtant,ſine tecto,ſine habitantibus.

Parietaria,herba a parietib⁹,in q̃bus naſcit,dicta uulgo uitriolũ.Dr̃ & perdicion,qñ perdices ea ueſcanf.

Paros inſula eſt ex cycladibus, quæ a Delo.xxxv.milibus diſtat,ex qua pari⁹ lapis marmoreus Hanc primo Plateã,poſtea Minoida uocitarũt,ut inqt Pli.In ea eſt oppidũ etiã Paros uocitatũ.Pharos uero cũ h, eſt alia inſula, de qua infra. Ex Paro fuit Archilochus poeta Iambici carminis autor. Vñ parius dictus eſt. Hora. Parios ego primus iambos oſtẽdi latio.i. archilochios.

Parius,lapis cãdidus,e quo multa ſigna fiũt. Et eſt in Paro inſula una ex cycladibus. Vir. Niueãq; Paron.

Pariũ ciuitas Aſię i regiõe Myſię ex q̃ fuit Neoptolem⁹ cognomento Gloſſographus,uir memoratu dignus.

Parma,breue ſcutũ, quo pedites utebanf, ꝙ e medio in oẽs partes eſſet par,ut inqt Var. Vir.li.xi.Enſe leuis nudo,parmaq; inglorius alba.Hoc ſcutum græci, autore Pli.uocant peltam.Huius dimintutiuũ eſt parmula.Hora.Senſi relicta nõ bene parmula. Parma etiã nomen fluuii,a quo urbs inter Placentiam & Cremonam ſita Parma appellata eſt.Hæc patria fuit Caſſii poetæ,& Macrobii uiri ingenio,& doctrina præſtantis.

Parmula,Vide in dictione Parma.

Parmularius gladiator,q parmula utebaf. Itẽq; fautor & locator eius gñis,porro parmularii etiã Thraces ſiue thræces appellabanf.Feſt.Thræces inquit gladiatores a ſimilitudine parmulaꝝ thraciaꝝ uocati.

Parnaſus pe.pro.mons in Phocide,ut ſcribit Pli. & Stra. li.ix.Et Herod. Melaq; confirmant, qui mons duos uertices habet;quoꝝ unũ Thitorea, alteꝝ Hyampaũ Herodotus in urania tradit, nõ aũt Cytheronem & Heliconem,ut Seruius putauit,ſeu ut alii uolunt Cyrrham aut Cyrphim,ſeu Nyſam,cũ Cytheron aut Helicon in Bœotia montes diſiuncti ſint,ita ut helicon ꝓcul ſit a Parnaſo circiter quindecim paſſuum milia.Cytheron uero.xxx. Eſt aũt ſicut & docet Stra. Helicon Parnaſo æmulus,& altitudine & circuitu. Et muſis natale in nemore Helicone ſcriptores aſſignãt.Cyrrha uero,& Nyſa ſunt noĩa ciuitatum.Cyrrha ſub Cyrphin rupẽ Parnaſi in radicibus montis in planicie mare uerſus locata eſt.Nyſa uero, non in Parnaſo, ſed in fœlici Arabia ſita eſt,in qua cũ Bacchus nutritus eſſet,in eius memoriam ipſe poſtea aliam in India condidit.Eſt igit Parnaſus Phocidis ſacer Baccho,& Apollini.Oui.Separat aonios actæis phocis ab aruis Terra ferax.Mox addit. Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus Nomine Parnaſus,ſuperatq; cacumine nubes.Luc. Carmine Parnaſus gemino petit æthera colle.In hoc monte rupes,uel maieſtate numinis,uel ſitu ipſo horroꝝ uiſentibus facit undiq; fere p̃ceps in formã theatri, hic eſt Apollinis delphici tẽplũ, hic fons caſtalius muſis ſacer Hic habitauere pieres natio thracia, vnde pierius mõs & pierides muſæ. Sub Parnaſo habitauerunt Hyantes populi.Vnde aquæ parnaſi fontis hyantida dicuntur. Hic fontes Atticam uerſus Hippocrene Aganippe.A Parnaſus fit parnaſius.a.um. Vir. Nec tantum phœbo gaudet parnaſia rupes.

Parricida pe.pro.a pari,uel a patre deduci põt.Si a pari,r euphoniæ cauſa addif.Si a patre,t in r conuertif.Ideo per duplex rr ſcribif. Quibuſdã tñ a parẽte cõpoſitum uidef,& ꝓ parẽticida p ſyncopã cõmutatione t in r.Nã parricidæ dñr parentũ iterfectores, & patriæ ꝓditores quia patria parens uniuſcuiuſq; eſt.Lege Pompeia de parricidis cauef,ut is parricidii teneaf,non ſolum q patrem & matrem interfecerit,ſed qui fratrem,ſororem, patruelẽ,matruelẽ,filiũ,filiam, nepotẽ, nurum,alioſq; ꝓpinquos occiderit.Et q emit uenenũ ut patri daret, q̃uis non potuerit dare, ut inquit Martianus. Ponif & ꝓ alio quocunq;,q qualẽcunq; hoiem occiderit.Vñ extat lex Numæ Pompilii. Siqs libeꝝ hoiem morti ſciens duit,parricida eſto.Et ſic a pari ſit cõpoſitum. Hic parici appellabanf q̃ſtores,q cauſa capitalium rerum quærendaꝝ creari ſolebant. Sunt tñ qui inter parricidium & patricidiũ diſtinguant, ꝙ patricidiũ ſit patris

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

interfectio. Vñ & matricidiũ, quo mater interficit, sic patricida & matricida. Parricidiũ uero cognati, uel ciuis, uel alicuius alii occisio, uel contra patriã machinatio. Cic. li. iii. offi. Potest eñ dii imortales cuiq̃ esse utile fœdissimũ & teterrimũ parricidium patriæ, q̃uis is qui se eo obstrinxerit ab oppressis ciuibus parens nominet. Plau. tñ parenticidã appellat, qui patrẽ interfecerit. Græci patroctonum ἀπὸ τῶν πατέρων.

Partheni⁹ uirgine⁹ dr. Quo nõie dictus est mõs Arcadiç a uirginib⁹ quæ ĩ eo Veneri frequẽter sacra facere solebãt. Est & pthenius fluui⁹ Paphlagonũ, fluui⁹ Sami Imbrasus antea dictus. Vñ parthenia samos & Imbrasia.

Parthenope una fuit sirenũ, quæ p̃ dolore ꝙ p̃tereuntẽ Vlyssem cũ sociis cantu nõ deceperint, in mare se p̃cipitarunt, una hæc in eũ delata est locum ubi postea cõdita fuit Neapolis præclara urbs Campaniæ. Parthenos enim uirgo latine dr. Ab hac igit sirene Neapolis est appellata, a uirgine Parthenope. Et licet qdam dicant Neapolim dictam, ꝙ Augustus eam instauraverit, tñ legit a Lycophrone Neapolim ante Augusti t̃pora, qui tpe Ptolemei Philadelphi claruit, & Neapolitanos singulis annis ad tumulũ Parthenopes faces tulisse. Hanc Cumani a parentibus digressi cõdidisse produnt, qui cum in eo loco Parthenopes corpus in ueteri monumento conditum reperissent nomen eius urbi indidere. Sed põstq̃ ob loci ubertatẽ, atq̃ amœnitatẽ maiorem in modum frequentari ciuitas cœpit, ueriti ne Cumæ desererent, diruendi Parthenopem consiliũ iniere. Quo facto mox immani pestilentia uexati, oraculo moniti sunt, ut urbem restituerẽt. Itaq̃ subito instauratam Neapolim, hoc est nouam urbem uocauere. Hinc parthenopeius. a. um.

Parthia regio Assyriæ, a q̃ Parthi. Hi lĩgua scythica exules dr, sicut refert Iusti. li. xli. docẽs ab exulib⁹ scythaꝝ partho⁹ impium fuisse deductũ, quo⁹ regna duodeuiginti fuisse, testis est Pli. li. vi. hæc regio ab ortu habet Arios, a meridie Carmaniam, ab occasu Medos, a septentrione Hyrcanos.

Pars a pari, ꝙ partes simul iũctæ pares. i. æquales sint toti. Vel dr a pario, ꝙ pars a toto deducta & q̃si parta sit. Põt etiã dici a parũ, ꝙ pars sit qd paꝝ respectu totius. Dñr uero partes in quas diuidit totũ. Q̃ñq̃ pars capit p̃ dimidio. Nã iurisc̃onsulti titulo de usu fructu sic scribunt. Et partis usu fructus legari põt, si specialiter uero sit facta partis mentio dimidia pars bono⁹ continet. Hinc partiarius de quo infra. Q̃ñq̃ tñ partes ꝑ officio poni consuetũ est, qd cuiq̃ psonæ assignat. Et dicimus meæ partes sunt, & meaꝝ partiũ est, hoc est meũ officiũ est. Hinc fit cõpositum expers, qd est sine parte.

Particula diminutiuum parua pars, a quo particulare quod ad partem spectat.

Particulariter, & particulatim aduerbiũ significat mẽbratim, & per partes. Cice. li. i. ad Heren. Si Summatim non particulatim narrabimus.

Particulones dñr cohæredes, & q ptẽ patrimonii sumũt.

Partim aduerbiũ fcat q̃ñq̃ ex parte, ut partim subticuit crimen, ptim confessus est. Aliq̃ idẽ est quod pars, ut partim hoĩm uenerunt. i. pars hoĩm uenit.

Particeps qui partem capit. Dicimusq̃ particeps sum laborum tuo⁹, & particeps sum tibi in laboribus. Curtius. Quod fuisset illi in periculis particeps.

Participo. as. partẽ tribuo. Hiero. Tũc erit ei⁹ fructus cũ ei Christus dñs cælo⁹ regna participauerit.

Participium pars orõnis dr, ꝙ partẽ capiat noĩs, partẽq̃ uerbi. Participia iuncta cũ uerbis infinitis seruãt uim participio⁹. Hinc participialia noĩa dicta sunt gerundia, q̃ licet non sint participia, similia tñ participiis sũt. Nam & casus, & gña, & tpa, & significationes habẽt more participio⁹, & post se casus regunt, non ante, q̃is legat, In conuertendo dñs captiuitatem Syon. i. dũ conuerteret dñs, uel cõuertente dño captiuitatem, sed nõ est usurpanda talis locutio. Differunt aũt gerundia a participiis, ꝙ ipsa rei administrationem significat sine tpe, ut Tenet me occupatio iurisdicendi gerundiũ est, nec tempus ꝑcat futuꝝ, sed rei administrationem in iure dicendo. Illa uero tempus sine rei administratione, ut tenet me cura dotis numerãdæ, participiũ est futuri significatum sine rei administratiõe. Præterea gerundia duplicẽ significationem hñt; participia unam tñ. Sed sciendũ ꝙ gerũdia q̃ sociata sunt substantiuis, passiue accipiunt, disiuncta uero, mõ actiue mõ passiue, sed passiue cum sine p̃positione & sine gñe & abltõ, & quasi absolute ponunt. Quintil. Sed memoria excolendo, sicut oĩa alia, auget. i. dum excolit. Vir. Aliter uitiũ crescit q̃ tegendo. Idem. Ægrescit medendo, & urit uidẽdo fœmina, hoc ẽ cũ tegit uitiũ, cũ curat æger, cum uidet fœmina. Salu. cũ actõ mediante ad. Pauca supra repetam, quo ad cognoscendum oĩa illustria magis, magisq̃ in aperto sint. i. ut cognoscant, iungunt & gerundia cum plurali numero singulari uoce. Pli. Cum illo⁹ uidendi gratia me in fo⁹ cõtulissem. Aliq̃ participium sumit ꝑ participatione. Hiero. in expo. can. Considera, ne forte possit & illud corpus, qd assumpsit Iesus cõe ei cum sponsa cubile noĩari, q̃nquidem uidetur p̃ ip̃m ecclesia Christo esse sociata, & participiũ uerbi dei capere potuisse, ꝑm qd mediator dei & hoĩm dr. Sic etiã solet dici, cauenda esse fœminæ participia, quo significat fugiendũ esse fœminæ consortium.

Partum ꝑprie dr labore acq̃situm, qa null⁹ ptus sine labore & dolore. Fit aũt a pario. is. Cice. Male pta, male dilabunt. Plau. in Pœ. Male ptum male dispert.

Partior partiris, & partio, partis, partiui, partitũ, futuro partiã, & partibo, partiar, & partibor. Plau. in Asi. Hanc quã nactus sum p̃dam cũ illis partiã. Hiero. in Psal. Lætabor & partibor sicimã. Est aũt partiri ptes facere & quasi distribuere. Vir. Socios partit in oẽs. Salu. Prouincias inter se partiuerant. Ab his fiũt cõpositæ Impertio actiuũ, Imptior tam passiuũ q̃ deponẽs, a in e mutata, sicut fit in exps. Et significat impendere, uel ptem dare & pticipem facere. Cice. Huic rei aliq̃d tpis impertias. Amb. Postea q̃ apostoli ad euangelizandũ regnũ dei sunt destinati, gĩæ cælestis impertit alimentũ. Idẽ. Vtinam dñe Iesu uelis mecum istos nõ ieiunos dimittere, sed imptitis abs te epulis reficias eos, ut possint tuis admoniis fortiores infirmitatẽ ieiunii non timere. Cice. Atq̃ etiam uiro forti collegæ meo laus imptitur. Dicimus aũt Imptio nemini laudẽ mei laboris. Et imptio neminem laude mei laboris, sicut fit in dono. Terẽ. Plurima salute Parmenonẽ suum imptit Gnato. Disptio uel disptior uarie ptio. Plau. in Aul. Hercle iniuria di-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſpertiuiſti pinguiorem iſti agnũ hũt. Noni. Vt pariter diſpertiant bona patris. Biptior, triptior, quadriptior, a quibus bipertita, tripertita, & huiuſmodi.

Partiarius, colonus ſiue alius qs, cũ quo aliqd cõe habemus, & ptimur ex dimidia pte. Cato. Vineã curãdã partiarius bene curet, fundũ, arbuſtũ, agrum frumentariũ partiario, fœnũ, pabulũ, qd bobus ſatis ſiet, q illic fiant, cætera oĩa p indiuiſo. Idem. Calcem partiario coquẽdam qui dant calcarius perficit, & coquit.

Parulis. idis, tuberculũ iuxta dẽtes in gingiuis naſcens.

Parari⁹, idẽ qd, pxeneta nomẽ latinũ. Sene. li. iii. de bñfi. Quidã uolũt noĩa ſecũ fieri, nec interponi pararios.

Parum aduerbium ſignificat modicum, a quo paulum, paululum, pauxillum, pauxillulum diminutiua.

Parumper paruo tpe, quaſi pparum, hoc eſt ualde parũ, ſed p̃poſtere. Plau. Expecta hic parump. Interdũ fcat paulatim. Vir. Pulſuſq parumper corde dolor.

Paruus. a. um. quod non eſt magnum. Cuius diminutiuum eſt paruulus. Hinc etiam paucus, a quo diminutiua pauculus & pauxillus.

Parmeno apud comicos nomen uiri, quaſi deſes, a para & meno maneo.

Paſceolus, ut inquit Varro, ſacculus eſt ex aluta factus. Plau. in Ruden. Præterea cẽtum denaria philippea in paſceolo ſeorſum.

Paſca quidã inflectũt, paſca, paſcæ, ut in euang. Ante diẽ feſtũ paſcæ. Cõtra hos eſt Priſcia. q ait nullũ nomẽ primæ decli. põt eſſe generis neutri. Sed non eſt paruipendenda eccleſiaſticoꝝ doctoꝝ autoritas. Inter quos eſt Augu. Qui in li. q̃ſtionum noui & ueteris teſtamenti ſic ait. Sanctũ & ſalutarẽ diẽ paſcæ & omni laude p̃dicandũ. Alii putant græcũ eſſe, & cũ aſpiratione ſcribũt ἀπὸ τοῦ πάσχειν, quia pecudis immolatio paſſionis eſt figura, & declinant paſcha. tis, ſicut problema. atis. Et hi refellunt autoritate Ioſephi, Auguſtini, Hieronymi, q uolunt hoc nomen hebræũ eſſe, ſignificareq tranſitũ. Hieronymi hæc ſunt uerba. Paſcha, qd hebraice dicit phaſſe, nõ a paſſione ut pleriq arbitrant, ſed a tranſitu noĩat, eo q exterminator, uidens ſanguinẽ in foribus Iſraelitaꝝ ptranſierit, nec pcuſſerit eos. Aug. A diligentioribus, & a doctoribus inuentum eſt, quia paſcha hebreum uerbum eſt, & nõ interp̃tatur paſſionẽ, ſed tranſitum. Per paſſionẽ eñ tranſiuit a morte ad uitam, & fecit nobis uiam credentibus in reſurrectiõe, ut tranſeamus & nos de morte ad uitã. Sic. n. ipſe dñs ait. Qui credit in me tranſit a morte ad uitam. Vñ cũ barbaꝝ ſit in frequentiori uſu etiam inuariabile legitur.

Paſchalis & hoc paſchale, quod ad paſcha pertinet ut paſchalis dies, & paſchale ſacramentũ. Paſcales uero oues quaſi paſcuales dicuntur.

Paſco. is. paui. paſtum. i. comedo, & qñq abſolute ponit. Vir. Paſcentes ſeruabit Tityrus hædos. Qñq conſtruit cum actõ, ut florem depaſta ſalicti. Interdũ paſcere eſt cibũ alteri p̃bere, & quaſi cibo ſaginare. Et ſic dicimus herba paſcit equũ, & paſco equum herba. Virgil. Veloces Spartæ catulos, acremq molоſſum Paſce ſero pingui. Vnde p tranſlationẽ paſcere ponit p delectare. Idẽ Atq animũ pictura paſcit inani. Et paſcere oculos eſt uiſu alicuius rei gratæ eos oblectare. Interdũ p fouere alere. Idem. Qualem infœlix amiſit Mantua campum Paſcẽtem uiridis herboſo flumine cygnos. Interdum pro augeri & creſcere, ut & ſacrum tibi paſcere crinem Huius compoſita ſunt compaſco, depaſco, paſcendo abſumo. Et depaſtus dicitur agrum bos, qui cibum ex agro ſumpſit. Hiero. in Exod. Si dimiſerit iumentum ſuum ut depaſcat aliena reſtituet. Item depaſtus ager paſſiue, hoc eſt paſcendo conſumptus. Diſpaſco diuido, & proprie pecus a paſtione deduco. Expaſco, depaſco, perpaſco, in totum paſco, ſatio.

Paſcor deponens ſignificat comedo. Virg. Paſcuntur uero ſyluas, & ſumma lycæi, Horrentesq rubos, & amantes ardua dumos. Dicimus etiam paſcor equum p herbam, ut cætera paſcuntur uirides armenta per herbas, equus paſcitur herba, ut Sylua paſtus arũdinea Equus paſcitur in uiridi pabulo, ut Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuẽca. Equus paſcitur diem & noctem, ut Sæpe diem noctemq & totum ex ordine menſem Paſcitur. Ab hoc fiunt Depaſcor, & impaſcor, quod eſt intus paſco. Colu. lib. ii. Neq ſuem uelimus impaſci pratum, qñ roſtro ſuffodiat & ceſpitem exciter.

Paſcito. as. pe. cor. frequen. a paſco. Var. Nũc feras quæ in ſylueſtribus locis paſcitant, cicures, quæ cultis.

Paſcuum, a quo plurale paſcua, in quib⁹ pecudes paſcuntur, ſiue ager paſcuus ſit, ſiue pratum, ſiue mõs, aut collis. Columella libro octauo. In eo rure q paſcuo caret, contineri poteſt exiguo & qualicunq pabulo contentus. Paſcua cenſoriis tabulis dicebantur omnia ex quibus populus redditus haberet, quia diu hoc uectigal fuerat.

Paſcua. æ. idem quod paſcuum. Hiero. in Eſaia. Et erit in paſcuam bouis, & inconculcationem pecoris. Et in Pſal. Oues paſcuæ eius.

Paſcuus. a. um. Vnde Plau. ſyluam paſcuam appellat, quæ paſcuis pecudum deſtinata eſt.

Paſcales oues, & gallinæ dicuntur, quæ paſſim paſcuntur, a paſco ſiue paſcuis, quaſi paſcuales. Lucil. Paſcali pecore, ac montano hirco, atq ſoloce, Hieronymus libro primo regum. Mulier illa habebat uitulum paſcalem in domo. & occidit eum.

Paſtus. a. um. participium qui cibum ſumpſit.

Paſtus. us. cibum ſiue cibationem ſignificat. Gel. Alia luce orta, auis in paſtum profecta eſt.

Paſtio, idem quod paſtus, quamuis hoc magis ad brutorum alimenta pertinere uideatur. Colu. lib. i. Porcu latoris ũero & ſubulci diuerſa profeſſio, diuerſæ quæſtiones. Vnde etiam Varronis index de uillaticis paſtionibus ad bruta pertinentibus.

Paſtor, qui curam habet paſcendi, ut eſt apud Euange. Paſtores erant in eadem regione cuſtodientes uigilias gregis.

Paſtoralis & hoc paſtorale, quod eſt paſtoris, uel quod ad paſtorem pertinet, ut paſtoralis cura, paſtorale officium. Varro. Tertio gradu a uita paſtorali ad agriculturam deſcenderunt.

Paſtorius. a. um. quod ad paſtorem pertinet. Var. li. ii. de re ru. An ea quæ tria here dixiſti mihi de paſtoria re.

Paſtoricus. a. um. idem eſt quod paſtoralis apud Augu. ut carmen paſtoricum li. i. Academicorum.

Paſtoritius. a. ũ. idẽ qd paſtorius. Idẽ li. i. Cũ hoĩes paſtoritiam uitam agerent, neq ſcirent etiã arare terrã.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Paſtillus dimi. uidet a paſta, quamuis fiat mutatio generis. Quidam a paſtu deriuant, ubi & genus ſeruat. Feſt. apane. Eſt aũt forma panis parui. Hora. in Ser. Paſtillos ruffillus olet, gorgonius hircum. Et paſtilli ſunt, q illinuntur. Vide in dictione Emplaſtrum.

Paſtillum neutri generis, ſicut docet Feſtus fuit genus libi rotundi, quo utebantur in ſacris.

Paſtinaca genus radicis uirtutis calidæ. Macer. Et paſtinacæ uirtus in ſemine tantum. Itẽ paſtinaca genus piſcis carthilaginoſi de quo Pli. li ix. carthilaginem hñt ut Raiæ, paſtinacæ, hos piſces græci appellãt trigones.

Paſtinum pe. cor. eſt ut Col. lib. iiii. refert ferramentum biſurcum, quo ſemina paguntur. Palla. aliter accipit, cum ait, Paſtinum fieri nunc tempus eſt. Menſura paſtini, hæc eſt in tabula quadrata, iugerali, ut centeni octogeni pedes, per ſingula latera dirigantur.

Paſtinare eſt agrum fodere. Colu. lib. iii. Tum in terram bene paſtinatam, & ſtercoratam rectum ſarmentum defigito. Huius compoſitum eſt Repaſtino. as. repaſtinari dicebant ueteres uineas, quæ refodiebantur. Hæc enim propria appellatio reſtibilis uineti erat, nunc antiquitatis imprudẽs conſuetudo quicquid emoti ſoli uineis præparatur, repaſtinatũ uocat. Vnde quidam repaſtinari agrum dicunt, cuius natura fodiendo mutatur. Pli. li. xix. Præcipuus ſit caulis ſapore, ac magnitudine primum omnium, ſi in repaſtinato ſeras. Hinc repaſtinatio, pro reuocatione qñq; capitur. Vnde per tranſlationem dicuntur libri repaſtinationum.

Paſtinatus. us. ipſa paſtinatio. Colu. li. iiii. Neq; enim parum refert ſuſpenſiſſimum eſſe paſtinatum. Et, ſi fieri poſſit, ueſtigio quoq; inuiolatum.

Paſtomis, inſtrumẽtum ferreum, ſiue ligneum, quod adhibendam equo ꝛ tenaciã naribus, uel morſui imponit. Lucil. Paſtomides huic de naribus ingẽtes pendẽt.

Paſſer, auis, a patiendo, eo q morbum caducum patiantur paſſeres. Quo etiã noie ſignificantur omnes aues. Vnde Cic. cum dixit omnibus paſſeribus inſitam a natura uoluptatẽ, de omnibus auibus intellexit. Hodieq aues ipſas in commune paſſeres uocant Hiſpaniarum uernaculi. Et paſſer nomen piſcis, & nomen loci. Mar. Non mollis ſinueſſa, feruidiq fluctus paſſeris, aut ſuperbus Anxur. A paſſer fit diminutiuum paſſerculus.

Paſſer ſolitarius, auis aliquanto grandior paſſere, ac ſubnigrior, ſolus per domorum culmina incedens, cantu ſuauis. Paſſer marinus altera auis

Paſſio, perturbatio, affectus, & affectio, græce pathos dicitur. A neotericis uero autoribus eccleſiaſticis paſſio uſurpatur, pro animi uel corporis morbo. Sunt autem quatuor præcipue paſſiones, duæ a bonis gaudere ſcilicet, & cupere, ſeu ſperare. Lætitia de præſente eſt. Spes de futuro bono. Duæ a malis dolere & timere. Dolor de præſenti. Timor de futuro malo.

Pellex a pellendo, quia uxorem a uiro pellit, & refert ad uxorem. Vñ Iuno persequebat pellices suas, qm̃ a se Iouem abalienabãt, põt tĩ etiã dici a pellicio, q̃ ad se uiros pelliciat. Pellex, ut inq̃t iurecõsultus, illa uulgo appellat, q̃ cum eo, cui uxor sit corpus miscet. Inde apud oratores & poetas pellex, nõ tã uiri q̃ uxoris nuncupat. Cic. Vxor generi, nouerca filii, filiæ pellex. Sue. de Cæs. Prætereo actiones Dolobellæ, in q̃bus eum Dolobella pellicem reginæ dicit. Concubina, q̃ cum cælibe uiro sine nuptiis locũ tenet uxoris, quam græco uocabulo παλλακὴν pallacen appellamus. Sueto. de Vespa. Inde quieti uacabat, accubante aliqua pallacarũ, quas in locum defunctæ Cenidis plurimas cõstituerat. Iustinus quoq; Cyri pallacen noiat, licet uitio librariꝝ pellicẽ scriptum reperiat. Pellex latinũ nomen est a pelliceo, qd est blandiẽdo decipio, quia blandiẽdo uiꝝ ab vxore seducit. Cice. in Sal. Oim cubiculoꝝ pellex, & idem postea adulter, id est puer lædebas alienas uxores præripiens eis maritos, uir postea læsisti maritos præripiens eis uxores.
Pellicatus. us. actus, quem pellex exercet, sicut concubinatus, quem concubina, siue cõcubitus pellicis, ut adulterium concubitus adulterorum.
Pellene penul. produ. oppidum Achaiæ, inquit Strabo. A quo pellenii populi.
Peligni ppli Marsis finitimi, quoꝝ metropolis ẽ Sulmo. Pelignum enim urbs, ex qua Oui. duxit originem, sicut ipse testatur Pelignæ gentis gloria dicar ergo.
Pelluceo per medium luceo. Iuue. Cretice pelluces.
Peloris. idis. genus conchæ. Hora. in Ser. Murice baiano melior lucrina peloris. Mar. Tu lucrina uoras, me pascit aquosa peloris. Pelorides etiã, seu peloriꝺ apd Iuliũ Pollucẽ basilicæ, hoc ẽ regiæ dici solẽt. Autor Athenæus.
Peloria ciuitas Palæstinæ a Pelore terrigena dicta.
Pelorus pe. pro. promontoriũ Siciliæ Italiã uersus, a Peloro gubernatore nauis Annibalis ibi sepulto. Pomp. Annibal fugiẽs ex Aphryca, cũ ad has angustias deueniret sæuientis pelagi, & proditũ se putasset, peloꝝ gubernatorẽ nauis occidit, & tumulauit. De hoc promonto. Luc. li. ii. Extremi colles siculo cessere Peloro.
Peloriæ basilicæ, id est, regiæ dicuntur.
Pelorius, latine excelsus, & uastus. Quo nomine dictus est Polyphemus ab Homero.
Pelicanus, auis Ægyptia, nascit in solitudinibus maxime Nili fluminis. Duo autẽ sunt pelicanoꝝ gña, ut docet Hiero. Vnũ uolatile, aliud aquaticũ, & latine dñr onocrotali, Græci πελεκᾶνος, nos pelicanus. Hæ aues, tanq̃ colaphis rostroꝝ dñr occidere paruulos suos, eosdẽq; in nido occisos a se lugere p triduũ. Postremo dicunt matrẽ seipsam grauiter uulnerare, & sanguinẽ suũ supfilios fundere, quo illi supfusi reuiuiscũt. Hiero. ad psidiũ sic hẽt. Pelicani cũ suos a serpẽte filios occisos mortuos inueniũt, lugẽt, & se, & sua latera pcutiũt, & de sanguie excusso ad latera corpa mortuoꝝ sic reuiuiscũt.
Pellis dr cũ est a carne separata, q̃ cutis antea dicebat. Iuue. Habes deformẽ p cute pellẽ, dicta pellis, ut qdã putant a pellendo, q̃ externas iniurias tegendo repellat. Hæc postq̃ cõcinata est ad calceos & cætera opa facienda aluta dr. Var. Pasceolus saccus est ex aluta factus.
Pellesuina, taberna uel locus ubi pelles uẽduntur. Sicut sutrina ubi calcei.
Pellicula diminutiue parua pellis, ut in lib. Geñ. Pelliculisq; hædoꝝ colli nuda.
Pellicium uel pellicea uestes ex pellibus. Hiero. contra Ioui. Delecti in uallem lachrymarum tunicis consutis & pelliciis uestirentur.
Pelliceus. a. um. quod est ex pelle, ut uestis pellicea.
Pellitus. a. um. pe. prod. quod pelles habet. Proper. Pellitos habuit rustica corda patres.
Pelliculo. as. pe. cor. pellibus obturo. Colu. Vas operculatum pelliculant.
Pelliones, q̃ uestes pelliceas & alia ex pellibꝰ opa faciũt.
Pello. as. quamuis non sit in usu, habet tamen composita Appello, compello, & interpello.
Pello. is. pepuli, pulsum. i. pcutio ferio. Terẽ. Quisnã a me pepulit tã grauiter fores? Aliq̃n abigo, extrudo. Plau. Pelle aio timorẽ, mox aderit gnatus. Hujus composita sunt apello, siue aspello, appello p duplex pp, compello depello, dispello, expello, impello, ppello, qd est a lõge pello, amoueo. Salu. Collegã suum Antoniũ pactione puinciæ ppulerat, ne cõtra Rempu. dissentiret. Aliq̃n ꝺcat ultra duco. Col. li. ii. Cum uentũ erit ad uersuram in priorẽ partẽ iugũ ppellat. Perpello pfecte pello, induco. Liui. li. i. Incẽsam multitudinem ppulit, ut imperiũ regi abrogaret. Repello retro pello, a supino pulsum fit frequentatiuũ pulso. as. Antiqui etiã dixerũt pultũ, a quo pulto. as.
Pelta scutum breuissimum in modum lunæ iam me-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diæ. Vir. Ducit Amazonidũ lunatis agmina peltis.
Peltastæ pedites appellati sunt, qui ad motum concursumq; leuiores erant peltis utentes.
Peluis, q̃si pedelauis, ut Var. inqt, a pedum lauatiõe. Alii peluim sinum aquariũ putãt, in quo uariæ res pluunt.
Pelluuiũ & pelluuia, fœminino gñe uas quo lauant pedes, sicut malluuiũ & malluuia uas quo lauant manus. Dictũ pelluuiũ a pelluendo, hoc idẽ polubrũ dĩ. Labrũ cõe est, quo uulgo dĩ bacille, similiter & peluis.
Pelusium unũ est ex ostiis Nili, & ciuitas ꝑpe in quadã Ægypti parte, q̃ Augustanica appellata est ꝑpe thebaĩ dẽ. Hãc urbẽ cõdidit Peleus Achillis pr̃ monitu deoꝝ, post lustrationẽ. Eo em̃ tpe Peleus furiis agitabat, q̃a fratrem Phocum interemerat, & purgari quærebat.
Pelusius. a. um. possessi. Martia. Accipe Niliacam pelusia munera lentem.
Pelusiacus. a. um. pe. cor. similiter possess. Virg. li. i. Geor. Nec pelusiacæ curam aspernabere lentis.
Pelusiotæ ꝑpr̃i Pelusiũ habitãtes. Hie. cõtra Ioui. Impelle si uales pelusiotẽ, ut mãducet cæpe. Idẽ in Pãma. Pelusiotas nos appellant, & luteos aĩales & carneos.
Pendeo. es. pependi, pensum, ẽre at in sublimi, siue suspensum esse. Tractũ a pẽnis auiũ. Vir. Incultisq; rubẽs pendebit sentibus uua. Plau. in Asi. Nudus uinctus centũ pondo es ꝑ pedes q̃ pendes. Hinc ꝑ translationẽ pendere ꝑ sustẽtari ponit̃. Oui. Pendet & a uestra nostra salute salus. Q̃q; pro cruciari, & in pœna esse, & sic construit̃ cũ gtõ uel abltõ. Cic. li. i. Tusc. Qd̃ si expectando uel desiderando pendemus animis cruciamur & angimur. Idẽ in Horten. Et q̃ expectat pendet animi, & pendere dĩ q̃ nimio desiderio alicuius rei intẽtus, cessat ab omni alio ope, & id unũ solicit⁹ expectat. Oui. Narrantis coniunx pendet ab ore uiri. Vir. Dum cõsulta petis nostroq; in limine pendes. Itẽ dubitare. Sene. Pẽdet animus, & in diuersa trahit̃. Itẽ cessare. Virg. Pendent opa interrupta, minæq; muroꝝ ingentes. Huius cõposita sunt Appendeo, dependeo, impendeo, propendeo, & suspendeo, qd̃ est supra pendeo. Colu. li. v. Rusticos subigere iugo palmã, & ita collocare, ut sol minime suspendeat. Interdũ est mediocriter, uel quasi iminere. Cice. Pæto. Quid ipsa res, mõ honesta modo turpis suspendet flagitiosum est.
Pendo. is. pependi, pensum, uerbũ actiuũ, & assumpta e. fit neutrũ in alio sensu. Significatq; põdero, & ꝑ translationem cõsidero æstimo. Vnde & eos genitiuos regit, quos uerba precium significãtia hñe solent, ut magni pendo, paruipẽdo, nihili pendo, floccipendo, & hmõi, qd̃ est in magna & parua æstimatione habeo. Vñ magis separata q̃ cõposita sunt dicẽda, Pendere est etiam soluere. Liui. li. i. Ad equos emẽdos dena milia æris ex publico data, & qbus equos alerent, uiduæ attributæ, q̃ bina milia æris in annos singulos penderẽt. Sal. Semp illis reges tetrarchæ uectigales erant, populi, nationes stipendia pendere. Vñ pœnam pendere ꝑprie dĩ, q̃ ob delictum pecuniam soluit. Vir. Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi, qd̃ ex eo tractũ est, q̃ ære graui cũ ut̃rentur romani, eo penso, non numerato debita soluebant. Libralis em̃ & dipondius appendebatur assis. Vñ æris grauis pœna, hinc pensiones dictæ sunt. Itẽ pendere, sustinere. Lactã. li. ii. Eosq; impietatis ac sceleris sui supplicia pensuros. Composita sunt Appendo, Compendo. Vñ cõpendium, dispẽdo, uarie pendo, a quo dispendiũ. Dependo qd̃ est do. Colu. li. v. Nanq; aliter in cassum dependit̃ opa, cũ degeneres etiã renouatæ pristinũ seruabũt ingeniũ. Expendo, impendo, ꝑpendo, diligenter cõsidero, seu pfecte pondero. Lact. li. vi. Nihil em̃ sapiũt nisi terrã, bonaq; & mala solius corpis sensu ac uoluptate perpendunt. Cice. Quid in amicitia fieri optet, q̃ tota uirtute ꝑpendit̃ i. exacte ponderat̃, examinat̃. Aug. li. iii. de ciui. dei. Nec nos in ea re diligẽtius requirẽda ꝑ multoꝝ scriptoꝝ ꝑpensa testimonia demonstremur. Propendo, ꝓpendo, antependo. Prop. Cum tua ꝓpendent demissa in pocula serta. Repẽdo, & suspẽdo, sursum pendo, alte ligo. Vir. Ante nouis rubeant q̃ prata coloribus, ante Garrula q̃ tignis nidũ suspendat hirundo. Q̃q; suspendere est anxiũ esse. Plau. Vix cõpos mẽtis sum, ita mihi suspendit aĩm. Vir. Suspensi Eurypilum scitatũ oracula phœbi Mittimus. Et q̃m dũ anxii sumus etiã dubii efficimur, Suspẽsum q̃q; ꝑ dubio ponit̃. Sene. Suspensus aĩo qd agere cogitabat. Itẽ ꝑ placido ac siléti. Terẽ. in Phor. Hæc ubi ego audiui ad fores suspenso gradu placide ire prexi. Et suspendere etiã est pendẽdo interficere. Lact. li. iiii. Tũ suspẽderũt eũ inter duos noxios mediũ, q̃ ob latrocinia dãnati erãt. Hinc suspendiũ, ꝑ suspẽsione. Gel. Suspendio uitam finiũt.
Penso. as. a pendo, uel a pendeo frequentatiuũ, ẽre at sæpe põdero, æstimo, uel aliqd ꝑ alio do. Hiero. ad Iuli. Paupercula uidua oẽs dĩ in oblatiõe munerũ dei superare locupletes, q̃ nõ pondere suĩ, sed offerentiũ uoluntate pensant̃. Vale. Maxi. li. i. Deductus ac missus ad senatũ legatus, ut ex se & uno & sene cõplures pœnoꝝ iuuenes pẽsarent̃, in contrariũ dato cõsilio, Carthaginẽ petiit. Hinc cõpenso, dispenso, repenso. Hiero. De eo aũt, q̃ niteris approbare cõuitium, & homicidiũ racha, & adulterium, & ociosum sermonem, & impietatem, non supplicio repensari iam respõsum est.
Pensito. as. sæpe uel ualde bñ põdero examino. Pli. li. vii. Is demũ uitã æqua lance pẽsitabit, q̃ semp fragilitatis humanæ memor fuerit. Gel. li. i. Aut uirtutes pẽsitabat, aut uitia rimabat̃, ut iudiciũ esse factũ adamussim diceres. Et pensitare est soluere cõsuescere. Pli. li. xii. Qui tradit singula milia talentũ thuris annua pẽsitasse Arabas regib⁹ Persarũ. Cic. ĩ orõne cõtra Mithridatẽ. Quæ tandẽ esse existimatis, aut eos q̃ uectigalia uobis pensitant, aut eos q̃ exercent, aut exigunt. i. soluere solent.
Pensitator, põderator. Gel. Verborum pensitatores subtilissimi a pensito. as.
Pensor, qui põderat, a pendo. is. Aug. li. vi cõfes. Dubitare stultum est, quin utiq; melior sit q̃ mensor cæli, & numerator siderum, & pensor elementorum.
Pensiculo. as. idẽ qd̃ pensito. Gel. Pensicula utrũq; modulare, reperies suo qd̃q; in loco sonare aptissime. Hic pẽsiculatores dicti sũt, q̃ alioꝝ dicta siue dictiões exacte ponderant. Et pensiculate aduerbium. i. cum põdere.
Pensilis & hoc pensile pe. cor. qd̃ suspẽsum & sublime est, ut pensilis hortus, q̃ supra ædificia factus est, hoc est, in solario, uel in aere sublimis. Sic pẽsilis uua. Hora. Tum pensilis uua secũdas ornabat mẽsas. Pẽsilis hõ, q̃ suspensus est. Plau. Restim uolo mihi emere, q̃ me faciã pensilem. Pensilis lectus, pensiles lychni, q̃ suspensi sunt. &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in aere pendẽtes. Penſilis urbs, q̃ ſubter cauata eſt. Pli. Leguñ & pẽſiles hortos, imo uero totũ oppidũ feciſſe nullo oppidano ꝛ ſentiẽte. Idẽ. Magnitudo & frequentia cloacaꝝ urbẽ penſilẽ fecit. Penſile horreum, qđ nos uocamus granariũ, ꝙ ſit in altiore domus loco. Colu. li.i. Sed nos in noſtris regionibus, q̃ redundant vligine magis illã poſitionẽ pẽſilis horrei probam⁹. Aliq̃n tñ penſilis dr̃ mollis. Vir. Pilẽtis matres in mollibus. Ser. ideſt penſilibus, nam molle & penſile conuertuntur.

Penſa a pendendo, qđ, p aliqua re cõducta ſoluit. Et penſa plurali numero manipuli lanæ liniue q̃ pendent ex colo, & fuſo trahunt, a pendẽdo uel penſando, ꝙ penſare. Nã cũ dicimus pẽſum facit filat. Plau. in Mer. Penſum faciat. Simili tr̃a hit pẽſa, idẽ ac ſi diceret filat. Ouid. li.ii. Faſt. Lumen ad exiguũ famulæ data penſa trahebant. Iuſti. li.i. Penſa inter uirgines partientẽ. Nã certo quodã põdere lanæ nendæ dabant. Vñ & famula illa, q̃ aliis diuidebat lanas ab aliqbus libraria a libra dicebat, q̃uis nõnulli negent. Dr̃ & penſũ circũſpectio q̃dã & cautio ne ab utili honeſtoue temere aliqd agẽdo diſcedamus, qa rem illã pendimus. i. diligẽtius exiſtimamus. Q̃nq̃ penſa capiunt ꝙ filis. Virgi. de textrice. Excuſſi manibus radii reuolutaq̃ penſa.

Penſum. Vide in dictione Penſa.

Penſus. a. um. ponderatus, examinatus, ꝙ tranſlationẽ poniť ꝙ bono & ſapiente. Plau. in Sti. Age tu altera utra ſit conditio penſior, uirginẽ an uiduam hñe. Q̃nq̃ poniť ꝙ æquato. Salu. Neq̃ id qbus modis aſſequereť, dũ ſibi regnũ pararet, quicq̃ penſi habebat.

Penſio dr̃ id, quod pro re aliqua conducta ſoluitur, ideſt quod datur pro rei alicui⁹ uſu, aut agri aut domus. Cice. Leptæ. Teneo ꝛ tamen dum a Dolobellæ procuratoribus exigam primam penſionem.

Penſionarius. a. um. qui penſionem alicui ſoluere tenet.

Pendulus. a. um. q̃od pendet. Ouid. Laſſaret uiduas pendula tela manus. Hiero. ad Pamma. Maluit in humilioribus tuto pergere, q̃ pendulo gradu in ſublimioribus fluctuare. Colu. Tum deinde macriora, & pendula loca luna creſcente ſimo iuuanda ſunt.

Penia græce, latine paupertas.

Pente græce, latine q̃nq̃ dr̃, a q̃ mũta p cõpoſitionẽ fiũt.

Pentateuchus, dicí poteſt uolumen quinq̃ librorꝛ, nam πέντε quinq̃ τεῦχος uolumen.

Pentaphyllon, herba q̃nq̃ folia hñs, hẽt multas uirtutes.

Pentarchus qui quinq̃ uiris præeſt.

Pentacõtarchus, dici põt q̃nquagenarius. i. q̃ p̃eſt q̃nq̃ginta. Nã πεντήκοντα penteconta, quinquaginta dr̃.

Pentecoſte. es. a penteconta dici põt q̃nquagenaria, qm̃ hæc dies a reſurrectione dñi diſtat quinquaginta diebus, nam pentecoſtos latine quinquageſim⁹ dr̃.

Pentathli dr̃ illi, qui in ludo quinq̃ artes gymnaſticas exercent, uidelicet, diſcum, curſum, ſaltum, palæſtram, & iaculationẽ, & ipſa exercitatio pẽtathlon, latini alio noie quinquertiũ a quinq̃ artibus, & ipſi pentathli, id eſt, athletæ, qui his quinq̃ artib⁹ ſe exercebãt, q̃nquertiones appellanť, a πέντε, qđ ſcat q̃nq̃, & ἆθλος certamen. Pli. de Myrone. Hic fecit delphicos pẽtathlos. Cæterũ plus eſt pancraciaſtẽ eſſe, q̃ pentathlũ, ſicut utiq̃ plus eſt periodo uictorẽ eſſe, q̃ pancratio. Pentathlos q̃ generibus illis quinq̃ certauit, pancratiaſtes, qui certa uit & uicit. At periodo uictor, q̃ ſacra græciæ certamia obiuit & uicit, Nemæa, Pythia, Iſthmia, Olympia.

Penthemeris pe. cor. latíe ſemiq̃naria cæſura eſt, quo tiens poſt octo tpa ſyllaba relinquit, ptem orõis terminãs. Hæc aũt cõis eſt, ut oĩa uincit amor, & nos cedamus amori. Pente em̃ quinq̃ μερίσ diuiſio uel pars.

Pentaſtichæ, porticus dr̃ a q̃nq̃ columnaꝝ ordinibus.

Pentapolis pe. cor. regio inter Palæſtinã & Arabiam, a q̃nq̃ ciuitatib⁹ ſic appellata, ubi Sodomũ & Gomorrũ oppida. Hãc regionẽ, ut Solin⁹ ſcribit, de cælo tactã teſtať humus nigra, & cinere ſoluta. Naſcunť ibi poma q̃ comedi nõ poſſunt, licet matura uideanť leniter manibus preſſa fumum exhalant, & in puluerem fatiſcũt. Eſt & Pentapolis regio in Libya, a quinq̃ ciuitatibus dicta, quæ & Cyrenaica uocatur.

Pentaglottos latine quinquelinguis dicitur.

Pentapeton herba dicta, quaſi quinq̃penna.

Penthos a nĩis dr̃ luctus, uñ Pentheus nomẽ ꝓprium.

Penus hic uel hæc quartæ declinatiõis. Et hic penus peni, ſm Priſci. Et hoc penus penoris. Et hoc penũ. Et hoc penu indeclinabile, ſcat oẽ eſculentũ potulentũq̃, quo ueſcunť hoies. Dictũ penus, ꝙ ea q̃ lõgæ uſionis gr̃a cõ trahunť & reconduntť, nõ in promtu ſint, ſed intus & penitus habeanť. Feſt. Penora res neceſſariæ ad uictũ quotidianũ. Plau. in Perſa. Nã niſi penus annuus hodie cõ uenit, cras populo ꝓſtituã uos. Terẽ. in Eu. Prius ad te penũ oẽm congerebã clanculũ. Lucil. Vt uxori legata penus. Hora. in neutro genere. Annonæ proſit, portet frumenta penuſq̃. Penum. Afra. Vos qbus cordi eſt intra tunicam manus leua, dextra in penum herile. Gel. Ex Maſſurii autoritate demõſtrat thus, & cætera ligna quoq̃ penori adſcribi poſſe. Nos uero aromata, caſeũ, carnes ſalitas, & alia eſculenta dabimus ſeruanda.

Penuarium ſiue penuaria cella, dr̃ oẽ qđ in penu reponitur, & ipſum penu, & quod in penu eſt.

Penuria, quaſi urens penu, uel qđ pene urat, uel qđ pene minus ſit q̃ neceſſe eſt, ſignificatq̃ oẽm inopiã reꝛ, & p̃ſertim eaꝝ, quæ in penu recondi ſolent.

Penes p̃poſitio, quõ ſumať Vide in dictione apud.

Pene aduerbiũ remittẽdi ſcat paulo minus, cui⁹ prima produ. ulti. cor. Clau. li.i. Pene reluctatis iteꝛ pugnãtia rebus. Sta. Et qui tibi pythie ladon pene ſocer.

Peneus fluuius Theſſaliæ. q & Araxes dict⁹ eſt primo, ꝙ p abrupta montium ſe ꝓruat, ut inqt Euſta. Hic inter Oſſam, & Olympũ decurrẽs collibus dextra, leuaq̃ moliter curuis in eo curſu Tẽpe q̃nq̃ miliũ paſſuũ longitudine, & ferme ſex latitudine pulcherrimũ agrũ facit.

Penelope Icari filia, & Vlyſſis uxor, q̃ lanificio, & abſentiam mariti ſolabať, & procos fruſtrabať qbus ſe conceſſurã abſoluta tela pollicebať, ſed ut eos longius fruſtraretur noctu retexebat, qđ interdiu texuiſſet. Dicta ab auibus, quæ penelopes dr̃, cuius ntũs ſingularis eſt penelops, cum prius Arnea uocareť, quaſi abiecta repudiataq̃. Etenim in mare proiectã ab Icaro Peribœaq̃ parentibus ferunt educauiſſe penelopes.

Penelops. pis. genus auis πηνελόπ, a quibus auibus dicta eſt Vlyſſis uxor.

Penis fœminini gñis, cauda dr̃ a pendẽdo. Vñ & offam porcinã cũ cauda, offam penitã dicebant. Hinc penicu los dicimus, qbus calceamenta tergunť, poſt aũt penis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uitile mẽbrum dici cœptum eſt,ſicut & ſalax cauda,q̃ non tam a pendendo,q̃ a penetrando quidam dici uoluerunt,& rectius maſculino genere proferẽ. Iuue. Noluerunt Mauri,atq; Indi,quem pſaltria penem.

Penitus.a.ũ.pe.pro.qđ ex pene hoc eſt cauda eſt. Vñ penita offa,offa porcina cũ cauda. Penitus pen.cor. ſcat qđ eſt intra. Plau.in Aſi. Age q̃ſo excrea,uſq; ex penitis faucibus ex interioribus. Antiq quoq; penitior & penitiſſimus. Gel. penitiſſimas gẽtes, hoc eſt remotiſſimas ultimaſq;,quas Pli. extimas uocat. Apul. In penitiſſimis montibus pro intimis etiã amplius. Inde penitior interior,penitiſſimus,intimus. Inde penetro.as.

Penitus aduerbiũ locale,quaſi pene intus.i.ualde,interne,ſeu intrinſecus,uel intima pte & ſecreta,ut cũ dico. Penitus me noſcis,hoc eſt intus & in cute. Virg. Et cauſas penitus tentare latẽtes. Fit aũt a penes. Id eñ penes nos uideri eſſe, qđ eſt penitus reconditũ. Interdũ ponit̃ p aduerbio qualitatis, & ſignificat prorſus, uel ualde. Vir. penituſq; ſonantis Acceſtis ſcopulos. Q̃q; ſignificat longe. Idem. Penituſq; alias adduxerat oras. Hinc penitus.a.um.de quo mox eſt dictum.

Penicilla inſtrumenta pictoria, Vide infra in peniculis.

Peniculamentum pars ueſtis,q̃ terrã attingit. Enni. Pendent peniculamenta unum ad quenq; pedum.

Penetro.as. quaſi penitus intro. Lact. li.iii. Ad Ægyptios & Magos,& perſas uſq; penetraſſent.

Penetrabile,qđ facile penetret. Vir. Penetrabile telum. Mar. Ne madidos intret penetrabile frigus ĩ artus. Interdũ ſumit̃ paſſiue qđ facile penetrat̃. Liui. li. xlv. Et ĩ aſperis locis ſilex ſæpe ĩpenetrabilis ferro occurrebat.

Penetrale nomẽ ſubſtantiuũ ſcat oẽm ptem interiorẽ domus,uel templi,licet ſit intecta, ſeu oẽ qđ in intimis partib⁹ eſt. Vñ penetrale ſacrificiũ dicebat̃, qđ in penetrali,hoc eſt,in intima parte domus fieri ſolebat. Lact. de opi. Quantulũ.n. uidere poſſemus,ſi mẽs ab intimis penetralibus capitis per exiguas cauernaq; rimulas attenderet. Eſt etiã adiectiuũ, ut apud Vir. Æternũq; adytis effert penetralibus ignem quaſi penitus remotis.

Penates dicti ſunt dii domeſtici, q̃ penes nos nati ſint, uel q̃ nõ lõge abſint ab hac uita,ſiue q̃ penitus inſidẽt. Ex quo etiã penetrales a poetis uocãt̃. Alii a penu hoc nomẽ deriuant. Macro. Penates eſſe dixerũt,p quos penitus ſpiramus,p quos habemus corpus,p quos rationes animi poſſidemus. Hi ſunt quatuor elemẽta, qbus oĩa compoſita cõſtant corpora. Cuius ntũs ſingularis ſm aliquos eſt hic penas,ſm aliquos hic penatis.

Penatores qui penus geſtant. Cato aduerſus Macilium, Poſtquam nautas ex naui hoc adduxi non ex militib⁹ atq; nautis piſcatores penatores feci.

Peniculus & penicillus ſiue peniculum & penicillũ,q̃uis diminutiua uideanr̃ a penis,Significãt tñ ea qbus calceamenta,uaſaq; terguntr̃. Itẽ qbus pictores pingũt,qñ ex caudaꝝ extremitatibus fiant. Pli. li. xxxv. Arreptoq; peniculo lineã ex colore duxit ſummæ tenuitatis p tabulam. Idẽ in eodẽ. Vſus ad penicillũ, aut ſi lignũ colorare libeat. Quintil. li. ii. inſti. Vt cælator cælũ,& pictor penicilla deſiderant. Itẽ,qbus Albariũ tectorio inferũt qui dñr tectorii peniculi. Pli. Setaq; ex his penicillis tectoriis cinis cũ adipe tritus. Itẽ qbus vulnera ſtipant̃, uel ideo,ne claudant̃,uel ut aperiant̃ magis,ut ſũt penicilli ex linteolis concerptis,ex medulla ſambuci,& ex ſpõgia. Idẽ. Tũ peniculo vulnus aptum. Omne ꝑterea quo ad aliqd mundandũ illinendũ ue utimur,penicillum uel peniculũ uocamus,ꝑſertim ſi ex ſpõgia ſit factum. Teren. in Eu. Quid ignaue peniculon pugnare, qui iſtuc huc portes cogitas? Pli. Hiſopũq; cũ myrrha calidũ penicillo illitũ. Itẽ ſpongiæ genus nobiliſſimũ eſt qui penicillus dr̃, ex quo fiunt penicilli.

Penna p duplex nn,auium eſt. Sunt erũ pennæ maiores q̃ plumæ. Et eſt generale ad pinnas, ſcilicet ſummitates,& ad plumas,pinnæ aũt ꝑprie ſunt pennæ, quæ plumæ,hoc eſt molliores & exiguæ pennæ nõ ſunt.

Pennula,ſiue pinnula,p ſumma auris ab acuitate dicta. Vñ in Leui. legitur. Cuncta q̃ non hñt pennulas,& ſquammas in aqs polluta erũt. Proprie uero pennula diminutiuum eſt a pẽna. Aug. li. v. de ciui. dei. Qui nec auis pennulam, nec herbæ floſculum, nec arboris folium,ſine ſuaꝝ partium conuenientia dereliquit. Cic. lib. iii. de natu. deoꝝ. Cum autem pennulis uti poſſunt tum uolatus eorum matres proſequuntur.

Penula p ſimplex n,ueſtis,q̃ nebuloſo, ſeu pluuioſo tpe ſupra tunicã aſſumit̃ loco pallii, ad arcendas a corpe pluuias. Põpo. in panicea. Penulã in caput induce, ne te noſcat. Quint. Cũ galba penulã rogãti amico,rñdit. Si nõ pluet,non opus eſt tibi,ſi pluet ipſe utar. Iuue. Et multo ſtillaret penula nymbo. Hæc ſi ex pellibus eſſet ſcortea uocabat̃. Mar. Ingrediare uia cælo licet uſq; ſereno, Ad ſubitas nunq̃ ſcortea deſit aquas. Aug. li. i. cõfeſ. uidet̃ ſignificare penulã fuiſſe habitũ grãmatico⁹. Quiſq; inq̃t penulatoꝝ magiſtroꝝ audit aure ſobria ex eodẽ puluere hoĩem clamantẽ,& dicentẽ. Fingebat hæc Homerus. Vlpia. inter cõia ueſtimẽta qbus uir & mulier ꝑmiſcue utunr̃, penulas annumerat. Var. dixit non quærendam eſſe penulã hoi q̃ hẽt uirtutẽ. Scribit Lampri. Alexandrũ cõſtituiſſe, ut ſenatores penulis intra urbẽ frigoris cauſa uterenr̃, cũ id teſtimentũ itinerariũ & pluuiæ fuiſſet. Erat etiã penula gauſapina cãdida ac uilloſa,q̃ p æſtũ utebanr̃. Mar. Is mihi cãdor eſt, uilloꝝ gra tãta ẽ, ut me uel media ſumere meſſe uelis.

Pennatus.a.um. quod pennas habet, ut uolucres pennatæ. Sic impennatus qui pennas non habet.

Pennarium,in quo pennæ reponuntur, ſicut calamarium,in quo calami.

Penulatus,penula indutus. Vide in dictione Penula.

Penularium,locus in quo penulæ reponuntur.

Peplus ſiue peplũ ueſtis ſolẽnis,q̃ iniiciẽ ui⁹ uir⁹ fœminæ, uel deo deę ue,quã Ser. ait eſſe pallã pictã fœmineã Mineruæ ſacratã. Vir. Crinib⁹ iliades paſſis peplũq; ferebant. Plau. Nunq̃ ad ciuitatẽ uenio niſi cũ inferẽ peplũ. Hodie tñ poetæ,ut inq̃t Ser. abutunr̃ hoc noĩe.

Pepones cucumeres torti rotũdi. Hie. in li. Nu. in mentẽ ueniũt pepones melones. Melopepones ſũt melones.

Pepſis,latine cõcoctio,vñ pepticæ medicamẽta ad concoctionẽ q̃ foris adhibenr̃ ἀπὸ τοῦ πέπτειν. Inde dyſpepſia mala coctio,qñ cibi nõ ꝓficiunr̃. Macro. Ea maxie ſũt mellita q̃ mellita nõ ſũt,dulcib⁹.n. cũ pepſi ſocietas iſta. Quæ uerba ſic itelligũt. Ea maxie mellita.i.iucũda haberi q̃ nõ ſũt mellita.i. melle cõcinnata, qñ dulcia & ex melle cõpoſita nõ faciũt ad pepſim.i. ad coctionẽ

Per, ꝓpoſitio eſt,q̃ ſeparata qñq; localẽ, qñq; tpalem ha

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bet ſignificationē,ut p urbē uado, p mediū diē operor Qñq denotat pſonā,ut p medios ruit,ac moriētes nomine clamat. Qñq iurandi eſt,ut per pol.i. p Pollucē. Qñq obteſtādi. Vir.Per te p q te talē genuere parētes. Qñq mediū quendā,& q̄ſi interceſſorē ſcat, ut per meos amicos obtinui.Cice. Qd̄ per me certior fias.i. me operante.Cōpoſita uero pfectionē denotāt. Lact.Si legit,plegat.i.uſq ad finē legat.Cic. Nuncius q lras accepit nō ptulit.Aliqñ in bonū uel in malū accipit,ut pſequor.Aliqñ abnegatiua eſt, ut pfidus, piurus, q̄ fidē & iuſiurandū fregit.Aliqñ ſcat p medium, ſiue trans, ut pfluo ppluo.Perſpicuū,p cuius mediū uidemus,ut cryſtallus.Aliqñ hēt uim aduerbii,& p ualde ponit,tamq ſuplatiuo q̄ poſitiuo iungit.Col.li.iiii. Nam credidiſſe nillicis,uel etiā uinitori ſocordis eſt,cū qd̄ lōge ſit facilius adhuc ppauciſſimis agricolis cōtigerit,ut nigri ui ni ſtirpe careant.Cice.Pergraue mihi uiſum eſt. Et ſi addat q̄,ſcat maxīe,ut perq̄ bonus i.optim⁹, perq̄ magnus.i.maxim⁹.Iungit etiā ſuplatiuo, qd̄ eſt cōtra Lauren.Vallā,q ait perq̄ iungi poſitiuo. Curti. Perq̄ maximo pōt exercitu cōparato.Aliqñ ſcat nimis uehementer,& in bonā & in malā partē, ut Pertinax, qui nimis tenax eſt,durus,& inexorabilis. De quo infra. Cōponit aūt cū dictione incipiēte ab a,ut pago, b ut perbibo, c ut pcurro,d ut perduco,e ut pereo,f ut perfero,g ut pergratus,h ut phibeo,i ut piurus,l ut perlego,m ut pmitto,n ut pnocto,o ut poro,p ut perpendo, q ut pquiro,r ut pergo,ex per & rego componit, vñ & ptm̄ perrexi facit, ſ ut perſuadeo,t ut pertinax,u ut peruerto.

Pera pellis a collo ad lūbos pendēs,& geſtā mē cynicoꝝ. Id em̄ Diogeni & Antiſtheni phis cynicis pera ē & baculus,qd̄ diadema regib⁹,impatoribus paludamentū, pontificibus galerus.Eſt & pera ſacculi genus. Hinc peram uiatoriā uocamus,qua panem & aliquid obſonii geſtare uiatores ſolēt,quēadmodum poculum uiatorium quo uinum.Huius diminutiuum eſt perula.

Peræa cū diph.ulterior Iudææ pars, quia ut inqt Strab. regio,quæ trans Euphratem eſt Peræa nominat.

Perago.is.pe.cor.pegi,pactum,pficio.Sene.Oia inchoat nihil peragit.Interdū pduco.Plau.Nauē peregit in portum.Apul.Et multas noctes peregi inſomnes.Interdū pertracto.Vir.li.vi.Omnia percepi atq aīo mecū ante pegi.Interdū pertraho,uel pertrahere facio,ut hic me ad carceres ad mortē uſq pegit.A perago fit pactio, q̄ eſt pfectio.Cice.Senectus peractio ætatis eſt.Peragere reū ſcat condēnare,ſed facere reū eſt accuſare, vñ ait iureconſultus.Peregiſſe reum non alias quis uidet niſi & condemnauerit.Pli.Dum peragitur reus.

Peragro.as.pe.cor.ex per & agro cōponit, iuxta ꝓpoſitionis,& agri ſignificationē debet ſignificare p agrū, ſiue per agros ambulo.Sed q a qd̄ peragrat exprimit,& p actiuo ipſi⁹ uerbi ponit,agri ſignificatio remouet,& p ambulo ſiue inq rendo circumeo ſumit.Cic.li.iii.offi. Et ob eam cauſam urbe relicta, rura peragrātes, ſæpe ſoli ſum⁹.Hiero.Eamq oram Italiæ,q̄ quondā magna græcia dicebatur,laborioſiſſime peragrauit.Hinc peregrinus peregrinor,& peregrē dicuntur.

Peranno.as.ſcat per integrū annū uiuo. Cōponit em̄ ex per & anno.as.Macro.li.i.Satur.ſcribit priſcos Romanos mēſe Martio,& publice,& priuatim ad annā, pannāq ſacrificatū ire ſolitos, ut annare, pannareq commode liceret,hoc ē uitā degere incolumē p annū integrū.Sue.in Veſ.Ideoq puella nata nō perānauit. Perenno uero per e,ſcat diu uiuo,& duro,de quo infra.

Perbibo pe.cor.perfecte bibo.Lactā.li.ii. Infecti ſunt per ſuaſione,ac penitus eoꝝ mentes ſuccum ſtulticiæ perbiberunt,ſed hoc per metaphoram.

Per cauſam,ſiue per ſpeciē,ſcat per ſimulatā cām. Liui. li.iiii.Vt cū appropinquaret ianuæ rex per cām aliquā in anguſtiis ſuſtineret a tergo agmen.Idē.Hi poſtq̄ aliqd̄ mouerent colloquēdo cū Annibale rati, nocte per ſpeciē uenandi urbe egreſſi,ad eum proficiſcunt.

Percello.is.perculi,perculſum,ſcat euerto, pcutio. Var. Alius teneram abietem ſolus percellit. Aliqñ differo. Lucil.Ad nouum hoc percellit annum.

Percipio.is.pe.cor.perfecte capio.Ali quando ponitur p intelligo,ſentio,a quo Perceptio. (ſus eſt.

Percitus pe.cor.nimis incitatus,qui ira,ac furore accen-

Percoarcto.as, ex per, & con,& arcto,abiecta n,arcto uero frequētatiuū ab arceo fit,& ſcat perfecte cogo, ſiue conſtringo Col.li.ii.de fœno loquēs.Tūc demū inquit cōuertemur,& utrūq ſiccatū percoarctabimus in ſtringam,atq ita manipulos uinciemus.

Percolo pe.cor.pfecte colo.i.amo, ſiue ueneror. Plau.in Tri.Feceris partius cæteris factis patrē tuū ſi percoles.

Percontor per o,& ſine c ante t,a conto dicit,quo nautæ utunt ad loca nauib⁹ opportuna. Nā aquæ altitudinē conto pertentant.Iuue.Eſſe aliquos manes,& ſubterranea regna.Et contū,& ſtygio ranas in gurgite nigras. Atq una trāſire uadū tot milia cymba.Percunctor uero per u & c ante t,fit a cunctus.a.um. q̄ a cunctis perq̄rat,q̄ is,q curioſus eſt,per cuncta interroget, & utrūq ſcat,digēter interrogo. Plau. Quid iſthuc in mēte eſt, tibi ex me mi uir percunctarier.i.morari quærendo,ſi ue per cuncta inquirere.Pli.Percunctantiq quanti li citaretur opera effecta,paruū neſcio quid dixerat. Eſt etiam percunctari,expectare.Terē.in Phor. Percuncta tum ibo ad portum quo ad ſe recipiat.

Percurro,ualde curro,ſiue currēdo pſeuero.Plau. in Sti. Percucurri, ut nūciarē nunciū exoptabile. Terē.in An. Cōtinuo ad te ꝓperans percurro. Dona. Vide quantū ꝓperans,& percurro,ut continuationē curſus oſtenderet. Qñq percurrere eſt per aliquē locū currere ſiue diſcurrere.Aug.p trāſla.Vt qd op⁹ ē multa pcurrere,& multa uana hæreſum enumerare.Qñq eſt negligētius,& curſim ptranſire.Cic.li.ii.de ora.Et multo aperti⁹ ad itelligendū,ſi ſic cōſtruit aliqñ, ac nō iſta breuitate pcurrit.

Percuro.as.pe.pro.perfecte ſono.Cur.Percurato uulnere actius obſidioni inſtitit.

Perculſus participiū a percello, ſepi⁹ ad aīm refert. Gre. Vna mulieris uoce pculſus.dū mori timuit, uitā negauit,percuſſus,& ad corpus refertur fit a percutio.

Percudo.is.pe.pro. pfecte cudo, & q̄ſi frango. Colu.li.xi. Ai aduertat auiarius,an pulli roſtellis oua pcuderint.

Percutio.is.pe.cor.pcuſſi,percuſſum,ex per, & quatio q, in c, mutata,& abiecta a,ſignificat ferio.Cuius compoſitum eſt Repercutio.Amb.li.i.offi. cum malediceret non remaledixit,cū percuteret,non repercuſſit.

Perdo,perdis,perdidi,perditū,ex per & do, ſcat amitto, quaſi nimis do. Qui autem nimis dat quicqd habebat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

amittit.Hiero.li.i.Reg.Et de asinis ꝗs perdidisti,ne solicitus sis,q̃a inuētæ sunt.Et perdere est perimere,qñ q̃ amittunt,quasi mortua nobis esse,uident.Terē. Dii te perdant.Huius composita sunt Deperdo,qđ est in totum perdo.Caius scribit deperditum dici,qđ in natura reꝝ esse desiit.Diminutum qđ usu raptū est. Disperdo,consumo uel uarie perdo.Plau.in Tri.Præterea ali quantum animi causa in delitiis disperdidit.

Perduo ueteres dixerunt ꝑ perdo,a quo perduaxo.Plau. Dii te deæq̃ omnes pexduaxint cum isthoc hoie.

Perditus.a.um.pe.cor.amissus.Et perditus,qui ita alicui perturbationi,aut uitio subiacet,ut inde se eximere nō possit,& qui omni uitio contaminatus est, ita ut de eo nulla spes habēda sit,perditus dicitur. Perditum enim dicunt,quod interiit,ac recuperari non potest. Cice.li. ii.offi.Dum homines perditi hastam illam cruentam & meminerint,& sperabunt.

Perditū perdamus plus ſcat q̃ perdamus solū.Est em̄ exaggeratio q̃dam.Cice.Teren. Ne pueꝝ perditū perdamus,hoc est,ne ex infœliciſſimo infœlicioré faciam⁹.

Perdite amare,est uehementer amare.

Perdix auis nota a perdendo dicta. Nā, ut Amb.Irenæo scribit,hæc auis dī esse plena fraudis & fallaciæ, q̃ decipiendi uenatoris uias calleat, atq; artes nouerit, ut eū a pullis auertat suis.Certe si insistere aduertit,tam diu illudit,q̃ diu soboli fugiendi signū tribuat,& ptāt̄,quā ubi euasisse senserit,tunc se ipsa subtrahit,& lubrica arte deceptū insidiant̄ relinqt.De hac Hiero.ad ꝑsidiū. Perdix aliena oua calefacit furatis suis.Sed cum creuerint in nido pulli euolant,& ad parentes suos redeunt, mentitum parent̄ omittentes,perdices sibi insidiant̄. Et si afferant illos ad syluam qui eos hūt,uoc̄ emittūt absconsi,& sic cæteri ueniūt,& retibus capiuntur, plus pedibus,q̃ pennis fugiunt aucupantes.Et si ad hoc fuerint ut capiantur,sibi similem colore lapidem quærūt & ibi se supinos ponunt.

Perdius,ex per & dius,quod est dies,& is dī q per diē uigilat,sicut pernox,qui per noctem uigilat.Gel.li.ii. Stare solitus Socrates dī pertinaci statu perdius atq; pernox a summo lucis ortu,ad solem alteꝝ orient̄ inc̄niues immobilis,hisd̄q; in uestigiis,& ore atq; oculis in eundem locū directis cogitabūdus, tanq̃ quodam secessu mētis,atq; animi facto a corpore.i.per diē,& per noct̄. Sene.Id perdius pernoxq; agebat.Sic interdius,itra diē uel per diē, quia nulla uigilationis ꝓpria significatio inest.Dius aūt pro die ponitur in cōpositione,& nomē est,& nti casus sicut noctu pro nocte.Plau.ī Mer. Neq; conquiescam usquam noctu, neq; diu prius profecto, quam aut amicam,aut mortem inuestigauero.

Perdono.as.significat remitto. Aug.ī interp̄tatiōe psal. Expectans.Recedis a peccatis,perdonabit peccata.

Perduellis apud antiquos dicebat̄ q nunc hostis.Plau.in Amp.Perduelles penetrant se in fugam.Ibi nostris animus additus est,& perduellis qui per seditionem interfecisset ciuem romanum,aut arma mouisset,& qui cōmisisset crimen læsæ maiestatis.

Perduellio crimen læsæ maiestatis, aut reip.,seu is q ita læsit.Cice.li.ii.offi. Nam pirata nō est ex perduellionū numero diffinitus,sed cōis hostis oīum. Vlpia.pro crimine sumpsit. Qui perduellionis re⁹ est, hostili ānio ad uersus remp.uel principē aīatus est. Antiq perduellem dicebant,quē nunc dicūt hostem, & tunc hostis significabat peregrinum,qui suis legibus uteret.

Perduco ad finem usq; duco.Cic.in Cato.M. quidē Val. Coruinum accepimus ad centesimū annum uitā perduxisse.Aliq̃ perducere est per uim ducere.Inde perductores a Cice.in Ver. dicti sunt, qui ut Asco. inqt in hoc differunt a lenonibus,q̃ lenones sunt scortoꝝ,perductores etiam inuitarum personarum.

Peredo pe.cor.ex per & edo.es. uehementer edo, a quo peredia.æ.ipsa comestio.

Peregre pe.cor.aduerbium significat peregrinando,uel peregrinationem,seu longe a patria esse. Plau.in Perſ. Quia hæc peregre est. Et est cōe tā significantib⁹ quietem q̃ motum, ut peregre sum, peregre ueni, peregre uado. Lact.li.ii. Quæro siqs imaginē hoīs peregre constituti cōtemplet̄ sæpius,ut ex ea solatiū capiat absentis.Aug.li.ix.cōfeſ.Frater aūt meus quiddā locutus, q̃ eam nō peregre,sed in patriā defungi fœlicius optaret id est, in peregrinatione. A loco ut apud Plau.in Am. Ita peregre ueniens hospitio publicitus accipiar.

Peregrinus,aduena,& aliena loca peragrans, a peragro, pagras.Et differt ab hospite,q̃ peregrinus simpl̄r eum ſcat,q̃ in sua ciuitate nō est,Hospes q̃ ī aliena ciuitate est amicus externus.Antiq tñ pegrinos dicebāt hostes. Amb. A duersarios molli ueteres appellatiōe nomina bant.Hostes enim antiquo ritu peregrini dicebant̄.

Peregrina sacra dicta sunt, quæ ex aliis urbibus religionis gratia sunt aduecta.

Peregrinor pe.prod.deponens, absolutum significat per aliena loca peragrans proficiscor.

Perendie ſcat,qđ uulgo dī post cras. Cice.ad Atti. Scies igit̄ cras ad summū perendie.Hiero.ad Pam. Vt quod hodie non merui,cras uel perendie merear.

Perēdinus dies dī ab hic tertius.Cæsar. Qui si p te liceat pendino die cū proximis hibernis coniunctim cōem cū reliqs casum belli sustineat.Hinc cōperendino.as.

Perennis & hoc perenne p duplex nn,sine h,ex per & annus,mutatis literis,quasi per annos durans,id est, perpetuus.Inde fit perenno.as.

Perenno.as.per annos duro.Col.li.i. Sed & tēperet uires clemētia,cum & terribilior debet esse q̃ sæuior, ut obsequant eius imperiis & diutius perennent boues nō confecti uexatiōe simul uerbeꝝ operūq;.Idem li.iii. Rosa hoc modo culta multis annis perennat.

Perennitas ipsa duratio. Idem.Nam ea cæli positio maxime frigida,& minime humida est,quæ utraq; perennitatem conditis frumentis afferunt.

Pereo.is.periui,uel perii,peritum,ſm Analogiam.Componitur em̄ ex per & eo, quod facit itum. Sed nunquā legi,cum tñ periturus habeat̄.Augu.super Io.Tanquā essent ab illo perituri merito turbant̄, & significat perire amitti.Hiero.in li.Reg. Perierant aūt asinæ Cis patris Saul.Q̃q; absumere abutar uia.Terē.in Adel. Nē pe tua arte uiginti minæ pro Psaltria periere. Vñ & p mori sumitur, quasi in totum ire, q̃ qui perit, prorsus abit.Pli.lib.vii.Tu qui te deum credis, aliquo successu tumēs, tanti tum perire potuisti .At qui etiam hodie minoris pōtes quantulo serpentis ictus dente,aut etiā, ut Anacreon poeta acino uuæ passæ,ut Fabius senator

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prætor in lactis haustu uno pilo strangulatus. Huius composita sunt Depereo, & Dispereo.

Perfodio.is.pe.cor. Vide in dictione Fodio.

Perfrico perfricas, pe.cor. ualde frico. Perfricare uero os seu frontē ꝓcat pudorē deponere. Nā cū in pudibundo sanguis diffundat̄ ex corde in faciē, tanq̄ uelamentū q impudibundi sunt, & inuerecundi, & erubescere uideri nolūt, hi solēt os & frōtem ꝓfricare ad ruborē illū digerendū, & sanguinē ad interiora repellendū. Hinc facta est locutio ꝓuerbialis de inuerecundo, ut dicat̄, Perfricuit os, perfricuit faciē, perfricuit frontē, ꝓ eo qd̄ est, pudorē abiecit. Cic. li. iii. Tus. Quid tergiuersamur, nec fatemur eam nos dicere uoluptatem, quā tu idem cū os perfricuisti soles dicere. Pli. Perfricui faciē, nec tū profeci. Mar. Et si perfricui frontem posuiq̄ pudorem.

Perfero pe.cor. usq̄ ad cōstitutū finē fero. Cice. Sed nuncius ille q literas accepit, nō pertulit. Alibi pro denunciare posuit, ut in epla ad Cæliū. In his sum locis, quo & ꝓpter longinqtatē & ꝓpter latrocinia tardissime oia perferunt̄. i. portant̄, uel denunciant̄. Aliqñ patior, ut diram crucem pro nobis Christus pertulit.

Perfido.is.pe. ꝓ. ualde fido. Ci. li. iii. offi. Sic hoīes secūdis rebus effrenatos sibiq̄ ꝓfidentes tanq̄ in gyrū rōnis.

Perfidus pe.cor. q̄ fidem uiolat siue perdit. Vir. li. x. Nūc pelagi nymphæ classis tua, perfidus ut nos Præcipites ferro Rutulus flammisq̄ premebat. Hinc perfidia, & perfidiose. Cice. li. i. ad Heren. In odium adducemus, si quid eoꝝ spurce, & superbe, perfidiose, crudeliter, confidenter, malicioſe, flagitioſe proferemus.

Perfidus pe. pro. a fido. is. pro eo cui multum fidendum est, sicut infidus, cui non est fidendum.

Perfructus a perfruor. Cic. ad Hortē. Et amœnitate loci perfructus est.

Perfuga pe.cor. q̄ ad hostes ꝓfugit, ut̄ transfugiēdi morē ꝓfecte nouit. Cic. li. iii. offi. Perfuga ab eo uenit in castra Fabricii.

Perfugio.is.pe.cor. Vide in Fugio.

Perfugium locus utilissimus, quo nos in uexatione, aut calamitate recipere cōtendimus, q̄uis id nō min⁹ apd̄ hoīes sit. Apul. Perfugiū facinorosoꝝ hoīm. Liui. li. ii. Itaq̄ in medio ꝓpe iam uictores cæsi, & usti, pars pexigua duce amisso, qa nullū ꝓpius perfugiū erat Romā inermes, & fortuna & spe supplicū delati sunt. Trāsferē etiam ad alia, ut literas. Cice. Itaq̄ utor eodē perfugio quo tibi utendum censeo litterulis nostris.

Perfunctorius, a, um. a perfungor ꝓcat qd̄ cito & leuiter trāsit. Amb. li. de Para. Cognoscere utiq̄ nō sola & perfunctoria scientia est, sed in eoꝝ opatione q̄ oporteat fieri. Hīc ꝓfunctorie, qd̄ est trāsitorie, & inaniter. Idē li. Hexa. De naribꝰ qd loquar̄ q̄ biuio, & ꝓcero foramīe antrū quoddā recipiendis odoribus ꝓstant, ut nō perfunctorie odor transeat, sed diutius inhæreat naribus & earum ductu cerebrum, sensusq̄ depascat.

Perga oppidum in Pamphilia, a quo Diana Pergæa dicta est, propter templum illi dicatum.

Pergamum, siue pergamus, ciuitas Asiæ insignis, q̄ diu sub attalicis regibus fortunata fuit, & postea Romanoꝝ ꝓuincia facta est. Apud quā chartæ usus inuentus est, q̄ nūc quoq̄ uulgo pergamena dī, ab Attalo ut Aelianus, uel ab Eumene, ut Pli. ait. Ex Pergamo Galen⁹ medicus celebris, & Apollodorus orator fuit, qui artes conscripsit, & Apollodoriam sectam introduxit, & Augusti Cæsaris magister fuit. Et discipulū memoratu dignissimū Dionysiū ciuē suū cognoīe Atticū, q sermones & historias conscripsit, edocuit. Est & Pergamum Idæ promontorium.

Pergama, pergamoꝝ. arces Troianæ, quæ qm̄ altissime erant, oia alta ædificia pergama sunt appellata. Vn̄ nō imerito urbs cisalpinæ Galliæ, ex qua ortū duxi, Pergamum dici posset, q̄ in edito loco sita sit. Sed Plinii auctoritas nō paruipendenda fuit, q̄ Bergomū per b, & o, scribit, & eius incolas Bergomates appellat.

Pergo, pergis, perrexi, ex per & rego, ꝓcat uado. Pli, Mox ubi pluribus eodē mō se coriis loricauit i dimicationē pergit. Qñq̄ pergo est ꝓsequor, ꝓsequero, siue ꝓcedo. Teren. in Adel. Nam si molestus esse pergis. Vir. O dea si prima repetens ab origine pergam. Qñq̄ ago. Idē. Pergite pierides. Qñq̄ festino. Ter. in Phor. Domū ire pergam, ubi plurimū est. Qñq̄ conor. Idē in eadē. Hoc ubi ego audiui, ad fores suspēso gradu placide ire perrexi. Hinc componit̄ expergo, qd̄ ꝓcat expergefacio. Actius Heus uigiles pro parte expgite pectora tarda sopore. Sipontinus componi putat ex per, & ago, sed ut opinor fallitur, tum quia ptū̄ perrexi facit, ꝓm analogiā simplicis rego, non peregi, quod est a perago, tum qa perago compositum habetur ab ago.

Pergræcor. aris. epulis & potatiōibus iseruio, qd̄ est græcoꝝ ꝓpriū. Titi. Hoīem impiū nunc ruri pergræcatur.

Pergula locus apertus multis lateribus aerem excipiēs, aliqñ extra parietē porrectus, & mō tectus, mō sub dio expositus a pgendo dicta, q̄ in ea deambulare soleam⁹ forūq̄, aut hortū, aut plateas, aut uias ꝓspectare, & qñq̄ cœnare. In pgulis præceptores discipulos erudiebant, aliiq̄ artifices opera sua uelut in propatulo habebant. Vn̄ Sue. de Crassicio grāmatico. Deinde in pergula docuit. Pli. de Apelle. Idē ꝓfecta opa ꝓponebat in Pergula transeuntibus, atq̄ post ipsam tabulam latens, uitia q̄ notarent, auscultabat. Est & pergula ordo ac cœtus ministroꝝ obedientiū structori. Iuue. Sed nec structor erit, cui cedere debeat ois pergula. i. pergentinus ordo. Itē in naui pergula dī excursus ꝓ totam nauim, & alio noīe portisculus appellat̄. In uineis uero topiariū opus significat. Colu. Si quæ pergulæ uitium generosarum a putatoribus relictæ sunt ante Calendas Aprilis utiq̄ deputari debent. Pli. etiam uitium generosarum pergulas, præcepit quinquatribus esse putandas.

Perhibeo.es.pe.cor. ex per & habeo, ꝓcat dico, & firme teneo. Colu. li. iiii. India perhibet̄ molibus feraꝝ mirabilis. Interdū ꝓhibere est dare. Idē in eodem. Eius rei testimoniū tu ꝑcipue Syluine perhibere nobis potes. Qñq̄ ꝑcium denotat eo mō quo uendo. Plau. in Persa. Eodē mihi ꝑcio sal perhibet̄, quo tibi. Quod ꝓcat, non pluris ego te facio, q̄ tu me, tanti mihi sal cōstat quāti & tibi.

Peri præpositio græca, modo significat de, modo ultra, modo circum, a qua multa per compositionem fiunt.

Periarchon ꝓcat de principiis, siue principalibus σωζ. eiñ ꝓcat de, ἀρχῶν principiis, licet sit gī casus, qa græci carēt ablō. Scripsit Origenes libū Periarchon, inq̄t Hiero. Qui sunt reuera alias obscurissimi, & difficillimi. De rebus ibi talibus disputat, in quibus ꝓfi omni sua ætate consumpta nihil inuenire potuerunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Peribolus pe.cor.latine circuitus. Dicitur & peribolum, a περιβάλλω circumeo. Et capitur pro ſepto & corona domus, quæ fit ne quis delabatur, quæ lorica loricula ue alio nomine dicitur. Vide in Loricula.

Periboeton περιβοητὸν græci dñt celebrẽ famigeratũq;.

Pericope pe.cor. amputatio cõciſio dĩ. Hiero. ad Pãma. Aut ſi tu quoq; narem contraxeris illam apoſtoli περικοπήν id eſt amputationem, in qua de uirginitate & nuptiis diſputat, aliter diſſerere compelleris.

Pericles, nomẽ uiri clariſſimi Athẽienſis, qui Remp. xl. annis gubernauit, ex περὶ & κλέος gloria.

Periclymenes, nomen fiſii Nelei, & fratris Neſtoris.

Periculum a pereo deduci uidet, & ſalutis diſcrimẽ ſcat. Vir. Obſcænãq; famem, q̃ prima pericula uito. Aliq̃ dĩ experimentũ, qa raꝛ eſt tentamentũ ſine periculo. Terẽ. in Eu. Fac periculum in lĩis. Et ſic a perior antiquo uerbo ſm Ser. deriuatur, ſicut a fero ferculum.

Periculoſus. ſa. ſum. quod eſt cum periculo. Cic. li. i. offi. Grauioribus autem morbis periculoſas curationes, & ancipites habere coguntur.

Periculor periculum ſubeo. Cato Periculatus ſum.

Periclitor pe.cor. idẽ qd̃ periculor, ut periclitor, fama, capite, hoc eſt periculũ ſubeo iſta pdendi. Dĩ etiã pericli tor ſiti, qa in periculo poſit⁹ ſum moriẽdi, ꝓpter ſitim. Periclitari etiã ſcat experiri. Cice. li. i. de ora. Subeund⁹ uſus oĩm & periclitandæ uires ingenii. Plancus. Itaq; potius periclitari uolui, ſi poſſet mea ꝓſentia, & lepidũ tueri, & exercitũ facerere meliorem, q̃ nimis cautus uideri. Apul. Et meum ſimul periclitabor ingenium.

Perihermenias, latine dicitur de interpretatione.

Perihegeſis ambitus. Pli. Poſſidonio, qui periplum, aut perihegeſim, id eſt de terræ ambitu ſcripſit.

Perimetros, latine immenſus quaſi ultra menſuram.

Perihodus, latine clauſula, ſiue circuit⁹, uel ambitus, uel comꝓhenſio, uel circũſcriptio, & cõtinuatio. Nõnunq̃ anfractus, & terminus. Nã cõponiẽ ex περὶ circum ὁδὸς uia. Eſt eñ ubi plena ſententia eſt. Vñ medici periodicas febres uocant, q̃ certis tpibus ueniunt, & abeunt, & quodã q̃ſi circuitu facto, rurſus redeũt, ut ſũt tertianæ, & q̃rtanę. Eſt & perihod⁹ gen⁹ certaminis apd̃ græcos. In gymnicis. n. certaminib⁹ perihodo uiciſſe dĩ, q Pythia, Iſthmia, Nemæa, Olympia uicit, a circuitu eoꝝ ſpectaculoꝝ. Et maximũ dec⁹ erat uiciſſe perihodo.

Periodicus. a. um. pe.cor. Vide in Periodus.

Periœcus latine contubernalis dicitur.

Peripatetici phi dicti ſunt, a περιπατέω. tũ hoc eſt a deambulando. Et περίπατον græci uocant ambulationẽ, hoꝝ princeps fuit Ariſtoteles. Nã in Lyceo inambulãs docebat. Hĩc cõmentationes ueſpertinas Ariſto. δείλην περίπατον. i. poſtmeridianã ambulationẽ appellat.

Periphraſis, latine circũlocutio, uĩ circuitio, ut apd̃ Vir. Et iã prima nouo ſurgebat, &c. cũ diẽ tm̃ ſignificet. Eſt eñ oratio rem ſimplicem circumſcribens elocutione.

Peripheria, circunferentia.

Peripetaſma. atis. gen⁹ cortinæ, qua parietes, & aulæ tegunt, ſeu tapetia Babylonici floris uarietate cõſpicua, q̃ a Lucretio babylonica dñr, ab aliis aulæa, & attalica. A Capitolino ſtromata, & periſtromata. A Varrone beluata, hoc ẽ a beluis uariegata. A Plauto periſtromata, ornamẽta ſũt qb⁹ ſedilia, & dorſa parietũ ad mẽſam diſcumbentiũ exornant, ut aulæa altius pendentia.

Periſtroma pe.pro. quaſi circumſtratum, idem quod peripetaſma. Plau. in Pſeu. Itaq; ego ueſtra latera loris faciam ut ualide uaria ſint, ut ne periſtromata quidem æque picta ſint campanica. Cice. li. ii. phi. Conchyliatis Cn. Pompo. periſtromatis uerſicoloribus perſimiles eſſe ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres.

Periſtonium, ut Aug. ait, eſt ora, quæ tunicæ talari uel ſuebatur, uel texebatur, & hoc eſt quod græci dicunt περιαδέρον id eſt, oram habens in circuitu.

Peripſema. atis. pe.pro. quod græci πέριψημα ſcribunt a περιψάω qd̃ eſt circũrado, uĩ circumlimo, abſtergo, & repurgo. Vñ limatura ſiue raſura, & purgamentũ dici põt. Vñ apud apoſtolũ. Tanq̃ purgamenta huius mundi facti ſumus oĩm peripſema uſq; adhuc.

Periplum, id eſt luſtratum, nauigatione circuitum.

Peripheroma, quaſi ſupplemẽtum. Figura eſt, cum particula aliqua ſententiæ minime neceſſaria addit̃ metro. Vir. Multum ille & terris iactatus, & alto, ubi ſine particula ille ſtaret ſenſus, ſed non uerſus.

Periphoretos pe.pro. quaſi circumlatilis, quales appellari ſolent, qui in lectica circumferri conſueuerunt.

Peripneumonia περιπνευμονία morbus, cum pulmo totus afficitur, & tuſſis ſubſequitur. Qui hũc morbum patiũntur peripneumonici dñr. Pli. Mellis quidem natura talis eſt, ut putreſcere corpus non ſinat, faucibus, tonſillis, anginæ, omnibus oris deſideriis utiliſſimum, are ſcentiq; in febribus linguæ. Iam uero peripneumonicis, pleureticiſq; decoctum. Cum uehemẽtior eſt difficultas ſpirandi, & ſpirare æger ſine ſono, & anhelatione non poteſt aſthma uocatur. Orthopnea cum ſpirare nõ poteſt, niſi recta ceruice ſpiritus trahat̃. Dyſpnea cum difficultas ſpirandi modica eſt.

Periergia περιεργία latine ſedulitas dicitur.

Peripeteias, & placas græci euentus uarios appellãt. Pli. Caſus mirabiles dixit in præfatione περιπετείας.

Periphanes, cõſpicuus dĩ. Nã περὶ circũ φαίνω luceo.

Periſterotrophiũ, locus in quo columbæ habent̃, latine columbariũ, q̃uis columbariũ proprie ſit loculamentum in periſterotrophio ſingulis columbaꝝ paribus ꝓparatum. Nã periſteris colũba. Inde periſtereos herba colũbis admodũ familiaris. Var. li. iii. de re ru. Duo genera eaꝝ in periſterotrophio eſſe ſolẽt. Vnũ agreſte quod habetur in turribus ac culminibus uillæ.

Periſtereon idem quod periſterotrophium. Varro, Incedunt locum unum, quod alii uocant periſtereona, alii periſterotrophion, in quo uno ſæpe, uel quinq; milia ſunt incluſæ. Periſtereon fit, ut teſtudo magna camera tectus uno oſtio anguſto.

Periſcelis. idis. ornamẽti genus circa crura, quo mulieꝝ greſſus cõponi ſolebãt, ut docet Porphy. enarrãs illud Hora. Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis. Fit aũt ex περὶ circũ σκέλος, crus. Hiero. in li. Nu. Ob hãc cauſam offerimus in donariis dñi ſinguli, qd̃ in præda auri potuimus inuenire periſcelides, & armillas, anulos, & dextralia, & murenulas, ut depreceris ꝓ nobis dñm. Idẽ ad Fabiolam ſcribit periſcelides a latinis uocari fœminalia, ſeu Brachæ, quibus pudenda uelantur.

Periſſologia, ſupflua locutio, ut ſi dicamus. Fœlix ſit, & minime ꝑeat Cæſar. Nã περισσὸς ſupflua, λόγος locutio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Periſtylus,locus clauſus columnis.Periſtylium,quaſi circuncolumnium,περὶ circũ στύλος columna. Eſt aũt locus circunquaq; porticũ hũs,uel ſaltem a tribus lateribus.Vict.Periſtylia in tranſuerſo tertia parte longiora ſint q̃ ītrorſus.Itidẽ Tetraſtylos,hexaſtylos,octoſtylos dñr a Vict.loca a numero columnarum.

Perizonium palliolum p̃cinctũ,quo nudæ uirgines ſub papillas p̃cinguñ,hoc & p̃cinctoriũ,& caſtula dr̃.

Perizoma.atis.dicitur omne,quod circumcingit pudendorum uelamen,ut in Geñ.Fecerunt ſibi perizomata. Idem dicitur,& lumbare,& bracha.

Pinnatus, cupido dict⁹ eſt ꝑ aligero & pēnas habente.

Pinnirapus pe. cor. gladiator. Compoſitum nomen ex duobus corruptis. ſ. pinna, & rapio. Iuue. Hic plaudat nitidi præconis filius inter pinnirapi cultos iuuenes, iuueneſq; laniſtæ.

Pinnula dimi. a pinna. Et eſt ſumma pars auris, ab acuitate dicta. Aliquando parua pinna. i. penna. Colu. li. ix. Inhibetur cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. Pinnula etiam dī quam piſces habent in dorſo & in uentre, quam natando erigunt.

Pinnaculū faſtigiū & ſummitas ædificii, in acumē tēdentis, ſiue q; ueteres pinnā acutū dicebant. Vñ bipennis ſecuris, q̄ utrinq; aciem habet. ſiue q; pinnaculis addi pinna cōſueuit, quæ facili motu uentoꝝ indicet flatū quod genus nunc penniculum dicitur.

Pinaces, & ꝑ diminutionē pinacidia dñr tabellæ ī qbus capita oīm reꝝ cōtinent, & latine indices dicimus.

Pinacothecæ locus erat ꝑpe atriū, in quo pictæ tabulæ reponebant. In tablino reꝝ in magiſtratu geſtaꝝ monumenta continebant. Varro ſcribit multos ſpectatū uenisſe Luculli uillas, ut uiderent pinacothecas.

Pinacas græci dicunt pugillares, hoc eſt tabellas ceratas. Plini. codicillos interpretatur.

Pinus arbor, tā maſ. q̄ fœmi. ge. & tam quartæ q̄ ſecundæ declinationis eſt, quæ & pinea dicitur. Amb. Quis pineam uidens non ſtupeat.

Pineus. a. um. qd ē materiatū ex pinu. Vñ pinea corona, qua ut refert Pli. apud Iſthmū uictores coronabant.

Pinetum locus pinis conſitus.

Pinaſter pinus ſylueſtris miræ altitudinis. Plin. li. xvi. Pinaſter nihil aliud eſt q̄ pinus ſylueſter.

Pindus Lapithaꝝ ſedes mōs Theſſaliæ Apollini muſiſq; ſacer, Acarnaniā ab Ætolia diuidit, ut Solin. ait. In eo inuenit lapis galactides, q; ſi teraſ reddit ſuccum albū ad lactis ſaporem. Sunt tñ qui hoc nomen cum y ſcribant. Eſt & nomen urbis Theſſalicæ, a pindo mōte appellatæ, iuxta quā eſt fluuius eiuſdem nominis.

Pinguis, non macer, aliquando ponitur pro infœcundo Virgi. Et pingues hortos. Aliquando pro impedito, & inepto. Cic. Quod ipſi Antiocho pingue uidetur, & ſibi ipſi contrarium. Hinc componitur præpinguis, quod eſt ualde pinguis. Colu. li. iiii. Ideo non eſt uineis apta, uix etiam arbuſtis niſi præpingui.

Pingue uero ſubſtantiuū neutri generis dī, qd inter carnem & cutem eſt, ſucco liqdum. Vir. Et omnes Impendunt curas denſo diſtēdere pingui. A pinguis fit impinguo. as. Hiero. Impinguatus, incraſſat⁹ recalcitrauit.

Pingueſco. is. a pingueo. es. fit. Colu. lib. ii. Omne emaciatum armentum medica pingueſcit, id eſt, pingue fit.

Pinguefacio, ſt ationis actiuæ eſt, pinguefio paſſiuæ.

Pingo, is. xi. ctum. Pingere eſt formā alicuius rei ductis lineis repñtare. Hinc pictor qui pinxit, & pictura ars pingēdi, in qua ſupioribus tēporibus floruere Zeuſis, Parrhaſi⁹, Apelles, uiri cātatiſſimi. Hac uero tēpeſtate Andreas mātinea patauin⁹, Mātuani principis aulicus, uir in oī uirtutū genere ꝑſtātiſſimus, dignus certe, q; a poetis & a cæteris ſcriptoribus celebref, cū nulli uel integritate, uel pigēdi arte ſit ſecūdus. Huic accedūt Ioānes belinus Venet⁹, Leonard⁹ florētinus, & Vincētius Brixianus, excellētiſſimo ingenio hoīes, ut q; cū omni antiquitate de pictura poſſint cōtēdere. Per trāſla. pingere poniſ ꝑ imaginari. Hiero. ad Dama. Quod erā uoce ꝓmptur⁹ añ mihi cogitatōe pingebā. Hui⁹ uerbi cōpoſita ſūt Depīgo, qd ē pingēdo deſcribo, denūcio, demōſtro. La. li. iiii. Cū. n. q̄dā miniſtroꝝ nīroꝝ ſacrificātibus dæmoniis aſſiſterēt, ꝓpoſito frōtib⁹ ſigno deos illoꝝ fugauerūt, ne poſſent ī uiſceribus hoſtiaꝝ futura depīgere. i. denūciare. Idē li. v. Quid uobis inanē iuſticiā depīgitis, & optatis cadere de calo, tanq; ī aliq; ſimulachro figuratā. i. fabricatis. Hie. ad Pau. Tito ꝓcipit, ut ītēr alias uirtutes eꝑi, quē breui ſermone depinxit. i. deſcripſit. Terē ī Phor. Probe hoꝝ facta iprudēs depixit. i. elocut⁹ eſt. Expīgo, ſicut pingo. Pli. lā uero & onerariis nauib⁹ qñ & picula expingimus, ne quis mireſ & rogos pingi. Cōpingo, & impingo, uide alibi.

Pinſo, is. ſui. piſtū uel pinſitū, pila tūdo, uel molis frāgo. Col. li. ii. Panicū pinſitū, & euolutū furfure, ſed milium quoq; pultē, q̄uis ī copia maxie cū lacte, nō faſtidiendā ꝑbet. Pōp. Cū neq; molis molui, neq; palmis pinſui, vñ piſtor, nā añ molaꝝ uſum fruméta ī pilis piſebāt. Var. Nec piſoré ullū noſſent, niſi eū qui ī piſtrino piſeret farinā. Perſi. O Iane a tergo qué nulla ciconia pinſit.

Pinſo, as. ī eodē ſenſu. Var. li. i. reꝝ ru. Promēdo diē ut in piſtrino pinſeſ, ac torreaſ. i. tundaſ uel frangaſ.

Pinſito, as. frequētatiuū a pinſo, is. Plau. in Aſi. Qui polētā pinſitāt, id eſt cōtundunt.

Pindo, is. pindi, pinſum, idē quod pinſo. Vñ pinſor q nūc piſtor dī, nam erat utriusq; rei artifex, hoc eſt q; frumēta pinſebat, & qui panes coquebat.

Piſtor, a pinſo, is q; fruméta ī pilis pinſit. Nūc aūt dī qui panē coqt ſeu facit. Pli. li. xviii. Piſtores Romæ nō fuerūt ad ꝓſicū uſq; bellū, annis ab urbe cōdita ſupⁿ qngentos octogīta. Suet. ī Cæſ. Domeſticā diſciplinā ī paruis ac maioribus rebus diligēter adeo ſeuereq; rexit, ut pīſtorē aliū, q̄ ſibi panē cōuiuis ſubiiciēté cōpedib⁹ uixerit. Var. ī ſaty. de eduliis. Si q̄ntū opæ ſumpſiſti, ut tu⁹ piſtor bonū faceret panē. Atteius Capito piſtores tm eos qui far pinſebāt noīatos eſſe tradit, eoſq; coquere ſolitos panē toſtū lautioribus. Piſtorē, & coquū apud antiquos eoſdē fuiſſe accepim⁹. Piſtorē etiā habebāt in numero ſeruoꝝ. Vñ ait Iurecō. Si quis ſeruos habuerit ꝑ prios, ſed quorū opas locabat, uel piſtoricas uel hiſtrionicas ſeruorūappellatiōe hos legaſſe uidetur.

Piſtrix mulier quæ panē coquit. Et piſtrix belua marina in mari indico, minor balæna, cū balenæ quaternorū iugerū ſint, piſtres ducētorū cubitorū, ueſtitur pilo, & animal non ouum parit.

Piſtris, is. nauis. Vir. li. v. Velocē Mneſtheus agit acri remige piſtrin, piſtis uero latine fides.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pistura ars pīsendi.Pli.li.xviii.Pistura nō oīm facilis qp pe,& ethruria spicā farris tosti pinsente pilo pferrato.

Pistorius,a.ū.quod ad pistorē ptinet,ut ars pistoria. Idē in eodē.Ad opis pistorii genera trāseūte cura.Hiero,in Gen.Omnes cibos qui fiūt arte pistoria.

Pistoricus,a.um.idem quod pistorius. Vnde iurisco sultus operas pistoricas dixit.

Pistrinū & pistrina,æ,pe.pro.locꝰ ī quo pinsīt,& panis fit Qñq etiā capit,p laborioso seruitio. Tractū a seruis,q ob noxā a dñis ī pistrinū trudunt.Proprie.Suet.in Aug. Et mō unguētariā tabernā,mō pistrinū Ariciæ exercuisse obiicit.Pli.li.xviii.pistrina fœ.gñe utīt.E siligine in qt,laudatissimus panis pistrinarūq opa laudatissima.

Pistrilla,æ.dimi.a pistrino ſm Prisc.Nā dimīutiua qñq diuersa sūt a gñe noīm primæ positōis,sicut a scuto scutella.At Dona.a pistrina deducit,& sumīt p molēdino a manibus.Ter.Apud ipm locū est pistrilla.

Pistrinēsis,& hoc pistrinēse,quod ad pistrinū ptinet.Apuleius ī asinū reformatus molas pistrinēses p circuitus multiuios circūegisse se festiuiter scribit,describēs quales essent ministri in pistrinēsi cōtubernio.

Pistillū,ſine r.instrm quo in mortario lapideo,& maxīe Thebaico,plūbeo pistillo terere moliunt.

Piones ppli in Mysia Asiæ,q supra caicū amnē sita ē,ab urbe dicti,quā Pionis cōditor pionias uocauit.

Pipiones,colūbo y pulli,ut apd Lāpridiū ī Alexādri uita

Pipare dicunt gallinæ,cum uocem emittunt,scilicet cū faciūt pipi.Var.in aboriginibus.Mugit bos,ouis balat equus hinniunt,gallina pipat.

Pipio,is.propriū est uocis pullo y.Colu.li.ix.Die undeuīgesimo animaduertat an pulli rostellis oua pcuderint & auscultet si pipiāt.Sūt etiā q hoc uerbū passerib⁹ tribuāt,ut in carmine qd Ouidio ascribīt,Pessimus at passer tristia flendo pipit.

Piper nomē arboris,qd est barbaræ.Persi.Rugosūq pipe.Dī & pipi inuariabile,sicut gūmi,nauci,mācipi.

Piperatū uinū dī,qd pipe & melle cōditum est.

Piperites,pe.p,herba q & siliqua st y dī,caule rubro & lōgo,dēsis geniculis,foliis lauri,gustu piperis.

Pipulū,pe.cor.cōuitiū tractū a pipatu pullo y.Plaut.Ita me bene amet lauerna te iā,nisi reddi mihi uasa iubes, pipulo hic differam ante ædes.

Pirata nomē latronis,q primꝰ mare īfestauit,a quo oēs spoliatores & pdōes piratæ dicti sūt.alii piratā,a πειράω trāseo deducūt,qa extrāsuerso siſac piratæ uiderēt īsulā in eā trāseūdo mare impetū faciētes illā depdabant, uel q piratæ semp maria pmeant.Pirata græce,latine pdo,& piraticā facere dicunt pdones.

Pirateriū,habitaculū piratarū ē,ut scribit Amb.li.de hostibus carnalib⁹ nō metuēdis,q etiā subdit. Tā diu in pirateriō sumꝰ,q̄diu ī hac carne positi pdonū spiritualiū tētationibus subiacemꝰ.Idē,pirateriū est uita homīs.

Pireicꝰ egregiꝰ sculptor ī paruis imagūculis fuit. Vñ sic cecinit Prop.Pireicus parua uindicat arte locū.

Pisa ciuitas in sūmo mōtis uertice cōdita inter Ossam & Olympū,iuxta quā Ioui sacra dicta Olympia celebrabant.Est & hoc nomīe oppidū arcadiæ,prope Alpheū amnē,a qua ii,qui Pisas ī Italia cōdiderūt,uenerūt,dictas a ciuitate pristina. Vñ Virg.li,x. Alpheæ ab origine Pisæ Vrbs ætrusca solo.Hinc pisæus,a.um.

Pissa græce,latine pix'. Vñ pisselæon oleū qd ex pice fit.

Pisæ arum.ciuitas Tusciæ,a qua pisani dicunt,qui ex ea originem ducūt.De hac Luca,Hinc tyrrhena uado frā gentes æquora pisæ.

Pisum genꝰ legumīs,cuius caules spargunt in terrā,nisi habeāt adminicula.Col.li.ii,Sīsis q̄q ratio ē pisi,qd tū facilē & solutā terrā desiderat.Hinc pisones.

Pisones appellati sunt quidā romani nobiles,q optime pisa sererent,sicut a lente Lēntuli.

Pisaurus fluuius piceni,a quo Pisaurū ciuitas ei supposita noīata est.Seruius uero scribit pisaurū dictū,q illic aurū pensatū sit.Nam cū Camillus gallos interemisset aurūq quod galli a Romanis acceperant p capitolio nō euerso recepisset,& signa ciuitati apperidisset,ciuitati nomen dedit.

Pisidæ fuerunt populi in Asia minori,quondam solymi appellati,ut Pli.li.v.refert.

Pisistratus nomē uiri Hippocratis filii Athenaꝝ tyrānī, q cū summa ingenii doctrinæ & eloquētiæ pstātia polleret,effecit ut sibi satellites ad corpis tutelā publice decernerent,quibus acceptis,arcē simul & libertatē occupauit,quo tpe Romæ Ser.Tulliꝰ regnabat,q̄uis Solon ipe quoq summꝰ orator p libertate staret.Idē primus apud Athenas bibliothecā instituit.

Piscis,q in aqs degit,pisces p signo cælesti,tm plurāl de clinat.Col.li.xii.Quintodecio calēdas Martii Sol in pisces trāsitū facit.A piscis fit dimi.piscicul⁹ paruꝰ piscis.

Piscari est pisces uenari,ex quo fit compositum expiscor de quo alibi.

Piscatus,us.ipa piscatio,& actus piscādi. Pli. Quos uenatus,aucupia,piscatusq alebāt.Plau.in Ru. Piscatū hamatilem,saxatilē aggredimur.

Piscatorius,a.ū.qd ad piscatorē ptinet,ut nauis piscatoria,& ludi piscatorii,q fiebāt p quæstu piscantiū.

Piscariꝰ,a.um idē qd piscatoriꝰ,ut hamꝰ piscarius.Plau. in fti. Arūdinē fert,sportulāq,& hamū piscariū.

Piscarius,q pisces uēdit.Var.Inter piscarios nemo uēdebat.Idē dī cetarius,q̄uis cetarii potiꝰ sint, qui magnos & salsos pisces uendūt.

Piscaria,æ.locus ubi pisces uenduntur.Var.Nullus in piscaria piscis erat.

Piscosus,a.um.locus in quo piscari facile est Ouī li.iii. Fasto.Est ppe piscosos lapidosi Cratidis amnes.Aliqñ piscosus dicīt piscibus plenus.

Piscolētus locus,ubi multi pisces morant,& in quo est facile piscari,Cato fluuiū magnū,pulchrū,piscolentum, Plau.in Ru.Qui salsis locis incolis piscolētis.

Piscinalis & hoc le,quod est piscis,uel qd ad pisces ptinet Vñ apud Palladiū piscinales cellæ legitur.

Piscinæ,lacus & stagna ab initio dicta sunt,in qbus uiui pisces coercent.Var.li.iii.de re rusti.Piscinas uoco eas, quæ in aqua dulci,aut salsa inclusos habent pisces ad uillam.Mar.Piscina rhombum pascit,& lupos uernas. Hæ uiuaria quoq uocātur.Sed quoniā in piscinis nata re etiā solebāt,inualuit cōsuetudo,ut oēs in hunc usum collectæ aquæ,siue frigidæ siue calidæ piscinæ dicant. uidenturq a piscibus dici,q̄uis in his nihil piscīū sit,sed forte piscinæ dictæ sunt ī balneis,q hoies piscibus similes natādo fiant.Cice. I atiorem inquit piscinam uoluissem,ubi iactata brachia non offenderentur. Plini.Si

natare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

natare latius,aut tepidius uelis, in area piſcina eſt, in ꝓximo puteus,ex quo poſſis rurſus aſtringi. Quinetiã uaſa lignea ampliora,ad tenendũ aquam, piſcinæ uocãt.Pli.Decoquiť in aqua, & in piſcinas ligneas fundi tur.Eadẽ generali uocabulo,& natationes appellanť.

Piſcinarius,q piſcinas piſcibus refertas habet. Vñ Cice. Lucullum & Hortenſium piſcinarios appellat.

Piſtoria ciuitas,quã Ptol.ponit iter mediterraneas Thuſciæ ciuitates.Eſt.n.iter Florẽtiã,& Lucã,a q̃ piſtoriẽſes

Piſtis græce,latine fides.Piſtoo fidem accipio,& do.

Piſto numen credulitatis putabatur,quæ propter facilitatem mobilitatemq; bigis inueheretur.

Pitacium particula corii.qua aliquid repetiať. Hiero.in Ioſue. Calciamenta pantiqua,quæ ad indicium uetuſtatis pitaciis conſuta erant. Q̃q; accipitur pro breui epiſtola.Q̃q; pro ſchedula de membrana exciſa.

Pittacus pe.cor.phius Mitylenæus,hic ex Lesbo tyrannũ Melanchrũ depulit,& certantib⁹ Atheniẽſib⁹, atq; Mitylenæis dux in bello fact⁹ Phrynonẽ atheniẽſiũ ducẽ ſingulari certamine interfecit,unus ex ſapiẽtibus fuit.

Pitane,ſiue pitana urbs in Aſia,ut Strab.teſtať,q̃ portus duos habuit. Ab hac pitanæi & pitanitæ noianť, & ubi Archeſilaus academicus natus eſt,q cum Zenone apd Polemonẽ didicit.Fama eſt apud Pitanam lateres in uentos eſſe,q ſup aquas innatarent, qd & de aliis locis traditum eſt.Eſt & altera Pitane in Laconia.

Pitheci pe. p.ſũt ſimii, πίθηκος.n.ſimia dr̃,a qb⁹ iſulę,ubi ℞ maxia copia,pithenicæ,ſiue pithecuſæ dicte ſũt.

Pityran latini furfurem dicunt,uñ pityrii panes furfurei quorum meminit Gale.lib.i.de alimentis.

Pithecuſæ inſulæ i mari tuſco cõtra Campaniã, a pithecis ſimiis,ut autor eſt Stra.dictæ ſũt. Pli.uero a figlinis dolio℞,q̃ ibi ex creta fiebãt.Dolia eñ græci πίθον,ſimias pithecon uocant.In ha℞ ſummitate oppidũ fuit,qd plurali numero pithecuſæ dicebať.Ouid.Steriliq; loca ras colle Pithecuſas habitantum nomine dictas.

Pitiſſo.as.pa℞ uini paulatim,& quaſi tentãdi gſa guſto. Teré.Pitiſſando mõ mihi quid uini aſſumpſit dicens: hoc aſperum pater,hoc eſt alterum lenius.

Pityocampæ,uermes e pinu arbore naſcẽtes, morſu uenenato, nec diſſimili a bupreſtis morſu. Plin.lib.xxiii. Vſus ſapæ cõtra cantharidas,bupreſtim,pino℞ erucas; q̃s pityocampas uocãt,græce πιτυοκάμπας dñr, πίτυς eñ pinus,vñ & pityuſæ inſulæ a græcis dictæ,a frutice pineo monumẽtis ſcripto℞ inclytæ; campe uero ſcat brachium,ſiue erucã a flexura quæ diciť campe.

Pityonices dr̃ q eſt uictor i ludis græciæ, in qb⁹ uictores donabanť pinu,q in Archemori honorẽ celebrabanť.

Pithodicus,a pitho uaſe dr̃ uaſcularius, pityuſſa inſula, q̃ miletus dr̃ a pinu,nam pitys græce pinus appellať,pityuſæ inſulæ.Quære in dictione Pityocampæ.

Pituita pe.pro.morbus ex catarrho proueniens, græce phlegma dr̃.Hora.in Ser.Lenta feret pituita uides ut pallidus oſis.Mac.Cũ mulſa bibitũ pituitæ noxia ſoluit,habet pituita domiciliũ in capite,ut inq̃t Aug.Plato in Timæo pituitã ait eſſe oĩm languo℞ originem, qui ex diſtillatione fiunt,ex eaq; gigni malas ualitudines plurimas,qm̃ in pluríma loca illabitur.Quæcunq; aũt partes corporis tũmeſcere dñr, ab illius incendio & cõbuſtione uexantur.Quæ cum expirat extrinſecus uarios exitũ ſuo tumores ꝓducit.Intrinſecus uero cohibita,utẽtes edacesq; morbos ꝓcreat.Tunc aũt peſſima, qñ puro ſanguini mixta ligaminũ fila ſuo ex ordine dimouet,& interdũ penetrat ĩ medullas,aduſtisq; radicibus,inde aniæ uincula q̃ſi nauis funes reſoluit,& amputat.Pituita etiã catarrus dr̃,pituita etiã in gallinis dr̃. Col.li.ix.Sæpe etiã iã ualidioribus remediis factis,atq; ipis matribus etiã uitanda pituitæ ꝓnicies erit.Hinc pituitoſus,q uulgo dr̃ phlegmatic⁹. Cic.li.i.de fato. Inter locorũ naturas quãtũ interſit uideamus,alios eſſe ſalubres,alios peſtilẽtes,in aliis eſſe pituitoſos,& q̃ſi reddãtes,in aliis exiccatos,atq; aridos.

Pitho,mulier flexanima illa dicẽdi præſes,quã Enni⁹ ſuadã,Quin.Perſuadẽdi deã,Hora.Suadelã,& poetica mella,Cice.Leporem.Pli.Colebatur & Diana cognomine pitho corinthus.

Pix,eſt quæ ex arbo℞ reſinis ad ignẽ decoctis. Reſina uero eſt liquor craſſus ex arboribus fluẽs,& ſæpe ſua ſpõte ſiccatus ad ſolẽ.Pix liquida coquitur ad nauiũ,& ad multos alios uſus.Pli.li.xiiii.Pix in Italia ad uaſa uina condendo, maxime probatur Brutia,& picea reſina. Hinc pico,as.de quo ſupra.

P ante L

Placas græci uocãt cruſtas maſſasq; auri in tabellæ formã cõgeſtas,tabulæ a græcis πλάκες dicunť.

Placeo,es.cui.citũ.placere eſt gratũ eſſe. Cui⁹ cõtrariũ ẽ diſplicere.Hiero.in plo.Paraťutrũq; cõplexus eſt. Orationũ itaq; ueſtra℞ adiutus auxilio,miſi lib℞ beniuolis placitu℞,tñ inuidis diſpliciturũ eſſe nõ ambigo.Alii q̃ placere eſt efferri,gloriari,& cõfidere,ut ego placeo mihi,tu places tibi,ille placet ſibi.Quint. Placeas licet tibi opũ tua℞ fiducia diues,ſi mihi idẽ inuidere nõ expedit,pares ſum⁹.Hinc etiã cõplaceo,qd ſignificat etiam placeo.Teré.in An.Poſtq̃ me amare dixit cõplacita eſt tibi.Diſpliceo.Idẽ in Heau.Heu heu,q̃ ego nũc totus diſpliceo mihi.Perplaceo,ualde placeo.Idẽ ibi. Perplacet.Habetq; impſonale paſſiuæ uocis. Cyprĩa.Si hominibus placeť,dominus offendiť.

Placidus,a.um.mitis,ſedatus,ꝙ illa q̃ quieta ſunt oĩbus placent.Teren.in Adel.Ille ſuã ſemp egit uitã in ocio, in cõuiuiis,clemẽs,placidus,nulli ledere os,arridere oĩbus.Do.clemens eſt circa recte agẽtes.placidus etiã circa delinquẽtes,clemens anĩo,placidus uultu. Hinc placiditas.quã Var.in ouibus eſſe aſſerit,cũ ait.In quis primũ,nõ ſine cauſa putãt oues aſſumptas,& ꝓpter utilitatẽ,& ꝓpter placiditatẽ. Maxime eñ quietæ & aptiſſimæ ad uitam hominum.

Placido,as.placidum ſeu placatum facio. Amb.libro de Abel.Graues motus noſtræ adoleſcẽtiæ fida ſenectutis ſtatione placidãtur.

Placitus,a.um.participiũ.Teren.in prolo.Hecy. Vbi cognitæ ſunt placitæ ſunt.

Placitũ nomẽ ſcat cõſẽſum,& ueluti pactionẽ firmatã. Pli.Eadẽ ætas Neronis pricipatu ad theſſalũ trãſiliuit delentẽ cũctoꝝ maioꝝ placita,& rabie q̃dã in oẽs æui medicos porantẽ.Hiero.in Geñ.Non poſſumus extra placitũ eius quicq̃ aliud loqui tecũ.

Placo,as.mitẽ ac placidũ facio,ꝓpitio. Placabilis,ꝓpitiabilis.Cuius compoſitũ eſt complaco,pe.cor.Gel.Con

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ciliare ſibi, atq; cõplacare iudices debent, ſenſusq; eoꝝ expectatione cauſæ ſuſpenſos, rigentesq; honorificis, ferendisq; ſententiis cõmulcere, nõ iniuriis atq; imperioſis minitationibus confutare.

Placor, oris, placabilitas ipſa. Hier, apud Eccle. c. iiii. Qui uigilauerit ad illã cõplectenſ placorẽ eius, a placo, as.

Placẽta, libum farinaceũ, quod fit ex farina ſiliginea, caſeo, & melle, dicta q̃ nobis placeat, uel q̃ ea ſolerent deos placare, uel dicit a græco πλακοῦς.

Plærusq;, raq;, rumq;, vñ i ntõ, tã ſingulari, q̃ plurali Pleraq;, pe. cor. in ablt̃o ꝓducit. Hora. in Epiſt. Si quæda ni miis antique, ſi pleraq; dure. Idẽ. Pleraq; differat, & põs i tẽpus omittat. Plericq; mõ capit pro maxima parte. Sal. Pleroſq; ſenectꝰ diſſoluit, niſi q ferro aut beſtiis interiere. Mõ ꝓ eo qd̃ eſt nõnulli. Quint. Videas plærosq; ira ꝑcitos. i. nõnullos. Solet etiã eſſe ſyllabica adiectio, & ꝓ una oratiõis parte poni, ut cũ dicimꝰ, plericq; oẽs hoc facitant. Significat. n. oẽs. Terẽ. in And. Qd̃ plericq; oẽs faciũt adoleſcẽtuli. Diphthõgꝰ aũt. qñ ἀπὸ τοῦ πλήρους fit, qd̃ plenũ, frequẽsq; ſignificat. Cõuerſa. n. e lõga in æ. diph. ut i ſcæna, thæda, læthe, aliiſq; ꝓmultis dictiõibus ſeruaſ. Similr plerũq; qd̃ a plærusq; deducit, dupliciter ſumi põt. Vno mõ ꝓ eo qd̃ eſt fere ſemp. Alio mõ (ſed rariſſime) ꝓ eo qd̃ eſt nõnunq̃. Quint. Excuſſa ſũt plerũq; uitia uerberibꝰ. i. nõnunq̃. Et ab aliq̃bus putaſ nomen, ab aliquibꝰ aduerbiũ. Inueniſ etiã plerus ſine ad iectiõe. Pacu. Periere Danai, plera pars peſſundata eſt.

Plaga, pcuſſio, uulnꝰ, uerber. Virgi. Plagisq; pemptũ Tõſa ꝓ integrã ſoluunt uiſcera pellẽ. Aliq̃ plagæ retia dicũtur rariora ad capiendas feras, q̃ plagis. i. foraminibus plena ſint. Cic. li. iii. offi. Sunt ne igit inſidiæ tẽdere plagas etiã ſi excitaturus nõ ſis. Vir. Retia rara plagæ, lato uenabula ferro. Vbi Ser. ſcribit plagas, ꝓprie illos funes dici, quibus retia tẽdunt circa imã, & ſummã partẽ. Rurſus cœli uel terræ ſpatiũ ampliſſimũ, quod etiã tractus, & clima a græcis dr̃, plaga appellat. Virg. li. vii. In medio dirimit plaga ſolis iniqui. Itẽ grãde lintheũ, tegmẽ candidũ, quod ſindonẽ uocant lecticariã, quale eſt quo nũc utunt mulieres Romanæ, olim paſſim in uſu erant. Var. de ui. patr. Chlamydes, plagæ, uela, uaſa aurea. Idẽ. Eburneis lectis, & plagis ſigillatis. Has Hiero. & uulgus cortinas uocat, & habet primã cor. niſi cũ ſignificat uulnus, qd̃ græce dr̃ πλαγή. Oui. de Triſt, Non habet in nobis iã noua plaga locum.

Plagula, pe. cor. diminu. ſignificat paruã plagã.

Plagiarius, qui plagas. i. uulnera infert. Et plagiarius quĩ furtim ſurripit alienos ſeruos, & q liberũ hoiem aſſerit in ſeruitutẽ, quiq; hoiem emit, quẽ ſcit eſſe liberũ. Et q hmõi hoiem ſciẽs uẽdit, aut ꝓ ſeruo tenet. Dictus plagiarius q̃ lege phania plagis dãnatus eſſet. Ipſa uero lex plagiaria Crimen plagiũ uocat. Mar. Plagiariũ appellat furẽ librorꝝ ſuorũ, qui illos tanq̃ ſuos tenet in ſeruitute. Alii potius a græco deducũt. i. πλαγιάω, qd̃ ſignificat obliquũ, & trãſuerſum, πλαγιάζω dicit obliquo. Nã qui plagiarius eſt, quaſi ex obliquo & trãſuerſo in ſeruitutẽ trahit illũ qui liber ſit. Et in plagiario quidẽ ſyllaba prima cor. in plaga ꝓducitur.

Plagiator idẽ quod plagiarius. Hiero. ad Florẽtinũ. Magiſtrum autem pueri tui, de quo dignatus es ſcribere, quem plagiatorem eius eſſe non dubium eſt, ſæpe Euagri⁹ presbyter me pñte corripuit, cui ille rñdit, Ego nihil timeo, dicit ſe a dño ſuo fuiſſe dimiſſum.

Plagoſus, plenus plagis, ut plagoſa crura apud Apul. ab Hora. plagoſus qui ſæpe plagas infert.

Plagioſus dr̃ grãmaticus, ludimagiſter, q̃ plagas infert. Vñ Domicii Marſi uerſus eſt. Si quos orbili⁹ ferula ſcuticaq; cecidit. Et plagioſus eſt, qui ſuauitate uerborum retrahit a propoſita uirtute.

Plago, as, plagã infero. Aug. li. xxi. de ciui. dei. Cũ iuſtiſſime annoſas pœnas ſeruꝰ in cõpedibus pendat, qui uerbo aut ictu celerrime tranſeũte uel laceſſiuit dñm, uel plagauit. Hiero. plagatus participio uſus eſt apud Eſaiã li. i. Plagatus ſum in domo eius.

Plagipatus, qui plagas patitur.

Planus, a. ũ, dr̃, cuiꝰ figura æq̃lis eſt. Qñ uero plana nullũ ipedimẽtũ hñt, q̃n undecũq; uideri pñt, qñq; ꝓ apto & manifeſto ponit, & ſic habet pe. pro. Planꝰ uero ſubſtãtiuum, pen. cor. ſumit ꝓ ſcurra, nõ quidẽ ſimplr, ſed certi atq; ſui gñis ipoſtore deceptoreq; a fallẽdo dictꝰ. Hora. Nec ſemel irriſus triuiis attollere curat Fracto crure planũ. Inter planos maxie celebres fuere Cephiſodorus, & Pantaleon, q deceſſurꝰ utrũq; filiũ decepit, ſeorſũ his ꝓdẽdo, q̃ ꝓ te domꝰ infodiſſet auꝝ, qd̃ nuſq̃ erat.

Plane aduerbiũ. i. certe, manifeſte. Qñq; oino. Cic. Treb. Quare ſi plane a nobis deficis, moleſte fero. Aug. lib. ii. cõfeſ. Quid erat ille affectꝰ animi? Certe. n. plane turpis

Planicies, æqualitas. Salu. Nã ubi planicies erat (erat. inter ſiniſtros mõtes, & dextrã rupẽ aſperã, octo cohortes in fronte conſtituit.

Planitudo idẽ qd̃ planicies. Col. li. v. Perticæ cacuminũ modicæ planitudinis, q̃ tñ dipõdiaris orbiculi craſſitudinẽ nõ excedãt, optime pangunt.

Planidus, idẽ qd̃ planꝰ. Colu. lib. iii. Curãq; adhibeto, ut a ſupiore & ſicciore & exiliore in planidiorẽ humidioremẽ pinguioremẽ agrum trãſferas.

Plagiger, pen. cor. quaſi genitus ad plagas. Plau. in Pſe. Plagigera genera hominum.

Plano, as. planũ facio. Cuiꝰ cõpoſita magis ſũt in uſu, uidelicet cõplano, qd̃ eſt totũ planũ facio. Gel. li. ii. M. Cato i li. quẽ de agricultura cõſcripſit. Semẽ cupreſſi ſerito crebro, ita ut linũ ſeri ſolet, eo crebro terrã inferito dimidiatũ digitũ iã id bñ tabula, aut pedibꝰ aut manibus cõplanato. Deplano & explano, de q̃bus alibi.

Planula, a cõplanãdo dicta eſt ꝓ inſtrumẽto fabrili, quo aſſamenta leuigant & poliunt. Nam dolabra idem uidetur eſſe, quod aſcia, ut inquit Dona. q̃ ait. Dolare eſt aſcia cædere. Et planulæ ſunt, quas nos lamas uocamꝰ. Fores. n. cũ planulis ferreis parietibus cardinibus cõiũguntur, & ſup illos deuoluunt.

Planipes, qui pedes planos habet. Vñ comœdiæ ſuefabulæ genus dr̃ planipedia, ubi nullo ꝓcedebat cultu, q̃ actores pedibus planis. i. nudis ꝓſcænia introirẽt. Diome. ſcribit planipedẽ græce mimũ ſignificare, q̃ actores planis pedibus. i. nudis intrarẽt ꝓſcæniũ, nõ ut tragici actores cũ cothurnis, neq; ut comici cum ſoccis, ſiue qd̃ olim nõ in ſuggeſtu ſcænæ, ſed in plano orcheſtræ poſitis inſtrumẽtis mimicis actitarent.

Plancæ tabulæ planæ, a planicie ita appellatæ. Pli. li. viii Nec põtes aſini tranſeant, per raritatẽ plancarũ tranſlucentibus fluuiis.

Planci,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

planci,qui supra modū pedibus plani sunt .i. qui pedes imos graciles hñt,planosq; æqualiter,quasi tabellas,q̄ plancæ uocant. Quo noīe dictus est Romanus qdam ciuis,cuius extant epistolæ luculenter scriptæ. Qui (teste Eusebio) cū galliā comatā regeret, Lugdunū cōdidit, q̄ ciuitas Senecæ tpibus deflagrauit incendio. Hi etiam ploti dñr. Vnde Plautus dictus est primo plot⁹, propter huiusmodi pedes. Deinde Plautus.

Planta cū de pedibus dī, ꝑcat totā partē inferiorē, digitosq;& ungues. Vir. in Moreto. Cruribus exilis, spacio sa ꝑdiga planta. Si uero de arboribus,ea est,q̄ transferendi' gīa,uel de arboribus rapta. uel ex seminibus est orta,& de herbis quoq; dī. Vir. Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum Deposuit sulcis.

Plantaria ipsæ plantæ in terra natæ,q̄ cū radicib⁹ transferunt' de uno loco ī aliū. Vir. Syluarumq; aliæ pressos ꝑpaginis arcus Expectant, & uiua sua plantaria terra. Plantaria etiā dñr plantarū loca. Pli. lib. xvii. Quædā in plantario insita eodem die transferuntur.

Plantarius.a.um. qd̄ plantari debet,seu qd̄ est aptum ut plantet'. Col. li. vi. Ipsæ aūt arbusculæ hoc mō pñt transferri,anteq̄ plātarias arbusculas effodias solo, rubrica notato partem eius,quæ meridiem spectet.

Plantaris,& hoc plantare, qd̄ est plantæ pedis. Sta. lib. i. The. Summa pedum propere plantaribus alligat alis.

Plantiger,plantas gerēs. Vnde plantigeræ arbores, quæ ex sese pullulando plantas emittunt. Pli. Siliqua plantigera est in imis partibus.

Plāto.as. notæ significatiōis,ut hō qdā plātauit uineam. Huius cōposita sūt deplāto, qd̄ est cōtrariū suo simplici. Nā deplantare ꝑcat qd̄ plantatū erat euellere. Plin. Sed utraq; infirmissima,& q̄ cortice nitunt' tm̄,uel leui aura ocyssime deplantant'. Col. li. ii. Ne aut cornu bos ad stipitē uehemētius offendat,aut extremo iugo trū cum delibret,ramūq; deplantet. Explanto ꝑcat, idē qd̄ deplanto. Idē. Vt sit q̄ teneri adhuc pāpini capulis suis illigent,ne uētis explantent'. Et lib. vi. Anteq̄ explantes arbusculā. Supplanto subtus planto, de quo alibi.

Plantago herba,cuius duo sunt gña. s. maior & minor.

Planetæ ab errore dicti sunt ἀπὸ τῆς πλάνης πλανητὰς .i. erraticus & uagus,uel a uerbo græco πλανάομαι erro. Latini ab incessu uocāt errātia,& erraticas stellas. Nigidius errones appellat. Nā ut ait Ser. Interdū ī austrū interdū in septentrionē,plerūq; cōtra mundū,nōnunq̄ cū mūdo ferunt'. Vñ Vir. de Mercurio. Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes. Sūt aūt septē planetæ,Saturn⁹ Iuppiter,Mars,Sol,Venus,Mercurius,Luna. Sed qnq; contra mundū ferunt',& cum mundo qñq; retrogradi sunt. Sol uero & luna semper contra mundum.

Plango.is.xi.ctum.fleo. Vñ planctus & plangor. Est planctus proprie uocum,ploratus tm̄ lachrymarū,fletus ad utrunq; ptinet. Sed confundunt' plerunq;. Aliqñ plangere est percutere. Lucil. Plangunt littora fluctus. Ouidi. Plangebant pectore terram. Hinc planctus & plangor pro percussione. Luc. Exigit ad sæuos famularum brachia planctus. Sil. Liuētia planctu brachia. Catul. Procedunt,leuiterq; sonant plangore cachinni.

Planctus.a.um. participium est. ut apud Ezechi, c. xxxii. Planctus est & plangunt.

Planctus nomen,ut conuertisti planctum in gaudiū.

Plasis græce,latine formatio dicitur, hinc plastes, plasma,& plasmo.

Plastes fictor,q̄ figlinā artē exercet,q̄ & figulus dī. Hiero. Mollis cera,& ad formādū facilis,etiā si artificis & plastæ cessent manus,tm̄ uirtute totū est qcquid esse pōt.

Plastice fictoria,uel figlaria,ars figlina,qua finguntur imagines ex argilla ἀπὸ τοῦ πλάττειν, quod est fingere,vñ & ꝑplastice dī ars faciēdi typos. i. formas quibus formandis figlini utunt'. Dicit' etiā ꝑplastice ꝑ ipsa forma,quā ad formanda alia opera adhibent. Plin. Arcesilai proplasticen pluris uenire solitam constat, ab artificibus ipsis q̄ aliorum opera.

Plasma,atis.& plasmatum figmētum,quod & figlinum opus dicit' quod formatū est. Item plasma emplastrū, πλάττω fingo, componoq;. Persi. Liquido cū plasmate guttur mobile colluerit. Antiqui em̄ nōnulli emplastrū ex pluribus liquoribus cōmixtis uocē adiuuātibus faciebant. Cato de plasmatis bibēdis.

Plasmo,as. figmentum aliquod efficio.

Plasticus,idē quod plastes q̄ figuras ex terra,uel marmore fingit. Firmicus li. vii. Si. n. quis sic fuerit inuēta faciet pictores,plasticos,aurifices.

Platos græce,latine dicitur latitudo. Vnde Plato,platea Platanus,& multa alia.

Platyophthalmus,quasi dilatans oculos, πλατύς. n. lat⁹ ὀφθαλμὸς oculus. Quo noīe dictus est lapis spumæ cādidæ,nitentisq;,quod stimi appellāt,alii stimin,alii alabastrum,alii turbasin. Nā dilatat oculos,& eorū fluxiones,exulcerationesq; inhibet.

Platea,pe,pro. ꝑm Dona. Nam græci πλάτειαν dicunt, nos plateā,sicut μέλειαν,medeam, σπονδεῖον spondeū. Hora. tamē in epistolis corripuit,cū ait. Puræ sunt plateæ nihil ut ꝑperātib⁹ obstet. Et est uia latior ferēq; militaris prætoria consularisq;. Aug. Plateæ ꝑpetuæ ac latiores ciuitatū uiæ sunt iuxta ꝑprietatem linguæ græcæ a latitudine nomiatæ. Platon em̄ latū dicit'. Quandoq; capitur pro area in qua conuenire populus solet. Lampri. in Helio. Plateas in palatio strauit lacedæmoniis,& porphyreticis saxis. Est & nomē auis, quæ ad ea uolat,quæ in mari mergūtur,& capita eoꝝ morsu corripit,donec capturam extorqueat. Dicta platea a latitudine corporis.

Plateæ numero plurali ciuitas ī bœotia sub cithærone mōte nō lōge a thebis,dicta a latitudine remorū,ut in qr Stra. Nā græce πλάτη remus πλάτος latitudo,inde platea,qa lata. Hic pausanias & Aristides Mardōium Xersis ducē & cōsobrinum superauere.

Platanus.pe.cor. arbor late spargētibus se ramis, a πλάτος latū. Petroni⁹ arbiter. Nobilis æstiuas platanus diffuderat umbras. Est aūt tā masc. q̄ fœ. ge.& tā quartæ q̄ secūdæ decli. Vir. in in Cul. Nā primū prona surgebāt ualle patētes Aetiæ platan⁹. Idē ī Geor. Et steriles platani malos gessere ualētes. Hinc platanetū & platanon, ꝑ loco platanis consito.

Plato philosophus,ab humerorū latitudine dictus. Hic antea ex aui paterni noīe Aristocles uocabat'. Fuit egregio corpis habitu & ī palæstra se exercuit, apud Aristonē palæstritē,a quo primū cognoiatus est Plato. Nat⁹ est Athenis eo die, quo apud Delon Apollo, studuit picturæ,& tragœdias,poemataq; edidit. Adeo autem in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

omni diſciplinarum genere,& pſertim in philoſophia excelluit,ut diuinus Plato & philoſophoꝝ homerus uocatus ſit.Cic.in li.Tuſ.quæſt.Platonicæ maieſtatis maximus eſt buccinator,adeo,ut ipm deũ appellet,quem Labeo inter ſemideos cõmemorandũ putauit. Cui defuncto Magi uti deo imolauerũt Fuit uariꝰ multiplex & tãtæ eloquẽtiæ,ut Iouẽ ſi græce loq uoluiſſet Platonice locutuꝝ phi diceret.De quo Quint. Quis dubitet Platonẽ pcipuũ,ſiue acumĩe diſſerẽdi,ſiue loquendi facultate diuia q̃dã & homerica,ut mihi nõ hoĩs ingenio ſed quodã delphico uideaꝫ oraculo dei inſtitutus.

Platicerotes beluæ lata cornua habẽtes.

Plauti,a planis pedibus,qui & ploti noiantꝫ,ſoleas quoq; dimidiatas qbus utebantꝫ in uenãdo,quo planius pedẽ ponerẽt ſemiplotia appellabãt.

Plaudo,is.ſi.ſum.Eſt aũt plaudere,quotiẽs alicui pre bene geſta cõgratulamur,læticiãq; oſtẽdimꝰ. Ambr.li.ii. de Vir.Quæ põpa illaꝫ quãta angeloꝝ lætitia plaudentiũ,q habitare mereaꝫ in cælo,quæ cæleſtẽ uitã uixit ĩ ſeculo? Sene.Vnã rem adiiciã & fauere,ac plaudere tenuabit.Fit etiã q̃q; in deriſum,ut ẽ apud Ezech.p eo qd plauſiſti manu,& pcuſſiſti pede & gauiſa es ex toto affectu ſup terrã Iſrael. Significat & plaudo,pcutio,& aliqñ plaudo,excito.Sta.li.iiii.the. Plaudit equos. Huiꝰ compoſita ſunt applaudo,qd eſt alicui plaudo.Hiero: Quamq̃ labia torqueatis,trahatis capillũ,applaudatis pede,fidẽ eccleſiæ aptiſſime cõfitebor. Supplaudo,de q̃ alibi,replaudo,repcutio.Eſt & plaudeo,es.Hiero.in Eccle.Caput ſuũ mouebit,& plaudebit manu.

Plaudeo,es.idẽ qd plaudo,is.ut apud Eſa.xxxiii.c.laxati ſunt funiculi tui,ſed nõ plaudebũt.

Plauſus,us.Cic.in Cat. Quibus cũ a cuncto cõſeſſu plauſus eſſet multiplex datus.

Plauſibile,fauorabile,iucũdũ,populare,quod plauſu populi excipi põt.Cic.Qm̃ plauſibilia hæc nõ ſunt ut in ſinu gaudeãt,glorioſe loqui deſinãt.Sic oratio plauſibilis dicta eſt q̃ placet,& plauſum populi meretur.

Plauſtrũ,currus,quod ex omni parte ſit palã qd in eo uehitur,ut inquit Var.

Plecto,is.xi.ctum.ſm Priſ.uel xui.ſm aliquos, xum.ſcat punio,ferio ἀπὸ τοῦ πλήττω ferio.Hiero.i li.Iudi. Si ſeptẽ crines capitis mei licio plexueris,& clauũ hunc circũligatũ terræ fixeris,infirmus ero. Aug.lib.de ciui.dei. Nã ſi oẽ nũc pctm̃ manifeſta plecteret pœna,nihil ultimo iudicio reſeruatũ putaret.Huiꝰ paſſiuũ eſt plector.Ter. in Phor.Tu iã lites audies,ego plectar pẽdẽs.i. feriar,ut inquit Dona.Hinc plectrũ & plagæ.

Plector deponẽs,nõ eſt in uſu,ſed habet cõpoſita amplector,cõplector,circũplector,implector.unde implexus quod eſt implicatus.Grego. Sed cũ ex lectiõe alia redẽ ptoris nri ſnia ad mentẽ reducit,ex huiꝰ nobis lectiõis uerbis q̃ſtio ualde implexa generaꝫ.Perplector pfecte ligo. Hie.ad Paulinũ.Tenẽt ſe mutuo ſibiq; pplexi ſũt, & quaſi rota in rotã uoluit.Terẽ. in Eunu.Pergin ſceleſta mecũ pplexe loqui.Dona.Ideo pplexe,qaſtatuerat uitiũ cælare uirginis.Hic pplexor.qd eſt ualde ligo,ſeu in dubio pono.Plau.in Aul.At ſcio,quo uos ſoleatis pacto pplexarier,Pactũ nõ pactũ eſt,nõ pactũ pactũ eſt, quod uobis lubet.Idẽ in Aſi.Neq; ullũ uerbũ faciat pplexibile,id eſt ambiguum multum.

Plectilis,pe.cor.q̃ plexa eſt.Plau.ĩ Ba.p galea ſcaphium pro inſigni ſit corolla plectilis.

Plectrũ inſtrumentũ citharœdi,quo fides plectunt,i.percutiunt,a τοῦ πλήττω pcutio.Mar. Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat. Exornẽt docilẽ garrula plectra lyrã. A noſtris dicit q̃q; pecten. Virg.Iã pectine pulſat eburno.Plectrũ etiã q̃q; calcar æneũ,quod olim gallis gallinaceis addebaꝫ dum inter ſe pugnarent.

Plebs, bis.uel plebes, bei.idẽ quod uulgus,hoc eſt uilior pars populi.Gel.Plebs,in qua gẽtes ciuiũ patriciæ non inſunt.Pli.Tanta plebei cõſternatiõe,ut primo pulſus ex ea regione,mox & interemptus ſit. Huius diminutiuum eſt plebecula.

Plebiſcitũ,plebis ſtatutũ,Sciſcere.n.ſtatuere ẽ.Scitauero plebis appellantꝫ ea,q̃ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus iuſſit plebeio magiſtratu rogante,utpote Tribuno.In populo.n.oĩs pars ciuitatis,& oẽs ordines continent,in plebe,neq; equites ſunt,neq; patricii.

Plebeius,a.um.quod eſt plebis,ut plebei ædiles.

Plegma,atis.rete,crines intorti,hoc eſt tricæ,& oẽ textũ.

Plemmyriũ fluuius Siciliæ,qui p agrũ ſyracuſanũ labit a τοῦ πλημμύρω quod eſt exundo.

Plenus,a.ũ.qd eſt uacuo cõtrariũ,hoc eſt ĩ quo nihil eſt uacui,ſed integꝝ atq; pfectũ eſt,hĩc plenitudo pfectio.

Pleniluniũ,Vide in dictione Luna.

Pleonaſmos,latine cumulatio,ſiue adiectio.Figura quotiens ſuperflua adduntur, ut Sic eſt ore locuta, πλέως enim plenus dicitur.

Pleo,es.q̃uis nõ ſit in uſu,habet tñ cõpoſita Cõpleo,expleo,impleo,a quo adimpleo,oppleo,repleo,& ſuppleo Lact.li.vii. Et replebunt mõtes cadaueribus,oſſibusq;.

Pleiades ſtellæ,q̃ taurũ pficiũt,pter caput quod ortu ſuo primæ nauigatiõis tẽpus oſtẽdit, πλειάδες latine uergiliæ dicunt,a uerni tpis ſignificatione quo oriunt.Nã uere exoriunt,& circa æquinoctiũ eaꝝ ortus matutinꝰ eſt.Hygi.Inter huius tauri finitionẽ,& caudã arietis ſtellæ ſũt,quas nri uergilias,græci pleiadas dixere. Fuerũt Atlantis filiæ ſeptẽ ex pleione nympha,cũ quibus Iuppiter cõcubuit.Vñ & pleiades dictæ,& ex hoc relatæ ſũt in numerũ ſyderũ.Vulgo pulcenaria dicunt.Vel a pluralitate πλείονδες.Pleiones eñ græca lingua plures dicunt,plures autẽ ſimul apparere certũ eſt. Pherecydes tradit ſeptẽ ſorores fuiſſe Lycurgi filias ex Naxo inſula Et qa Libeꝝ educaueꝛt,a Ioue iter ſidera fuiſſe relatas Haꝝ noĩa putantꝫ Electra,Halcyone, Celeno, Merope, Sterope,Taygeta,,Maia,quarũ ſeptima uix cerni põt: Oui.li.iiii.Faſt.Pleiades incipiũt humeros releuare paternos.Quæ ſeptẽ dici,ſex tñ eſſe ſolẽt.Seu q; in amplexus ſex hinc uenere deoꝝ.Nã Steropẽ Marti cõcubuiſſe ferunt. Neptuno Halcyonen,& te formoſa Celeno, Maian & Electrã,Taygetẽq; Ioui.Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit.Pœnitet & facti ſola pudore latet. Siue q; Electra Troiæ ſpectare ruinas Nõ tulit,ante oculos oppoſuitq; manũ.Fit aũt q̃q; hæc dictio tetraſyllaba.Prop, Nõ hæc pleiades faciũt,nec aquoſus Orion.Aliqñ abiicit e,& dicimus pliades. Sta.li.i.ſyluarũ.Hæc p & Ægeas hyemes,pliadũq; niuoſum Sidus,& oleniis dignũ petiiſſe ſub aſtris.

Plethron quidam p iugero accipiunt. Alii duo plethra ſingulis cõtineri iugeribus exiſtimãt, ut Hero mathematicus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

maticus in plethro pedes centum, in iugero ducentos, & xl. in longitudine dimi. in latitudine ex dimensione Quintiliani contineri scribens.

Pleuritis.idis. dolor laterũ, græce πλευρὰ & πλευρᾶς latus dr. Hinc pleureticus, qui hunc morbum patit. Sunt etiam qui hunc morbum pleuresin uocent. Macer. Costarum, quam pleuresin attica lingua.

Plistonicus, nomẽ autoris, de quo Athenæus. Fuit & Appion q̃dam cognoiatus plistonicos nõ multo tpe Plinio superior, ut idẽ ultimo uolumine testat. Qui & plistonices qñq; scribit, sicut olympionices.

Plesteriastas πλειστηριαστὰς græci uocant licitatores.

Plethynticos, latine pluratiue dicitur.

Plico.as.aui.atũ. & plicui, plicitũ. A quo q̃tuor cõposita applico, cõplico, explico, & iplico, similr duplex ptũ, & duplex supinũ hñt. Reliq̃ solũ ĩ aui, atũ, terminãt, ut duplico, triplico, quadruplico, multiplico, replico, supplico. Signãt aũt plicare, nectere, & ueluti rugas facere. Tractũ a græco πλέκω, qd est necto. Cõplico simul plico, cumulo, Hie. in plo. Iob. Si fiscellã iunco texerẽ, aut palmæ folia cõplicarẽ, ut in sudore uultus mei comederẽ panẽ meũ. Lac. li. v. Quid leno, nisi ut bonis exuat? qd fur, nisi ut plura cõplicet? Implico innecto, inuoluo. Salu. li iiii. hist. Implicitæ rates mysteria phibãt. Lac. li. ii. Nã cũ bello ciuili Brutiano iplicit⁹ graui morbo abstinere plio statuisset. Aliqñ iplicare, ornare Plau. Implicat ad speculũ caput. Circũplico. Gel. Surculo cõpari, quẽ habebat, capto, ad finẽ pinde ut debere fieri sciebat, circumplicabat. Replico dissoluo. Plau. Replica tricam; atq; extende. Et replicare, rursus explicare, dicere. Hiero. ad Lucinum Bethicum. Hæc & ipe intelligis, quo animo replicem. Pli. Quum sæpius ille replicasset, tandem persuasit. Duplico, a quo conduplico, multiplico, & supplico, de quibus alibi.

Plicatile, quod plicatur, ut nauis plicatilis, cum facta est ex coriis. Et plicatilis crista upupæ.

Plodo.is.si.sum. Fcat quatiẽdo, siue collidẽdo, & manib⁹ pedibusue sonũ aliquẽ facio. Cui⁹ cõposita sũt Applodo, qd est iuxta plodo. Quintil. Cõplodere manus scænicũ est, pedes applodere iterim licet. Fest. Sũt q̃ appludam sorbitiõis liq. dissimũ gen⁹ putẽt, q̃ flatu deiiciat, & q̃si applodat. Applodere p̃ translationẽ est fauere, ac testari honorẽ illo motu. Complodo, explodo, displodo, & supplodo, de quibus in Explodo.

Ploro.as. Vide in dictione Fleo. Eius composita sunt cõploro, simul ploro. Liui. lib. i. Tum demũ palã facto, & cõploratione in regia orta, Seruius p̃sidio firmo munitus primus iniussu populi uoluntate patrũ regnauit. Deploro, exploro, & imploro, de quibus locis suis.

Plostrũ, idẽ, qd plaustrũ. Nam au in o sæpe conuertitur. Huius diminutiuum est plostellum. Aug. li. de ciui. dei Nam hoc turpe membrum, per liberi dies festos, cum honore magno plostellis impositũ, prius rure in compitis, & usq; in urbem postea uectabatur.

Plotæ. Vide in dictione Flutæ.

Ploti, qui planis sunt pedibus, exiguam, & fere nullam in medio concauitatem habentes.

Plotina Traiani Cæsaris coniunx sanctitate, probitate & omnibus q̃ in muliebrẽ sexum cadũt uirtutibus celebrata, hæc tonso capillo uirũ mentita, coniugẽ comitata in exiliũ euntem imperrita, & quædã quasi uirago tolerans erumnas acerbas.

Pluma mollior, & exigua pẽna. Hinc plume⁹, a. ũ. ut lect⁹ plumeus. Implumis, & hoc implume, qd est sine pluma ut Auis iplumis. Sũt q̃ dicũt plumã quorũdã ligua scare acũ. Vñ plumarius, a. um. ut opus plumariũ.

Plumula diminu., parua pluma. Col. li. ix. Plumulæ subcauda clunib⁹ detrahẽdæ, ne stercore coinquinatæ durescant, & naturalia p̃cludant.

Plumarius. a. um. qd ex pluma est. Vñ plumariã culcitrã dicim⁹, q̃ pluma plena est. Et plumariũ dr opus acu factũ, quod græci a liciorũ multiplici uarietate polymitariũ appellãt. Hiero. in Exo. Decẽ cortinas de byssо retorta uariatas ope plumario facies.

Plumarius, q̃ acu depingit. Vnde ibidẽ legit, q̃ achisamech fuerit optimus lignorũ artifex & polymitarius atq; plumarius. Cato de libe. educã. Et n. nulla, q̃ nõ didicit pingere, põt bñ iudicare, quid sit bñ pictũ plumario, aut textore in puluinaribus plagis.

Plumatile, pe. cor. quod ex plumis factũ est. Plau. Comatile, aut plumatile plumis implere. Noni⁹ clauatũ iterpretat, aut ex pluma factũ. Clauũ inq̃t nomẽ habuit obuillos; lõgitudinẽ quasi plumæ uideant.

Plumo, as. plumã facio. Vñ plumatũ pẽnatũ dicim⁹. Gel. li. ii. i. Auicula est parua, nomẽ est cassita, habitat nidulaturq; in segetibus, id ferme tẽporis, ut appetat messis pullis iã iã plumãtibus. Et plumare est acu pingere. Flauius Vopiscus Laneas tunicas purpura micãtes & plumanti difficultate p̃nobiles.

Plumesco, is a plumeo, es. fit, & significat pẽnatũ fieri. Augus. li. iiii. cõfes. Aut quid tũ oberat paruulis tuis longe tardius ingeniũ, cũ a te longe nõ recederent, ut in nido ecclesiæ tuæ tuti plumescerent.

Plumbũ duplex est, albũ. s. & nigr, albũ stannũ dr. Nigri plũbi duplex origo est. Aut em̃ sua sponte nascit uena, nec quicq̃ aliud ex se parit. aut nascit cũ argẽto, mixtis q; uenis conflat. Primus liquor, qui in fornacibus fluit albũ plumbũ, & stannũ uocat. Secundus argentũ, quod remãsit, galena dicit, & latine plũbago.

Plũbeus, a. ũ, quod ex plũbo est, ut imago plũbea. Aliqñ dr nigr. Vñ Plaut⁹ plũbeũ hoiem appellat liuidũ. Per trãslationẽ quoq; plũbeũ ingeniũ, obtusum dr, & quod penetrare cogitando nõ potest.

Plũbago, cõis uena plũbi & argẽti. Pli. Frequẽs & his plũbago, hoc est, ut in sole plũbei uideant. Est & hoc noie herba quædã, q̃ a græcis Molibdena dicit.

Plũbarius, a. um. quod ad plumbũ pertinet, ut plumbaria officina. Pli. Pfimmythium quoq;, hoc est cerusam plumbariæ dant officinæ.

Plumbarius, rii, qui ex plumbo facit opera.

Plumbo, as. ferrumino. Pli. Neq; argentũ ex stanno plũbatur, quoniã prius liquescit argentum. Hinc replumbo, quod est resoluo. Iureconsul. digest. de auro & argẽto legato, emblemata uasis, & lapidibus inclusa replũbari posse significat.

Plumbatura, mõ ferrumiationẽ significat, mõ quãcũq; cõiunctũrã plumbo factam.

Plumbatæ dicunt pilæ plumbeæ, quas ueteres pegrino uocabulo Manobarbulos uocabãt. A quo & milites, q̃ his utebãtur manobarbuli appellati sunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Plus,pluris,ge.neu.In obliquis uero,& nu. plu.trium generum eſt.Et ſm Priſc.comparatiuũ eſt ſignificatione tantũ,nõ uoce,ab eo qđ eſt multũ.At Gel.li.v.nõ cõparatiuũ,ſed abſolutũ dicit.Vñ Amb.in diua Agne,formauit cõparatiuũ,cũ dixit.Cuiꝰ parẽtes dũ requiſiſſet, cœpit offerre plurima,& pluriora ꝓmittere,ubi etiam cõparatiuũ ſuppoſuit ſuplatiuo, qđ fieri cõſueuit.Ouid.li.ix.Met.Sed q̃ cũ tibi ſit iũctiſſima, iunctior eſſe expetit.Dicimus aũt plus hac re,& plus hãc rẽ. Terẽ.in Eunu.Nõ plus triduũ. Vict.li. vii, Aſſeres directi diſponãtur inter,nec plus ſpatiũ habẽtes pedes binos. In plurali plura,& pluria. Dona. Antiqui,hoc cõplure,& hæc compluria,qđ noſtri cõplura dicũt.Cic.in ꝓtagora,Cõfirmanda gña cõpluria. Credo,qa ueteres hic,& hæc pluris,& hoc plure,nõ hoc plus dicebãt.Gel.uero refert Capitonẽ docuiſſe pluria latinũ eẽ,ꝓla uero barbaꝝ. Nũc aũt de uſu,& pluria,& plura dicimꝰ.Vñ & cõplura,& cõpluria.Terẽ.in Phor.Multa aduenienti,ut fit,noua hic cõpluria.Sed differũt ab inuicẽ plura,& cõplura,ꝙ plura poſſunt eſſe duo,cõplura duo eẽ nõ poſſunt.Illud cõparatiuũ,hoc minime,ideoq̃ nõ regit caſum,cõplurimus nõ reperiẽ,ſed tm̃ plurimus.Eſt etiã plus aduerbium.Et plus ſatis dicimus,ꝓ eo qđ eſt maxime,& plus q̃ ſatis.Terẽ.in Eu.Accede huc ad ignẽ,iã caleſces plus ſatis.Cõponiẽ qñq̃ plus,& dicimus,ꝓplus.Ab eo fiũt deriuatiua.Pluralis & hoc plurale,& pluratiuꝰ,a.um.ut pluralis uel pluratiuus numerus.

Plurifariã aduerbiũ ſignificat pluribus modis,ſiue pluribus locis.Suet.de Tibe.Cubicula plurifariã diſpoſita tabellis ac ſigillis laſciuiſſimaꝝ picturaꝝ adornauit.

Pluſculus,a,ũ.dimi.a plus,q̃uis plus a maſculino,uel fœminino nõ ueniat.Et ſignificat parũ plus,uel aliquãto plus.Terẽ.in Phor. Tũ pluſcula ſuppellectile opus eſt. Idẽ in Heey.Primũ dies cõpluſculos.

Plurimus ſuplatiuũ a multus,qđ etiã qñq̃ a lõgo poniẽ. Vir.Iãq̃ aſcẽdebãt collẽ,q̃ primus urbi iminet.Vñ apđ eundẽ nux plurima.i.lõga,q̃ ſignificaẽ amygdalũ.

Plutarchus chæronẽſis phus floruit ſub Traiano & Hadriano impatoribus,nã Traiano libros Apophthegmaton dedicauit,uir eruditiſſimus & multiiuga eruditiõe mirabilis,fœcũdus,huius nepos fuit Sextus phus,de qbus Euſebius in chronicis meminit.

Pluteus, machina ad expugnandos muros, ad ſimilitudinẽ caſſidis. Cõtexiẽ e uimine,& coriis ꝓtegiẽ,terniſq̃ rotulis,quaꝝ una in medio, duæ in capitibus apponũtur,in quãcũq̃ partẽ uolueris admouẽ. Hos obſidẽtes muris admouẽt,applicãtq̃,& eoꝝ munitõe ſagittis,ſeu aliis miſſilibus defenſores de ꝓpugnaculis exturbãt,ut ſcalis aſcendẽdi præſtẽ occaſio,ut inquit Vege.Cæſar. ſempq̃ hoſtibꝰ ſpes uictoriæ redintegreẽ,eo magis,qđ deuſtos pluteos turriũ uidebant,nec facile adire aptos ad auxiliandũ aniaduertebãt.Poſtea uero etiã tabulæ quibus aliqd præſepireẽ eodẽ noĩe dictæ ſũt.Liui.Cratibus pluteiſq̃,& linteis cõtectus. Suet.in Cal. accipe uidẽ pluteũ,ꝓ fulcro tori diſcubitorii.cũ inq̃t.Quoſdam ſummis honoribus functos cœnãti ſibi mõ ad pluteũ, mõ ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt.Mar. Nã pluteo uindice tutus erat. Librozꝝ quoq̃, & tabulaꝝ,ſignorũq̃ repoſitoria,plutei appellãtur.Iuue.Et iubet archetypos pluteũ ſeruare Cleãthas.Hic plutealis,& hoc pluteale.Vñ a Cicerõe ſigilla plutealia imagũculæ pluteis.i.tabulis incluſæ. Tabula inſuꝑ qua utunt hi,q lĩs dant opam,& ſcribũt,pluteus lĩalis dr.Perſi. Nec plutei um cædit.nec demorſos ſapit ungues.Pluteũ etiã dicebãt ſpatiũ id,qđ inferiores colũnas a ſupioribus ꝓ lõgitudinẽ in fronte diſpeſcebat.

Pluto Saturni filiꝰ,ex Opi cõiuge,& frater Iouis atq̃ Neptuni,ab opibus nomẽ habet,q̃ oẽs ĩ terris eſſe ĩtelligũtur,nam ſicut diuitiæ ab hoc dite dicunt,ita græce plutos opulẽtia unde Pluto dictus. Qui cũ ad regni diuiſionẽ ueniſſent Plutoni,q natu minor erat, & Ageſilaus uocabaẽ,ps occidẽtis obtigit ſecus iferũ mare. Ioui plaga oriẽtalis, Neptuno inſulæ.Hinc datus eſt locus fabulæ,ut Ioui imperiũ cœli,Neptuno maris,Plutoni inferorũ obtigerit.Pluto aũt Sumanꝰ,dis,orcus,uragus,ab urgẽdo.Vedius Iupiter dictus fuit,ac ueiouis. Idẽ quietalis eſt appellatus,q̃ſi mors quies ſit erumnarum.

Pluo,is,plui,plutũ,quãdoq̃ ſuppoſitũ habet,ſed nõ appoſitũ.Hiero.in Geñ.Nõ eñ pluerat dominꝰ ſup terrã.Et iteꝝ. Ego pluã ſup terrã. Aliqñ id qđ pluit poniẽ in ntõ Tibul. Multus & in terris deplueretq̃ lapis. Vale. Maxi. In piceno lapides pluiſſe ait.Augu.li.iii,de ciui.dei.Sed cũ pluit terra,cũ pluit creta,cũ pluũt lapides,nõ ut grãdo appellari ſolet hoc noĩe,ſed oĩno,uel terræ,uel cretæ,uel lapidũ pluuia. Qñq̃ abltm̃ appoſitũ habet.Liui. li.vi.de bel.Mace.Terracinæ,& Amiterni nunciatũ eſt aliquotiẽs lapidibus pluiſſe. Qñq̃ actm̃,ut Deus pluit aquã,pluit mãna. Qñq̃ id ſup quod pluit in ntõ poniẽ. Hiero in Ezech. Tu es terra imũda,& nõ cõpluta ĩ die furoris.Quint.li.vi.Cũ cœnaculũ eius ꝓplueret.Apul. Flor.Totũ iſtud ſpatiũ q̃ pluiẽ & ningitur. Huius cõpoſita ſunt Appluo.Pli. Niſi appluat exanimaẽ. Cõpluo. Var.Quo impluebat dictũ impluuiũ. Surſum,qua cõpluebat compluuiũ. Depluo,deorſum pluo.Impluo,intus ſiue ſupra pluo.Colu.li.ii. Tremellius quidẽ aſſeuerat ptius q̃ ipluerit ab auibus aut formicis ſata edi,ubi æſtiuis ſerenitatibus ager aret. Perpluo ꝓ mediũ pluo qđ uernaculo ſermõe dicimꝰ ſtrapiouere. Plau. in Tri. Benefacta benefactis aliis ptegito ne ꝓpluant. Quint. Cũ cœnaculũ eius ꝓplueret.

Pluuia,æ,eſt iugis & lenta aqua dũ pluit.

Pluuius,a.ũ.ut aqua pluuia,q̃ pluta eſt. Pli. Teriturq̃ in mortariis admixta aqua pluuia. Hora.li.i.carmi.uẽtos pluuios uocat,hoc eſt pluuiã inducẽtes. Colu.ver pluuiũ nomĩat,in quo ſæpe fit pluuia.

Pluuialis, ſeu pluuiatilis adiectiua eiuſdem ſignificationis cũ pluuius. Feſt. Cõpluuiũ,quo de diuerſis tectis aq̃ pluuialis cõfluit in eundẽ locũ. Col.li.x. Infoſſi lacus ſignino cõſtruũẽ,q̃ receptã pluuialẽ aquã cõtineãt.Et dies pluuiales ab eodẽ dicti ſunt,in quibus pluit.

Pluuioſus,a.um.ut Annus pluuioſus,in quo fuerunt frequentes pluuiæ.

P ante N

Pneuma,atis,ſpũs,flatus. Pneumaticus,ſpiritalis. Vnde Pneumatica organa dicunt ſpiritalia.Plini.li.xix.E puteo ꝓticis pneumaticisq̃ organis tollẽdo,Dicitur & in muſica ratio pneumatica.

Pneumon latine pulmo, quod a πνέω ſpiro deſcendit. Vnde πνευμονία pneumonia,quod & peripneumonia, inflãmatio

inflammatio pulmonis,cum ex aliis cauſis,tum ex diſtillatiõe uehemẽti,uel ſynancha,uel ſuſpirio,uel pleuritide proueniens,ut ſanguis inde copioſus excreari ſoleat.Hinc Pneumonici,qui laborant ex pulmone,q̃ latine dici poſſunt pulmonarii,ſicut a Colu.ouis pulmonaria dicta eſt,cuius pulmo afficitur.

Pneumatoſeis πνευματώσεις inflationes.

P ante O

Poculum,ꝑprie uas quo bibit̃,a potiõe dictũ.Aug.li.xix de ci.dei.Non em̃ calix & potio quã cõtinet calix ſimul dr̃ poculũ,ſed calix ſolus,ſic tñ ꝙ potioni continendæ ſit accõmodatus.Sumit̃ tñ q̃q̃ pro eo quod bibimus. Vir.Pocula ſi q̃ ſæuæ infecere nouercæ.Cypria,ꝑ uaſe,& mulier illa ferẽs poculum aureũ in manu ſua,idẽ ꝑ eo,quod bibit̃,ſi hauſto poculo moreret̃ ille q̃ biberat,uenenũ ſcires eſſe,quod ille potauit.

Pocillum dimi.paruum poculum.Pli.li.iiii.L. Papyrius imperator aduerſus Samnites dimicaturus uotum fecit,ſi uiciſſet,Ioui pocillum uini.Plaut.in Aſin. Tecum una poſtea tecum æqua pocilla potitet.

Pocillatores,pincernæ,qui miniſtrant,pocula menſæ ingerentes.Vnde Ganymedes,qui a diis raptus fertur,ut Ioui pocula miniſtraret,pocillator appellatus eſt.Hic etiam ad Cyathum ſtare dicitur.

Pocœnium dicitur quod fit poſt cœnam.

Podagra p.cor.pedũ dolor,ποδάγρα & ἀγρα,atrocitas,uel ab eo qd̃ græci pus podos pes pedis,& agra uenatio,cum tanq̃ uenatio humoꝝ in pedes delabit̃,ſiqdem cũ oppilationis incõmodo ſtomachus cibũ non cõcoquit, intranea quoq̃ reliqua exardeſcãt neceſſe eſt,uenæ arteriæq̃ obſtruantur frigiditate nimia epatis,ſplen ob langueſcit,uenter turget,aut calore nimio bilis incendit,arquatus cõſurgit morbus,ac ex utraq̃ iecoris q̃litate iſchiadici efficimur cũ in iſchia humor deſcendit incoctus toſtuſq̃,cũ in pedes podagra,cũ in manus chiragra,cũ ꝑ dorſi ſpinã q̃ ꝑprio noie dr̃ articularis. Mar. Litigat & podagra Diodorus Flacce laborat.Oui.li.ii. de pon.Soluere nodoſam neſcit medicina podagrã. Podagra,morbus peregrinus eſt.Nã ſi Italiæ fuiſſet antiquus,latinũ nomẽ inueniſſet.Nõ.n.Roma,cũ ſudando,& laborãdo uiuebat,hoc malum cognouit.Eſt aũt podagra rubens,hoc eſt calida.Eſt frigida,eſt multiplex,de qua apud medicos.Podagra etiam dicitur pedica,laqueus,quo capiuntur animalia.

Podager,podagricus & podagroſus,q̃ podagra laborat. Enni.Nunq̃ poetor niſi podager. Plau.i Mer. Sed tandem ſi podagroſis pedibus eſſet Eutychus.

Podaliriꝰ,ꝑriũ nomẽ Æſculapii filii,& fratris Machaonis,medicinæ artis ꝑclari,q̃ cũ græcis ad Troiã ob medicinã ꝓfectus eſt.A pedũ magnitudine ſic appellatus. Medicinã aũt diuinam profecto uideri oportet,ſi illud qd̃ in ꝓlogo ꝓgnoſtico ſcribit his uerbis græce Hippocrates fuerit adiunctum quacunq̃ uia poſſet futuri habere rationem ἅμα δὲ καὶ εἰπεῖν θεῖον ἐνεστὶν ἐν τῇσι νοσοῦσι καὶ τοῦτο τὴν προγνώσιν ἐκμανθάνειν. οὕτω γὰρ θαυμάζοιτό τε δικαίως καὶ ἐπ' ἔργοις ἀπαθὸς αὖ ᾖ.

Poderis pe.cor.talaris tunica duplici ſyndone,ut inquit Hiero.Quã Ioſephus byſſinã uocat. Hæc adhæret corpori,& ita arcta eſt,& ſtrictis manicis,ut nulla oĩno in ueſte ſit ruga,& uſq̃ ad crura deſcẽdit.Solẽt milites habere lineas,q̃s camiſias uocãt,ſic aptas mẽbris & aſtrictas corpibus,ut expediti ſint,uel ad curſus,uel ad ꝓlia dirigendo iacula,tenendo clypeũ,enſem uibrando,& quocunq̃ neceſſitas traxerit.Ergo & ſacerdotes parati in miniſterium dei utunt̃ hac tunica,uti habentes pulchritudinem ueſtimentoꝝ nudorum celeritate diſcurrant.Dicta poderis,a ποδῶρ.i.a pedibus.

Podex poſterior pars corporis pudenda,ꝙ ex ea pedes fluere uideantur.Iuue.ſed podice leui Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.

Podia funis in nauĩ,quo tenditur uelum.

Podiũ locꝰ ad ſpectandũ habilis,a pede nomẽ hñs,ſiue q̃a pedis mõ,pictura illa,q̃ podiũ facit,ꝓcedat,ſiue ꝙ ad pedes ædificioꝝ ſtrui cõſueuiſſet,ſiue ꝙ in ea pedibus hæreamus.Nũc uulgo Meniana.Solet em̃ fieri extra domus parietẽ locus porrectus inſtar pulpiti,mutiis e marmore ſuppoſitis.Iuue.Oĩbus ad podiũ ſpectãtibus.Sue.de Nero.Cæteꝝ accubans primũ paruis foraminibus,deinde toto podio adaperto,ſpectare conſueuerat.Sed & aſſeres tornatos in conclauibus,& aliis locis,ſuperciliũ mõ,parietibus ſuffigi ſolitos,in q̃bus cãdelabra,& poma,& codicilli ſuſtinent̃,podia maternꝰ ſermo appellat.Huius diminutiuũ eſt podiolum.

Pœcile fuit porticꝰ Athenis in q̃ ſtoici philoſophabant̃, latine dici põt uaria ſiue uariegata,a multiplici pictura,q̃ illic uiſebat̃.Græci.n.ποικίλον uariũ dicunt,ποικίλαν uarietatẽ.Vñ pyropoecilos uocatꝰ eſt lapis ſimiles a uarietate rubentiũ maculaꝝ,ſeu ꝙ punctis ignei coloris uariegatus ſit,& gẽma ſyderopœcilos,q̃ ferro ſimilis eſt guttis uariantibꝰ.In hac porticu Zeno phus diſcipulos docebat.Vñ & ſtoica ſecta nomẽ accepit,& phi ſtoici nuncupati,q̃ antea Zenonii ab ipo doctore appellabant̃.στοὰ.n.græce porticus dr̃.Pli.li.xxxv.Hic & Athenis pinxit porticũ,q̃ pœcile uocat̃ gratuito. Fuit & in helide porticꝰ pœcile,q̃ à Plinio heptaphonos appellatur,qñ ſepties eadem uox in ea reddebatur.

Pœnus Carthaginenſis,a Phœnix,ſed aſpiratio detrahitur,& œ in u mutatur in deriuatiuo Punicus.a.um.nõ pœnicus.Vide infra in dictione Punicus.

Pœnulus diminutiuum eſt a pœnus. Vnde Plautina fabula nomen ſumpſit.

Pœna,ſuppliciũ a pendẽdo,ut Var.inqt,quo qs ob delictũ afficit̃.Aug.pœna ꝑprie læſio dr̃,q̃ punit & uindicat qd̃ cõmiſiſſe dolet.Alii a græco quod eſt ποίνη.

Pœnæ uero octo genera Cice.cõmemorat.Damnum, uincula,uerbera,talionẽ,ignominiã,exiliũ,ſeruitutẽ, mortem.Hinc punio,quaſi pœnio,pœna afficio.

Pœnã pẽdere,eſt mulctã ſoluere,q̃a hoc pẽſo ære fiebat.

Pœnalis,& hoc le,qd̃ ad pœnã ptinet,uñ & pœnalis actio

Pœnitet.ebat.tuit.quaſi pœna tenet,pœnitere dicimus cũ q̃ ipſi fecimꝰ ea nobis poſt incipiũt diſplicere & moleſta eſſe.Cic. Nã qd̃ obiectũ ẽ de ipudicitia,qd̃q̃ olim accuſatoꝝ nõ criminibus,ſed uocibus,maledictiſq̃ celebratũ eſt,id nunq̃ tam acerbe feret M. Cælius,ut eũ pœniteat nõ deformẽ eſſe natũ.Qm̃ uero his etiam,q̃ nobis,aut tædio,aut pudori ſunt,pœna q̃dam eſſe uidet̃,fit ut pœnitet aliq̃n ꝑ tædet,pudet,ſeu dolet accipiat̃.Liui.li.i.Nec me eoꝝ ſententiæ eſſe pœnitet.Cice. in Cato.Nũ igit̃ ſi ad centeſimũ uixiſſet annũ,ſenectũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tis eũ ſuæ pœniteret. Accipiť interdũ ꝑ paꝛ uideť, & a penuria deduci ſentit Gelli⁹. Terẽ. Me quantũ hic opis fiat, pœnitet. i. paꝛ uideť, qđ a ſeruis fit. Ci. li. i. offi. Tan diu aũt uelle debebis, quoad te quantũ ꝓficias non pœnitebit. Inueniť etiã pœniteo. tes. & pœniteor deponẽs. Nã ſicut pœnitet me dicimus. i. pœna tenet me, ita pœniteor paſſiue. hoc eſt, pœna teneor. Hier. in Eccle. Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factũ nõ pœnitebis. Et in actibus apoſtolicis. Pœnitemini igiť & cõuertimini ut deleanť peccata ueſtra. Hic fiũt participia Pœnitẽs & pœnituꝛus, & pœnitẽdus. Actius. Neq; te neq; quenq; arbitror pœnituꝛum tuæ laudis. Colu. lib. ii. Itaq; hic ager, ſiue exercetur, ſiue ceſſat, colono eſt pœnitendus ac tanquam peſtilens refugiendus.

Pœnitentia & pœnitudo in uno ſignificato accipiunť, & a pœnitet, quo ad primũ ſignificatũ fiũt. Hiero. in lib. Reg. Triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectet, Nec eñ homo eſt ut agat pœnitentiam.

Pœnitudo idem quod pœnitentia. Aug. li. de na. dei. ut uidetur imminens exitium pertimeſcentes, a delictorum pœnitudine reuocarentur.

Poeta, ἀπὸ τοῦ ποιέω qđ eſt facio, effingo, q̃ſi fictor, eſt eñ q; elegantia carmina fingit. Apud græcos aũt poetæ ꝓ excellentiã qnq; ſunt, ut his uerbis ſcribit interpres Oppiani de piſcibus, ποιηταὶ καὶ ἀοιδοὶ ἐισὶ ; ὅμηρος. εὐπόλις, ἡσίοδος. αὐτίμαχος. νίκανδροσ. ὃ πανύασις.

Poema. matis. & poematum, & poeſis. poetaꝛ opus eſt figmentũ, ſiue fictio. Plau. ĩ Aſi. Nam nec fictũ unq̃, nec pictũ in poematis. Sũt tñ q diſtinguãt inter poema, & poeſim, ꝙ illud ſit inuentio parua, q̃ paucis uerbis exprimiť, & pars ẽ, ut comœdia, tragœdia, qua forma dr̃ pſaltria cantrix. Hæc uero textus ipſe ſcriptoꝛ, & opus totũ, ut ilias. æneis. thebais. Lucil. Iteꝝ q̃uis nõ magna ps poema eſt, poeſis opus totũ, totaq; illa ſumma eſt una.

Poeticus. a. um. quod ad poetam pertinet. Hinc poetice aduerbium, quod eſt more poetarum.

Poetice ars ipſa, ſicut grammatice & rhetorice.

Poetria. æ. & poetris. idis. ꝑ modũ patronymici fœmi. ut Sappho, & Corĩna. Perſi. Poetridas picas cãtare credas pegaſeiũ melos. Cornuꝝ poema, uł poetriã cõponẽtes.

Poetor. aris. in poetica exerceo, ſiue poetam ago. Enni. Nunquam poetor niſi podager.

Pogonia dici poteſt barbata, genus cometæ πώγων eñ barba. Pli. li. ii. Pogonias uocant, qbus inferiore ex parte in ſpeciem barbæ longæ promittitur iuba.

Polis græce, latine ciuitas & urbs dicitur, Vnde Neapolis, Conſtantinopolis, Heliopolis.

Politicus. a. um. quod eſt ciuile, Cice. Sed quæ poteſt eſſe homini politico delectatio, cum aut homo imbecillis a ualentiſſima beſtia laniatur.

Polichnion latine ciuitatulam dicimus πολίχνιον.

Polypyron, ſepes fertiles multi frumenti.

Polion πῶλιον ſignificat pulli aſinini fimũ, quem equa initio partionis ante fœtum effundit, ut inquit Ariſtoteles. Plinius uero polean uocat.

Polio. is. iui. uel polii. itũ. ꝑcat orno, & q̃ſi politico more cõpono. Hic politũ dicim⁹ cultũ, ornatũ. Et politiões agroꝝ, cultus diligẽtes, ſicut politiones ueſtimentoꝝ, mundiciæ & cultus. Cic. P. Lentulo. Nũt ut Apelles Veneris caput & ſumma pectoris politiſſima arte ꝓfeci.

Huius cõpoſita ſunt depolio, expolio, & perpolio, quæ ꝓfectioné actus denotant. Feſt. Depolitũ, ꝓfectũ, qa oẽs ꝓfectiones antiq politiones appellabãt. Cic. li. ii. ad Heren. Difficillimũ eſt inuẽtũ expolire, & expedite ꝓnunciare. Idem L. Luceio. Tu interea non ceſſabis, & ea q̃ habes inſtituta, perpolies. Repolio rurſus polio. Colu. lib. ii. Sin protinus uſui deſtinanť, ſcilicet fruméta, nihil attinet repoliri, ſatiſq; eſt umbra refrigerari.

Pola uẽditor, ſed freq̃nti⁹ in cõpoſitiõe ut Bibliopola.

Politia, a polis, q̃ eſt ciuitas, latine ciuilitas interꝑtatur. Hiero. Scotoꝝ natio uxores ꝓprias nõ hẽt, & q̃ſi Platonis politiã legerit, & Catonis ſectať exemplũ, nulla apũd eos cõiunx ꝓpria eſt, ſed ut cuiq; libitũ fuerit, pecudũ more laſciuiũt. Ariſto. li. Rheto. diffinit politiam hoc modo. Politia eſt principat⁹, & cõſuetudo regẽdi, ſm quã uiuere unumquẽq; & cõuerſari decet. tres aũt ſunt politiæ, qa aut un⁹ regnat, aut plures, aut oẽs. ſi unus & ille bonus, hic regnum conſtituet, ſi malus tyrannidem. at ſi plures regnant & boni hi Ariſtocratiam, ſi mali oligarchiam facient. ſi oñes & hi boni democratiam, ſi mali ochlocratiam efficiunt. uidẽ ibi multa.

Policies, mundicies, & ornatus dicitur.

Polimenta, teſticuli porcorum cum caſtrantur, q̃ ad ſimilitudinem ueſtium poliantur.

Polleo. es. ꝑ duplex ll, poſſum, ualeo. Cic. in Para. Nec eſt ulla res q̃ plus apud eũ polleat, q̃ ipſius uolũtas atq; iudiciũ. Liui. li. i. Multũ illi terra, plurimũ mari pollent. Et pollere, ſplendere. Pli. li. xxxvi. Ex oleo & aqua Ciliciæ cotes pollent. Hui⁹ cõpoſita ſunt ꝑpolleo, qđ eſt ultra alios polleo. Liui. li. i. Ardeã Rutuli habebãt gẽs (ut in ea regiõe, atq; in ea ætate) diuitiis ꝑpollẽs. Repolleo a quo repolleſco, quo uſus eſt Col. li. v. Plurimaꝝ ſtirpiũ natura ſic cõmodat, ut circa cicatricẽ nouellis frõdibus repolleſcat. i. repulleſcat. Æq polleo, æquiualeo.

Pollẽtia, potẽtia. Plau. in Ru. Nec ineptoꝝ potior ſit pollentia. Et pollẽtia dea potẽtiæ, q̃ a Romanis colebať. Iteꝝ pollẽtia Plinio autore, oppidũ fuit ĩ maiore Baleariũ. Fuit & altera Pollẽtia iuxta Alpes ĩclyta lanaꝝ nobilitate. De q̃ Sil. li. viii. Fuſciq; ferax Pollẽtia uilli. Fuerũt & Pollentini in Piceno, in qnta regiõe Italiæ, non multũ diſtantes a Tolentinatibus, ut indicat Pli. li. iii.

Pollex, digitus groſſus manus, ꝙ ui & ptãte ĩteꝝ cæteros digitos polleat, nec in ſiniſtra ceſſat, nec minus q̃ tota manus ſemp in officio eſt. Vñ & apud græcos ἀντίχειρ antichir uocať, q̃ſi ꝓmanus, & q̃ſi altera man⁹ uideat. Alio noĩe appellať Hallux, ἀπὸ τοῦ ἅλλομαι ſalto, ꝙ conſtricta manu proximum digitum ſolus ſcandat.

Pollicaris, & hoc re. adiectiuũ a pollex. Pli. Digitoꝝ hoĩs lõgitudo illis & interim falcata pollicari latitudine.

Polliceor uerbũ cõe ſm Priſc. Nã in ſignificatiõe paſſiua uſus eſt Oui. de arte. Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. Eſt aũt polliceri ultro, ſeu ex pactione aliqd ꝓmittere. Cõpoſitũ ex pol ꝓticula affirmatiua, ſiue a porro, ſiue a poly, q̃ multũ ꝑcat ꝑ exceptionem, & liceor. Hinc fit pollicitor frequentatiuũ, a quo pollicitatio.

Polemon pe. cor. phus Atheniẽſis Philoſtrati filius, qui cũ in iuuẽtute petulans eſſet, & aliqñ ebrius, & coronatus Xenocratis ſcholã ingreſſus fuiſſet, eius orõne (q̃ tunc de pudicitia erat) adeo mores immutauit, tantũq; in phĩa profecit, ut Xenocrati in ſchola ſuccederet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pollis.nis.ut ait Carisi⁹,uel pollin.inis.ut Prob⁹ Cæsarq; a polleo deduci uidet flos tritici.Pli.li.xviii.Ex aphrico iustū est e modiis redire semodios & pollinis sextarios. Ita eū appellant in tritico,qd florem in siligine.

Pollinarius.a.um.qd ad pollinē ptinet,ut Cribrū pollinariū,qd de lino nō de setis equoꝝ fit ad pollinē purgādū.Nā cribra q̄ ad excutiendā farinā fiunt, excussoria dīr.Pli.in eodē.Cribroꝝ gña Galli e setis equoꝝ inuenere.Hispani e lino excussoria ac pollinaria.

Pollintor,curator pistrini,q farinam facit, & pollinem, quiq; pollinario cribro pollinem excutit,a polline farina deductum nomen.Cato.Operarium mercenariū pollintorem diutius eundem ne habeat die.

Pollincere,est farinam in pistrino lucrifactam diuidere & pollinctio ipsa diuisio.

Pollinctor,cum c,accurator funeꝝ, & redemptor dī.i.q; funera morientiū curat,quasi pollutoꝝ unctor.i.cadaueꝝ curator.Vñ pollinctum funus dictū a pollinctoribus unctum.Pollincere est curare,ungereq; cadauera. Apul.Pollinctor eius funeri dū unctionē parauit.Huic Festus polluctorē ꝓnunciare uidet. Quas inqt polluere merces liceat.&c.Plau.in Asi.Ecquis currit pollu ctorem accersere.Pollincere, ad pollinctū emere, siue corpus mortuū curare.Pollinctus.us.ipa curatio cadaueris.Plau.Carthaginenses fratres duo fuere,eoꝝ alter uiuit,alter est mortuus, ꝓpterea apud uos dico confidentius,quia mihi pollinctor dixit,q eum pollinxerat. Hinc pollinctura.æ.ipsa accuratio,hoc est idē qd pollinctus.Idē in Sti.Hodie pollinctura est. Libitinari⁹ dicebatur,q necessaria funeribus uendebat, & q rōnibus ꝑerat libitinæ,in cuius tēplo,q̄ ad sepultura ptinebant uendebant,sicut docet Plutar.in Probleu.Sene.li.vi.de bene. Vota libitinarioꝝ esse,ut mortes plurimorum optent,quod illis quæstuosissimum est.

Polluceo.es.xi.uerbū sacrificale, & reddentiū libamēta deis.Significat eū pollucere multū dedicare,uel deuuere,ex poly multū,& luceo,ꝙ is q talia facit multum luceat ob lumina sacrificioꝝ.Vel pollucere est libamēta Herculi in aram porrigere,& sacrificiū Herculis polluctum,ꝙ Herculi decima data fiebat,qd erat splendidum.Plau.in Sti.ut decimā partē Herculi polluceā.i. splēdide dedicem.Hoc uerbo usi sunt autores, quotiēs opiperas dapes uelut in sacrificiū dei,& in primis Herculis facturi erant, cui deo decimas oīm reꝝ Romani uoto reddebant.Vnde Macro.Catillones eos ꝓpriedicit,q ad polluctū Herculis ultimi cū uenirent, catillos liguribant,ad polluctū,hoc est ad magnificū epulum, quale Herculi solebat fieri. Pollucibilis cœna dicta est opulenta,& lauta,pollucibilitas lauticia,& epulaꝝ magnificentia.Hinc pollucibiliter,splēdide,& laute. Plau. in Mus.Pascite parasitos,obsonate pollucibiliter.

Polluo.is.lui.lutum.quasi porro lauo, sed ꝑ contrariū sæpenumero ponit ꝑ inquino,siue ꝑ antiphrasim, siue ꝙ ea,q̄ inquinant madefieri necesse est.Lac.li.iiii. Oia scelere ac libidine polluebamus.Hinc nocturnā genituram somno sparsam pollutionē appellant.

Pollubrum,uas trulleū,quo manus lauamus, uulgo bacile dī.Liui.Argenteo pollubro,& aureo gutto.Fabius pictor.Aquam manibus dato, pollubrum sinistra manu teneto,dextra uasum cum aqua.

Polus,q̄si cæli cardo.Duo aūt sunt poli.l. Arcticus.i.borealis,& Antarcticus,australis. Et ab altero in alterum ꝓtenditur axis,a qbus sustinet. Borealis altissimus his q̄ sunt in nostro hemisperio.Australis,imus,& dēpressus, & q a nobis uideri nō possit.Dictus polus,a πολῶ uerbo græco quod uerto significat,& circumago.

Polenta cibus fuit antiquus græcis peculiaris. Et ut ait Pli.li.xviii.uidet tā ignota Italiæ, q̄ puls græciæ. Hæc fit pluribus modis: Græci ꝑfusum aqua hordeū siccāt nocte una,ac postero die frigunt,deinde molis frangūt. Vicenis aūt libris ternas seminis lini & coriandri selibras miscent.Hæc seruari solebat in multos dies. Vñ legit in Iosue.Et comederunt de frugibus terræ die altero,& azymos panes & polentā eiusdē anni.Et tā neuq̄ fœmi.ge.est.Oui. Dulce dedit testa qd coxerat ante polenta.Fœmi.usus est Apul. cum ait. Dum polentæ caseatæ mordico securius offulam grandiorem in cōuiuas æmulos contruncare gestio,ubi polētam caseatam uocat,ueluti caseo indito subactam.

Polentarius.a.um.qd ptinet ad polentā,seu qd est ex polenta.Plau.in Cur.Eiiciam polentarium crepitum.

Poly significat multum,cum quo multa componunt.

Polyandros latine dī multos uiros habens. Polyandriū locus,ubi sunt multa sepulchra publica.

Polyanthropō populosam ciuitatem dicunt.

Polyarnas multoꝝ agnoꝝ.Var.li.ii.de re ru. Veteres poetæ alios uocāt polyarnas,alios polymelas, alios polybutas.i.multoꝝ agnoꝝ, multaꝝ ouiū, multoꝝ boum.

Polycarpus nomen uiri proprium, quasi multi fructus siue fructuosus, καρπὸν enim fructū dicunt.

Polycrates pe.cor.nomē ꝓpriū tyrānī,q regnauit in Samo insula.Hic & opib⁹ & fœlicitate apud historicos inclytus est,q quoad uixit,nō tā fortunæ alumn⁹ dici potuit, q̄ partus. Sed mors infamis, & erumnosa docuit neminem ante obitum merito dici posse fœlicē. Fuit eū ab Oroete satrapa Persaꝝ captus suspensusq;

Polycletus pe.pro.statuarius eximius,diligētia & decore supra cæteros,ut inqt Quint. Nā ex ære signa fecit nobilitata scriptoꝝ ꝓconio,cū ptimis fecit astragalizontes,hoc est talis ludentes,quo ope nullū absolutius iudicant,fuit Sycionius,& discipulus Ageladæ.

Polychronius,diuturnus,lōgæuus,& multi tpis, sicut oligochronius,qui paꝝ uiuit. Vñ cornices dictæ sunt polychroniæ,qñ nouem ætates uiuere dicuntur.

Polyceros pe.cor.latine cornut⁹,siue multa cornua hns.

Polydeucia,Castoris & Pollucis numina.

Polybi⁹ græce πολύβιος nomē autoris græci geographi.

Polydamas pe.cor.nomen uiri troiani, & latine dicitur ualde domans,Persi.Non mihi Polydamas, nec troades Labeonem prætulerint.

Polydorus pe.pro.nomen filii Priami,& latine significat

Polydoria,munificentia. (multa donans.

Polydora insula propontidis.

Polyægas,insula a caprarum multitudine.

Polygrammos,qui habet plures lineas.

Polygalon,herba palmi altitudine, in caule summo foliis lentisculæ,quæ pota lactis ubertatem inducit,unde & a lactis abundantia nomen accepit.

Polygonaton,herba sine foliis asparagi caule, in cacumine aculeum habens.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Polygenneton, quasi multorum generum.
Polygonus pe.pro. multorum angulorum.
Polygonū pe.cor. herba a geniculox multitudine, quā nos sanguinariā uocamus, foliis rutæ, & gramini similis. Succus eius infusus naribꝫ supprimit sanguinē. Colli. vii. Sanguinalis herba, quam græci polygona appellant. Hoc nomen ueteres usurparunt pro fœcundo.
Polygnotus nomē pictoris præclarissimi patria Thasii, qui nonagesima olympiade floruit. Hic primus mulieres lucida ueste pinxit. Delphis ædem pinxit, & Athenis porticum quæ poecile uocatur gratuito.
Polylogus pe.cor. multiloquus, polylogia multiloquium.
Polycnemon, quasi multarum tibiarum herba cunilæ similis, semine pullegii, furculosa, multis geniculis.
Polymedia, Troadis oppidum Hellespontō adiacens.
Polymnia, seu polymneia, nā πολύμνεια.ας. a græcis scribitur, sed latini polymnia dicūt pe.cor. Hora.li.i. Car. diuisit diphthongū. Euterpe colubet, nec polymneia, ubi etiam y sequentibus m & n more græco corripiē. Fuit una ex musis sic dicta, qa tñ suauitate poetas reddit gloria īmortales, ab πολὺ multū, μνῆα memoria. Vñ & præesse rhetoribꝫ dī, qbus opus est multa memoria. Sūt q a πολὺ, & hymnos deducūt, qd est laudatio, qa laudationibꝫ p̄sit, & scribunt polyhymnia, ut apud Oui.li.v.Fa. Dissensere deæ, quæ polyhymnia cœpit.
Polymitus.a.um.pe.cor. a πολὺ & μίτος filū, qd nos liciū dicimus, a licio x multiplici uarietate. Vñ uestis polymita, q multis liciis cōtexta est, sicut Monomita dr, q uno licio cōstant. Dimita, q duobus. Trimita q tribꝫ Pli. Plurimis uero liciis texere, q polymita appellant, Alexandria instituit. Hinc polymitarius.a.um. ut opus polymitariū, qd plumariū dī. Qñq dem Hiero. plumatios, & polymitarios artifices pro eodē fere posuit. Polymitarii enim dr, qui artem polymitariam exercēt. Dicitur etiam polymitū in neutro genere, & substan. Hiero. in Ezech. Et ueftita es, & polymito.
Polymyxos, lucerna, quæ multos habet angulos & in his funiculos illustrandis conuiuiis accommodata. Mar. Illustrem cum tota meis conuiuia flammis, Totq; geram myxos, una lucerna uocor.
Polymorphus, multiformis, μορφὴ enim forma.
Polyhistor, latine multiscius dicitur, polygraphotatos; qui multa scripsit.
Polypharmacus pe.cor. uenenis uel medicinis abūdans.
Polyphemus pe.p. cyclops Neptuni filius ex Thoa Phorci filia, ingenti corpe, q unū tm̄ oculū in fronte habuit Quo nomine garrulus illustris significatur.
Polyphagus pe.cor. qui multum comedit, & latine dici potest manduco. Est & multi cibi capacissimus, sicut Pamphagi populi cuncta comedentes.
Polypodium herba dicta, siue q radix eius ueluti cirros ad similitudinē polypi piscis habeat, siue q farina eius indita naribus polypum consumit. Hanc herbā nōi filiculam nominant, similis est em̄ filici, pilosa radix.
Polypus pe.cor. gtm̄ facit polypi & polypodis, piscis est ex molliū gñe, a multis pedibus appellatus, ex πολὺ & ποῦς pes, q̄si multipes. Vñ a nōnullis octopes dī. Huius piscis ingeniū (ficut scribit Amb. li. Hexa.) fraudulentum est, qui uadoso in littore petram nactus affigit ei, atq; eius nebuloso ingenio colorē subit, q̄ simili specie terga obducē, plurimos piscīū sine ulla suspicione fraudis allapsos, dū nota nō præcauent, & saxū opinant, cassibus furtiuæ artis includit, & sinu quodā suæ carnis intercipit. Aristo. li. iiii. de ialium, Polypus suis brachiis ut pedibꝫ ac manibus utit, qppe q duobus supra os positis cibum admoueat, natat obliquus, pedes in eā porrigens partē qd capitis noīe appellatū est, atq; ita effingitur, ut cū natat, p̄spiciat in aduersum, nā oculi supra sunt constituti. Et a polypo pisce dictus est polypus nasium morbus, cū caro interiora nasi occupat intumescens, maxime efflante Euro a similitudine marini polypi, q eius carni similis sit. Tunc em̄ caro radices agit plurimas, q̄ tanq̄ pedes sunt. Cato de re rusti. Et si polypus in naso introierit, brassicam, erraticam, aridam, trita, in malum cōiicito, & ad nasum admoueto. Hinc polyposus q eo morbo laborat. Mar. Nasutū uolo, non polyposum. Magnus uero Basilius ὥσπερ ἐν πολύποδι τὴν χόαν πρὸς τὴν ἐπικειμένην γῆν, οὕτως τὴν ἀκοὴν πρὸς τὰς τῶν σωζόντων γνώμας μεταβάλλειν.
Polyptotō pe.pro. qd multiplicē hēt casum, ex πολὺ qd est multiplex, & πτῶσις figura, qua diuersis casibus ſnia uariatur, ut ex nihilo nihil, in nihilū nil posse reuerti.
Polypyron per y, significat multi frumenti.
Polyplusios latine bene nūmatus dicitur, siue ubertim diues, nam polys multus, & plusios diues.
Polychrematos idem qd polyplusios.
Polypœtes Perithoi & Hippodames filius.
Polysyndeton pe.cor. ab πολὺ multis σύνδεσμος coniunctum, q̄si multiplex coniunctū. Figura, cū sermo multis cōiunctionibus cōcatenat. Vir. Tectūq; laremq;, Armaq;, amycleumq; canem, creſſamq; pharetram.
Polysyntheto pe.cor. figura, cū sniæ multox articulox cōuenienti copia cōtinent, ut ille hūe pœna cōstrictū trahebat, hic aūt uociferabat, cōcursus uero nō medio cris erat, cū tñ oēs opitulari uellent, sed nemo auderet, neq; ibi magistratus aderat, nec circumspicientes, quo potissimum confugeremus reperiebamus.
Polytrichon, qd multitudinē capillox faciat, θρίξ enim capilli dr uulgo capilli ueneris uocant, q̄ multa habeāt capillamenta. Appellat & a quibusdā polythrix, & calithrix. Polythrix in uino data morbo regio medet.
Polytropus pe.cor. multimodis prudēs. Quo noīe dict Vlysses ab Home. a uarietate mox ingenioq; uersatili.
Polyxena pe.cor. Priami filia. Oui. Placet Achilleos mactata polyxena manes. Græce dī multox peregria seu, q̄ amor pegrinari faciat mētes ab ingenio suo, seu q̄ apud multos libido ut peregrinabunda uagetur.
Polytes pe.pro. alter Priami filius ex Hecuba.
Pomœrium q dam scribunt cū œ diph. & cōpositum uolunt a post, q̄si post mœriū, hoc est murox. Nam mœrus murus dī. Vir. li. x. Atq; ipsis prelia miscent aggeribus mœroq;. Vt pomeriū, tam intra q̄ extra murox dicatur. Quidam non a post, sed a pone p̄positione, aut a p cōponi existimāt, ut sit terrenū, qd circa mœnia in orbē eox, cū ædificio intrinsecus, & omni cultu extrinsecus, uacuū sinebat. Vñ Liui. li. i. Aggere, & fossis & muro circūdat urbem, pomerium profert. Idē. Pomerium est circa murox locus, quē in cōdendis urbibus quondā Hetrusci, qua murox ducturi erant certis circa terminis inaugurato cōsecrabant. Et hoc spaciū qd neq; habitari,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

neq; arari fas erat,nō magis q̄ post mur̄ esset,q̄ q̄ mu
rus post id,pomerium Romani appellauerūt,& in ur
bis incremento quantum mœnia processura erāt tan
tum termini hi consecrati proferebātur. Festus. Pome
rium quasi promurum,idest proximum muro.

Pomeridianus.a.um.a post & meridie, qd̄ post meridiē
fit. Aug.li.viii.cōfes. Cum imperator pomeridiano cir
censium spectaculo tenereť exisse deambulatū in hor
tos contiguos. Dī & postmeridianus. Quint.li.iii. Post
meridianis scholis Aristoteles p̄cipere artē oratoriam
cœpit. Sic dī antemeridianus. Aug.li.ii.Aca. Quod cū
factū esset,& in eo pene totum antemeridianū tp̄s con
sumptum uideremus redire domum instituimus.

Pomiliones,& pomilii,nani.i.hoīes paruæ staturæ pau
lum supra terram extantes. Hūt qñq; mēbra enormia,
qualē Mar.describit in illo disticho,cui nomen est po
milius. Si tm̄ spectes hoīs caput Hectora credas. Si stan
tem uideas Astyanacta putes. Scribiť etiā a nōnullis p
u,pumiliones. Col.scribit pumiles aues,nisi quē humi
litas eaꝝ delectat,nō p̄bo. Huius fœminīnū ē pomilia.

Pomilius siue pumilius idem quod pomilio.i.nanus.

Pompa omne spectaculū & apparatus solēnis cū ostenta
tione & specie quadā triumphi,tam aduersis q̄ in pro
speris,& lætis,a græco πέμπω mitto. Dicit̄ em̄ pompa
nuptiaꝝ,pompa sacroꝝ,pompa funerum. Cice. Sed iā
e pompa in ueram aciem descēdamus. Significat etiā
longum incedentium ordinem in supplicatiōe, quam
nos hodie processionem appellamus.

Pomum generale nomē est oīm fructuū q̄ ex arborib⁹
esui apti proueniunt,siue molliū siue duroꝝ. Nuces ue
ro ea duntaxat poma uocant̄,q̄ duro operimēto sunt.
Dictum pomum (ut docet Var.) quasi potomum, q̄
in eius insitione potu.i. aquatione indiget. Nam illi p
siccitatem aquā addi opus est,ut stabilia matureſcant,
siue q̄ uicem potus in cibis præbeat.

Pomarium,locus arboribus pomiferis consitus, qd̄ lati
ni etiam uiridarium appellāt,græci paradisum. Prop.
Nec mea Phæaces æquāt pomaria syluas. Ouid.li.iiii.
Meta. Id metuēs solidis pomaria clauserat Atlas Mœ
nibus. Aliq̄ pomariū dicit̄ locus ubi reponunt̄ poma
Vñ Pli. docet pomaria contabulari in loco sicco & fri
gido,in q̄bus sint feneſtræ septētrionales,q̄ serenis die
bus pateſcant. Hinc cōstat falsum esse,qd̄ a ludimagi
stris doceť. Pometū pomos pomaria poma reseruant.

Pomona,pomoꝝ dea,sicut Mellona mellis dea.

Pōponius nomē geographi,q̄ de situ orbis scripsit. Fuit
& alius uir Romanus atticus cognoīatus,ad quē Cice.
epistolas scripsit. Pōponia nomē matris Scipionis.

Pompilus piscis genus,ut li.xxii.refert Pli. Qui semp co
mitat nauigioꝝ cursus,hūc Ælianus uocat pōphilon.

Pondus dī qd̄ graue est,ut in Euang. Nos q̄ portauim⁹
pondus diei & æstus. Itē pondus qd̄ librando ad staterā
ponderať. Hiero.in li.Reg. Ponderabat capillos ducen
tis siclis pōdere publico. Interdū ponit̄ p numero, hoc
est multitudine. Var. E græcia cōportasse magnū pon
dus oīm artificū. Interdū p autoritate. Cic. Appio. Sed
idem scribit meas literas maximū apud te pondus ha
bituras. Hinc ponderosus.a.um.quod est graue.

Pondero.as.libro. Plau. Dum nummularius pōderaret
argentū. Aliq̄ fcat qd̄ uernacula lingua dicimus ven
der a peso,ut in li.ii.Reg. Semel in anno tondebať,qa
grauabat eum cæsaries. pōderabat capillos capitis suis
ducentis siclis pondere publico. Per transla. ponderare
examinare,cōsiderare. Lact.li.iii. Mors ex p̄teritis uitæ
actibus ponderanda est. Hinc componit̄ præpondero,
quod est prius pondero,seu prius examino. Cice.li.iii.
offi. Neq; ea uolunt præponderari honestate.

Pondo indeclinabile & generis oīis, & tm̄ pluraliter,ut
hæc pondo,non em̄ dicimus unum pondo, licet Plau.
in Asi. centum pondium dixerit, & modo pro libra po
nitur. Nam pōdo & libram idem fuisse Fest. innuit,cū
inquit. Duo asses singuli libram & pondo efficiebant.
Modo fcat pondus.xii.librarum. Liui. Argenti pondo
bina,& sex libras in militem præstarer. Modo ponitur
pro hoc nomine pondus. Hiero.in lib.Nume. Fuerūtq;
in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta
siclorum. Et apud Liuium scribitur coronam auream
libræ pondo Ioui dicatam fuisse,nec caret singulari,ut
quidam existimauit,cum Colu.dicat pōdo libram,&
quadratam abiici oportere. Pōdo igitur ita duodecim
libras continet, sicut assis duodecim uncias. Et dici
mus duapondo,& trepondo. Quintil,lib.i.testatur. Ab
his Dipondium,Tripondium,& Assipōdium, pro unū
pondo,q̄ id erat libræ pondus.

Pono.is.posui,& posiui,positum. Plau. Nunc,ut apud se
questrum uitulum posiuimus. Est autem ponere,col
locare,constituere. Vir.li.i.Ænei. Vrbe uelit posita tem
plis sibi ferre dicatis. Cice. Primum enim stante Repu.
facere solebamus,ut in agendo plus q̄ in scribēdo ope
poneremus. Aliquando desinere, quoniam cum cessa
mus ab opere, collocare quodammodo, ac reponere
uidemur id quod agebamus. Vir.li.vii. Cum uenti po
suere,omniscq; repente resedit Flatus. Aliquando erige
re,ædificare. Idem,posuitq; immania templa. Vñ in an
tiquis marmoribus legimus. Benemerenti posuit. Ali
quando deponere. Idem. Ponuntq; ferocia pœni Cor
da,uolente deo. Aliquādo apponere. Mar. Nolo mihī
ponas rhombum,mullum ue bilibrem. Hinc poetæ fa
bulas & scripta sua ponere dicebantur,q̄ in scæna hæc
spectatoribus quasi in conuiuio apponebāt. Iuue. Pō
ne Tigillinum.i. affer in scænam aliquid de Tigillino
scriptum. Aliquando pingere. Hora. Solers nunc ho
minem ponere,nunc deum. Nam de sculptore & picto
re loquit̄. Huius uerbi composita sunt Appono, quod
est aliquid antepono. Pli. Nihil ei præter secūdarium
panem oleraq; apposuit. Interdum subiungo. Vñ ap
positū dicit̄ casus, qui uerbo subiungitur. Item Appo
nere,est iuxta,uel ad aliquid ponere. Cice.li.ii.artis ue
te. Gladium prope appositum e uagina eduxit, & illū
alterum occidit. Antepono,præfero. Compono Circū
pono,ut in Euang. Circumponentsq; calamo. Depono,
Dispono ordino,quasi in diuersis locis pono. Hiero.in
li.Reg. Audiuit famam seru⁹ tuus q̄ disponat Saul ue
nire in cellam. Hinc dispositio, quæ est rerum in ordi
nem collocatio. Dispositum,decretum,constitutū. Vñ
ex dispositō dicimus.i.de industria,& quemadmodum
a nobis cōstitutum est. Macro. An altius quiddam,cui
remotis arbitris opus sit cogitaturi ex dispositō conue
nistis. Expono,impono,interpono,oppono, præpono,
propono,postpono,quasi retropono. Cic. Tironi. Oia;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

poſtpoſui,dūmodo præceptis patris parerem. Repono
Iepono,ſeorſum pono,remoueo. Suppono,ſummitto.
Apul. Suppoſuitq; humeros oneri. Aliqñ ſcat adulteri
num loco ueri ſubiicio,a quo ſuppoſitus partus dī, qñ
fœtus alterius matris nō ueræ matri ſubiicit. Pli. Nā ſi
lius patris teſtamentū ſuppoſuiſſe dicebatur. Superpo
no,& ſuprapono,ut in Euan. Et lapis ſuprapoſitus erat
ei. Tranſpono,ultra pono. Et omnia habent pe. pro.

Poſitio eſt,quam græci uocant θέσιν.

Poſitus,us. idem quod poſitio ſiue ſitus. Oui. in Faſt. Ter
ra trib⁹ ſcopulis uaſtum procurrit in æquor Trinacris,
a poſitu nomen adepta loci.

Poſitiuus.a.um. qđ primo poſitum eſt,nec aliunde deri
uatū,a quo grāmatici poſitiuū a compatiuo,& ſupla
tiuo diſtinguunt,q illud ſit quaſi fundamentū iſtoꝝ.

Poſitura nota,qua ſenſus in orōne diſtinguiť. Item dī ſi
tus ſiue poſitio Gel. Vt aĩaduerteret,quo habitu quaq;
forma,quaq; poſitura ſtellarum aliquis naſceretur. Sic
ſyllabam dicimus eſſe longam poſitura.

Pone,quando grauem accentum habet præpoſitio, uel
aduerbium eſt,& ſignificat prope uel poſt. Virg. Pone
ſubit cōiunx,ferimur per opaca locoꝝ. Vale. Maxi. li. i.
Mox humani ingenii prona uoluntate uetita ſcrutan
di pone reſpiciēs aĩaduertit īmenſæ magnitudinis ſer
pentē cōcitato impetu oē qcquid obuiū fuerat,preren
tem. Cū actō Apul. li. i. Meta. ecce pone lanceæ ferrū.

Pons a pendeo, q ueluti in aere pēdeat. Et ſcat omne, p
quod ſuper aquas trāſimus. Vnde & pro ſcala nauium
qñq; ponitur. Vir. Interea Æneas ſocios de puppibus al
tis Pontibus exponit. Hinc Depontanus. Vnde ſenes de
pontanos appellatos eſſe legimus a pontis deiectione
hoc eſt ferendi per pontes ſuffragii ademptione.

Ponticulus dimi. paruus pons. Cic. li. v. Tuſ. Et cū foſſam
latam cubiculari lecto circundediſſet,eiuſq; foſſæ tran
ſitum ponticulo ligneo coniunxiſſet.

Pontones,naues, quibus in traiiciendis amnibus loco
pontium utimur. Papinia. Quia uia confirmari ſolet,
uel ciuitate tenus,uel uſq; ad uiam publicam, uel uſq;
ad flumen,in quo pontonibus traiiciať. Apul. Et ſi ua
do non poterunt pontonibus tranſibunt.

Pontifex ſacer magiſtratus (ut inquit Scæuola) a poſſe
& facere dictus. Vel (ut inquit Var.) a ponte,q a ſubli
cius pons a pōtificibus factus eſt primū,& reſtitutus ſæ
pe Erat aūt maiores & minores pontifices, inter quos
ſummus,q pontifex maximus dictus eſt, q maximaꝝ
rerum,quæ ad ſacra & religionem ptinent iudex ſit,
& uindex contumaciæ priuatoꝝ magiſtratuū. Numa
enim pōtificem fecit,eiq; ſacra oĩa attribuit,eiuſq; ſci
tis, ſacra oĩa priuata & publica ſubiecit, inſtituitq; ut
idem pōtifex nō cæleſtes modo cærimonias, ſed iuſta
q; funebria,placādoſq; manes edoceret,autor Liui.

Pontificatus.us. pontificis dignitas,ſicut conſulatus.

Pontificius.a.um. quod eſt pontificis, ut ius pontificium
quod ius canonicum dicitur.

Pontificalis & hoc le. qđ ad pontificē ptinet. Vñ pontifi
cales libri,in quibus ſacræ cærimoniæ continenť.

Pontus gene. maſc. Nerei filius, & Neptuni, ut Euſebius
lib. i. præparati. ſcribit. Vñ pontus mare dici uideť. Alii
pontū dici exiſtimant mare,a πονπίζω,quod eſt mer
go, Vel a πόνος,qui eſt labor,quia ſit laboribus plenus.

Ridicule per contrariū dici arbitrantur, q careat pon
te. Proprie aūt id mare pōtus appellatur, qđ a palude
Mæotidis uſq; in Tenedum protendiť. Pontus fœmi.
gene. inſula eſt,de qua Virg. Viroſaq; pontus caſtorea.
Eſt & ,puincia Aſiæ minoris,a Ponte rege ſic cognomi
nata,nobilis crudelitate Medeæ. Hæc (ut Stra. refert)
ab occidente Haly flumine claudiť,ab oriente Colchi
de. A meridie minori Armenia. Ptole. uero aliter li. v.
Ait eā ab occaſu ore ponti, & Thracio Boſphoro. A
meridie regione, q ꝓprie Aſia dī. A ſeptētrione parte
Euxini maris terminať. Eius ciuitates ſunt Chalcedon
Nicomedia,Nicæa. Hic regnauit Mithridates Eupa
tor & Pythodoris regina. Ex ponto fuit Aquila ueteris
teſta. trāſlator & interpres. Et Marcion hæreſiarches,q
q̄uis chriſtianus uideri uellet,alium tñ creatorē oium
reꝝ eſſe dicebat,quā chriſti patrē,illūq; maiorē aiebat.
Ponticus.a.um. Hiero. cōtra Ioui. Compelle Phrygem
& ponticum ut locuſtas comedat,nefas putabit.

Pontigonus,ideſt in ponto genitus.

Pontina palus, Volſcoꝝ palus iuxta foꝝ Apii,haud lōge
a Tarracina, diſtatq; ab urbe. xx. paſſuum milibus, de
qua Luc. li. iii. Et qua pōtinas uia diuidit uda paludes.

Pontia inſula nō longe a Palmaria in ſinu Caietano,in
qua turtures ac coturnices, cū ad Italiā ueniūt, prima
uolatura reqeſcēdi cā paucos dies moranť. Autor Var.
Eſt etiā pontia urbs,ad quā pontonibus traiiciebať.

Popa uictimarius, q uictimas habet uenales, & q liga
bat eas ad altare feriebatq;. Spar. ī Geta. pcuſſit hoſtiā
popa nomine Antonius, ut inde Perſi. uentrem popā
dixerit pro helluone uoratoreq;, cum ait. Aſt alii tre
mit omento popa. Similiter Proper. li. iiii, Succinctiq;
calent ad noua ſacra popæ. Hinc popana pinguia un
guenta dixerunt ueteres. Iuue. Ridendaq; multo pane
tumet facies,aut pinguia popana ſpirat, & hinc miſe
ri uiſcantur libra mariti.

Popanum pe. cor. placenta lata,quam diis ueteres offe
rebant. Sed & pro quocunq; libo capitur. Iuue. Scilicet
& tenui popano corruptus Oſiris.

Popina pe. pro. a popa,locus,ubi publice opſonia,caroq;
cocta,ac delicate cōfecta uenditať,comediťq;. Velpri
uatim ubi guloſa familia extraordinarie ligurire,&
helluari conſueuit,ſiue ipſe qualē dixi cibus. Hora. For
nix tibi,& uncta popina Incutiunt urbis deſideriū.

Popinones,uel ii. quos nunc tabernarios, uel luxurioſi,
qui ſe popinis dedunt.

Popinatio nuncupaťa Gellio, quæ alio nomine dicitur
helluatio,quam Græci Aſotiam uocant. Fit aūt popi
natio,a popinari,quod ſignificat helluari, & indulge
re popinis. Iulius Capito. Dum Galienus popinatur, &
balneis ac lenonibus reputat uitam.

Popinalis & hoc le. quod ad popinam ſpectat. Colu. li. xi.
Tunc celebres erāt delitiæ popinales, cum ad mare dē
fereba ntur uiuaria.

Poples.itis. pars oppoſita genui,quæ curuaťdicta q poſt
plicaťe. Colu. li. vii. Si dolore neruoꝝ claudicat, oleo &
ſale genua,popliteſq;, & crura cōpicāda. Accipiť qñq;
ꝓ tota illa pte neruoſa. Liui. li. xxii. Quoſdā & iacentes
uiuos ſuccīſis fœmoribus poplitibuſq; inuenerunt.

Poppyſmata,proprie dīr ea uocis blandimenta,q fiunt
equis indomitis,cū tractatione manuū. Vñ & quæ ſit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

manibus palpatio interp̃tari potest,ut apud Iuue.Præbebit uati crebrũ poppysma roganti.i. crebrã manuũ tractationẽ cum quadã uocis adulatione. Nam fit ab πόππύζω, qd̃ est sibilo, uel adulor. Quare & pro sibilo q̃q; ponit,qui in re obscæna fieri cõsueuit.Mar.Quis ridere potest fatui poppismata cunni. Cũ sonat hic q̃ nõ métula,mensq; cadit? Velut uitiũ notauit in Galla poppysma,utpote insulsum coeuntiũ crepitum. Est & πόππύζω,ut quidã exponunt illisis manibus inter se, & palma cum palma collata plausum edere,quod est applodere.Vnde & poppysmus.Plin.lib.xxviii.Fulgetras poppysmis adorare,consensus gentium est.

Poppyzon dicitur,qui uel manibus plaudit, uel sibilat. Græci enim πόππύζειν dicunt sibilo.

Populus pe.cor.singulari numero, unius ciuitatis multitudinem significat.Vir.Hinc populum late regem.Populi uero diuersaꝝ ciuitatum. Idem,Littoraq;,& latos populos.Est autem populus multitudo hominum,iuris consensu,& concordi communione sociata.

Popellus diminutiuum paruus populus. Persi. Ante diẽ blando caudam iactare popello.

Popularis,& hoc re,qd̃ é populi.Hora.& populares Vincentẽ strepitus,& natus rebus agẽdis.Interdũ popularis dr̃ charus & grat9 populo,q̃ sibi populi fauorẽ cõciliat Cic.Nihil tã populare,q̃ bonitas.Liui. Et quo nihil popularius est, qbus artib9 petierat magistratus iisdẽ gerebat.Interdũ dr̃ plebeius,nilis,& ignobilis.Plau.Præstat diuitẽ esse,ac populare,q̃ nobilẽ & mendicũ. Et popularis dr̃,q̃ est eiusdẽ conditionis,gñis,sortis,& fortunæ.Terẽ.in Phor.Amicus meus summus, & popularis Getã.Erat em̃,& ipse seruus.Et popularis dr̃ ciuis.

Popularia sacra (ut Labeo inquit) sunt q̃ oẽs ciues faciunt,nec certis familiis attributa sũt,ut Fornacalia, palilia,laralia,sic dicta, q̃ populo grata essent, cũ ĩ populum missio fieret ab his,q gratiã plebis q̃rebãt. Et hoc duplici mõ.Aut de Repu.bene sentiẽdo, & ea q̃ ad populi salutem spectãt recta cum ratione agendo,aut largiendo,& adulando,uel aliis corruptelis beniuolentiã captando. Item popularia dicebantur loca ubi plebs sedebat.Vide in dictione Equestria.

Popularitas,affabilitas,humanitas, blãditiæ,& gra ĩ populo.Hiero.Popularitatẽ tuã,q̃ mihi inuidiã apud simplices niteris cõcitare,p̃spicua rõne compescui.

Populariter,affabilr̃,humaniter,& cũ gra ppr̃i. Iuue. Et uerso pollice uulgi Quẽlibet occidũt populariter. (dũ.

Popularia,nugatoria,puerilia.Lab.ppria agim9 p lu.

Populosus.a.ũ.qd̃ est plenũ ppli,ut oppidũ populosum

Populatim,mõ ſcat p populos. Apul. Populatim ab oĩ puincia reuocat9.Modo cateruatim,& in uniuersum. Cecil.Ego perdidi te,qui omnes seruos perdo populatim,quæso ne addas malum ad hoc malum.

Populo.las.amorẽ ppli cõcilio.Pacu.Atq;,ut pmerui pr̃ mihi patriã populauit meã.Aliq̃ populare est p̃dicari,qd̃ & populor dr̃.Vir.Quisq; suũ populatus iter. Idẽ. populatq; ingentem farris aceruum. Hinc depopulor, p̃deprædor.passimq;,& quasi populatim diripio.

Populatus.a.um.participiũ,qd̃ ſcat dep̃datus,ut Quisq; suũ populatus iter.Populatus uero nomẽ ſcat populosum,ut urbs populata.i.populo plena.

Populonia,& populonium dr̃ urbs Æthruriæ,a populoꝝ multitudine,q̃ in eius agro est.Vel a populando,quod frequentib9 piratarũ populatiõibus pateret. Hãc nunc plumbinum sermo uernaculus appellat.

Populus aũpe.pro. genus arboris, a frondiũ multitudĩe sic appellata. Vir.hic candida populus antro Imminet Pli.li.xxiiii.Virgã populi in manu tenentibus intertrigo nõ metuat.Col.li.vi.Cui rei maxime uidet̃ idonea populus.Ea est arbor Cerro similis.

Populeus.a.ũ,qd̃ est materiatũ ex ea arbore. Vir. in Ge. Qualis populea mœrens philomela sub umbra.

Populnus.a.um.idẽ qd̃ populeus.Plau.ĩ Cas.Nũ isthæc, aut populna sors,aut abiegna est tua. Dr̃ & populneus nea.neum.in eadẽ significatiõe.Col.li.vii. Probat̃ maxime ulmea,post fraxinea,& ab hac populnea frons.

Populetum locus populis consitus.

Porculena.Plau.in Mil. Nisi huic uerri afferr̃ merces,nõ hic suo seminio quanq̃ porculenã partiturus est.

Porca aĩal,q̃ alio noĩe dr̃ Sus,in agro uero porca est terra elata inter duos sulcos,a porrigẽdo, ut inqt Varro, qd̃ ea seges porrigat frumentũ. Vel a porcẽdo,qd̃ ultra se iaci semina ꝓhibeat, uel qd̃ aquas porceat, hoc est porro arceat, ꝓhibet em̃ aquã frumẽtis nocere. Nam crebriores sulci limi solẽt uocari.Col.li.ii. Liras rustici uocant easdẽ porcas,cũ sic aratũ est,ut inter duos latiꝰ distantis sulcos medius cumulus siccã sedẽ frumentis p̃beat.Sed &.xxx.pedũ latitudinẽ.cxxv.longitudinem porcã uocabant eodẽ autore. Cãpani hodie porcas uocãt puluinos siue hortulos,in qbus ueluti sulcatim,sua cuiusq; gñis olera seruñ.Id gen9 & areæ dr̃ apd̃ Col.

Porcus domestic9,aper fetus,sus utriq; cõe est.Mar. Iste tibi faciat bona saturnalia porcus,Inter spumãtes ilice pastus apros.Dict9 porcus,qa porrecto rictu pascat, & terrã dũ herbaꝝ radices rimat̃ latius porrigat. Scribit Var.porcũ græcũ nomẽ esse antiquũ,sed obscuratũ,q̃ nunc uocãt χοῖρον.Hinc fiũt diminutiua. Porculus,& porcellus.Amb,Sicut gluto amat porcellũ. Sue.in Nerone.Iteꝝ,ac sæpius recoctum porcello obiecit.

Porcarius,porcorum custos.

Porcinus.a.um.quod ex porco est,ut caro porcina.

Porculationem antiqui porcoꝝ nutricatũ uocauerunt. Var.In nutricatu quam porculationem appellabant binis mensibus porcos sinunt cum matribus.

Porcius,cognomẽ fuit Catonis Censorini, tractus a porco. Cognomina enim (ut inquit Varro) habentur a maiori,& a minori pecore.A maiori, ut Equitius, Taurus.A minori,ut porcius caprillus.

Porcia,nomẽ mulieris Romanæ. Fuerũt aũt duæ maior & minor.Porcia minor, cũ laudaret̃ apd̃ eã q̃dam bene morata, q̃ secundũ habebat uiꝝ, rñdit. Fœlix & pudica matrona nunquam præter semel nupsit.

Porcetra,porcã,q̃ semel tm̃ peperit,scropha q̃ sæpius. Si miscet se porca domestica cũ fero,fœt9 hibrida dicet̃.

Porceo.es.prohibeo. Lucil.li.vi. Non te porro ꝓcedere porcent.Componiq; ex porro, & arceo, quasi procul arceo,syncopatum uidetur,& obsoletum est.

Poria græce,latine facultas,abundantia dicitur. A quo fit uerbum Aporior.aris.

Porricio.is.pe.cor.quasi porro iacio.i.ualde porrigo,qd̃ uerbũ solẽne sacrificantibus erat. Nã exta porrici dr̃ q̃ porriguntur diis. Vũ apud Macro. hostia porrecta,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quaſi ſacrificata. Plau. Nam ſi ſacrificem ſummo Ioui atq; in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci ſi thuri quid detur, potius rem diuinam deſeram.

Porrigo.is.pe.cor.xi. ctum. ex porro, uel por particula & rego, nõ aũt ex porro & ago, ut putauit Sipontinus, cũ ptm faciat in xi, & non in gi. Et eſt porrigere extẽdere. Pli. Facilius qppe radices porrigũt ſolo ſubacto. Qñq; offerre. Vñ Auguſtus cũ ei qdam libellũ trepidꝰ offerret, & modo proferret manum, modo retraheret. Putas te inqt, ſtipẽ elephanto porrigere? Et hoc qm̃ offerendo aliqd ꝓtendimus manum. Rurſus, quia q̃ interficiunt, in terra extendunt, factum eſt ut porrigere ſit ꝓſternere, interficere. Marti. Et uolucrem longo porrexit uulnere pardũ. Huius cõpoſitum eſt Exporrigo, ſeu exporgo per ſyncopam qd eſt extra porrigo. Teren. in Adel. Da te hodie mihi Exporge frontem, id eſt, exhilara. Huic contrarium eſt contrahere frontem.

Porrigo.inis.ri ſyllaba producta, genus morbi, a porrigendo.i. extendendo. Creſcendo em̃ porrigit. Naſcitur ut Cel. li. vi. ſcribit, in capillo, barba, & ſupcilio, ubi acute inter pilos q̃dam q̃ſi ſquamulæ ſurgũt. Lucil. li. xxx. Triſtem & corruptum ſcabie & porrigine plenũ. Hinc porriginoſus, qui porrigine infeſtat. Eſt & porrigo mînutus furfur. Hora. li. ii. Ser. Vngere ſi caules oleo meliore, caputq; Cœperis impexa fœdum porrigine quare. Hunc morbum græci appellant lepida.

Porrum in plurali porri. Græci praſon dñt genus oleris. Mar. Mittit ꝑcipuos nemoralis Aricia porros. In medio uirides ſtipite cerne comas. Porroꝝ alii ſũt Tarentini, qui & ſectiui dicuntur, Alii Aricini qui & capitati.

Porraceus.a.ũ. Pli. Heliotropiũ naſcit i Æthiopia, Aphrica, Cypro, porracei coloris, ſanguineis uenis diſtincta.

Pori pe.pro.ꝑ ſimplex r, appellant tophi. Pli. Minus poteroſus eſt q; porus uocat, marmori pario ſiſis. Pori uero pe.cor. ſcant meatus. Pli. li. xx. de malua, & altea. Succus decoctæ pori meatus ſuaues facit. Eſt etiam porus iter, per quod genitura in urinæ uias defertur.

Porocela pe.pro. a poro topho nomẽ habet, quaſi ramicẽ tophaceũ appelles, de quo in dictiõe Enterocela.

Porro aduerbiũ ſcat certe. Cic. ꝑ Plan. Nihil porro tam inhumanũ, tam immane, tam ferum, q̃ cõmittere, ut beneficio non dicam indignus, ſed uictus eſſe uideare. Qñq; ſcat longe ante. Vir. Hinc maxima porro accepit Roma, & patrium ſeruauit honorem. Sic dicimus. Lycurgus nõ porro ab Homeri tpibus fuit. Qñq; ſcat a longe, ut ſit aduerbium loci. Liui. lib. viii. Et aut eadẽ qua te inſinuaueris retro uia repetẽda, aut ſi ire porro pergas, ꝑ alium ſaltum arctioꝛẽ, impeditioꝛẽq; euadendum. Qñq; ſcat poſtea, deide, in futuꝝ. Cice. Marcello. Non eſt porro tuum uno ſenſu oculoꝝ moueri. Terẽ. Dehinc, ut quieſcant porro moneo. i. in futurũ. Qñq; ultra. Liui. li. i. Ex loco infeſto agere porro armentum occœpit. Qñq; cõiunctio eſt, & ꝑ autem ponit, locaſq; in principio orõnis. Quintil. Porro q confeſſum defendit, non abſolutionẽ ſceleris petit, ſed licentiã, Qñq; ponitur ꝑ cõiunctione expletiua. Terẽ. in An. Adeon me ignauum putas, adeon porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum, ut neq; me cõſuetudo, neq; amor, neq; pudor, & cætera. πόρρω tamen græcum eſt.

Porphyrius nomen uiri proprium. Quo nomine dictus eſt philoſophus chriſtianis inimiciſſimus.

Porphyria latine purpura. Vñ porphyriacus.a.ũ. pe.cor. ꝑ purpureo. Oui. & porphyriacis figere labra genis.

Porphyris.idis.pe.pro. in ntõ ueſtis purpurea.

Porphyris pe.cor. inſula in Laconico mari ſita, qnq; mîlibus paſſuũ a Maleæ ꝓmontorio diſtans. Eadẽ poſtea Cythera dicta eſt, ob memorabile tẽplũ Veneri ſacrũ.

Porphyrites, lapis in Ægypto rubens, candidis interueni entibus punctis, ꝓpterea leucoſtictos appellatus, q leucos album dicimus ſi ſtiꝛ pungere. Hinc porphyriticus a.um. quod factum eſt ex porphyrite.

Porphyrio, auis, quæ ſola morſu bibit, cuius crura prælonga rubent & roſtrum. Hæc a nonnullis pelicanus dicitur. Fuit & nomen gigantis. Marti. Nomen habet magni uolucris tam parua gigantis. Et nomen praſini porphirionis habet. Hoc etiam nomie uocatus fuit qui in Horatium commentatus eſt.

Porſena pe.cor. proprium nomen regis. Martia. Hanc ſpectare manum Porſena non potuit. Virgi. uero produxit poſitione duplicis nn. Nec non Tarquinium ejectum Porſenna iubebat.

Porto.as. non tm̃ corpe ſed etiam animo, & tam bona q̃ mala. Teren. in An. Dii boni, quid boni porto. Et portare dicimur cum iumentis aliquid nobiſcum ducimus. Hinc uerrem legimus amicam e prouincia portaſſe, & Pompeium deportaſſe triumphum. Huius compoſita ſunt Apporto, aſporto, quæ contraria ſunt. Comporto ſimul porto. Hiero. li. ii. Regum. Et comportauerũt ſuper eum aceruum lapidum magnum nimis. Exporto extra, ſeu ex loco porto, auferoue. Importo, intro porto. Reporto, retro porto. Virg. Hæc triſtia dicta reportat. Deporto, ſupporto, & tranſporto.

Porta a portando, dí oîs exitus ex quo poteſt importari, uel exportari aliq̃d, uel ab aratri portatione, ut inqt Dona. Quia in deſignatione urbium ſubiunctis uacca & tauro, qui urbẽ deſignabat aratrum manu ſuſpendebat, ne ſulcum quem primogenium dicunt faceret, ubi aditus ciuitatis erant relinquendi. Hinc fiunt diminutiua portula, portella, & porticula, porta decumana, & porta prætoria de caſtris dicitur.

Portus dí locus cõcluſus, quo importanꝭ merces, & inde exportantur, & ubi naues hyemant. Nam antiqui domos partim portus partim inſulas uocabant a portando, vnde etiam porticus dictæ ſunt.

Porticulus paruus portus. Sumiꝭ qñq; pro malleo.

Portiſculus, hortator remigum, qui eam uirgulam, quæ portiſculus dicitur, in manu tenens hortatur remiges, urget, & cũcta pro libito moderatur. Plau. in Aſi. Tute habes portiſculum. Ennius in annalibus. Portiſculus cum ſignum dare cœpiſſet.

Portorium, naulũ & merces, q̃ datur portitoribus. Hoc etiam dí naulum, & porthmeon. Item uectigal, qd portitori ſoluiꝭ. i. telonario ſcripturario, & ſcripturæ magiſtro, ex portu, uel fluminũ uel lacuum uel ſtagnoꝝ. Lucil. facit idem, quod illi, qui inſcriptũ e portu exportant clanculum ne portorium dent. Plau. in Aſi. Iam ego hunc portitorem priuabo portorio.

Portitor pe.cor. qui uectigal portus, ſiue portæ. i. portorium datium conduxit. Dona. Portitores ſunt qui portus obſeruant. Plau. in Tri. utrunq; complexus eſt. Solu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Presbyter græce,latine ſenior dĩ. Aug. Sane etiã grãdioris ætatis,& ſicut ſcriptura loquiť plenũ diey poſſe dici ſeniorem hoc eſt presbyteꝛ, pinde ois ſenex etiã preſbyter,non ois presbyter etiã ſenex,qa plærunq̃ eſt hoc nomen ætatis q̃ infrá ſenectutem ſenectuti uicina eſt, & ex hoc etiã ipſa a ſenectute nomen accepit in latina lingua, qm̃ aũt presbyter ſenior appellatur apud græcos,aut maxime ſicut ſcriptura loquitur πρεσβύτερον & νεώτερον dñr etiam ſi ætates iuuenum comparenť, qđ dicimus nos maiorem atq̃ minorem.

Pretides Preti filiæ,carminib⁹ poetarum celebratæ.Hæ cum furore agitarentur, ſanatæ helleboro a Melampode perhibentur,a cuius nomine vnum hellebori genus appellatur melampodion.

Priamus pe.cor. Laomedõtis troianoꝝ regis filius.ἀπὸ τοῦ πρίαμαι,quod eſt emere. Nam cum Hercules Laomedontem occidiſſet Priamum redemptũ a uicinis hoſtibus in paterno regno locauit.

Priapus pe.pro.deus hortorum creditus,& Liberi patris ac nymphæ,ſeu Veneris filius,quia uinũ uenerem cõmouet.Hic & Lampſacenus dict⁹ eſt,a Lampſaco Helleſponti oppido.

Priapiſmus morbus eſt,cum genitales partes in ſolã longitudinem protenduntur,& in circulum tumeſcunt ſine ueneris appetitu. Aiunt quidam priapiſmum eſſe vuluæ,ſicut membri uirilis tentiginem.

Priene urbs maritima,ut inquit Strabo, quæ ĩuectu Meandri fluminis inter ipſam Miletumq̃ labentis mediterranea facta eſt.

Pridem aduerbium temporis,quaſi prius die,ſignificat paruo tempore prius.Pli.li.xvii. Ipſi uero pridem uidimus ea oñia,præter pubertatem in filio Cornelii Taciti equitis romani. Aliquando longo tempore prius. Apul.Quod pridem Plato affirmauerat. Eiuſdem ſignificationis ſunt iampridem,dudum,iandudum,nuper,iandiu.Quæ ſi cum pridem,aut dudum addamus non uel q̃,uel ita,ſignificant ſemp multo tpe ante.Pli. li.v.Medica non pridem uenit in Italiam,i.non multo tempore ante.Cice.pro Roſcio.Quampridem Fanni nomen detuliſti,hoc eſt q̃ multo tempore.Teré.in Eu. Huc euaſit,q̃pridem pater mihi & mater mortui eſſet, id eſt,quantum temporis præiuit. Cice.in Bruto. Noſtra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata,id eſt,non multo tempore ante.

Pridie & pridianus. Vide in dictione Poſtridie.

Prior nomen comparatiuum, quod nõ ſolum ad duos, ſed etiam ad plures referri põt. Gel.li.xiiii. Quotienſq̃ uſu ueniſſet,ut oñes iſti magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent, qui eorum prior aliis eſſet, ei potiſſimũ ſenatus conſulendi ius fuiſſe. Apul.li.ii.flo. Vt Hippias e numero ſophiſtarum eſt artium multitudine prior omnibus eloquentia nulli ſecundus.

Primus q̃ñq̃ ad numeꝛ ſeu ordiné referť, ut prim⁹,ſecũdus,tertius,& eius aduerbia ſunt primũ & primo.Q̃ñq̃ ſuperlatiuum,cuius poſitiuum eſt pridem, comparatiuum prior,& deriuatiuum primates,ut optimates dicimus.Q̃ñq̃ dĩ princeps, ſicut & princeps ponit̃ p pri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mo. Virg. Prima quod ad Troiam, pro charis gesserat argis. Qñq; capiť pro optimo, sicut & prior pro melio re. Idem. Primos iuuenũ tot miserit orco. Qñq; ꝑ præ cipuo. Idem. Quantos primus patiare labores. Qñq; ꝑ ro, ante quem nullus est. Idem. Hic mihi resp̃sum pri mus dedit ille petẽti. Fit aũt primus a pridem abiecta dem, & accepta mus, sicut prior accepta or. Hinc fiunt aduerbia primo, prime, apprime, primũ, primitus, pri miter, & imprimis, & principio.

Primum aduerbium, a quo fiunt composita quampri mum, & ut primum.

Primulus pe. cor. diminutiuum est a primus.

Primarius. a. um. quod aliunde nõ habet originem. Pri marius lapis, qui primus etiam in aliquo ædificii fun damento ponitur. Primarii ciues, qui primi sunt in ci uitate, qui etiam primates dicuntur.

Primates dicti sũt, qui & summates, siue optimates, qui sunt primi in ciuitate.

Primores summæ quæq; res. Lucil. Cum gallus gallina ceus digitos, primoresq; erigit ungues. Hinc primores ꝑ optimatibus. i. principibus, q primũ locũ inter opti mates optinẽt. Sue. Scripta famosa, uulgoq; edita, qui bus primores uiri, ac fœminæ notabanť, aboleuit. Et primores dentes, qui primi patent, dixit Plinius.

Primæuus. a. um. quod est primæ ætatis, sicut grandæu⁹ grandioris ætatis.

Primitiuus. a. um. quod aliunde non habet originem, si ue quod per se inuentum est. Vnde & primitiua uerba quæ per se inuenta sunt, nec aliunde deriuantur. Et pri mo imposita sunt, passiue accipitur.

Primitiui fructus, q primi ueniũt, actiue sumiť. Nã noĩa in iuus. a. um. modo significant actum, modo dispoſi tionem, modo actiue & modo passiue sumunť.

Primigenius. a. um. idẽ qđ primitiuus. Et ꝑprie primige nia dĩr femina, q̃ dedit natura, q̃ Cice. prima naturæ. Et græci λὰ πρῶτα φύσιος appellãt. In his numerãt in columitaté, conseruationẽq; oĩm partiũ ualitudinem sensus integros doloris uacuitatem ũires pulchritudi nem, cæteraq; hmói. Et uerba uocanť primigenia, ut lego scribo, q̃ non sunt ab alio uerbo, sed suas habẽt ra dices. Itẽ primigenius sulcus dĩ, q in cõdenda noua ur be tauro, & uacca designationis causa imprimiť.

Primigeni fœtus ipi primogeniti. Vnde apud Lucre. Co ortus, & dies mundi primigenus.

Primogenitus (ut inqt Hiero. cõtra Helui.) est q̃ uel ape rit uuluam, & ante quem nullus est genitus, non is, quẽ frater post genitus subsequiť. Et omnis vnigenitus est primogenitus. Alioquin si nõ primogenitus esset, nisi is tantum, quem sequunť fratres, tam diu sacerdotibus primogenita non deberenť, quamdiu, & alia fuerunt procreata, ne forte partu nõ sequente unigenitus sit, & non primogenitus. Est igiť primogenitus, nõ post quẽ alii, sed ante quem nullus est genitus.

Primæ. arũ. fit a primis cũ ordinem ſcat, & intelliguntť ptes. Cice. in Bruto. ex his Cotta & Sulpitius, cum meo iudicio, tũ oĩm facile primas tulerunt. Et itẽ erat ex cellens iudicio uulgi, & facile primas tenebat.

Primanus tribunus erat, q primæ legioni tributũ scribe bat, sicut secundanus, q secundæ, tertianus q tertiæ.

Primiparæ pe. cor. dĩr parentes, quæ primo pepererunt.

Primitium, quod in aliqua re primum, & principale est. Ouidi. Ecce rapit mediis flagrantem Rhatus ab aris Primitium torrem.

Primitiæ, arum, primi fructus, ex agro susceptí, qui deo offerunť. Pli. Romanoq; abstinentiam commendans inquit, nonť degustasse eos uina, aut nouas fruges, pri usq; sacerdotes primitias libassent.

Primordia, quæ primo ordimur, hoc est initia.

Primipilus, pe. ꝑ cẽturio primæ cohortis, ut Liui. li. vii scribit. Nã ordo ptes tris habebat, quarũ unam quáq; primũ pilũ uocabant. Suet. Primos pilos centurionib⁹ ademit. Primipilus, ut ait Vege. li. ii. cccc. milites duce bat in prima acie, eratq; caput legionis. Hinc primipi laris dici uideť, nõ tam miles qui fuerat sub centurio ne primipili, q̃ ipe centurio, q olim p̃ditus fuerat hac dignitate. Et ea forma dĩ primipilaris, qua cõsularis.

Primicerius, a cereo fit, ut auctor est Hie. in chronicis, & Cassio. i epistolis, qm̃ & græce πρωτοκήριος dicať. Am mianus uero refert inter tribunos fuisse, qui dicerenť primicerii, Vexati sunt inqt, multi, & nocentes & inno cẽtes, iter quos ualentius ex primicerio ꝑtectorũ tribu nus. De secũdiceriis quoq; mẽtio est apud ueteres.

Princeps ge. cõ. qui, uel quæ principatũ tenet, quasi pri mũ caput. Et princeps dĩ dñs, q̃ qui dominatur prim⁹ sit. Item diciť primus uel prima. Vir. Princeps ardentẽ coniecit Lampada Turnus.

Principiũ, initiũ, alicuius rei ut est illud. Debile princip ium melior fortuna sequeť. Et mõ ad numerũ, mõ ad ꝑs, mõ ad fundamentũ referť, quõ in ædificãda domo initiũ fundamentũ est, principiũ quoq; & cõuersionis, & deprauatiõis dici posse scripturaq; cognoscimus au ctoritate. Est & principiũ artis ars ipa, ex q̃ artificũ di uersorũ deinceps cœpit opatio. Et principiũ est bono rũ operũ finis optimus, ut misericordiæ principiũ est deo placere quod facias. Philosophi principiũ causam elementũ esse ostendũt. Theologi capiũt pro deo. Vn de est illud in principio erat uerbum, id est in deo.

Principia locus in castris a principibus militibus sic ap pellatus, ut est apud Colu. li. iii. post principia.

Principale, quod primum, & præcipuum est.

Principior, aris, inchoo, auspicor, principio uero domi nor, a quo principatus.

Prinesius palus, ad quem funis nauticus religatur, quẽ alii tosilla dicunt.

Priscus, a, um, quod supiori ætate fuit, ut prisci latini, qui fuere anteq̃ Roma conderetur.

Pristinus, a, um, pe. cor, qđ supioribus annis mẽsibus die bus, & nra memoria fuit, ut Pristina nostra beniuolen tia. Pristinũ ẽt dĩ de rebus, q̃ nõ seneſcũt, nõ aũt priscũ ut Pharos, & Tyrus nunq̃ in statũ pristinũ redibũt. Et dĩ pristinũ, quasi primistinũ, a primus, ut inqt Prisciа. Aliq̃ pristin⁹ dĩ prior. Curti⁹. Dies pristio ꝑcelloſior.

Priuignus, q filius est eiusdẽ mris, sed nõ patris uiſtricus maritus meæ matris, sed nõ genitor meus. Hic herbæ quæ trãſferunť in aliã terram dĩr illius priuignæ, qm̃ transferunť ex sinu materno in terrã nouercã, & uulgo filiastrus, dictus priuignus, ꝙ priusq̃ mater secũdo nu beret est genitus. Pri enim antiqui pro præ dixerũt.

Priuos, & priuas antiqui, ꝑ singulis dicebãt. Inde priuas uerbenas, & priuos silices ꝑ singulis accipit Liui⁹. No

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ndus. Priuum est proprium uniuscuiusq. Vnde & priuata dicunt, quæ uniuscuiusq propria sunt.

Priuilegium lex priuatis facta. Cice. pro domo sua. Leges priuatis in hoibus irrogare; id est eñ priuilegium. Interdum priuilegia dicuntur leges. Vnde priuilegiũ de Pompei reditu Salu. legem appellauit.

Priueres mulieres priuatæ.

Priuo.as. significat adimo. Plau. in Asi. Ego pol istũ portitorẽ priuabo portorio. Hinc priuatus, a.um. quod est cõe cũ aliis. Cice. li. i. offi. Priuatũ aũt oportet æquo & pari ciuibus iure uiuere. Priuatæ ẽt uocabant feriæ sacrorũ ppriorũ, uelut dies natales, fulgurę, pcuratiões, & hmõi priuatæ q̃ fiebãt p familiis singulis, & hoib⁹. Hic priuatim aduerbiũ, qd nõ ẽ publice factũ. Salu. Existimans publice, priuatimq alieno ære oppressos.

Priuati pprie dñr, q nõ sunt cõstituti in aliq̃ dignitate. Aliqñ dñr exẽpti iure cõi, ut in decre. dis. iii. Priuilegia sunt leges priuatorũ. Et priuatũ cui aliquid ademptũ.

Pristis gen⁹ piscis marini lõgissimi, atq; anguſti corpis. Pli. scribit pristes in mari indico ducentũ cubitorũ eẽ, balenas quaternũ iugerũ. Hinc etiã scylla maris monstrũ dr. De quo Vir. Prima homis facies, & pulchro pectore uirgo Pube tenus, postrema imani corpe ptistis. Vestit ẽ pilo, & aĩal nõ ouũ parit. Ab huius sĩlitudie nauis oblõga dicta est pristis. Vir. Velocẽ Mnesteus agit acri remige pristin. Dicta ptistis a sectiõe undarũ. Scidũt eñ mirũ in modũ fluct⁹ ppter tenuitatẽ. Græci aũt πρίστιν sectionem, πριστὴν sectorem dicũt. Vulgo pistris

Pro ppositio, q̃ tã separata, q̃ cõpositã loca (scribit. lẽ uim habet, & scat ante, ut pro curia, pro mœnibus. Salu. Qui ni maturasset pro curia sociis signum dare. Procurro, antecurro. Prostratus, antestrat⁹. Separata ẽt scat qñq ad, ut p meis uiribus. i. ad uires meas. Virgi. Pro se quisq uiri. Interdũ põit loco in, ut p nostris, pro censu, pro tribunali. Interdũ pro iuxta, siue fm, ut pro Platonis sñia, pro hoĩm iudicio. Interdũ p causa, ut testis inductus est pro testimonio, id est causa phibendi testimoniũ. Et cũ dicimus pro mutuo aio, pro recõciliata gra. i. causa mutui animi, & causa reconciliatæ gratiæ. Interdũ p loco, ut pecuniã ei dedi pro pñsidio. Et sum p ptore. i. loco pñsidii, loco ptoris. Itẽ ponit pro auctoritate, ut tribu. ple. pro potestate itercesserũt, hoc est auctoritate potestatis suæ. Item pro ppter, ut pro iniuria, quã accepi, id est propter iniuriã. Itẽ pro defensione. Teren. Nam nisi hæc ita essent, pro illo haud sta res. Vir. li. ix. Pro turribus astant. i. pro defensione turrium. Est & aduerbiũ admirãtis. Teren. in Adel. Pro dii ĩmortales facinus indignũ quod narras. Itẽ interiectio dolentis, seu indignãtis, ut Proh deum atq hoĩm fidẽ. Plau. Pro sancte Iupiter quid uideo? Sed his duobus modis circũflectit. Cõposita uero temporalẽ uim habent, ut prouideo, prospicio. Qñq priuatiua est, ut pfanus. i. nõ sacer, phibeo, propudiũ. Negat. n. in his sanctitas, potestas, ac pudor. Qñq accipit loco e, uel sup, ut prominet, i. eminet, uel supeminet. Nõ nunq̃ significat porro, siue in longũ, ut promissa barba. Nonnũq̃ diu, ut protollo, propendo. Interdũ procul, ut prouincia. Aliqñ procul de futuro tẽpore, ut propheta. Qñq procul spacio loci, ut procella, quæ procul ueniens percellit. Sæpe etiã ultra ad locũ, uel ad aliquẽ tendere, ut

pgredior, puehor. Interdũ palã, & more solẽni, ut pnũcio, pmulgo. Qñq corã, ut ppono. Qñq ualde, ut procuruus. Qñq pcul uehementer, ut profugus.

Proagogia, pe. acuta. latine productio. Nã προαγωγὴν p ducere est, hoc est prostituere. Plaut. Audiẽtem inquit dicto mater produxisti filiam.

Proauus, pe. cor. aui paterni, uel materni pater. Cuius re latiuum est pronepos, a quo fœmi. proneptis. A pauo fœmininum proauia.

Probatica, latine ouilis dr, πρόβατα eñ ouis dr. Piscina, ubi oues lauabant, cũ sacerdotes eas litare uellent. Et probaticus ouinus. Melon quoq ouem nũcupãt græci. vñ Melotes uestes ex ouinis pellibus factæ.

Probi boni dicunt, quasi phibi, p se ad delinquendũ phibeãt. His cõtrarii sunt improbi, & reprobi. Improbi, ut inquit Asco. cõtra leges sunt, sicut iosiciosus, cõtra merita, inhumanus cõtra pietatẽ. A reprobus fit aliud cõpositũ cõtrariũ. Sic reprobus, q nõ est reprob⁹. Am. Cũq manũ suã ad me cõtingendã aptaret dedit ei angelus dñi irreprobã, quã conspicis mortem. A probus fit probitas bonitas, ab improbus, improbitas.

Probulus, pe. cor. dimiriutiuum. Vnde & improbulus. Iue. Finge tamen te improbulum.

Probo, as, laudo, q̃uis maiorẽ uim habeat probo, q̃ laudo. Nã apd idoneos sępe legim⁹, & laudo, & pbo. Qñq pbare est argumẽtis demõstrare, ut homo sacrilegus pbauit se p innocẽte. Quandoq experimentũ facere. Plaut. in Tri. Quippe ex eorũ ingenio, ingeniũ horũ pbãt. Et in Euan. Iuga boum emi, & eo pbare illa. Quãdoq pmittere. Hora. lib. i. Car. Vagus, & siniſtra labitur pa Ioue nõ pbante. Huius cõposita sunt approbo, cõprobo, eiusdẽ fere significatiõis, & cõtraria horum improbo, & reprobo, pro damno, quæ habẽt pe. cor.

Probabile dicitur, quod licet non sit uerum, uidetur tamẽ rationibus probari posse.

Problema, atis, & problematum propositio est interrogationem annexam habens.

Proboscis, dis, est porrectio corporis inhærẽs naribus, q̃ excepto hoĩe in aliis fere animãtibus inuenit. Var. Inueniſſe se ericium cum proboscide. In elephanto, dr q ea tanq̃ manu utat. Pli. Resoluũt elephãti manu draconum nodos. Dicta proboscis, q ante depascat. Græci eñ προβόσκειν dicunt ante pascere.

Probrũ, ppriestuprũ, adulteriũ flagitiũ. Sueto. in Cæsa. Qui digressam a marito post biduũ statim duxerat, q̃uis sine probri suspicione pegrinarũ merciũ portoria instituti. Vnde lex fuit apud Romanos, ut pbrum uirginis uestalis capite puniret. Alias significat maledictum, cõtumeliam, siue infamiã, dedecus, quæ ex scelere sequi solent, ut datũ est probro. i. ignominiæ adscriptum. Liui. li. ii. His freti occurſant portis ingerunt pbra, ægre abstinẽt, quin castra oppugnẽt. Sili. Cic. Epistolas plenas pbrorũ appellat, id est cõtumeliarũ.

Probrosum, ignominiosum. Gel. li. i. Manusq eius iter agendum forent argutæ admodũ, & gestuosæ maledictis cõpellationibus pbrosis iactatus est.

Probro, as, probro afficio. Ex quo fiunt composita Exprobro, opprobro, de quib⁹ supra. Improbro, quo usus est. Plaut. in Tru. Rus tu improbas, ut nacta es hominem, quem pudeat probri.

Proci

Procidñr,q̃ in eandē libidinē nimia appetentia conspirant,a ꝓcando dicti.Est.n. ꝓcare nimiū lasciue petere. Vñ ꝓcaces,molliū reꝝ petitores & in petēdo nimiū pertulci,& a nimia lasciuia appetētia & petulātia.Vir.Pro eos irrisa priores. Inde ꝓcacitas.Cice.li.iiii.de Repu.A ꝓcando.i.poscēdo, ꝓcacitas noīata ē. Et procax petax, qđ & de inanimātib⁹ dici pōt.Vir.Penituscꝫ procacib⁹ austris,qđ ē sæuiētibus ꝓcellis, uel (ut Dona.exponit) impudētibus. Nā q̃ multū petit impudēs est.Et q̃ adeo impudētes sunt,ut nimis petāt, ꝓcaces appellant. Vñ ꝓcax meretrix,petulās dī ipudens inuerecūda,mordax. Teré.Maligna multo,& magis ꝓcax ilico facta est. Vñ ꝓcaces legim⁹,q̃ mordaciter & iniuriose loquunt.Cic. in Salu.Ne in idē incidā uitiū ꝓcacitatis qđ huic obiicio. Et itez. Non.n. ꝓcacitate linguæ uitæ sordes eluunt.Sciendū tria hæc,ꝓcaces,petulātes,& ꝓteruos, multū sīlitudinis hīe,& libidinē quandā,atꝫ iniuriā declarare,tā in factis q̃ in dictis. Vñ apud Cic.Proteruā,petulantēꝫ eodē loco de inhonesta fœmina legimus. Si uidua libere, ꝓterua petulāter, diues effuse libidinosa meretricio more uiueret.Hinc siqs ambulans p impotentiā mētis obuiū cubito feriat,aut cū cōtumelia sibi cedere cogat, ꝓteruū hūc dicim⁹.Hīc a Virgi.hædi petulci a petēdo dñr,ꝙ ī alia loca penetrādo iniuriā faciāt

Procax & procacitas. Vide in dictiōe Proci. Procacies usurpauit Amb.li.resur. Nam si uere uidissent inqt deformem meretricis affectum inhorrētem procaciem, indecentem impudicitiam,inardentes libidines.

Proco.as.& procor.aris.ut qdam putant,a procio fiunt, quod peto ſcat. Et est ꝓcare lasciue petere, seu oculos in aliquam fixius intendere,quod uernacula lingua dicimus uaghezare. Quandoꝫ etiam inhonestis uerbis, & absꝫ respectu aliquem aggredi. Hinc componitur reciproco,pro repeto,de quo alibi.

Procio.is,iui,itum.pe.cor.ſcat peto.Liui. Matrem procitum plurimi uenerunt,id est,petitum,ut Fest.exponit.Procitum uero pe.pro.ſcat ruptum,atꝫ irritū.Hīc iurisconsulti irritum testamentum procitum dicūt, a procio,quod ex pro & cio componitur.

Procito.as.sæpe dico prouoco.

Procapis pe.cor. ꝓgenies,q̃ ab uno capite procedit.

Procedo,is.pe.pro.ultra cedo, ꝓgredior.Salu.in Iug.Sed ubi plærunꝫ noctis processit,quod est quasi præteriit. Aliquando procedere est prospere cedere. Teré.in An. Nisi id putas,quia processit parum,non posse hoc iam ad salurem conuerti malum.

Processus.us.progressum,& successum significat.

Procido.is.pe.cor.procidi, ꝓcasum,ſcat me ꝓsterno, seu uehementer inclino,pronus cado.Gel.Nam cū multis annis postea scæna quæ ꝓciderat refecta esset. Et illud in Euan.Et procidens adorauit eum.

Proceleumaticus,pes ex quatuor syllabis breuibus constans dictus,quasi primitus iussus eo ꝙ in sacris Mineruæ prius eius pedis uersus pronunciare iubebantur πρό enim ante κελεύω iubeo.

Procello.is.percutio,euerto.Vnde procella.

Procella est uis uenti,cū pluuia,nec durās,& in mari potius q̃ in terra,dicta ab eo ꝙ oīa ꝓcellat.i. moueat, uel ꝓcutiat,aut a procul,qa a lōge uidet.Virg.Creberꝫ ꝓcellis Aphricus.Hinc procellosus.a.um. ꝓcellis plenū.

Proceres,pe.cor.capita trabium,hoc est mutili quidam extantes. Hinc principes ciuitatis proceres appellati sunt,ꝙ hi ita in ciuitate eminent, sicut illi in ædificiis. Huius nominis singularem protulit Iuuena. Agnosco procerem,qui est a procer,is.

Procerus,a.um,pe.pro.plixum, & in longitudinē productum.Quod nomen quidā a cera deriuant, quasi ad similitudinē ceræ protensum,ꝓpter facilitatē. Alii a crescēdo,hoc est excretum.Hora.in Ser. Quo pertinet ergo ꝓceros odisse lupos. Huius cōpositum est improcerus.Gel.lib.iiii.Aduertimusꝫ hinc elici tarditatē, corporaꝫ eoꝝ improcera fieri minusꝫ adolescere. Dicit etiam hic,& hæc proceris,& hoc procere.

Procestriū putat locus apert⁹,ac patulus, quo ꝓcedit in cubiculū cœnaculis, & reliquis ptibus supioribus.Pli. ad gallū. Post hāc cubiculū cū ꝓcestrio altitudie æstiuum,muniméto hibernū.Nam ꝓcestria,ut Festus exponit ædificia sunt añ castra,uł quibus ꝓcedit in muro. Sunt tñ q̃ uelint cū ꝓcitono legi, loco añ cubiculū ab excubādo nomē ex græco sibi uendicāte. Fit aūt processtriū æqualibus colūnarū iteruallis patulū supra quarū epistylia arcus curuant. Quidam etiam processtria aditū, & ueluti portam castrorū appellauerunt.

Prochyta,tæ,pe.cor.& ꝓchyte,tes insula in Puteolano sinu,dicta quasi ꝓfusa. Emersit eā ꝓuolutis ī mare mōtibus,cū prius nō foret.Nā procheo significat effundo. Nā inarimes mons terræ motū passus hanc insulā fudit.At Diony.li.i. scribit, Prochytam dictā esse a nutrice Æneæ eiusdē noīs.De hac Vir.li.ix. Tum sonitu Prochyta alta tremit.Prochyte etiam uasis genus est.

Procinctus,us,dicitur quicquid paratum est, & ipsa prouisio facta anteq̃ aliquid fiat.

Procincta classis dici mos fuit, qñ exercitus ad pugnam paratus erat, ꝙ pugnaturi ritu priūs cingerent gabino.Et ꝙ classem uetustius fuerit hominū dici q̃ nauium multitudinem scriptum est.

Proconesus insula in propontide, quam solam inter alias habitari plærīq dixerunt.

Proclamo,as,palā, & ualde clamo uociferor. Liui. lib.i. Moti hoīes sunt in eo iudicio maxime Publ. Horatii patre proclamāte se filiam iure cæsam iudicare,ni ita esset patrio iure in filiam animaduersurum fuisse.

Procliue,pe. pro. quod est porro inclinatū.Et ꝓprie ſm Cice.lib.iii. Tusc. Dicit in malis,cū procliuitas dicat in his,qui ad aliquod uitiū proni inclinatiq̃ sunt.Et facilitas in bonis,qui proni sunt ad humanitatē,liberalitatem,& ad ingenuas disciplinas. Dicimus etiam hoc in procliui est & procliue est,quod est facile factu.

Procyon,latine anticanis stella, quæ & Sirius dicit. Vide in dictione canis.

Proconsul. Vide in dictione Consul.

Procul aduerbiū uidet componi, ex porro longe, quasi longe ab oculis,uel præ oculis.i.ante oculos. Vnde patet,& satis longe,& nō longe significare. Teren. in Hec. Quē cū istoc sermonem habueris procul hinc stās accepi. Vir.lib.v. Est procul in pelago saxum. Quod satis longe fuisse intelligi nō pōt, ne uoluptas pereat spectaculi. Deseruit quandoꝫ accusatiuo, qñꝫ ablatiuo. Curtius procul urbem dixit. Hora. in Ser. Quæ procul extructis inerant hesterna canistris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Proculus.pe.cor.cognomẽ eius qui natus sit patre peregrinãte a patria ꝓcul. Alii proculos ideo dictos putant q̃ a patribus senibus, quasi ꝓcul progressi, & attenuati sint. Plau. in Mene. Iubeas ꝓculum afferri tibi, sunt qui porculum legant.

Proclus ꝓhs Platonicus fuit, q̃ inter cætera p̃clara dicta scribit multos esse in uita lupos, multos porcos, plurimos alia specie quadã bruti circũfusos.

Proculeius nomen uiri, similiter a ꝓcul deductũ.

Procudo.is, pe. pro. significat plato, cudẽdo extenuo, seu probe cudo, exacuoue. Vir. li. i. Geor. Durũ ꝓcudit arator Vomeris obtusi dentem.

Proculco, as, ꝓgrediẽdo uel aliud agẽdo cõculco. Col. li. ii. Nã dum a pecudibus legumina ꝓculcãtur herbæ etiam atterũt̃ ungulis, atq; glabrescit.

Procũbo, is, ꝓsternor, ꝓcliuiter iaceo. Liu. li. i. Ipsum fessum uia ꝓcubuisse. Colu. li. i. Lata bubilia eẽ oportebit pedes. x. uel ut minimũ nouẽ. Quæ mẽsura, & ad ꝓcumbendũ pecori, & iugario ad circũeundũ laxa ministeria p̃beat. i. ad iacendũ, q̃nq; ꝓcũbere significat finire & desinere, quod faciũt q̃cunq; se in arctũ ex latitudie recipiũt, ut mucrones imbrices ut metæ, ut triãgula. Pli. li. xvi. de arũdine. Folia inqt a medio internodio cum plurimũ desinũt uestire ꝓcumbuntq;.

Procubitor, qui noctu custodiæ causa excubat, cũ castra hostiũ in ꝓximo sunt.

Procuruus, ualde curu⁹. Vir. li. ii. Geor. cõtra nõnulla est ólei cultura, nec illæ ꝓcuruã expectãt falcẽ.

Procrastino, pe. cor. plõgo. Gel. lib. xvi. Quæ reliquit pfecta expolitaq; omni poeticæ uenustatis laude florent. Sed q̃ ꝓcrastinata sunt ab eo, ut post recẽserent̃ nequa quã poetæ noíe, atq; iudicio digna sunt.

Procurro, is, ꝓcurri, ꝓcursum, ultra, siue a lõge curro. Hier. ad Dam. Et ꝓcurrẽs occubuit sup collũ ipius. Col. li bro. vii. Ex domitis bubus ualẽtissimũ, eundẽq; placidissimũ, cũ indomito iũgimus, qui & ꝓcurrentẽ retrahat. & cunctantem producat.

Procuro, as. pe. pro. ẽcat administrationẽ rerũ alienarũ gero. Cice. Cornifi. Is, ꝓcurat rõnes Dionysii. Hinc ꝓcurator negotioꝝ gestor, quẽ uulgo factorẽ dicũt, cui p̃cipue agri colendi cura omnis incũbit. Vlpi. de ꝓcuratoribus. Procurator est, qui aliena negocia mandato domini administrat. Actores uero causarũ causidici dicũtur. Procuratio ipa administratio. Cic. li. de natura deorũ. Sunt. n. ꝓhi, & fuerunt, qui omnino nullã habere cẽ serent rerũ humanarũ procurationẽ deos. Aliq̃ ꝓcurare est studiose curare, seu inuestigare. Hiero. ad Dama. Et sathanas cũ aliquẽ sua arte deceperit, & propriũ ei iugũ imposuerit, ultra ad uitioꝝ abũdantiã nõ procurat, sciens eũ esse iam mortuũ. Aliq̃ simpliciter curare. Apul. Hunc eũ equulũ suũ curiose nimis procurãtem inueni. Aliq̃ sustẽtare, medicare, adiuuare. Cato de re ru. Eodẽ modo cæteras arbores procurato. Plaut. in Cur. Tibi opus est hoc, quo te procures.

Procuratori⁹, a. um. quod ad procuratorẽ ꝓtinet, ut procuratoriæ literæ, procuratoriũ munus.

Procas nomen regis Albanorũ, qui Amulium & Numitorem filios habuit.

Prodeo, dis, prodiui, uel prodii, proditũ, ex pro, & eo. d. interposita significat ultra eo siue foras exeo, quasi proro eo. Cice. An ego tibi obuiã nõ prodirem, primũ Appio pulchro, deinde impatori. Idẽ lib. i. offi. Scænicorũ quidẽ mos tantã habet disciplinæ ueteris uerecundiã, ut in scæna sine subligaculo ꝓdeat nemo, id est exeat.

Prodico.is. pe. ꝓ. ultra dico. Cice. ꝓ Cel. Quãobrẽ excutiemus oẽs istoꝝ delitias, oẽs ineptias si ꝓdixerint.

Prodo.is. prodidi Porro. i. lõge proiicio, defero, excludo, propello. Vir. Nauibus infandũ amissis unius ob iram Prodimur, atq; Italis lõge disiungimur oris. Et ꝓdere, deferre, oñdere, patefacere. Idẽ. Prodere uoce sua quẽq; aut opponere morti. Hier. Sororis maritus cœpit ꝓdere uelle, quẽ cælare debuerat. Itẽ differre ꝓtrahere. Terẽ. in An. Credo impetrabo, ut aliquot saltẽ nuptiis ꝓdat dies, Itẽ ꝓpagare. Vir. li. iiii. Italiã regeret genus alto sanguine Teucri Proderet. Itẽ tradere. Salu. Anteq; arcẽ proderẽt hostib⁹. Hinc ꝓditor, proditio, & ꝓdimẽtũ, qd̃ uulgo dr̃ tradimentũ. Vel a prodẽdo cõsilia hostibus, uel a tradendis urbibus, arcibus, exercitu. Cic. In eũ pœnã, qui prodere hostibus patriã cogitaret. Item mandare. Idẽ Apio. Cum tuũ studiũ consumes in uirorum fortiũ factis memoriæ ꝓdendis. Itẽ scribere, ut li. iii. offi. Vtile uidebaẽ Vlyssi, ut quidã tragici ꝓdiderũt. Itẽ ex interiore in publicũ locũ ꝓcedere. Apul. Tũ tremebundus prodit i foꝝ. Alias pro loco, & ꝑm diuersos actus. Plin. lib. ii. Diuus Augustus leuum sibi prodidit calceum p̃postere indutũ, quo die seditione militari prope afflictus est. i. proiecit, siue induit.

Prodigium, quasi porro dictum, q̃ porro dicat, porro significet & aliquid futurum esse protendat.

Prodigiator, qui ex prodigio futura prænunciat.

Prodigiosus. a. um. quod prodigium facit.

Prodigialis, & hoc le. quod prodigium procurat. Plau. i Am. Sed mulier postq̃ exporrecta es prodigiali Ioui, aut mola salsa hodie, aut thure cõprecatã oportuit.

Prodigæ hostiæ dicuntur, quæ consumuntur. Inde homines luxurioſi, prodigi dicti sunt.

Prodigo.is. pe. cor. prodegi, supinũ nõ legi, ex pro & ago d euphoniæ causa interposita, significat consumo, ultra modũ erogo. Plau. in Aul. Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat nisi pepceris. Amb. Merito ergo prodegit patrimoniũ, qui ab ecclesia recessit. Lactan. li. vi. Quotiensc̃unq; leuissimoꝝ patrimonia in res supuacuas ꝓdigunt̃, Aliq̃ significat portendo, & ꝑmonstro. Vnde prodigia & ꝓdigiatores.

Prodigus pe. cor. qui bona sua cõsumit, Cice. lib. ii. offi. Oíno duo sunt gña largoꝝ, quoꝝ alteri ꝓdigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & uiscerationibus, & gladiatoꝝ muneribus, ludoꝝ, uenationũq; apparatu pecunias ꝓfundũt in eas res, quaꝝ memoriã, aut breuẽ, aut oíno nullã sint relicturi. Liberales, q̃ suis facultatibus, aut captos a prædõibus redimũt, aut æs alienũ suscipiunt causa amicoꝝ, aut in filiaꝝ collocatiõe adiuuant, aut opitulant̃, uel in re q̃rẽda, uel augẽda. Ponit̃ tñ interdũ prodigus pro liberali. Hora. li, Car. Animæq; magnæ prodigũ paulũ supante pœno gratus insigni referã camœna. Antiqui hostias prodigas dicebãt q̃ cõsumebant̃. Hinc fiunt aduerbia prodige, & prodigaliter, profuse abũdanter. Colu. li. iiii. Non illa uidentur prodigaliter in nostris Ceretanis accidisse, ut aliqua uitis apud te excederet uuaꝝ numerũ duoꝝ milium.

Prodromus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Prodromus pe.cor. ꝓcurſor. Vñ prodromi dñt a græcis ficl ꝓcoces,quaſi ꝓcurſoriæ.Et prodromi aquilones, q̃ octo ferme diebus exortum caniculæ antecedunt.

Produco.is.in longum duco,q̃d& de tpe,& de corporeis rebus dr. Vir.Abnegat exciſa uitã producere Troia.Cice.in Cato.Conuiuiũ uicinoꝝ quotidie cõpleo, q̃d ad multã noctẽ,q̃ maxie poſſumus uario ſermone producimus.i. ꝓtrahimus.Hiero.in Nume.Producat ea in laminas.Terẽ.in An. ꝓ tranſla.dixit. Nonne tibi eſſe ſatis hoc ſolidũ uiſum eſt gaudiũ,niſi me lactaſſes amantem,& falſa ſpe produceres? Hinc ꝓducta ſyllaba dr lõga.Colu.flagellũ uocat productiſſimũ q̃d longiſſimũ eſt in uitibus.Et ꝓducere eſt añ,ſeu ultra forasue ducere.Terẽ.Produxi ac uendidi. Galba Ciceroni.Repente Antonius ĩ aciẽ ſuas copias de uico ꝓduxit,& ſine mora concurrit.Col.li. vii.Poſt eiuſmodi experimẽta uacuo ploſtro ſubiungẽdi,& paulatim lõgius cũ onerib9 ꝓducendi ſunt.Idẽ paulo poſt. Ex domitis bubus ualẽtiſſimũ, eundẽq; placidiſſimũ cũ indomito iungim9, q̃ procurrentẽ retrahat,& cunctantem ꝓducat. Hinc ꝓductores dr,qui uirgines abducunt,eaſq; ad q̃ſtum exponunt.Terẽ.in Eu.Precium ſperãs illico ꝓducit,& uendit,ubi Do.proprie uenales ꝓduci dicũtur. Interdũ ꝓſtituere.Plau. Audientẽ dicto mater ꝓduxiſti filiã.i. ꝓſtituiſti.Hinc ꝓductores &c.Apud græcos dr, προαγωγὸς & προάγειν vñ ὁ προαγωγεύς ☞ leno,& προαγωγεύω lenocinor.Apud Sue.Ingenuoꝝ pedagogia accipiunt ꝓ ſtupro,& ꝓſtitutõe.Interdũ gignere.Idẽ ĩ Cap.Quid hoc eſt ſcelus,q̃ſi in orbitatẽ filios ꝓduxerim. Interdũ interponere.Ter.in An.Dicã aliq̃d me iã inuentuꝝ, ut huic malo aliquã ꝓducã morã.Interdũ ꝓſeq.Vir. Nec te tua funera mater ꝓduxi.Interdũ cõſumare. Terẽ.in Adel.Et cyathos ſorbillãs paulatim hũc ꝓducã dicẽ.

Productile,pe.cor. quod tunſionibus malleorum productum eſt.Hiero.in Exo.Duos quoq; cherubin aureos,& productiles facies.

Profanus.a.um.pe.pro.dr irreligioſum deteſtabile,non ſanctũ,& ſit porro a fano,ſed impiũ ſceleſtũ,& aduerſũ omni religioni.Sta. Fraternas acies alternaq; bella ꝓfanis decertata odiis.Et profanus opponit religioſo q̃ ſacris iniciatus nõ eſt, quẽ ſeculare nuncupamus ꝓcul a fano,i. a templo & cerimonia,cuius cultores ſunt religioſi.Plau.Sacrum,an profanum habeas,paruipendit? Profanum etiam dr,q̃d ex religioſo,uel ſacro in hoim uſum cõuerſum eſt.Vir.Faune præcor miſerere inqt, tuq; optima ferrum Terra tene,colui ueſtros ſi ſemp honores.Quos contra Æneadæ bello fecere profanos. Idem.Procul o procul eſte profani Conclamat uates. Et per allegoriam profanos dicim9 imperitos, qui merito ſunt doctis exoſi.Hora.li.Car.Odi profanum uulgus.Varro profanum interpretatur, quod eſt ante fanum cõiunctum fano.Scribitur etiam per ph, prophanus.Vide ſupra in dictione fanum.

Prophano.as.i.ex ſacro humanis uſibus promiſcuum facio. Vnde profanatum templum dr,cum in eo,uel dimicatum eſt,uel aliquid turpe commiſſum.

Profari,ante,uel late fari, ꝓnunciare.Hĩc ꝓfatus.us.Gel. Neq; dictu profatu ipſo terræ,aut inſuaues eſſe.

Profecto aduerbium cõfirmantis eſt dictum, quaſi ꝓ facto,& ꝓcat nimirum.Teren.in An.Profecto ſic eſt.Plærũq; autẽ ad reſponſionẽ adhibetur.Cice.Quis hæc renũciat,Is profecto,qui interfuit, quod etiã per certe facimus.Idem,in quo meminimus? Certe in nullo.Sic fit per nimirũ & ꝓ nempe.

Profero,pe.cor.palã facio,prodo, ꝓnũcio.Terẽ.in Hecy. Ita me dii bñ amẽt,haud ꝓpterea te rogo,ut hoc proferam.Senec. Anteq̃ ſententiã ꝓferã. Aliq̃n ſignificat ꝓdo.plato.Plin.Cũ lineã ꝓtuliſſet lõgiſſimã,atq; rectiſſimã.Iuſt.li.i.Arbitria principũ ꝓ legibus erant,fines imperii tueri magis q̃ ꝓferre mos erat.Terẽ.in And.Saltẽ aliquot dies,ꝓfer dum proficiſcor aliquo,ne uideã. Aliquãdo educo,oſtẽto. Aliq̃n differo,procraſtino. Hinc Plau.in Cap.Vbi res ꝓlatæ ſunt cũ rus homies eunt ſimul ꝓlatæ res ſunt noſtris dentibus.

Profeſtus,a.um.uide in Feſtus.

Proficio,is.ꝓcedo,& ꝓficio ſignificat,a quo ꝓfectus. Idẽ eſt,n. ꝓficere & ꝓfectũ facere.Sene.Sic em̃ & audiẽdo & legẽdo indies magis ꝓficimus.Pli. Nec minorẽ ſub eo ꝓceptore ꝓfectum fecit.

Proficiſcor,eris.ꝓfectus eũdi & ueniẽdi ſignificationẽ habet,Vir.Hũc lætũ,tyriiſq; diẽ,troiaq; ꝓfectis.

Proflare eſt largo copioſoq; flatu anhelare.Vir. Proflat de naribus ignẽ.Apu.Proflatisq; naribus ruditũ ſortiẽ.

Profiteor,late ſeu palã polliceor.Cic.li. Acad. Qui philoſophiã iam ꝓfeſſus ſum populo noſtro exhibiturũ. Liui.Palã ꝓfeſſi nuſq̃ inde niſi in patriã ueſtigiũ eſſe moturos.i.uolũtarie,ſiue libere,unde ꝓfeſſio,cõfeſſio facta palã.Et ꝓfeſſor,qui publice fatẽ. Inde q̃ liberales artes docent,ꝓfeſſores dicunt,quia artes illas ſe ſcire,& poſſe publice tradere fatent. Nam ꝓfiteri uſurpam9 ꝓ publice legere,ꝓfiteri uero apud ꝓtorem,uti de Archia eſt apud Cic.eſt nomina ſiue cenſum profiteri,unde illud euangelii,q̃ profitebantur omnes in Iudæa ſub Augu ſto,ex hoc fonte uenit.

Profligo,as.pe.pro.deiicio,prodigo, depello,deperdo,& ad pernitiem deduco,unde profligatum exercitum dicimus.i.ꝓſtratum,deiectum,afflictum,perditũ.Et,ꝓfligatas res,hoc eſt ꝓditas,& ad ꝓnicĩ redactas,hinc profligatiſſimos homines uocamus ꝓditiſſimos,& in quibus nihil eſt ſalubre,nihil integrũ.Suet.in Tib. Ex iuuẽtute utriuſq; ordinis ꝓfligatiſſimus quiſq;.Q̃q; ꝓfligatum accipit,quaſi ꝓ abſoluto & effecto.Corne.Tacit9, ꝓfligauerat bellum cum iudæis Veſpaſianus.i.confecerat,& pene ad exitũ deduxerat.Hinc ꝓfligata dicunt quæ prope abſoluta ſunt.Sic dicimus ꝓfligata,& in ꝓfligato eſſe ædificia,quæ prope abſoluta ſunt. Cic.li.v. Tuſc.Atq; ſi ita eſt,ꝓfligata iam hæc,& pene ad exitũ deducta quæſtio eſt. Affectũ quoq; dixerunt qui latine locuti ſunt,id quod profligatum appellat in hac ſignificatione.Cic.in oratione de ꝓuinciis cõſularibus. Bellum affectũ uidemus,& uere,ut dicam pene confectũ. Idem in œconomico.Cũ uero iam affecta æſtate uuas a ſole miteſcere fas eſt.

Profligo,is.pe.pro.xi,ctum late,ſiue multum certo.Col. lib.i.Quia flagitioſum quos hoſtis profligendo deſolaſſet agros,nouo more emere romanum,ſupra uires patrimonii poſſidendo,

Proflubeo,es.bui,ſiue ꝓflubeſco,ſi tñ inueniatur, ſignificat emano.Col.li.vii.Si armos leſerit,aut ſanguinẽ dimiſerit,medio uero in utroq; crure uenæ ſoluantur,&

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

thuris puluere cum dimiserit, cum eo, qui proflubuit sanguine armi liniantur.

Profluo, is. de orsum, siue a lõge fluo. Lact. li. ii. Fontes qui dẽ, ex quibus aqua ꝓfluit. Hiero. ꝓ trãsla. profluere, qñ si fluendo puenire dixit. Inde misericordia omnibus profluxit, & gratia, ut laudent.

Profluẽs, mõ participiũ est. Liui. li. i. Pueros in profluentẽ aquã mitti iubet. Mõ substãtiuũ, & ge, mas, ponit ꝓ flumine. Cic. lib. i. ad Here. Qui parentẽ necasse iudicat⁹ erit, is obuolutus & lĩgatus corio deuehatur in profluẽtem fluminis procursum.

Profluus, a. um. quod profluit. Amb. li. Hexa. De aquarũ proflua qualitate.

Profluuiũ, fluxio. Vñ ꝓfluuiũ sanguis dicim⁹. Pli. li. xxvi. Sãguinis ꝓfluuiũ sistit herbæ peoniæ semẽ rubrũ.

Profugio, ꝓcul fugio, aut q̃ntũ possum, inde fugio. Plau. in Cas. Quid nũc agã nescio, nisi ut improbos famulos imiter, ac domo profugiã. Cic. i Leli. Hac itaq; amẽtia pterritus in Asiã profugit. hinc profugiũ.

Profugiũ dr, cũ lõge aliquo fugit, ubi se quis tutũ putat. Cic. li. i. Tus. Portũ nobis paratũ, & profugiũ putemus, quo uelis passis prouehi liceat.

Profugus, q̃ lõge aliquo fugit procul a finib⁹ suis uagãs, quasi porro fugatus, & qui diuersa petit loca, etiam si non sit fugatus, ut a Virg. Æneas dr. Et Hora. profugos scytas appellauit ꝙ crebro domicilia mutẽt. Sal. Troiani q̃ Ænea duce profugi sedibus incertis uagabant.

Profundo, is. large fundo, supra modũ expono, tractũ ab aqua, q̃ profundit ex uasis. Ter. Profundat, pereat, nihil ad me attinet. Et profundere extra fundere. Vñ dicim⁹ p̃ces, & uota profundunt.

Profusus. supra modũ sumptuosus. Sal. Alieni appetens sui ꝓfusus, q̃si ꝓfusor. Ponit aliq̃n ꝓ abiecto, & iacente Pla. Profusus, squallẽs, sordidus. ab oibus derelictus.

Profundũ dictũ est, ꝙ porro. i. lõge habeat fundũ. Vñ ꝓprie significat imũ, ut ꝓfundũ mare. Qñq; sumitur ꝓ alto. Virg. Ni faciant maria, ac terras cœlũq; ꝓfundum. Hinc profunditas.

Progenies, a ꝓgignẽdo esse uidet, q̃si porro genita.

Progenerũ dicit auus neptis suæ uirũ. Huic correspõdet ꝓsocer, qui & socer magnus dicit,

Progredior, eris, ꝓgressus, Vide in dictiõe gradior.

Progymnasmata, p̃exercitamẽta latine dicunt. Idem significat proagonastica.

Prognosis, penũ. produ. Nam πρόγνωσις græce p̃scientia præuidentia dicitur.

Prognosticon, rei futuræ signũ, & ꝓ g. scribit, & a græco uerbo deriuat, hoc est ἀπὸ τοῦ προγινώσκω qđ facit in futuro προγνώσομαι & p̃scio, siue p̃cognosco scat. Vñ Hippocratis ꝓgnostica qbus facile ægroto⁊ salus morsue a medicis prædici solet.

Prohibeo, ex ꝓ & habeo. significat uero ꝓcul teneo auerto. Virg. Prohibe infandos a nauibus ignes. Plau. Placi de egredere, & sonitũ ꝓhibe foriũ, & crepitũ cardinum ne quid hic agitemus. Inhibeo uero retineo, cõprimo. Hoc eñ differt a ꝓhibeo, ꝙ ꝓhibere generale sit etiam ante rem inceptam. Inhibere iam incepta. Illud uetat, ne quid facere incipias. hoc ne ꝓgas, sed potius desistas Virg. Quod genus hoc hominũ, quæue hũc tam barbara morem ꝓmittit patriaꝫ hospitio ꝓhibemur arenæ. Idẽ. Parcite iã Rutuli, & tela inhibete latini. Hinc nautæ inhibere remis dicunt, cũ nauẽ retro uertere uolentes, currẽtis impetũ remoꝝ impressione retardãt. Iusti. Ita cessum inhibete remis, & a bello discedite.

Prooemiũ, latine initiũ uel exordiũ, siue p̃fatio dicit. Dictum, pœmiũ, ꝙ οἶμος cantus dicit, cõponiturq; ex πρὸ q̃ ante significat οἶμος cãtus dicit quasi ante cantũ, & sic sine h. scribit. Nam sicut citharœdi pauca illa, q̃ ante q̃ legitimũ carmẽ inchoent, emerẽdi fauoris gr̃a canũt, prooemiũ cognomĩauere, sic oratores ea q̃ prius q̃ causam exordiant, ad cõciliandos iudicũ animos ꝓloquunt eadem appellatiõe signarũt. Sunt tamẽ qui prohœmium appellatũ uelint, quod græci οἶμον uiã nominant, quasi ante uiã, ꝙ prohœmiũ ante rei ingressum ponatur. Ideoq; cũ h. scribẽdũ putãt. A ꝓhœmiũ fit ꝓhœmior, aris. quod est exordior.

Proiicio, is. pe. cor. quasi porro iacio, extẽdo, porrigo. Virgi. Proiectaq; saxa pachyni. Idem. Proiecto dũ pede leuo aptat se pugnæ. Siser. Vetus atq; ingens erat arbor Ilex, q̃ circũproiectis ramis maiorẽ partẽ loci summi tegebat. Hinc ꝓiectus, us. ꝓ extensione. Lucre. Qualibet immani proiectu corporis extet. Interdum proiicere est abiicere. Cicero. Quid si eum ex urbe proieceris. Interdum dimittere, derelinquere. Virgil. Non ego uos post hac uiridi proiectus in antro Dumosa pendere procul de rupe uidebo.

Proiecta ædificia ea dicunt, ut inquit Labeo, quæ ita ꝓtẽdũtur ut nunquã requiescant, qualia sunt meniana suggrũdia. Quid intersit inter ꝓiectũ, & immissum, uide supra in dictione immissum.

Proinde cũ accẽtu in penul. cõponitur ex ꝓ & inde, significatq; ideo, Ideoq;, Itaq;, ꝓpterea, propter hoc, quapropter. Semp. n. depẽdet ex superiore sentẽtia. Hier. in plo. Sapi. Hunc iudæi Philonis esse affirmãt, qui ꝓinde Sapientiæ nominat, quia in eo Christi aduentus euidẽter exprimit. Liui. lib. i. Satis scire origini romanæ, & deos affuisse, & nõ defuturã uirtutẽ, proinde ne grauarentur Ponit quãdoq; ꝓ aduerbio similitudinis. Terẽ in Phor. Proinde expiscare, q̃si nõ nosses. Sal. At hi cõtra ignauissimi homines ꝓ summũ scælus omnia eis sociis adimere, quæ fortissimi uiri uictores reliquerãt, ꝓinde quasi uictoria iniuriam facere, demum id esset imperio uti. Quandoq; proinde, ut apud Plau. proin dicitur Proinde, Terẽtius in Eunucho. Proin tu, dum tempus etiam atq; etiam cogita.

Prolatus, ꝓcul latus, ablatus a ꝓtollo. i. ꝓcul aufero. nam ꝓfero, ꝓpono, est idẽ quod promo. Iuue. Profer Gallia caput. De ꝓtollo Plau. in Cap. Vbi res prolatæ.

Prolectibile, titillatio, incentiuũue, atq; illectamentũ. Sidon. ad Vectionẽ. Nemo ita naturæ firmæ est, qui prolectibilibus careat occultis.

Proles, progenies. Colũ. lib. viii. de caprino pecore. Parit autem si est generosa proles frequenter duos, nõnunquam trigeminos.

Proletarii a prole dicti sunt, qui in plebe Romana pauperrimi erant, neq; amplius q̃ mille quingentum æris in censum deferebant, Qui uero nullo, aut perquã paruo ære censebantur, capite censi uocabantur. Augustin. lib. iii. de ciuitate dei. Tum uero tam multa bella ubique crebruerunt, ut inopia militum proletarii illi qui

ea

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eo,p proli gignēdæ uacabāt, ob ægestatē militare nō ualētes,hoc nomē acceperāt,militiæ cōscriberent.

Prolepsis dici pōt pacceptio,ex πρὸ añ,& λῆψις sumptio siue acceptio,siue ἀπὸ τοῦ προλαμβάνειν, hoc ē a psumendo,fit aūt cum id qđ in aduersarii aut iudicis opinione esse,aut fore arbitramur contrarium nobis præoccupamus dicere & ratione dissoluere.

Prolixo.as. Vide in dictione Lixo.

Prolixum,quasi porro laxū,qđ longū latūq; est. Terē. in Eu. Accipit nemo meli⁹,neq; prolixius.i. largius. Aliqñ dī supfluum. Vñ prolixam orōnem dicimus.

Prologus,proloquiū,siue pfacio,proponit.n.narrāda.

Prologium,principium,quasi proloquium, a græco λόγος. Plau. Exanimauit me prologio suo.

Proloquor,pe.c.,plogo utor,uel multū siue ultra loquor i longū. Plau. i Epi. Nā qd ego apud te parē,ploq? Ego illā hodie uolo facere libertā meā. Qñq; ploq est ante siue simpliciter loq. Aug. li. i. cō. Nōne tibi ,plocut⁹ sū aduersum me delicta mea. Qñq; ē summā rei breuiter eloqui. Varro aūt sic habet. Proloqui est, cū qđ in aīo habemus,loquendo efferimus. Terē. Censen me ullum potuisse uerbū proloq.i. proferre. Aliqñ proloq est sententiā ferre,a quo proloquiū sentētia,in qua nihil desiderat,quod etiam pro exordio ponitur.

Proludo.is. pe.pro. proludere ꝓcat qđ græci dicūt προγυμνάζειν. Quintil. Cytharœdi pauca illa q̄ añ legitimū certamē inchoēt emerēdi fauoris grā canūt prooemiū uocauerunt. Pli. li. xxxvii. Qñ Pompeiano proludit.

Prolugeo.es.pe.pro. est aūt prolugere solito diutius luge re. Fest. Prolugere dīr,qui solito diutius lugent.

Proluo.is. ex pro & lauo,qđ e pria in tertiā trāsit cōiugationē,sicut abluo ꝓcat multū,siue multo tpe lauo. Pers. Nec fonte labra ,plui caballino. Nō. n. oīno negat sed negat multū labra lauisse,& hoc hūilitatis cā. Aug. lib. iiii de ci. dei. Abruptas ēt imbrib⁹ ,plutas eē regiones. Aliqñ ,pluere ē supfluere. Col. li. ii. Qm̄ īpetus aquæ ,pluit terrā nudatisq; radicib⁹ germia ñ patiē coalescere.

Proluuio.onis. Vide in dictione Scaturigo.

Proluuies,immunditia cuiuscunq; rei sordidæ. Vir. Fœdissima uentris proluuies.

Proluuium idem quod proluuies,p transla. dī profusio, & prodigalitas,cū qs more aquæ opes profundit. Terē. in Adel. Quæ res tam repente mores mutauit tuos,qđ proluuium? quæ ista subita est largitas.

Promereor,bene ago,beneficium pōsto. Vir. li. iiii. Nunq̄ te regina negabo promeritā. Terē. Ita me uelim ames promerentē pī.i. bene agentem. Inde socii promerent, qñ bñficiis alliciunt,& beniuole artificio conciliantur. Plau. tñ in Amphi. in malam partē sumpsit. Quid mali sum here tanta ex re promeritus? Commereri cōtrarium est promereri quod significat male agere.

Promercalia dīr q̄ reseruatis his,q̄ ad usū ptinent tanq̄ supantia uēdit pfamilias. Verbi grā. Decē modii triti ci pascēt familiā cū ex fundo uiginti i horrea reseruet decē tpe cōi uenditioni idoneo ,pponit. Idq; pmercale dīa Catone & ab aliis. Sue. in Cæsa. aut ,pmercale uocat id, qđ Cæsar uēdidit supans sibi reseruata tāta aurī copia,q̄ta suo usui satis esset. Promercales uestes q̄ supuacant patrifamilias. Col. li. vii. pecuniā dñi neq; i aliis reb⁹ ,pmercalib⁹ occupēt. Ibi uidē accipi ,pmercalia, pro mercimoniis suæ ditioni expositis.

Prometheus,pe.pro.nomē uiri propriū ἀπὸ τοῦ προμηθεῖσθαι.i. a ,puidētia. Fuit.n. prudētissimus,Hic prim⁹ astrologiā assyriis indicauit,quā residēs i mōte Caucaso nimia cura dephēderat,hic ,pter nimiā ingenii excellētiā hoīes finxisse existimat,qa ut inqt Lact. Simulachr hominū primus de molli luto formauit,ab eoq; nata plastice est. Hic fuit pater Deucalionis,& filius Iapeti, qui fuit unus ex Titanibus. A prometheus fit patronymicū promethides,pe.pro.

Promineo,es,pe.cor. ex pro & maneo,q̄si ante uel extra in longū maneo. Vñ promontoriū. Pli. Simiæ dentes ut homini. elephanto intus ad mādendū quatuor,præterq̄ eos,qui prominent.

Promico,as.pe.cor. Vide in dictiōe Mico.

Promitto,is.polliceor. Cic. Iam.n.totū,qđ tibi ,pmisera pstiti. Qñq; pmittere est ,pducere, & q̄si in lōgitudinē mittere,siue porro.i. lōge mittere. Plau. in ru. Capillum ,pmittā optimū est,incipiāq; hariolari. Vir. Promissaq; barba. Qñq; minari. Idē. Promisi ultorē,& uerbis odia aspa moui. Hui⁹ cōposita sūt Appromitto. qđ est ,p altero mitto. Cōpromitto, qđ ꝓcat litē ad boni uiri arbitriū mitto. A quo cōpromissum ipsa facultas arbitro data. Tractū ab eo q̄ uterq; litigās sīl ,pmittit se arbitrī sniæ parituꝝ. Repromitto,firmiter,seu etiam ,pmitto Hiero,ad Dama. Hos uersus esse assumptos,q̄ ille q re promittebat de genere Dauid uenerat saluator⁹ Isrl.

Promo,is.psi.ptum,,pfero,eloquor,expono. Plau. in Cist. Accipias claues, si qd tibi opus erit in ,pmptu ,pmito.i. extra capito. Vir. Lætiq; cauo se robore promūt. Thessandrus. Stelenusq; duces.i. educūt. Lact. li. v. Longū est uniuersas uirtutis spēs promere, ut de singulis doceam Proprie tñ promere est recōditū ita educere,ut ad manū paratū sit. Vñ promptū paratū dicim⁹. Hui⁹ cōposita sunt Depromo, qđ est extraho,extra do,declaro. Virgi. li. xi. Et ultricē pharetra deprome sagittam. Plau. in Am. Quid faciā nūc,si tres uiri me in carcerē cōpegerint, inde cras a prōptaria cella depromar ad flagrū. Lact. li. iii. Idē i ope ualde serio, in quo pcepta uitæ deprompta ex phia Ciceroni filio dabat.i. excerpta. Hier. Propter simpliciores quasq; id me depromere cōpellitis.i. describere. Expromo pfecte ,pmo. Teren. in Heau. Nemo est meoꝝ amicoꝝ hodie apud quem exprome re omnia mea occulta audeam.

Promptus dī q̄ iam paratus est ad agendū. & in quo nulla mora est q̄si iam productus. Sal. Natura ferox,uehemēs, manu prompt⁹ erat,maximū bonū in celeritate putabat. Sic dicim⁹ prōptus ingenio,q ingeniū ad oīa paratū habet, Per trāslationē,prōptus ponit pro manifesto,& apto,cū res a secretiore loco educit,ut pata nobis,& ad manus sit,unde dicim⁹,res est in prōptu,quasi manifesta. Cic. lib. i. offi. Quæ q̄q̄ ita sint in ,pmptu, ut res disputatione nō egeat. Sal. Aliud clausum in pectore,aliud in lingua promptū habere.

Prōptitudo ut ait Speu. est patēs expeditio ptopositi ad res agendas.

Prōptulus dimi. Hiero. in ,plo. Dañ. Quidā e nostris satis ad loquēdū prōptulus Ezechielē adduxit in mediū.

Prōptarius,a.um,ex quo aliquid depromit. Plau. in Am. Inde cras e promptaria cella depromar ad flagrū. Nā

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ibi promptaria cella pro carcere posuit, quia e carcere ad supplicium promūtur noxii.

Promptariū locus, in quo res ad usum necessariæ ita repositæ sūt, ut statim ꝓmi, ac ꝓferri possint. Amb. li. Hexa. Quid ē igit̄ os hoi, nisi quoddā fermōis haustū, fons disputationis, aula uerboꝝ, prōptariū uolūtatis, Simachus in Epīs prōptariū uocat ingeniū tanq̄ repositoriū doctrinaꝝ. Ait. n. ut mihi falsis laudibus blādiaris, cum ais aliq̄d ex nostro desiderare prōptario.

Promus, & condus. apud ueteres, ꝓ cellario sumebant, q̄ inde ꝓmerent, & ibi cōderēt. Plau. i Asi. Ego sum Promus, cōdus, ꝓcurator peni. Promꝰ, q̄ ꝑest cibariis promēdis, q̄ uictū familiæ ꝓmit. Cōdus q̄ recōdit in cellā penuariā ipā penora. Nā in potētioꝝ domibus aliꝰ est ꝓmus, alius cōdus, alius alii mīsterio assignatꝰ. Apul. in Apol. Promū librorꝝ appellat illū, q̄ libris ꝓmēdis ꝑest.

Promulsis, idis, potio ex mulso cōdita. Cic. Papi. Habuisses nō hospitē, sed cōtubernalē. At quē uirū non eū, quē tu es solitus ꝓmulside cōficere. Hinc ꝓmulsidaria uasa dicunt̄ q̄bus mulsum cōtinet̄. Scribit Pōpo. iurisc̄sul. Legatis uasis scutellas & ꝓmulsidaria cōtineri.

Promōtoriū q̄si ꝑeminēs mons significat eū montē in mari ꝓminentē. Pli. li. xxxvi. Promōtoria apiunt̄ mari & rerū natura agitur in planū.

Promulco nauis agi dicit̄ cum scapha ducit̄ fune, a promulcendo. Nam non necessitatis tantum causa fit, sed ut nauis quietius agatur.

Promulgo, as. publico, palā ꝓnūcio, q̄si prouulgo. Festꝰ. Leges ꝓmulgari dīr cū primū in uulgus eduntur. Col. li. i. C. Licinius dānatus est, qui agri modū, quē in magistratu rōne tribunitia ꝓmulgauerat, īmodica possidē di libidine transcēdisset.

Promurale dī, cū extra muros, q̄ ambiūt ciuitatē alius ducitur murus, & est murus ante murū, q̄ & antemurale uocat̄. Dicit̄ etiā locꝰ ꝓmuralis, qui ē ante murū. Hiero. Cum aūt uenerit ad ꝓmuralē locū. i. ad futuri seculi statū, ibi ad eū dicit, ostēde mihi faciē tuā.

Pronomē ideo dī, q̄a uice nois fungit̄. Nā sicut dicēdo nomē explicamus p̄sonam, sic ꝓnomē ut tacito nomine, cū dicimus, hic legit, ille scribit.

Pronubæ, pe. pro. dicunt̄ q̄ sunt i obsequio nubētis īquit Dona. q̄ nubētes domū mariti deducunt ac comitant̄. Iuno aūt ꝓnuba dicit̄ quæ ꝑest maritalibus thoris.

Pronurus, pe. pro. nepotis uxor dicitur.

Pronus, ꝓprie dicit̄ in anteriorē partē flexus. Oui. li. i. Meta. Pronaq̄ cū spectēt animalia cætera terrā. Os hoi sublime dedit. Per trāsla. uero quis dī pronus. i. inclinatꝰ ad uirtutes, uel ad uitia. Itē ꝓnus dī, qui est cōtrarius supino. Pli. li. xxviii. Supini cubitus oculis cōducūt, at proni Tussibus, Itē ponit̄ pro uicino, sicut altus, pro longe posito. Vir. Ventisq̄ uocatis prona petit maria. i. littori uicina. Dicit̄ & pronis in tertia declinatiōe, ut apud Teren. in Phor. Alia trabs ꝓnis in humum accedēs ꝓxime frangit ramos cadētes.

Propago, inis. & ꝓpages gis, pe. pro. uitis uetula, & suppōsa, ut ex una plures fiāt, dicta q̄ porro pāgatur. i. lōge figat̄. Vir. Flexꝰ ꝓpaginis arcus, ubi prima ꝓducit̄. Aliq̄n significat genus, & sic prima corripit̄. Idē. Si Romana potēs Itala uirtute propago.

Propago, as. pe. pro. uitem uetulā suppримo. Et ꝙ trāslati onē ponitur pro extendo, dilato.

Propalā pe. cor. i. clare, apte, & in ꝓpatulo. Cic. li. i. de ora. Nō explicata uestē, neq̄ ꝓposito argento, neq̄ tabulis & signis propalā collatis.

Propalo, as. pe. cor. manifesto, in longū cresco. Aug. li. ix. cōfes. Cū em̄ propalata & effossa digno cū honore trās ferent̄ ad ambrosianā basilicā, quos uexabant īmundi spiritus, sanabant̄. Col. li. iii. Deinde ex eo sulco, q̄si ramos fossaꝝ facies, ꝙ quos ut quæq̄ uirga postulauerit, propalatur, atq̄ ita terra adoperies.

Propatulū, late patēs, atq̄ aptum, quasi porro patulū. Salu. Viros muliebria pati, mulieres pudicitiā in propatulo habere. i. in publico.

Prope, graui accētu pronūciata penul. ꝓpositio est, & significat iuxta. Curtius. Cū prope id oppidū copiæ constitissent. Interdū significat ex propinquo, Mar. li. i. Hic ubi sydereus prope &c.

Prope uero ultima acuta ponit̄ ꝓ aduerbio fere, seu q̄si. Pli. Et in foribus tēpli ꝓpe collapsus expauit. Ter. i An. Prope adest cū alieno more uiuēdū est mihi. Cōparatiuum ꝓpior, ꝓpinquior, suplatiuū ꝓximus, propinquissimus, ac nobis adhærēs. Veteres tū nō solū propinquū, & nobis hærentē ꝓximū dicebāt, uerū etiā lōge remotū, si tū inter duo discreta nihil mediū extitisset. Virg. Proximus huic lōgo, sed ꝓximus interuallo. Aliq̄n ponitur ꝓ maxime ꝓpitio. Terē. Gradiuū testor, qui deus est nobis oīm ꝓximus. Mar. Nec ꝓpior q̄ Phœbꝰ amet Interdū nō habet uim suplatiui, & ꝓpinquū fcat, q̄ propter cōparatiuū facit ꝓximior, qd̄ propinquiorē significat. & ab eo fit ꝓximitas, & ꝓxime aduerbiū. Veg. Proximior & dextra sit q̄ plagā possit inferre. Vlp. lib. xxx. ad edictū. Si quis ꝓximior nascerēt cognatus. Aliquando ꝓximus in sacris literis intelligit̄ ois hō, quia ut inquit Aug. Nemo est cū quo sit malū. Et ꝓximus est, q̄ tecū natus est ex Adā & Eua, oēs ꝓximi sumus cōditione terrenæ natiuitatis. Sciendū q̄ propius & ꝓximus, & proxime, ꝑter cōparatiuū, suplatiuorūq̄ naturā cōstruunt̄ cū accusatiuo. Cice. Proximus Pompeiū sedebam propius urbem mouēt. Salu. Proxime Hispaniā Mauri sunt. Compositū a prope est deprope, quod significat ex propinquo.

Propediem aduerbiū temporis, quasi prope est dies q̄n hoc fiet, id est cito. Ter. Et illū tibi salū affutuꝝ ē hic confido propediem.

Propemodū. i. pene, quasi prope mensurā.

Propilo, as. pe. pro, Vide in dictione Pilus.

Propinquus, a prope deducit̄. Et modo significat eū qui prope est, modo affinē, vnde propīquitas, affinitas. Vir. Speu. Propinquitas est cōmunio in eodē genere, propīquo, as. propinquus fio. Virg. Fuge nate propinquant, a quo fit appropinquo.

Propello, is. propuli, propulsum. Vide in Pello.

Propendo, is. significat sursum pēdere, cū quid in statera pōderat, sicut dependere ferri deorsum pōdere. Plau. in Asi. Ad pedes quādo alligatus es, æquū centū pondū. Vbi manus manicæ cōplexæ sunt, atq̄ adductæ ad trabem, nec dependis, nec ꝓpendis. Amb. tamen propēdo pro dependo posuit, cū ꝙ translationē dixit. Atrocioré scelerū reatum uitia reliqua sequunt̄, qm̄ quo flagitiosa propenderint, eo inclinant cætera. Itē ꝓpendere est diu, siue

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diu siue multum, aut a longe examinare. Quintil. Dabam his ocium ut refrigerato inuentionis amore diligentius repetitos, tanquam propendere.

Propensus uehemẽter inclinatus. Cic. li. i. offi. Quin etiã si qs est paulo ad uoluptatẽ ppensior. Et ppensus q̃si ultra tensus. Persi. Cum tibi calue pinguis aqualiculus ppenso sesqpede extet. Cornu. Cũ tu o calue Senator abũdantia ciboꝝ pinguis sis, & uentrẽ habeas ultra sex pedes extensũ. Iñ ppensa munera. i. multa ac magna.

Propetro. as. pe. cor. Vide in dictione Patro. as.

Propero. as. pe. cor. a ppe fit, & fcat festino, celeriter eo. Nã q in aliquẽ pperat, id agit, ut illi ppinquior sit. Sal. Qua illi discessus erat in Galliã properanti. i. celeriter eunti. Et ille dĩ pperare, q festinanter aliqd agit uel dicit. Vir. Multa forent quæ mox cælo pperanda sereno. Lact. li. vi. Et cum uiuere se putãt ad mortẽ concitatissime pperant. Nonius. Festinare & pperare ueteres dixerũt. Cato, Qui unũ qd mature trãsigit, pperat. Qui multa simul incipit, nec pficit, festinat. Vegꝝ utraq; uerboꝝ rõ sub hac significãtia proxima est ueritati, ut sit sæpe animi pperare studiose ad res aliquas cõtendentis. Festinare corpis necessitati obsequentis. Vir. li. iiii. Et mediis pperas aqlonibus ire p altũ. Et li. ii. Festina te uiri nã q̃ tam sera morã segnities. Huius cõposita sunt Appropero qd est iuxta ppero. Cice. pro Milo. Cũ hic insidiator, q iter illud ad cædẽ faciendã propera ret. Depropero ualde seu celeriter ppero, pperanter facio. Horã. li. ii. car. Quis udo deproperare apio coronas, curat ue myrto. Impropo itro ppero. Pli. li. xxxvi. Intus labyrinthũ inextricabilẽ, quo si qs iproperet sine glomere lini, exitũ inuenire neq̃at. Aliqñ improperare est crimen uel aliqd aliud obiicere. Iñ improperiũ. A propero fit properatio, & pperantia & properitas.

Properus. a. um. pe. cor. Idem quod celer. Plau. Properã uideo ancillã uenientem. Hinc fit properior, properrimus, & compositum præproperus.

Propere, celeriter, aduerbium. Salu. Tum propere consul ducit exercitum.

Properatim. Cecil. Properatim in tenebris istuc confectum est opus.

Properiter. Catul. Animula miserrima properiter abit.

Properanter fit a properans. Accius. Remisq; nox properanter nauium in fugam trahunt.

Prophasis pe. cor. dici põt latine prætextus excusatio.

Propheta. æ. & prophetes. is in mas. genere, pphetis. idis. uel idos. & pphetissa, æ. in fœminino, a προφημί qd est p̃dico. Hiero. in li. Iud. Erat aũt Delbora pphetes uxor Lapidoth, q̃ iudicabat populũ. Et in Euan. Erat Anna pphetissa filia Phanuel. Est aũt ppheta, qui futura prænunciat, ab eo primum intellecta, alias uera nõ posset dici prophecia. Veteres ut inquit Festus antistites phanoꝝ, oraculoꝝq; interpretes, prophetas dicebant.

Prophetia est inspiratio, uel reuelatio diuina regẽ euentus imutabili ueritate denuncians. Vñ ppheta uidens dĩ. Fit aũt quatuor modis, p facta, ut p arcã Noe, q̃ figurabat ecclesiã, p dicta, ut p ea q̃ angeli dixerunt Abraæ, In semine tuo benedicent oẽs gentes, p uisiones, sicut factũ est Hieremiæ, q uidit ollã succensam a facie aquilonis. Et p somnia, ut p somniũ Nabuchodonosor, q uidit lapidẽ de mõte excisum sine manibus. Est & alius pphetiæ modus cæteris dignior, qñ ex sola sancti spũs inspiratiõe remoto oĩ exteriori adminiculo facti uel dicti uel uisionis uel somnii, pphetatur & hoc mõ pphetauit Dauid. Vñ dixit, Audiam qd lõquat in me dñs deus. Fit ẽt pphetia de tpe pñti, ut Vñ hoc mihi ut ueniat mr̃ dñi ad me. De ptõ, ut In principio creauit deus, & de futuro, ut Ecce uirgo concipiet.

Propheto. as. p̃dico. Licet qñq; pphetare sit laudes deo canere, ut in lib. Nume. Cunq; requieuissent in eis spũs, pphetauerunt, nec ultra cessauerunt.

Propnigeon locus in balneis, in quo ignis inclusus exestuat, pnigos latine æstus, & suffocatio, pnigo suffoco.

Propitius. a. um. quod est placidum, fauensq;, a prope & ito. as. ut quidam aiunt. Nam qui nobis fauent prope nos ire consueuerũt, uel dicitur propitius prorsus pius, aut porro, id est, ualde pius.

Propitio. as. siue ppitior. aris. ppitiũ reddo, placo. Hinc repropitior, qd est rursus, ppitiũ reddo. Hiero. li. ii. Re. Et repropitiatus est deus terræ ppitiatio sacrificium.

Propitiabile, quod est ad propitiandum aptum. Vñ ppitiabilis hostia. Dicit & propitiale. Item propitiabile, quod facile flectitur, ut propitiabile numen.

Propitiatoriũ locus, in quo placari solet deus, licet & p tabula quadã poni uideat in exodo posita sup arcã, vñ scribit. Facies &, ppitiatorium de auro mundissimo.

Propina pe. pro. dici põt añ famẽ, ex pro añ, πεῖνα fames Et ut nõnulli dicũt, locus erat iuxta thermas, & balnea publica, ubi post lauacrũ a fame & siti reficiebãt, vñ & alii ex latina p̃positione p, & græca dictione cõpositũ potius uolunt, ita ut indicet id qd datur pro esurie.

Propino. as. pe. pro. ex πρὸ ante πίνω bibo, uel a πρὸ πίνειμι qd fcat post potũ tradere, pprie fcat poculũ, ut qs biberat p̃gustare, ac porrigere. Plau. in Cur. Propino magnũ poculũ ille bibit. Quæ consuetudo inde initiũ habuit, q̃ græci soleni die quẽ philothesiã uocãt, miscere aureis atq; argenteis poculis uina solebãt, q̃ e manu gustantium sumentes, ori parũper admouebãt, deinde alteri cui uellent offerebãt. Hoc uero ppinare, qd est p̃bibere dicebat. Hinc factũ est, ut ppinare sit cibũ potũq; extraordinariũ uoluptatis gr̃a cũ amicis assumere. Interdũ est simpliciter porrigere. Terẽ. in Eu. Hũc uobis comedendum, & bibendũ, & deridendũ ppino. Spar. Vuluam inciderit uenenatã ptem fratri edendam ppinans, & sibi innoxiam reseruans. Pli. li. xx. Quidam ad uuluæ dolorem radicem cum uino dulci ppinant.

Propẽticon latine comitatiuũ, προπέμπω comitor, p̃mitto, vñ est titulus ad Sidoniũ de Propenticon ad libellũ.

Propolis pe. cor. quasi suburbanum. Et id dĩ quod apes ante alueum faciunt. Varro, Propolim uocant, quod apes faciunt ad foramen introitus porrectum in alueum maxime æstate fauorum stabilimentum, quo oẽs frigoris, aut iniuriæ aditus obstruuntur.

Propolæ pe. pro. negociatores, q merces præmũt minoris, ut postea pluris uẽdant, πρὸ eñ ante πωλέω uẽdo, q uidelicet, pponũt aliqd uenditandũ, ut panẽ. Lampri. in Cõmodo. Imitatus propolas circũforaneos equos curules sibi compauit. Cic. cõtra Piso. Placentini extructa mensa nõ conchyliis, aut piscibus sed multa carne subrancida serui sordidati ministrant nonnulli etiam senes, idem coquus, idem Atriẽsis. Pistor domi nullus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nulla cella,panis & uinum a propola,atq; de cuppa
Propylæum, latine ueſtibulũ uel porticus,q̃ eſt ante do
mũ,nam p añ, πύλη porta,vñ ppylæon, ſed diphthon
gum recipit.Cice.li.ii.offi.Phalerius Demetrius q Pe
riclem principẽ græciæ uituperabat, q̃ tantã pecuniã
in p̃clara illa propylæo profuderit.Pli.Protogenes,cũ
Athenis celeberrimo loco Mineruæ delubro propylæ
um pingeret adiecit paruulas naues longas in his quæ
pictores parerga appellant.
Propolarius,idẽ qd̃ ppola.Aug.ſup Io. Ideo fratres mei
quomodo eos uidetis qui uendunt propolarios.
Propontis.idis.æquor patens atq; diffuſum. Hæc angu
ſtiis boſphori thracii cũ euxino põto coniungit̃.Nam
geographi primas anguſtias maris ſe coarctantis hel
leſpontum uocant.Inde expatiat̃ æquor, q̃ laxitas pro
pontis appellat̃,ubi iteq; in arctũ coit,& ſtringit̃ ille an
guſtiæ Boſphorus thracius nuncupat̃.Vbi iteq; effun
dit̃ pontus Euxinus,q curuatus in figurã ſcythici arcus
cõmittitur oſtio Meotidis paludis Idemq; oſtium Ci
merius Boſphorus uocat̃ A propontis ſit.
Propontiacus.a.um.pe.cor.qd̃ eſt propontidis.Oui.li.i.
Faſt.Hincq; propontiacis hærentem cyzicon oris.
Propono.is.ſtatuo,delibero. Sene. Id in primis aïo ppo
nendũ,ut recte uiuamus.Aliq̃ ,pponere ſcat,pmitten
do ponere & oñdere, ut ppono ludũ , ppono p̃mium.
Cice.Quis eſt q ppoſito tãto p̃mio nõ excitet̃? Aliq̃
eſt extra ponere,ſiue palã oñdere. Pli.lib.xxxv.Idẽ pfe
cta opa pponebat in pgula trãſeuntibus. Salu.Poſtula
uere plæriq; ut pponeret,q̃ cõditio belli foret, q̃ p̃mia
armis peteret.Aliq̃ añponere,docere.Lac.li.4.Pniam
nobis i illa circunciſiõe ppoſuit. Aliq̃ pcul ponere.
Propoſitum dr̃ qd̃ mente ſtatutũ eſt,& intẽtio hoïs. Pli.
Hoc ei propoſitum erat,uel ſuperare uel cedere.
Propoſitio,quæſtio,habens aliqd qd̃ diſputatiõe ſoluen
dum ſit,& a græcis problema dr̃. Dialectici diffiniunt
ppoſitionem,q̃ ſit oratio ueꝝ uel falſum ſignificãs. Ci
ce.li.ii.ad Heren.Propoſitio dicit̃ p quam oſtendimus
ſummatim quid ſit,quod probare uolumus.
Proportio. Vide in dictione portio.
Proꝑtor dicebat̃ q extraordinariam p̃turam gerebat.
Propriũ a ,ppe fit,& dr̃ qd̃ peculiare ẽ uniuſcuiuſq;. Hoc
eñ maxĩe prope eſt qd̃ propriũ eſt. Vir.Hunc mihi da
propriũ uirgo ſata nocte laborem.Hinc proprietas, &
proprie quod ẽ peculiariter.Aliq̃ dr̃ diuturnũ. Siſen.
At qui metu & ſuſpitione propriam habere quietem
non poterat. Plau.Atq; illum amatorem tibi propri
um futurum in uita.i.perpetuum.
Propter ſcat alicuius cauſa.Et accipit̃ loco cauſalis con
iunctionis,ut Propter niuem frigeſcunt hoïes.Vir. Te
propter Libyæ gentes Numadũq; tyranni Odere.i.tui
cauſa. Aliq̃ aduerbiũ eſt,& ſcat prope.Teren.in Adel.
Nimiũ iſtoc abiſti,propter hũc aſſiſte. Aliq̃ ſcat apd̃
ſiue in.Ouid. Propter humum uolitat ponitq; in ſepi
bus oua.Et Lucre. Tum portam propter ahena ſigna
manus dextras oſtendunt attenuari.
Propterea ſignificat ob eam cauſam , ſicut quapropter
propter quam cauſam.
Propudium dicebant,cum maledicto nudari turpitudi
ne nolebant,q̃ſi porro pudendũ,uel a quo pudor & pu
dicitia,pcul ſint. Propudia uiroꝝ apud Pli.itelligit̃ im
modica,aut certe obſcœna uen⁹, & probroſa mollici
es.Plau. Meretriculam propudium uocat,hinc dñr.
Propudioſa dicta,q̃ pudicitia ſit procul a pudore.Sido.
igitur hic proxime abrupto contubernio ancillæ pro
pudioſiſſimæ,cui ſe totum conſuetudine obſcœna ad
dixerat,id eſt,impudiciſſimæ.
Propugno.as.uehemẽter,& de lõge pugno, vñ ppugna
tor.Liui.li.iiii.Quid a uobis ſperet̃ an honores,quos ad
uerſariis ueſtris potius, q̃ R.eipu. ppugnatoribus datis
Propugnaculum eſt munitio,uel q̃ſi locus munitus,vñ
uehementer certari poſſit,& defendi procul.Vir.li.iiii.
Et propugnacula bello tuta parant.
Propulſo.as.frequen.a propello, ſcat de longe pulſo,ſeu
procul fugo.Liui.li.i.Tamen cũ mœnibus bellũ ppul
ſare poſſet in aciem copias eduxit.Col.li.vii.Euinceñ
di ſunt autem quamuis peſtiferi morbi, & exquiſitis
remediis propulſandi.
Proquæſtor,qui quæſturam extraordinariam gerit.
Proreta pe.prod.dicitur qui cuſtos eſt & gubernator in
nauis prora.
Prorito.as.pe.pro,ſignificat prouoco.Colu.Vt peluſiaci
proritet pocula zithi.
Proripio.is.pe.cor.quo ad effectũ, ſcat pcurro, ſiue pfu
gio.Sed q̃ actõ procurrentis,aut pfugientis conſtruit̃
ſcat ſubito deduco,uel ſubito traho.Liui.d̃.ſecun.bel.
puni.E manibus ſacrificantium,cum ſeſe proripuiſſet,
Salu.Deinde ſe domum ex curia proripuit.
Prorepo.is.uero pe.pro. Vide in dictione Repo.
Prorogo.as.pe.cor. Vide in dictione Rogo.
Prorumpo.is.ultra ſiue ualde rumpo. Cæſ.li.iiii.Celeri
ter ad eas munitiones peuenerunt, atq; pruptis his pri⁹
in hoſtiũ caſtris conſtiterũt, q̃ plane ab his uideri, aut
q d rei gererẽt̃ cognoſci poſſet.Virgi.li.i.Ge.Rurſus in
obliquum uerſo prorũpit aratro. Q̃nq; prorũpere, eſt
ultra emittere,euomere,vñ pruptũ effuſum, fluenſq;.
Idẽ. Vñ p ora nouẽ uaſto cũ murmure mõtis It mare
proruptũ.Et li.iii.Interdũq; atrã prorumpit ad æthera
nubem.Qd̃ Serui.exponit pro euomit, aſſerẽs nouam
hanc eſſe locutionem. Non eñ dicimus ego prumpo
hanc rem.Hoc mõ uſus eſt Terẽ.in Eu.Iam me erum
pere licet hoc mihi gaudium.Q̃nq; ẽ irrumpere, quod
eſt quadam ui progredi proſiliriue.
Prorſus & prorſum dicim⁹, quaſi porro uerſus, ſcat oĩno
Noni.Prorſus & ab radicib⁹ auulſa eſt arbor. Interdũ
ponit̃ pro nõ recte & uere. Idẽ in Adel. Eo pacto pror
ſum illic alligaueris filium.Quando uero nomen eſt ſi
gnificat rectum,unde prorſi limites dñr in agroꝝ men
ſuris,qui ad orientem directi ſunt.
Prorſum rurſum ſignificat retro,ante,ut dicim⁹ ſurſum
deorſum,intro,foras,hac,illac.
Proruo.is. ruere facio proiicio. Liui. Mare fluminibus
inuexit,montes lapſu ingenti proruit.Idem li.ix. Exci
tati arma capiunt,dolabræ calonibus diuidunt̃ ad ual
lum proruendum,foſſaſq; implendas.
Proſa,vñ & ,pſella dimi.Pli.li.xviii.Sed ,pſellis binis ter
niſq; ſic erãt.Et,pſa dr̃ orõ ſoluta,q̃ſi ,pſuſa a recti puer
ſiq; carminis ptãte & noïe.Item proſa dea, cui ara dep
candi gr̃a periculi ab ægro partu conſtituta eſt.
Proſcænia ſunt pulpita añ ſcænã in qbus ſcænici hiſtrio
niã agebãt. Vir.li.iii.Ge.Et ueteres ineũt pſcænia ludi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Prolapia gñis lõgitudo, siue pgenies antiq̃ a pſupandõ id eſt, iaciendo, & diſiiciendo, quaſi porro ſparſis, & q̃ſi iactis liberis. Aliqui a pſupero, q̃ pſuperẽt, hoc eſt ſũpſint & ſupabundent liberi. Dictio uetus ab ultimis & iám obliteratis tpibus repetita, ut ait Quintilianus.

Proſedæ dñr meretrices, eo q̃ ante ſtabula ſedeant.

Proſcindo. is. ualde uel ultra ſeu ſubt⁹ ſcindo. Vñ dicim⁹ terram proſcindi cũ primũ araẽ inq̃t Var. Cũ iteq̃ effringere dicũt q̃ prima aratione glebæ grãdes ſolent excitari. Cũ iteraẽ effringere uocant. Tertio cũ arant iacto ſemine boues lirare dñr. i. cũ tabellis ad uomerẽ ſimul & ſatũ frumentũ operiunt in porcis, & ſulcãt in foſſas, quo pluuialis aqua dilabaẽ. Per tranſla. proſcindere eſt infamare, contumeliis lacẽſſere, lacerare. Sue. in Aug. Hũc fœdiſſimo conuitio corã pſciderunt. Pli. Hic eſt Mamurã Catulli ueronẽſis carminib⁹ pſciſſus.

Proſapodoſis pe. cor. προσαπόδοσις latine aſſignatio & redditio dicitur.

Proſcribo, aliq̃d p ſcripturã uenale propono & publicõ ſicut hodie fit cũ in ianua ſcribiẽ, hæc domus eſt uenalis, vñ proſcriptũ uenale expoſitũ, q̃a quæ erãt uenenda publice ſcribebanẽ. Nam pſcribi dom⁹ dñr, q̃n apposita inſcriptione uenales, uel locãdæ ſignificanẽ. Cice. lib. iii. Itaq̃ Calphurnius cũ cognouiſſet Claudium ædes poſtea pſcripſiſſe. Itẽ pſcribere eſt relegare, damnare. Hora. in Ser. Proſcripti regis pupilli pus, atq̃ uenenum. Pli. de Sylla. Age nõ exit⁹ uitæ ei⁹ oĩm pſcripto⁹ ab illo calamitate crudelior fuit. Tractum ab eo, q̃ hi pprie pſcribi dñr, ut Vlpi. teſtaẽ, quo⁹ noĩa claris liis, ut de plano recte legi poſſit añ tabernã, uel añ eũ locũ in quo negociatio exerceẽ, nõ in loco remoto, ſed euidenti ſcribunẽ, hinc pſcriptio dãnatio, & pſcript⁹ dãnatus. Itẽ eſt in aliquẽ penetrabile telum interquere. Macro. Non eſt facile in eum ſcribere, q̃ põt pſcribere.

Proſecta dicta ſunt ab antiquis uiſcera, quæ in ſacrificiis proſecaſſent. Luca. li. vi. Si pectora plena ſæpe dedi, & laui calido proſecta cerebro.

Proſelytus pe. pro. aduena, peregrinus, aduẽtiti⁹. Eſt eñ uerbum græcum, illi enim dicunt προσήλυτος.

Proſelenus pe. prod. dr ante lunam, nam cõponiẽ ex πρὸς ante σελήνη luna, q̃ σέλας. i. ſpendorẽ habeat, & ἄνω. i. ſuperne. Nam a ſole lumen accipit. Et proſelini dicunẽ ante lunam geniti, quo nomie dicti ſunt Arcades. Stant Arcades aſtris, lunaq̃ priores.

Proſequor pe. cor. pprie fcat ultra, ſiue poſt ſequor. Cic. li. ii. offi. Sequiẽ ut hæc officio⁹ gña pſequar. Plau. in Ciſ. Si is hac aut hac ſocci uideo ueſtigium in puluere pſequar hac. Aliq̃n pſequi eſt cũ affectu animi, ut pſequor te amore, odio, laude, honore, contumeliis, & huiuſmodi. Et fere ſemp cũ ablt̃o. Cic. in Ver. acti. iiii. Iſte iratus hoĩem uerbis uehemẽtioribus proſequiẽ. i. inſectaẽ. Idẽ Metello. Dom⁹ tua deniq̃ tota oĩbus ſummis officiis pſequuta eſt. Interdũ pſequi ẽ pſeuerare exeq̃, qd̃ cœptũ eſt. Amb. Et bñ ſabbato cœpit, ut ipſum ſe oñderet creatorẽ, q̃a opa opib⁹ intexeret, & pſequereẽ opus, qd̃ ipe iã cœperat. Interdũ eſt q̃ſi deducere, & comitari. Hiero. ad Iulianũ. Inter multo⁹ officia ppinquo⁹ & conſulares amicos tuo⁹ exequias pſecutus es. Diuerſis aliis modis uſurpaẽ. Lact. li. ii. Siqdem ſacrilegia ſua iocularibus etiã dictis pſequebaẽ. i. condiebat. Idẽ li. iii. Quã Tullius uniuerſis eloquentiæ ſuæ uerbis pſecutus eſt. i. deſcripſit, tractauit, uel laudauit. Cic. li. i. Tuſ. Quid totũ prope cælũ ne plures proſequar nonne humano genere cõpletum eſt. i. ultra hoĩem. Idem in Cato. Quam palmã utinam dii immortales tibi referuent, ut tui aui reliquias pſequare. i. uiriliter aſſequaris uel proſpere cõſequaris. Terẽ. in Adel. Ego ius meũ pſequar. Plau. in Cap. Nũc barbarica lege certum eſt ius meũ proſequi. i. pro uirib⁹ obtinere. Col. li. i. Ac rurſus præmio proſequamur eos, qui ſtrenue ſe gerunt.

Proſodia, cũ accẽtu in pe. latine accẽtus dr, q̃ lex eſt ſiue regula ad eleuandã deprimẽdãue ſyllabã uniuſcuiuſq̃ pticulæ orõnis accõmodata. Et alio noĩe apd̃ græcos πάθος dr. Fit aũt pſodia a πρὸς græca ppoſitione q̃ fcat ad, & ᾠδή cãtus, q̃ſi ad cantũ. Gel. Proſodias græci, latini accẽtus dñt, eas ueteres docti tũ notas uocũ, tũ moderaméta tũ accẽtiunculas, tũ uoculatiões appellabãt.

Proſerpina p. cor. Iuna Iouis, ex Cerere filia, a græcis Perſephone dr. Oui. li. iiii. Faſt. At neq̃ Perſephone digna eſt pdone marito. A pſerpendo dictã Proſerpinã Aug. li. vii. de ci. dei, ſignificareq̃ fœcunditatẽ ſcribit. Quæ cũ aliq̃n nõ eſſet, dicta fuit rapta ad inferos, & tũc ceſſarunt inſtrumenta ruralia. Qua redeũte inſtituta ſũt ſolẽnia apud Athenas. Serpere eñ uideẽ ueluti ſerpẽs, dummodo in dextram, modo in ſiniſtram mouetur, propter quod & omniuaga dicitẽ. Dicta eſt libera Diana, Lucina, Triuia, Hecate, & Noctiluca.

Proſerpere proprie dracones dicunẽ. Plau. Fac me prõ ſerpentem beſtiã duplicem ut habeam linguam.

Proſemino quaſi ultra ſemino. Mani. li. i. Semper enim ex aliis alios proſeminat uſus.

Proſumia genus nauigii leuis ſpeculatorii. Plau. De nocte ad portum profectus ſum proſumia. Cecil. Qui prõ gubernatore ſe gerens prope uertit proſumiam. Hæ naues etiam geſcoretæ uocantur.

Proſeuche, obſecratio, uel oratio, q̃ ad deũ fundiẽ, dicta, q̃ſi προσοχή. Quia attentiõe opus ſit, προσέχω eñ ẽ attendo uel intẽdo, uel adhibeo. Iuue. uideẽ ponere p eo loco ubi pcibus & obſecrationibus médici a tráſeuntib⁹ ſtipẽ mendicabãt, uel uictitabãt. Ait eñ. Ede ubi conſiſtas in qua te quæro proſeucha. Nam in ingreſſib⁹ pontium mendici tuguria habebant, unde a prætereuntibus mendicarent ſtipem.

Proſocer pe. cor. Vide in dictione Socer.

Proſopis pe. cor. inſula in Delta Nili, in qua eſt ciuitas Atarbethis, ut ait Herodotus.

Proſopon, inſula non longe a Carthagine.

Proſopopeia ad uerbũ dr pſonæ factiua. Componiẽ eñ ex πρόσωπον qd̃ pſonam fcat ποιῶ facio. Figura eſt cũ pſona aliqua fingiẽ, ut cũ inanimatũ loquiẽ ad animatum, uel econuerſo. Hora. Quid amplius mare o terra ardeo. Apud Quintil. li. ii. proſopopeias accipiunt pro orationibus alicui pro dignitate accommodatis.

Proſonomaſia, cum accentu in pe. latine annominatio dicitẽ, quæ fit ſimilitudine aliqua uocum, & uicinitate quadam uerbo⁹, ut quis locus, aut lucus, ut ex oratore arator, ut deligere oportet quem uelis diligere.

Proſper q̃ dat fœlicitatẽ, fœlix q̃ recipit, ut ſyd⁹ proſperus ſub quo natus eſt fœlix. Sue. tñ de Cæſare ſcribit eum fuiſſe proſpera ualitudine. i. bona, & quaſi fœlici. Vndẽ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

improſpere,qđ ponit̃ ꝓ nō bene.Col.li.i.Nā ubi qđ ppe
ram adminiſtratū ceſſit iproſpere uitat̃, qđ fefellerat
illuminatq; rectā uiā docētis magiſterium.Vir.Sis fœ
lix noſtrūq; leues quēcunq; laborē, ꝓ eo qđ eſt proſpe
ra & benigna. Dī & proſperus .a.ū. Cic.li.vi.de Repu.
Deinde eſt hominū generi proſperus & ſalutaris.

Proſpero.as.& proſperor depo.proſper fio.Aug.in ꝓlog.
lib.de ciui.dei.Qui res humanas ita proſperari uolūt,
ut ad hoc. multoꝝ deoꝝ cultum quos pagani colere
conſueuerunt,neceſſarium eſſe arbitrentur.

Proſilio.lis,pe.cor.Vide in dictione Salio.

Proſpicio.is.ideſt,añ ſiue a lōge uideo, ꝓuideo,curo,ca
ueo.Cic.Ser.Sul.Tanq̃ ex aliq̃ ſpecula ꝓſpexi tēpeſtatē
futurā.Procauere ꝓuidere cōſtruit̃ cū dtō.Ter.ī Adel.
Ego iā ꝓſpiciā mihi.i.conſulā,ſiue ꝓuidebo.Plin.Nā &
rebus illius nō minus q̃ meis proſpiciebam.

Proſpecte aduerbiū conſulte.Hiero. cōtra Ioui.Ex quo
uolunt dei diſpenſatiōe eſſe factū,ut qui improſpecte
uouerat,errorem uotoꝝ,filiæ morte ſentiret.

Proſpectus.us.ipſa a longe uiſio.Vir.li.ii.Geor. Nō aīm
mō uti paſcat proſpectus inanem. Docet Paul. iurecō
ſul.Proſpectum ex inferioribus & ex ſuperioribus lo
cis eſſe,lumen ex inferiore loco non eſſe.

Proſpicuus intentus,ac uigil.

Proſpicientia,cura,prouidentia.Ambro.Quid enī tam
morale ad ꝑſuaſionem,q̃ ꝙ uideas,ꝙ etiam, quæ ſunt
irrationalia,ſic dei proſpicientia ueſtianť, ut nullo ho
rum uel ad̄ gratiam egeant,uel ad ornatum.

Proſpiro.as.pe.pro,ultra lōge ſpiro.Cato.Nā uenæ eoꝝ,
ubi ſufflatæ ſunt ex cibo nō poſſunt proſpirare in toto
corpe.Apul.in orōne prima.Ea nāq; tabes, ſi foras cor
poris proſpirat maiore dedecore q̃ noxa diffundit̃.

Proſtaſis ſiue,ꝑſtaſia,ꝑfectura,uel ꝑſidentia latine dī.

Proſtheſis appoſitio ſiue additio.Figura cum in princi
pio dictionis additur litera,ut gnatus pro natus.

Proſterno.nis.ante ſterno,uinco, ꝓſligo,qđ fit cū hoſtes
in acie ſternunť.Salu.Proſtratiſq; militibus,fugæ ſe de
dit.Aliq̃ ꝉcat in terram deiicio.Apul.Puellamq; relu
ctantem tandem proſtrauit.Amb.Aliter dixit in diua
Agnete.Inter hæc lecto proſternitur.

Proſtituo.is.q̃ſi ante ſtatuo,mere tricandā ꝓbeo,vñ ꝓſti
tuere pudicitiam, ꝉcat uulgo ſui corpis ptātem facere.
Hinc meretrices ꝓſtitutæ dīr.Sue.de Nerone.Suā pu
dicitiā uſq; adeo ꝓſtituit, ut contaminatis pene oībus
membris,ut uiroꝝ & fœminaꝝ inguina inuaderet.

Proſtibulum mō ipm̄ ſcortum dī qđ q̃ſtus copioſioris
gīa cōcurrentibus illuc aduenis manſiōes añ ſtabula
habuere.A ꝓſtituendo,ꝙ in eo loco ſe ꝓſtituant mere
trices.Hiero.Proſtibula regnū dei nō poſſidebūt. Mō
ipm̄ lupanar.Idē in Ezech.Ædificaſti tibi lupanar, & fe
ciſti tibi ꝓſtibulū ī cūctis plateis, & itez deſtruēt lupa
nar tuū,& demolienť proſtibulū tuū. Dī & ꝓſtibula.æ.
Plau.in Perſa.Hic faceret proſtibulam prope diem.

Proſto.as.proſtiti.proſtatum,a lōge ſto.Plau.in Cur.Hi
ſaltē in occultis locis proſtant,uos in foro ipſo.Itē ꝓſta
re eſt pro ꝑcio ſtare,ſeu uiuere. Et ſe uenalē exhibere.
Val.li.iii. Hortēſius Corbio oībus ſcortis abiectiorē, &
obſcœniorē uitā exegit, ad ultimūq; līgua eius, tā ad li
bidinē cunctoꝝ iter lupanaria ꝓſtitit, quā aui ꝓ ſalute
ciuiū in foro excubuerat. Iuue. Quid referā q̃ta ſiccū
iecur atdeat ira. Cū populū gregibꝰ comitū ꝑmit hic
ſpoliator pupilli ꝓſtantis. Idē. Et ad circū iuſſas ꝓſtare
puellas.Item proſtare ante ſtare.Quintil. Iubet proſta
re gladio cinctum.

Proſtoton morbꝰ,quo rigore mentū pectori intendit̃.

Proſubigo.is.pe.cor.ex pro & ſub,& ago, ſignificat uehe
menter ſuffodio.Virg.lib.iii.Geor. Et pede proſubigit
terram fricat arbore coſtas.

Proſum.es.profui,utilitati ſum,quaſi ꝓ aliquo ſum.Te
ren.in Hecy. Quicquid eſt id quod reliquit profuit, id
eſt,pro nobis fuit,ſicut expoſuit Donatus.

Protaſis dici poteſt propoſitio.Dona.in prolo.Terē.Pro
taſis primus actus eſt initiumq; dramatis.

Proteſis dī præpoſitum,ſiue præpoſitio.ut a,ab.

Protelo.as.pe.pro.lōge ꝓpello, pulſo, excludo, ex græco
πρόθω qđ ꝉcat lōge.Turpil. ꝓpter peccatū pauxillū in
digniſſime prima ꝓtelatū eſſe ſꝙitia priſci. Itē differ
re ꝓtrahere.Lucil. Quē neq; lucanis oriunda mōtibus
tauri, ꝓtelare ualidis cornibus. Hiero. Inediam pluſq̃
vnius diei uictoris exercitus ꝓtelauit.Per tranſlationē
ſumit̃ pro perturbo,exagito,tractum ab aſſiduo telo
iactu.Teren. Ne te iratus ſuis ſæuis dictis protelet. Si
ſen.lib.iii.Romanos impetu ſuo protelant.

Protelum pe.pro.ſignificat tenorem.Lucre. Vndiq; pro
telo plagarum continuato.

Protendo,ultra tendo,ut ꝓtendo pedē.Hiero.Cū dextræ
manus ꝓtenſione cupitū indicans iter. Virg.li.i.Geor.
Hinc a ſtirpe pedes temo protentus in octo.

Protero.is.pe.cor.ultra ſiue de lōge tero. Plau. Ego hic
te mulier,q̃ſi ſus catulos pedibus ꝓteram.Et in Amph.
Fœdant & ꝓterunt hoſtium copias iure iniuſtas.

Protrimenta dīr edulia minutim trita cōciſaq; qualia
hodieq; in pulmētariis plurima cōcinant ex carnibus
fruſtillatim cōciſis,a tritura dicta quaſi a ꝓterendo.

Proterreo.es, a longe terreo.Sta.li.ii.Theb.Protinus idē
ultro iaculo,parmaq; menacē proterrebat ageris.

Proteruus,petulans,procax.Hæc tria multū ſimilia ſūt,
quādā enī laſciuiā libidinēq; declarāt, tū iniuriā in di
ctis & in factis.Dictus ꝓteruus in quo ipudens & arro
gans audacia a,ꝓterendo,q oīa ſub pedibꝰ eſſe uelit,&
nullus ſit pudor in petendo & audēdo.Cic.Si uidua li
bere, ꝓterua,petulāter,diues,effuſa,libidinoſa meretri
cio more uiueret.Hinc ꝓterue,& ꝓteruiter aduerbia.

Proteruia petulātia.Quo etiā noīe ꝉcat ſacrificiū quod
dam ut teſtat̃ Macro.in quo mos fuit,ut ſi qđ ex epulis
ſupfuiſſet,igne cōſumeret̃.Hic eſt iocꝰ ille Catonis.Nā
cū Albidius qdā bona ſua comediſſet,& nouiſſime do
mū q̃ ei reliqua erat incēdio ꝑdidiſſet, ꝓteruiā eū feciſ
ſe dicebat,Qđ enī comeſſe nō poterat id cōbuſiſſe.

Proteruio.is.laſciuio,inobedio,petulanter ago.

Protermino.as.propago,fines promoueo,a termino,ꝓ
mouendo ductum uerbum.Apul.li.ix. fines uſq; & uſq;
proterminaueris.

Protraho.Vide in dictione Traho.

Proteſilaus nomen uiri proprium, qui in initio troiani
belli ab Hectore interfectus fuit.

Protrepticus īſtructiuus,& exhortatiuꝰ.Symma.in Epi.
Indulge ſtilo aliquid cudas calicū, ſeu protrepticum
ſcribe.Auſo. Libellum inquit inſtar protreptici luſerā.
Iul.Capi.ait librum,cui titulus eſt Hortēſius ſcriptum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

esse a Cicerone, ad exemplar protreptici.
Proteus nomen Oceani filii.
Prothyra pe.cor. sunt uestibula in domoꝝ ianuis. Autor Victru. q̃si sit magnũ secretũ. Nã θύρα ianua, πρὸ ante.
Protinus pe.cor. componi uidet ex pro & tenus. i. a lõge q̃tum fieri põt. Liui. li. ix. Cũ ad alias angustias ꝓtinus pgerent sectas deiectu arboꝝ, saxorũq; ingẽte obiacen te mole inuenere uiã. Vir. En ipse capellas ꝓtinus æger ago. i. lõge a finibus, ut sit ꝓtinus q̃si porro tenus. Quidam etiã exponunt ꝓ ualde, alii dicũt ꝓtenus cũ e esse aduerbium locale. Protinus ꝓ i ſcat ſtatim. Q̃nq; ſcat ſtatim sine intermissiõe. Vir. Protinus ad regẽ cursum detorquet Hiarbam. Q̃nq; consequenter, deinceps, deinde. Idẽ li. iiii. Geor. Protinus aerei mellis cælestia dona exequar. Q̃nq; iugiter. Idẽ. Traiecto missa lacerto ꝓtinus hasta fugit, seruatq; cruẽta tenorem. Q̃nq; oĩno, ut Quum protinus utraq; tellus una foret. Hic Ser. exponit. i, continue. Cum aũt addit negatio ſcat nõ ideo sicut sit in continuo, & ſtatim. Quintil. Non aũt, ut q̃q; quid p̃cipuum necessario est, sic ad efficiendum orationẽ maximi ꝓtinus erit moueri. Apud ueteres etiã ꝓtinam dĩ. Terẽ. Protinam me coniiciam in pedes.
Protollo. is. differo, ꝓlongo. Gel. Neq; ultra. x. mẽsem fœtura mulieꝝ ꝓtolli põt. Plau. ĩ Caſ. ꝓtollo mortẽ mihi.
Protous, unus ex ducibus græcis, qui ex Magnesia uenit ad Troiam.
Protos græce πρῶτος, latine primus, proton primum.
Protocollum prima cõcinnatio & raptim confecta scriptura, q̃ meliorẽ cõpositionem desiderat. Est eĩ ꝓprie qd breuiter & succincte a tabellione notaẽ, ut extendi deide, atq; absolui possit, κόλλα gluten dĩ, κόλλησις glutinatio uel glutinatura, κολλήτης glutinator, κολλάω glutino. Et qa in cæra glutino, q̃ ꝑ tabulas extensa erat ꝓtocollũ. i. prima cõglutinatio uocata est. Aliqa κῶλον qd est membrũ, qa primũ sit scripturæ mẽbrũ.
Protocomos pe.cor. latine primum comans dicitur.
Protagoras p.cor. nomẽ phi. Hic dixit sibi nõ liq̃re, utrũ esset aliqs deꝰ ꝓpter qd Athenienſes ipm, utpote impiũ suis finibus expulerũt, librosq; eius in contione exussẽrũt. Fuit ex Philaoppido Thessaliæ, Isiphili filius, uxorem q; habuit Laodomiam Acasti filiam.
Protogenes pe.cor. ſcat aliquẽ primi gñis, & a poetis sumi ꝓ eo q se talem confingit. Iuue. Non est Romano cuiquam locus hic ubi regnat Protogenes aliqs. Hoc noie quidam clarus pictor etiam est appellatus.
Protogenia nomen Deucalionis & Pyrrhæ filiæ.
Protogenus primogenitus, habet pe.cor.
Protologia cũ accentu in pe. pria locutio, antiloqum.
Protomartyr, primus testis.
Protomedicus primus medicus, q & archiatrus dĩ.
Protomystes mystaꝝ princeps. Mystæ aũt sacerdotes appellãt, q mysteria eccl̃iæ secreta regũt, & administrãt.
Protogonos, latine primogenitus, quo nomine ab Orpheo dictus est deus, ꝙ ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta creata.
Proselini, πρόσελοι, id est, ante lunam orti.
Protonotarius primus notarius. Notarius uero a nota deducit. Sed iudicioꝝ notarii barbare dicuntur.
Protopages, & ꝓtopagus pe. ꝓ. nup ut primo fabricatus.
Protoplastes, siue protoplastus, primo formatus. Vnde & Adam protoplastus dictus est.
Prototomus pe.cor. primæ sectiõis. Vñ primus caulis, q̃ succidit, uel cima brassicæ a pria sectiõe ita appellatus est, q̃ uere fit. Estq; ipsoꝝ caulium delicatior, tenuiorq; cauliculus. Col. li. xi. Sed iam prototomos tps decidere caules. Mar. Et faba fabroꝝ prototomiq; rudes.
Prototocos primogenitus, uel primo enixa.
Prototypon pe.cor. exemplar.
Prototypus primitiuus dicitur & Archetypus.
Prothymia latine promptitudo. Prothymus promptus, compositũ nomen ex pro & thymo animo prima pro. Nam eadem cor. thymos quod & thymon neu. gene. dicitur, herba est multum probatæ uirtutis.
Proueho. is. produco, hoc est ultra ad locũ, ut cũ ago me loco uñ discessi, ultra plus uel minus uehor. Plau. ĩ Ru. Quid egõ deliqui, rogas, q̃ arrabonẽ a me accepisti ob mulierẽ, & eã hinc abduxisti. Nõ auexi. Cur negas? q̃a pol ꝓuexi, auehere non qui miser. Per transla. Leo pa. Isti sunt q̃ te in hanc gloriã prouexerunt. Sic dicimus aliquẽ ætate prouectũ, & prouecta prudentia.
Prouenio producor. Vñ prouẽtus dñr redditus & nõ tm̃ bonarum rerum, sed etiam malarum. Plau. Calamitatum & miseriarum tot prouentus.
Prouideo. es. pe.cor. ſcat añ uel a lõge, & futuꝝ aliqd uideo anteq̃ sit factũ. Pli. Hoc eĩ̃ sapiẽtis est oĩa q̃ uentura sunt ꝓuidere. Cic. li. ii. de diui. Medicꝰ morbũ ingrauescentẽ rõne ꝓuidet, insidias impator, tẽpestates gubernator, & tũ ipsi sæpe fallunt, q̃ nihil sine certa rõne opinant, qñ uero ea q̃ ꝓuidemus, si mala sũt, aut uitamus aũt emendamus factũ est, ut ꝓuidere mõ uitare ſcet, ut apud Terẽ. in An. Quæ si nõ astu ꝓuident, me aut herũ pessundabunt. Mõ remediũ p̃bere. Cice. Satis iam oĩbus q̃ necessaria erãt ꝓuisum putabãt. Hinc ꝓuidentia, & prudẽtia dñr. Idẽ. Id eĩ̃ sapientis est ꝓuidere, ex quo sapiẽtia appellata est ꝓuidentia. Et iteꝝ. Tanta memoria ꝑteritoꝝ futurorũq; prudẽtia. Idẽ li. ii. de nadeo. Talis igit mens mundi cũ sit, ob eãq; causam prudentia appellari recte possit. Græce eĩ̃ πρόνοια ꝓuidentia dĩ. Hæc potissimũ ꝓuidet, his maxime est occupata primũ ut mundus q̃ aptissimus sit ad ꝓmanendũ deinde ut nulla re egeat, maxie aũt ut in eo eximia pulchritudo sit atq; oĩs ornatꝰ. Quidã prudentiã a ꝓuidentia distinguunt, ut prudentiã dicãt in rebus humanis ꝓuidentiã in diuinis. Alii prudentiã definiũt reꝝ bonaꝝ & malaꝝ, & utrãq; scientiã, ꝓuidentiã uero ꝓ quã futurũ aliquid uidet anteq̃ factũ sit. Cic. de le. Sic ingenii aciẽ ad bona deligenda reiicienda contraria quæ uirtus ex ꝓuidendo est appellata. Vñ ꝓuidentia aliqñ ꝓ deo ponit. Quintil. Nullã ego res humanas despicere ꝓuidentiã reor. Idẽ de Cice. Dono quodã ꝓuidentiæ genitus in quo oẽs uires suas eloquentia experiretur.
Prouide aduerbium diligenter significat.
Prouidus uidens ante diligens solers.
Prouincia dici uidet, ꝙ ꝓcul uinci uideaẽ. Proprie enim ꝓuinciæ dictæ sunt regiones lõge ab Italia bello acq̃sitæ, ꝙ eas romanꝰ ꝑplus ꝓuincerit: Vñ Hegesippus scribit Romanos cũ in ius suũ uincendo redigerẽt ꝓcul positas regiones appellauisse ꝓuincias. Prima oĩm Sicilia ꝓuincia est appellata, sicut docet Cice. in quarta Ver. Et ꝓuinciaꝝ aliæ erãt cõsulares, aliæ prætoriæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Redigere aũt regiones in ꝓuinciæ formã nihil aliud eſt q̃ regionẽ ſubiicere imperio Romano,& ad eã gubernandã mittere ꝓfectum. Et qm̃ ꝓfecti ad eas gubernandas cũ officio mitti ſolebãt,factũ ẽ etiã, ut ipſi magiſtratus & oẽ onus eis impoſitũ ꝓuincia appellet. Teren. in Phor. O Geta,ꝓuinciam cepiſti duram. Eſt & prouincia regio Galliæ Narbonenſis Rhodano finitima,qui eam a Celtis ſeparat.

Prouinciales dicti ſunt q ex prouinciis ſunt,ſiue ut Vlp. inqt,qui in prouĩcia domiciliũ hñt, prouincialiũ noĩe oẽs ꝓter Italicos appellabant, vñ Col.li.vi. caput facit de agricultura prouincialium uinearum cum alibi de agricultura Italicaꝝ ſcribat.Pli.orator lib.Epiſtaꝝ.viii. Italicus es an prouincialis.

Prouinciatim aduerbiũ ꝑcat ꝓ ſingulas prouincias.

Prouoco.as. pe.cor. proprie ꝑcat a lõge uoco. Liui.li.vii. Gallus magnitudie,atq; armis inſignis, prouocat ꝓ interꝑtem,vnũ ex Romanis,q ſecũ ferro decernat. Aliq̃,ꝓuocare eſt inuitare,ĩcitare,hortari,& hoc tã in bonũ q̃ in malũ.Cice.Tuis lr̃is amãtiſſimis ſum ꝓuocat9. In malũ ꝑcat laceſſere.Pli.Quãuis em̃ multis ꝓuocat9 iniuriis,nunq̃ tñ ab amicitia receſſi. Interdũ eſt ꝓfugere,& ferme idẽ,qd appellare,niſi q ꝓuocare magis eſt q̃ appellare,& proprie ad maiores potẽtioreſq;, quoꝝ ope atq; gr̃a indigem9 ꝓtinet ꝓuocatio. Nã in iudiciis ꝓuocare nihil aliud erat q̃ uocare aliũ iudicẽ in auxiliũ.Et iũgit̃ actõ cũ ad.Cic.Cũ alter ad ſenatũ ꝓuocaſſet,alter uero appellaſſet tribunos.Aliq̃ ſine ad. Liui. li.iii.Nõ ita ſe inuidiã ꝓtimuiſſe,ut nihil in æquitate & miſericordia ciuiũ ſuoꝝ ſpei habeat,q ſi idicta cauſa in uincula ducat,itaq; ſe trib.ple.appellare, & monere, ne imitent̃ quos oderint,q ſi tribuni eodẽ fœdere obligatos ſe fateãt tollẽdæ appellatiõis cauſa, in quã cõſpiraſſe decẽ uiros criminati ſint,ait ſe ꝓuocare ad populum implorare leges de ꝓuocatione,& cõſulares,& tribunitias eo ipſo anno latas. Quẽ em̃ ꝓuocatuꝝ, ſi hoc indẽnato indicta cauſa nõ liceat.Cui plebeio & humili ꝓſidium in legibus fore ſi Appio Clau. nõ ſit de documento futuꝝ,utrũ nouis legibus dñatio,an libertas firmata ſit,& appellatio ꝓuocatioq; aduerſus iniuriam magiſtratuũ oſtẽtata tñ inanibus lr̃is an uera data ſit. Apul. Nihil prodeſt ꝓtorem,aut ptãtem aliã prouocare.Appellatio aũt prouocatioq; inuentæ fuerunt pro remedio aduerſus iniurias magiſtratuum.

Prouolo.as.pe.cor.añ ſeu ultra uolo. Pli.li.x. Tunc uniuerſæ prouolant ſi dies mitis futurus eſt. Liui.li.ii. Per trãſla.pro ꝓcurro poſuit.Sic primũ infenſis haſtis prouolant duo Fabii,totãq; mouerũt ſecũ aciem.

Prouoluo.is.ante uoluo, ut prouolutus pedibus. Aliq̃ prouoluere eſt uoluere,ſeu ruere facere.Liui. Ingentia ſaxa in ſubeuntes prouoluentibus barbaris.

Proximo.as.appropinquo.Apul.li.i.de Aſi. Minimo minus interii & tamen Athenis proximo.

Proximus. Vide in Prope.

Proxoneta,græci προξενήτης,ου,licitator,mediator,uel cõciliator,a προξενέω quod eſt concilio, uel induco ad aliquid faciendũ.Iam apd nos qui medi9 eſt,ut res emantur,& uendantur proxoneta dicitur.

Prudens,q̃ſi prouidens,& interdũ ſapiẽs,interdũ ſciẽs dr̃. Vñ iuriſprudentes uocant̃ q ius ſciũt. Et iuriſprudẽtia iuriſſciẽtia.Hoc tñ inter ſe differũt prudẽs,& ſciẽs, ſm Dona. ꝓ prudẽs eſt q intelligẽtia ſua aliqd cognoſcit. Sciens q alterius iudicio rem ꝓcipit. Hoc eſt prudẽs ꝓ ſe,ſciens ꝓ alios.Terẽ in An.Et prudẽs,ſciens uiuus,uidenſq; pereo.Sic imprudẽtia ꝓ inſipiẽtia, & inſcĩa. Augu.li.de li.arb. Prudentia eſt appetendaꝝ & uitandaꝝ reꝝ ſcientia.Prudentiæ eſt,ſicut docet Mac.ad ratiõis normã q̃ cogitat,q̃q; agit uniuerſa dirigere, ac nihil p̃ ter rectũ uel laudabile facere.Prudentiæ inſunt rõ, intellectus,circũſpectio,ꝓuidentia,docilitas, cautio. Socrates oẽs uirtutes putabat eſſe prudentias.Ariſto. Impoſſibile inqt eſt prudentẽ eſſe quẽpiam,niſi ſit bonus. Prudẽtis ẽ bñ cõſulere.Plato ĩ legib9 ait prudẽtiã oĩm uirtutũ ducẽ eſſe.Græce dr̃ φόνησις.Plau ĩ Tru.Quæ hic hẽt phroneſiũ oẽm ex pector̃ emouit meo phroneſin.

Prunus arbor,quæ pruna producit.

Prunetum,locus prunis conſitus.

Pruna a carbone ita diſtinguit̃,q illa q̃diu ardet, pruna dr̃. Carbo cũ extincta fuerit. Dicta pruna a purendo. Vir.Et cinis obductæ cælabat lumina prunæ.

Pruina a purendo,q fruges & uirgulta perurat.

Prurio.is.q̃ſi puror.Eſt em̃ prurire ꝓprie libidine ſcalpẽdi ardere.Plau.in Amphi.ad dentes tranſtulit.Dentes pruriunt.Apl̃us ad aures cũ ait,Coaceruabũt ſibi magiſtros prurientes aurib9.A quo pruritus.us. q eſt excurſus humoris ſpirabilis incluſi cõtra naturã.Quæ uoluptas,qm̃ in libidie ſitis eſt qppe nihil aliud ẽ genitura q̃ excurſus hmõi humoris ad rem naturalẽ fit, ut etiã hæc uoluptas prurigo dicat̃,& tentigo.

Pruſa urbs apud Miſios,ad radices Olympi,quã Pruſias cõdidit,q cum Crœſo bellũ geſſit.Hinc ortus eſt Dion pl̃us,qui de regno ſcripſit, & Traiani tpe claruit. Ab hac Pruſenſes dicti ſunt.Eſt & altera Pruſa ſub Hippio mõte ſeu fluuio,ut eſt apud Ptole. Hoc aũt diſcrimine a Pruſa, q̃ ſub Olympo eſt dirimit̃.Hæc em̃ a Pli. Pruſias dr̃,q̃ Cyos quondã fuerit,a qua Pruſienſes uocant̃.

Pruſias rex Bithyniæ,apud quẽ Annibal exulauit,poſtq̃ uictus a Romanis tanquam rupti fœderis autor deposcebatur ad pœnas.

Prytaneũ locꝰ erat Athenis in arce digniſſimꝰ, ubi iudices & magiſtratꝰ hĩe cõſiliũ ſolebãt.Ci.li.i.de ora.Et ut ei uictꝰ quotidianꝰ ĩ prytaneo publice p̃beret̃. Diony. prytanea uocat curias ĩ qbꝰ ſacra fiebãt ab his q maximã in urbibꝰ hñt ptãtem. Prytanis magiſtratꝰ ꝑfectus adminiſtrator,ut conſulatus,quẽ publici conſilii principem appellabant a uerbo πρυτανέω quod eſt gubernо,& magiſtratum exerceo.

P ante Ψ

Pſaltes latine cantor. Pſalmus canticum, a ψάλλω canto,q ad pſalterium cantaretur.

Pſallo.is.cano,& ꝓprie de pſalmis dr̃. Aliq̃ pſallere ponit̃ ꝓ p̃dicare,ut eſt illud.Sic pſallam nomini tuo.

Pſalteriũ græca dictio eſt,qd ẽ hebraice Nablon,latine organũ laudatoriũ dr̃.Et eſt ut Hiero.ſcribit in modũ q̃drati clypei cũ decẽ chordis,ſicut ſcriptũ eſt. In pſalterio decẽ chordaꝝ pſallite illi. Et in expoſitione pſalmoꝝ ſic ait.Pſalteriũ ꝓprie genus organi muſici,melius ſonãs q̃ cithara,ſimilitudinẽ hẽt citharæ,ſed nõ eſt cithara.Inter pſalteriũ & citharã hoc ĩtereſt,q citharа

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

deorſum percutiť,pſalteriũ ſurſum, qđ uerbo uulgari polyphthongũ dī. Et alio in loco cithara deorſum hẽt cauamen,& ſex chordas hẽt,pſalteriũ deſurſum hẽt cauamen. Aug. Pſalteriũ eſt organũ,qđ qdem manibus portať pcutientis,& chordas diſtinctas hẽt. Sed illũ ſocũ vñ ſonũ accipiũt chordæ illud cõcauum lignũ qđ pendet,& tactũ reſonat,q & recipit aerẽ pſalteriũ in ſuperiore parte habet. Cithara autem hoc genus ligni cauũ,& reſonans in inferiore parte habet. Itaq; in pſalterio chordæ ſonum deſuper accipiũt. In cithara chordæ ſonum ex inferiori parte accipiunt.

Pſalma,qđ pſallitur,diapſalma interpoſitum a pſallendo ſilentium,ut ſympſalma dicit uocum copulatio in cantando, ita diapſalma diſiunctio, ubi quædam requies diſtinctæ continuationis oſtenditur.

Pſalmodia cũ accentu in pe. ex pſalmo & odia,q eſt cantus mixtus,ut cũ aliqs ad muſicũ inſtrumentũ canit.

Pſaltria cantrix a pſallendo. Fidicina,q ſequebať,& amabat hiſtriões. Amabat. n. q cantabãt quotidie ī ſcæna.

Pſecas.dis.gutta ſiue ſtilla dici põt. Apul.li. de mũdo ab Ariſto. ſumens & pſecadas iterptatus ſtillicidia uocat.

Pſellus nomẽ autoris,q ſcripſit de ratione uictus.

Pſammeticus nomẽ regis ægypti,cuius ſæuitia, ut inqt Herodo. vna cũ Diodo. ducẽta hoĩm milia ex Ægypto in Ethiopiã,pfugere. Stra. Teneſſis regio uocať,quã qui pſammeticum fugerũt obtinẽt,& Sebritæ noĩanť, hoc eſt aduenæ, huius filias rapuerunt Crocodili inqt Ælianus,propter quod ipſum ſãctum credidit.

Pſegma.atis.idem fere quod flos æris. Plib.li.xxxiiii. In æratiis officinis,& pſegma fit. Græce ψῆγμα.

Pſeudo nomen trium generum,& inuariabile per mutationem caſuum,& latine falſus dicitur.

Pſeudolus,falſus ſeruus. Vnde & Plautinæ fabulæ Pſeudoli nomen inditum eſt.

Pſeudomenon interpretatur mendax. Eſt eñ argumentum fallaci ſtropha differentes implicans.

Pſeudologus falſidicus. Pſeudolographus falſarius.

Pſeudographiæ fabulæ deformationes. Pſeudoangelus falſus nũcius,pſeudoprophetæ,falſi uates,pſeudomartyr, falſus teſtis.pſeudoadelphꝰ falſus frater,pſeudodictamũ,falſum dictamũ,genꝰ herbæ,q ī Creta ſiſis pulegio naſcit. Pſeudonymus falſi noĩs,pſeudoporticus,falſus porticus. Nã in ædificiis ptes,q̃ fiunt ad imitationẽ, nec integrũ,nec principalẽ, ſed precariũ aut tẽporariũ uſũ pbent,q̃ſi alienũ opꝰ mẽtientia,hoc noĩe inſigniri ſolẽt, ut pſeudipteros, & pſeudoaulæ,ſiſiaq; his cõplura

Pſeudothyrũ,q̃ſi falſũ oſtiũ. Vñ p poſti (in Victruuio. co ſumit. Oroſiꝰ. Veruntñ ſeq̃nti anno tãta fames Romæ fuit,ut medio foro impator correptus a pplo conuiciis & fragminibus panis turpiſſime infeſtatus ægre p pſeudothyrã ī palatiũ refugiẽs,furorẽ excitatæ plebis euaſerit. Ci. in Ver. Ea quẽadmodũ ad iſtũ poſtea pſeudothyrã reuertanť,tabulis uobis & teſtibꝰ iudices planũ

Pſephopectæ græco uocabulo cõputatores dicuntť, ſcribit Firmicus Mercuriũ facere Pſephopectas. (faciã. Quidam accipiũt p his q calculis ſuffragia ferebãt.

Pſephos lapis annuli, & numerꝰ pecuniarius ſicuti apud Pſilon,latine tenue dicitur. (nos calculus.

Pſilotrum unguentum depilatorium,de quo fit mentio apud Auicennam & Galenum,ubi Salamandras legimus habere uim pſilotri depilatoriam.

Pſylli populi Libyæ prope Garamantas a Pſyllo rege dicti,ut inqt Pli.li. vii. Quoꝝ corpi ingenitum fuit uirus exitiale ſerpentibus. Scribit Plutar. Catonẽ iter p deſerta Libyes facientem ſecum pſyllos duxiſſe,q morſibus ſerpentum mederentur,partim ore trahentes uenenũ, partim ſerpentes cantibus medicantes.

Pſychomantium locꝰ uaticinii,ubi fiebat manium euocatio, ψυχὴ enim anima,& μαντεῖα diuinatio.

Pſimmythiũ dī, qđ nos cæruſã noĩamus ſit ex plumbo.

Pſitta,piſcis genus, quem nos paſſerem uocamus. Ariſto. Torpedo occulit ſe,& paſtinaca,& aſellus,& rana,& pſitta,& ſquatina.

Pſittacus papagallus uulgo dī auis ex India, q̃ uocẽ humanam ſup oĩa reddit,& qdẽm ſermocinãs. Mar. Pſittacus a uobis alioꝝ noĩa diſco. Hoc didici p me dicere Cæſar aue. De hac aue Apul.li ii. color pſittaco uiridis & intimis plumulis & extimis palmulis,niſi q̃ ſola ceruice diſtinguiť, enimuero ceruicula eiꝰ circulo minio uelut aurea torquis paris fulgoris circũacta cingiť,& coronať roſtri prima duritia,cũ in petrã quampiã concitus altiſſimo uolatu p̃cipitat roſtro ſe uelut anchora excepit,ſed & capitis eadẽ duritia q̃ ruſticum ſermonem noſtrum cogiť æmulari ferrea clauicula caput tundiť imperiũ magiſtri ut pſentiſcat hæc ferula diſcenti eſt,diſcit autẽ ſtatim pullus uſq; ad duos ætatis ſuæ annos dum facile os,uti conformeť cũ tenera lingua,uti cõuibretur,ſenex aũt captus & indocilis eſt & obliuioſus. Veꝝ ad diſciplinam humani ſermõis faciliꝰ eſt pſittacus, glande qui ueſciť & cuius in pedibus ut hoĩs, q̃ni digituli numeranť. Non eñ oĩbus pſittacis id inſigne,ſed illud oĩbus,ppriũ, q̃ eis lingua latior q̃ cæteris auibus eo facilius uerba hoĩs articulanť pa tentiore plectro & palato,id uero qđ dicit,ita ſimiliter nobis canit uel potiꝰ eloquiť, ut uocẽ ſi audias hoĩem putes. Nam qdem ſi uideas idem conari non eloqui. Veꝝ enimuero & coruus & pſittacus nihil aliud q̃ qđ didicerũt,pnunciant, ſi conuitia docueris conuitiabiť diebus ac noctibus perſtrepens maledictis.

Pſycholutres dī qui frigida aqua corpꝰ lauat, & balneo frigido lætatur ψυχρός frigus,λουτρὸς balneum,& lauacrum. Vnde fit pſycholutres qđ ſignificat lauacri frigidi cultor. Sene.li.xi.Epiſt. Ille tantus pſycholutres q kalendis Ianuariis Euripum ſalutabat.

Pſydracion,genus puſtularum ſubalbidaꝝ acutarũq;.

Pſylla,græce,latine pulex dicitur,ſed proprie fulmen dicitur,græce ceraunon.

Pſythium genus paſſi.

Pſyria,inſula iuxta Chium.

Pſole,latie pputium. Autor in Priap. Pſoleon ille uocat qđ nos pſoloenta Ceraunon ψωλὴ latine mentula.

Pſophis.dis,nomen ciuitatis,a Pſophide Erycis Sicani filia. Oui.li.v. Meta. Vſq; ſub Orchomenon Pſophidaq; Cyllenenq;. Sunt & aliæ pſophides multis locis. Veꝝ arcadicæ pſophidis nomẽ uetus reddunt Phegeam a cõditore impoſitam phegeo Alphiſibei filio, niſi quis a phaginea glande potius exiſtimet.

Pſora,cutis aſperitas,& ſquamoſa, & uideť alia a ſcabie, cum Pli.li.ii.dicat Arida cũ reſina impetiginẽ & ſcabiem,quã pſoram & lichenas uocant ſanat. Fit aũt a ψῶ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſcalpo. Nam q̄ pſora laborant ulcera ſiue puſtulas ſupra modum contingere, palpare, & ſcalpere cupiunt.

P ante T

Pte ſyllabica adiectio. Quære in dictione Met.

Ptera ſiue ut Victr. appellat pteromata in templis murī duo ſunt ait Strab. li. xvii. ad altitudinem eorū utrinq̄ ſurgentes ita dicti, q̄ alarū ſpecie quaſi protegāt.

Pterotus dici poteſt alatus pinnatusue.

Pterigiū in oculis uocaē mēbranula q̄dam neruoſa quæ oriens ab angulo, uel a nariū, uel temporū parte ad coronā uſq̄ interim & pupillā operit. Pli. li. xxxiiii. Cathiniæ effectū ſiccare, ſanare, ſiſtere, fluitiones, pterigia, & ſordes oculorū purgare. Pterigiū uero in digitis apud Paulū Æginitā eſt, cū caro excreſcit partē illā cōtegēs, q̄ eſt ī ungue. Pterigiū inqt appellaē q̄d uitiū ex paronychia fere naſciē. At Celſus pterigion dicit eē, cū recedit ab ungue caruncula, cū magno dolore. Videē enī diminutiuū eſſe ab πτερόν. i. ab ala quā tūc uideē efficere caro ab ungulis diſcedens. Pli. li. xxiii. Illiniē eadem cū fico, & pterigiis digitorū ex uino, hæc in oculi ſupficie. Idē cum oleo etiam paronychias, & pterigia tollit.

Pterna uocaē pars inferior naualis ueli circa mediam fere. Trachelon ſumma pars carcheſium nominaē.

Pterophoros eſt regio apud Ripheos montes. Ibi creduntē eſſe cardines mundi extremiq̄ fideī ambitus.

Ptiſana pe. cor. hordeū decorticatū, uel ordei ſuccus, ſiue aqua. Apud Colu. ideē eſſe pultis genus ex farina hordeacea, in qua eſt maxima uis reſtaurandi uires, & nutriēdi. Apud græcos πτισάνη, apd̄ latinos ptiſana p̄ ſimplex ſ. Hinc ptiſanariū p̄ uaſe ī quo coqē uē tundiē. Hoc in ſer. Quid ceſſas agedū ſume hoc ptiſanariū oryzæ.

Ptochotrophia pe. pro. diuerſoria ſiue domꝰ ubi ptochi hoc ē mendici nutriuntur πτωχός eī græci mendicū dicunt, τροφήν nutrimentum, alio nomine Xenodochium a latinis hoſpitale dicitur.

Ptolemæus nomē p̄prium Lagi gregarii militis filii, q̄ maximæ autoritatis fuit apud Alexandrū Macedonē poſt eiꝰ mortē Ægypto & Aphrica, & magna Arabiæ parte potitꝰ, regnauit annis xl. a quo oēs deiceps Ægypti reges Ptolemæi appellati ſunt. Hic frequentiſſime apd̄ amicos & cœnabat & dormiebat. Qd̄ ſi aliq̄n cœnam p̄beret rebus illorū utebaē. Accerſebat eī ſcyphos ſtrata ac menſas, Ipſe p̄ter neceſſaria poſſidebat nihil, quin alios locupletes facere, regale magis eſſe dicebat q̄ locupletari. Et eſt nomē a græco deductū. Græci q̄p πτολεμέειν καὶ πτολεμεῖν pugnare dicunt. Sic igiē ab πτολεμῶ ptolemæus dī, ſicut ab ζμάω qd̄ē honoro Timæꝰ. hic duos filios habuit Ptolemæū Philadelphū, & Ptolemæū ceraunum. Philadelphus in regno ſucceſſit uir doctiſſimus Stratonis diſcipulus, q̄ bibliothecā illā celeberrimā fecit, q̄ uſq̄ ad primū alexandrinorū & romanorū bellū durauit, annis. xxxviii. Cui ſucceſſit Ptolemæus cognomento Euergetes, qd̄ latine dici beneficus pōt. Hic xxvi. annis regno potitus moriē. Cui ſucceſſit Ptolemæus philopater. xvii. annis regnās. Poſt eū Ptolemæus epiphanes, q̄ annis. xxiiii. regnauit. Tum Ptolemæus philomater. xxxv. Deide Ptolemæus Euergenes. xxix. Poſtea Ptolemæus Phyton, qui & Soter xvii. Poſtremo Ptolemæus Dionyſiꝰ, q̄ caput magno Pompeio abſcidit. Fuerūt & alii hoc noīe ut Pyrrhi regis filius, & Cyprioꝝ rex, q̄ ſuis diuitiis romanum locupletauit ærariū. Item aſtrologus natiōe ægyptius, quē Traiani, & Hadriani tpibus floruiſſe conſtat.

Ptolemæus. a. um. poſſeſſiuum. Proper. & Ptolemæa littora capta phari.

Pyrrichius,genus pedis qui conſtat ex duabus ſyllabis breuibus,dictus a Pyrrho, qui primus uictoria potit⁹ frequentibus pyrrichiis laudatus ſit.

Pyrauſta,apud Ariſto.uermiculus eſt,quẽ & cleron uocat aranei ſpecie nocentem fauis.

Pyralis,pennata beſtiola magnitudie muſcæ ex igne ꝓueniẽs.Vñ & nomẽ a qbuſdã pyrauſta appellat̃,q̃diu ẽ in igne uiuit,cũ euaſit lõgiore paulũ uolatu, tũc emo

Pyramis.idis.moles maxia q̃drata,ita cõſtructa, (rit̃ ut e lato in acutũ tendat in formã flãmæ,q̃ latior ſurgẽs in acutũ deſinit,quales Romæ adhuc extãt duæ iã uetuſtate fatiſcẽtes,dicta pyramis, ꝙ flãmæ ſimilitudinẽ habeat,uel a lapide pyropecilo,q & thebaicus ex quo ædificabat̃,ab igne a quadã uarietate,πῦρ em̃ ignis dr̃ πικοῖλος uarius.Pyramidẽ noſtri metã uocãt,ꝙ termini eorũ q a metiẽdo i.menſurãdo metæ dñr,forma pyramidũ ædificari ſolẽt, atq; ea figura pyramidalis uocat̃.Erãt pyramides in Ægypto ſtructæ, quadratis lapidibus admirãdæ faſtigiatæ ultra oẽm excelſitatẽ,quæ manu fieri poſſet ut ſcribit Solinus.Et ſub eis ſepulti reges.Excogitatæ primũ a regib⁹ Ægypti ,ne plebs eſſet ociosa,uel ne pecuniã ſucceſſoribus relinquerẽt.

Pyramus,pe.cor.propriũ adoleſcentis memphitici nomen,qui Thisbes amore ardens ſeipm interemit. Hoc noie etiã dictus eſt fluuius inſtar Nili,limũ deferens,q magnã Ciliciæ partẽ adiecit.De quo extat illud oraculũ.Tunc erit undiſonus late cum pyramus olim Litto ta ꝓfundens Cyprũ labet̃ in almam.

Pyroboli pe.cor.ſunt tela ignita,& ardẽtia, q̃ cũ flãma mittunt̃.Vñ Plutar.in Dione ſcribens pyroboloꝝ incendio cõplures extinctos.Hinc pyrobolarius.

Pyrobolarii ſunt iaculatores pyrobolorum.

Pyrrho nomẽ,ꝓpriũ phi,a quo phi pyrrhonii dicti,quos græco cognomẽto σκεπτικοὺς,id eſt cõſyderatores appellant.Nihil em̃ decernũt, ſed in q̃rendo ſemp conſyderandoq; ſunt. Ac ne uidere quidẽ plane quicq̃ neq; audire ſe putant. Aiuntq; ueritatẽ incõphenſibilẽ uideri. Idẽ ἀπορητικοὶ .i. ambigẽtes dñr,qñ nihil affirmãt, & de oñibus ambigũt.Hic patria Elienſis fuit Primo pictor,deinde Anaxarchi diſcipul⁹, qui ꝓter uirtutẽ nihil appetendũ reliquit.Vixit annis ferme nonaginta.

Pyropecilus,genus lapidis, de quo in dictione pyramis dictum eſt.

Pyreus Athenienſium portus, cui urbs coniungebatur muro protracto ex oppido, in modum duoꝝ crurum ob aduentantium multitudinẽ ſemp feruens, uel a pyreo promontorio,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

reo promontorio, quod radiis exuritur. Piræus uero cum i latino, nomen est uiri proprium.

Pyrous, nomẽ unius ex eqs solis, qui ardens. Nã quatuor esse phibent. Pyrous. s. Æthon, Phlegon, Eous. Sunt q de clinent Pyrois. entis. sicut Simois. entis.

Pyragmon, ἀπὸ τ πυρὸσ, κ ἄκμωνος. Nã pyr ignis ἄκμων incus, qui nunquam a calenti incude discedit.

Pyrolabes, q ea quæ ignita sunt capiat.

Pyrodes Cylicis filius, q primus e silice excussisse ignem dr, quẽadmodum asseruasse in ferula Prometheus.

Pyrobolla, malleus q ignita percutiat.

Pyrene pe. pro. nomen puellæ Bebricis filiæ in Pyreneo mõte ab Hercule cõpressæ, atq a feris laniatæ, & ibi sepultæ. Qui mons quoq a poetis Pyrene nuncupat. Sil. Pyrene celsa nimbosi uerticis arce diuisos Celtis late prspectat Iberos. Tibul. Non sine me est tibi partus honos tua bella pyrene Testis & Oceani littora santonici Hic mons Hispaniæ, Galliam ab Hispania diuidit. Ab exortu æquinoctiali, in occasum brumalẽ porrectus, a crebris fulminũ ignibus, uel ἀπὸ τ πυρὸσ. i. igne. Nã ut scribit Diodo. li. vi. Syluæ in pyreneo freqntes iniecto a pastoribus igne prisci tpis flagrauerũt. Hinc pyrene9. Syl. a pyrene puella pyreneum saltũ dici autumat. Dr aũt mõs ipe pyrene, & pyrene9 mõs. Pyrene etiã fontis nomẽ fuit, ut inqt Probus in helicone musis consecratus. Stra. aũt pyrenen fontẽ sub acrocorintho mõte nominauit. Cuius meminit Persi. & Plaut. in Aul. Interbibere sola, si uino scateat Corinthiẽsem fontẽ pyrenea põt. Stat. li. i. Syl. Nec conscia detur Pyrene largos potius mihi gurges i hausts. Est & pyrene regio allata mari cuius pars australis ad colũnas usq Herculis, reliqua athlantico ad septentrionale latus, cuius regionis lõgitudo, ut Strab. inquit, maxia circiter sex miliũ stadioz latitudo. v. miliũ. Ibi inter pyreneũ montẽ Dubedam Iberus fluuius labitur ambobus æque disiunctus montibus & amnibus exundans in ipsum fluentibus.

Pyrenes pe. pro. sunt cerasoz ossa, seu baccæ, ut apud Aristo. li. ii. meteoroz in fine, ubi sic legit γίνεσθαι τὴν ἐκθλιψιν οἷον ὅι πυρῆνες ἐκ τῶν ἀκτύλων πιέζοντες.

Pyria urbs insulæ Lesbi. Pyriasis latine fomentũ dr.

Pyrgus latine turris dr, q fulgureis ignibus feriri turres cõsueuerunt ἀπὸ τ πυρὸς qa tendat in acutũ. A cuius similitudie pyrgus etiam uasis gen9 dr a cauitate sessili quo cõiecti tali, agitatiq mittunt anteq in alueolum emittant. Hora. Mitteret in pyrgũ talos. Cuius effigies instar turriculæ est, vñ nomẽ mutuat. Mar. turricula latino uocabulo usus est, Persi. orcam dixit. Scire erat in uoto damnosa canicula quantũ Raderet angustæ collo non fallier orcæ. Hæc em illa turricula siue pyrgus, q alio noie fritillus dr a poetis. Vñ Porphyrio dicit pyrgũ scare qd nos fritillũ dicim9, in quo cõiectæ tesseræ, agitataq mittunt. Iuue. Paruoq eadẽ mouet arma fritillo. Quib9 uerbis clar fit de turricula dictũ esse nõ de tabula lusoria, q lata & spacioſa esse consueuit, & q alue9 siue alueolus, siue latrũcularia tabula dr.

Pyrgus etiã militaris ordo dr, & turma equestris.

Pyrga testiculoz burſa.

Pyrgum Tusciæ oppidum, qd & pyrgi nũero plurali dr. Vir. Et pyrgi ueteres intempestaq Grauiscæ.

Pyrgobaris turris, uel domus in modũ turris ædificata,

Pyrgoteles penul. corre. proprium nomen gemmarum sculptoris nobilissimi adeo ut Alexander Macedo edictum fecerit, ne imagines suæ ab alio, quam a Pyrgotele sculperentur.

Pyretra, herba medicinalis, quã vulgo nũc draconẽ uocant, linguam adurens, & mordicans. Eius folia in acetariis probant, radice utunt pigmentarii. Pyratrũ Macer usurpat. Est pyretrũ calidum siccũq & quartus in illo Est gradus excutiat dentes si frigidus humor Masticet hæc patiens teneatq diutius ore.

Pyretris febris ab incendio appellata, quemadmodum apud nos febris a feruore.

Pyrites lapis, qd plurimus illi ignis sit, hunc nos ignariũ dicim9, q dam etiã uiuũ uocãt, q a clauo uel altero percussus lapide scintillas edit. Aug. li. xxi. de ciui. dei. Pyretem lapidẽ persicũ tenẽtis manũ, si uehementi9 p̃mas, adurere. ꝓpter qd ab igne nomen accepit. Præterea lapis molaris pyrites uocat, q in eo quoq ignis conspiciatur. Est & alius pyrites æris similitudie in Cypro reperiri solitus, & circa Acarnaniam cuius usus in medicina non paruus est.

Pyromantia cum accentu in penul. genus diuinationis quæ fit per ignem. Vide in Magia.

Pyricauta latie ambusta dr, hoc ẽ adustiões & adusta.

Pythagoras nomẽ phi, de quo dictũ ẽ, Mẽte deos adiit, & q natura negauit Visibus humanis oculis ea corpis hausit. Hic in Italia in ea pte, q magna græcia dicta ẽ, maximã iuuenũ multitudinẽ phiam docuit, ubi uice numinis cultus est. Ex qbus Archita Tarẽtinus. Alcmeon Crotoniata, Hypposis Metapõtinus, Philolaus Crotoniata maxie floruerũt, q dicti sunt Pythagorei, & Italica phia, q a Pythagora defluit. Dictus Pythagoras, q uera Pythio nõ minus loqueretur. Venit aũt in Italiã Tarquino Superbo regnũ obtinẽte. Ferũt Pythagorã ab ægyptiis sacerdotibus cerimonias potẽtiasq numeroz admirãdas uices, geometriæ solertissimas formulas, a Chaldæis sideralẽ sciam, planetaz & stellaz status, ambitus, effectus in genituris hoim didicisse. Cui Bragmanes Indoz phi plæraq phiæ documenta contulerũt. Hic leges dedit Italis apud Crotoniatas, & Metapontinos, cuius non minus sexcenti discipuli erant qui noctu ad eum audiendum confluebant.

Pythagorei dicti sunt qui sectam Pythagoræ tenent.

Pythagoristæ qui uitam Pythagoræ sequuntur.

Python serpẽs, πύθω putredo, qm ex putredie terræ post diluuiũ Deucalionis natus sit. Et est tã masc. q fœ. gñis. Claud. Cæruleus tali, pstratus Apolline python. Tibul. Vbi delphica python. Hinc Apollo Pythius. Est & python (ut Soli. inquit) locus in Asia in cãpis patentibus, ubi primo aduentus sui tpe aduolant ciconiæ.

Pythius cognomẽ Apollinis a pythone dracone quẽ ipe in prima infantia sagittis interfecit, Iunonis nutu imissum fm poetaz fabul. Alii ἀπὸ τ πυνθάνομαι, qd est interrogare, & cõsultare. Inde uaticinãtes Phœbades Pythiæ cognoiant, ut scribit Strab. li. ix. Alii. ab πυθεῖν putrescere, q nũq sine ui caloris efficit. Põt ẽt dici pythi9.

Pythia. oz. ludi apollinares, q in Apollinis honorẽ sunt instituti. Oui. li. i. Me. Instituit sacros celebri certamine ludos Pythia perdomitæ serpentis noie dictos.

Pythopolis ciuitas est in Asia, pte eius q Mysia uocat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pytiocāpæ ſunt erucæ uenenatæ in pino naſcentes. Vñ & nomē mutuanť. Græce eñ πίτυς uocať pinus. Vñ & Pythiuſæ inſulæ a græcis dictæ, a frutice pineo, monumētis ſcriptoꝝ inclytæ. Cāpe uero ſcat brucū, ſiue erucam a flexura, q̄ dī Campe. Pli. li. xxiii. Vſus contra pinoꝝ erucas, quas pytiocampas uocāt. Colu. lib. xii. Beſtiolæ quæ a nobis appellanť erucæ, campæ noīanť.

Pytiliſma. atis. genus exercitatiōis, & maxīe quæ uelox q̄dem ſit, ſed citra intentionē uiolentiāq; ſit, de hac exercitatiōe Galenus ſic inqt. Eſt pytilizin, ſeu pytiliſſare cū q̄ſpiam ſummis pedibus ingrediēs manus ꝓtendit, ocyſſimeq; mouet alterā retrorſum, alterā ꝓrſum, quo potiſſimū gymnaſii gñe ad parietes exercenť, ut ſicubi lapſent apꝑhenſo mox pariete facile reſurgāt, atq; ita exercentiū lapſus fallū. & ipa fit exercitatio ībecil

Pytiſma. atis. leuis ſputi irroratio ab πτίζω qd̄ (lior. eſt ſputo leui, & crebro irrorare. Sūt q̄ ſcribūt pityſma cū y in ſecūda, ab πτύειν ſpuere. Iuue. Qui lacedæmoniū pityſmate lubricat orbē. i. q̄ lubricat anulū ſputo.

Pyxis. idis. græcū nomē eſt a buxo, qd̄ græce pyxon, lati ne buxolū, uaſculū e buxo, quanq; & ex alia materia dici poſſit, qm̄ ex eo ligno fieri cœpit. Nā, ut docet Quintil. li. viii. Pyxides cuiuſcunq; materiæ ſunt, quæ uſus uariis rebus eſt accōmodatus. Pli. li. xviii. Primori ineſt pyxis ferrea. Apul. de Aſi. li. i. Arcula q̄dam recluſa pyxides pluſculas inde depromit. Huius diminutiuum eſt pyxidicula, in qua aromata cōtinenť. Cor. Cel. li. vi. Liquidū collyrium pyxidicula ſeruať. A pyxide etiam pyxidatus dī, ſignificatq; ad effigiem pyxidis in commiſſura formatum. Plini. li. xxxi. Cōmiſſuris pyxidatis, ita ut ſuperior intret calce uiua ex oleo leuigaris.

Pyxacantha, idem quod lycium, medicamentum quoddam a buxo, cui ſimilis eſt folio, pyracantha uero nomen eſt herbæ apud Dioſco.



Littera muta eſt: ſuperuacua dī, ſicut & k, qm̄ c pōt implere eaꝝ uocabulum, & ꝓpter nihil aliud ſcribenda uideť niſi ut oſtenda tur ſequēs u ante alterā uocalē in eadem ſyllaba poſitam ꝑdere uim literæ in metro. Et ut pinguior ꝑ eam ſonus habeať q̄ ꝑ c haberi poſſit. Qd̄ ſane terminatio ipſius q & neceſſaria conſequentia alterius u, poſt illud & ante alterā uocalem indicare poteſt. Nunq; em̄ in eadē ſyllaba uocalem poſt q ponere poſſumus, quin inter q & uocalem interponamus u, ut qualis, queror, ſequitur, loquor, quum, ut Victorino placet, q̄uis hoc nōnulli ꝑ unum u ſcribi uelint. Tranſferť aūt q in c, ut loquor locutus, ſequor ſecutus. in ſ, ut torqueo torſi. In x, ut coquo coxi.

Q ante P

Qua aduerbium, mō ſcat ꝑ quem locum. Vir. Dic mihi qua ſit iter, mō inquantū. Sene. Hominem q̄ppe qua animal eſt moueri ſenſu oportet. Mō partim. Pli. Medіū tempus diſtentū, impeditūq; qua officiis maximis amicicia principū egiſſe. Apul. lib. ix. Qua pugnis, qua cubitis, qua morſibus etiā de uia lapide correpto totā faciē manuſq; eius & latera conuerberat.

Quadamtenus pe. cor. uſq; ad quandam partem.

Quadra, quadræ, menſarium inſtrumentū ex ſtanno, uel argēto, ſup qd̄ dapes ſcinduntť, ſiue apponuntť ſciſſæ, q̄ quadrata forma fieri ſoleat, ueluti rotunda repoſitoria orbes dicimus, qui uulgo inciſoria dīr. Fitq; aliqñ etiam ex pane. Vir. li. ii. Æneī. patulis nec parcere quadris. Iuue. Vt bona ſumma putes aliena uiuere quadra Sunt q̄ dicāt quadram panis fragmentū, ſiue fruſtum eſſe, q̄a olim apud romanos quadrati panes dicerentť. Mar. Cum mittis turdum mihi quadramq; placentæ.

Quadrata ſtatura dī, quæ non eſt nimis lōga, & quæ mediocritatis temperamento decora. Vnde Suet. ſcribit Veſpaſianum fuiſſe ſtatura quadrata.

Quadrus. a. um. quod eſt quadratum. Quadratum uero figura eſt rectas atq; æquales lineas quatuor, & quatuor rectos angulos habens.

Quadratura ipſa quadratio. Vnde Archimedes ſcripſit de quadratura circuli.

Quadro. as. in quadrum redigo. Hora. in epi. Et qua pars quadret aceruum. Per tranſlationem quadrare ponit pro conſentire, & ex omni parte conuenire. Tractum a lapidibus quadris, qui inter ſe optime conueniunt. Vir. Arboribus poſitis ſecta uia limite quadret. Apul. Vt omnia ad calamitatem quadrarent.

Quadrans genus nummi, q̄ ſit quarta pars aſſis, hoc eſt, unciæ tres. Iuue. Nam ſi pieria quadrans tibi nullus in archa oſtendatur.

Quadrantal, figura eſt, quæ ex omni parte quadrata ſit, quales ſunt cubi & teſſeræ, quib⁹ in alueolo luditur. In quamcunq; em̄ partem incubuerint, immotam habēt ſtabilitatem. Eſt & genus uaſis, pedem quadratum habens, & continet. xlviii. ſextarios. Plau. Anus hæc ſitit. Quantillum ſitiť Modica eſt capit quadrantal.

Quadrageſima abſolute dī pro quarta parte. Sue. de Calig. Pro litibus atq; iudiciis ubicunq; conceptis, quadrageſima ſummæ de qua litigareť exigebať. Sic dicimus decimam, uigeſimam, quinquageſimam, centeſimā.

Quadrifidus. a. ū. pe. cor. qd̄ in q̄tuor ꝑtes findi pōt. Vir. li. ii. Ge. Quadrifidaſq; ſudes & acuto robore uallos.

Quadrifariam aduer. quadripartito. Var. Et ea quæ ad mortales pertineant, quadrifariam diſpertiuerim.

Quadriforme, quod habet quatuor formas.

Quadrangulum, quod habet quatuor angulos.

Quadriga pe. pro. quaſi quadriaga, a quatuor equis, quibus iungebantur appellata eſt. Gel. Quadrigas Cæſar etiam ſi currus unus equoꝝ quatuor iunctoꝝ, agmen unum ſit pluratiuo ſemper numero dicendas putat. Aliquando quadrigarum nomine intelliguntur equi, qui quadrigas agunt. Colu. li. iiii. Vnde ſacroꝝ certaminum ſtudio perniciſſimaꝝ quadrigaꝝ ſemina diligenti obſeruatione cuſtodiunt, & ſpem futurarū uictoriaꝝ concipiunt propagata ſobole generoſi arměti.

Quadrigarius, qui quadrigam agit. Eſt & nomen proprium autoris.

Quadriiugi, ſiue quadriiuges pe. cor. eq̄ q̄terni ad unū iugum alligati, ſic biiugi, triiugi, & ſeiugi, cum duo, uel tres, uel ſex equi ad unum currum adhibenť.

Quadripartior, in quatuor partes diuido. Vnde quadripartitum in quatuor partes diuiſum. Quadripartito aduerbium ſignificat in quatuor partes.

Quadrantaria dī per contemptum, ut mulier quadrantaria, hoc eſt, quæ ex quadrantibus nummis haberi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

possit,uel ex labore uel ex concubitu.
Quadrupes,quod quatuor pedes habet.
Quadrupedus.a.um.pe.cor.adiectiuũ a quadrupes.Ambro.li.Hexa. Demersa magis quadrupedo corpis gressu,& uelut affixa terris uideas esse q̃ libera.
Quadrupedo.as.pe. cor. quatuor pedib⁹ gradior. Vnde quadrupedantia aialia quadrupedia dr̃. Vir. de equis perfractaq; quadrupedantũ pectora pectoribus rumpunt. Pli.li.viii. Thessaloꝝ gentis inuentum est,equo iuxta quadrupedãte cornu itorta ceruice tauros necare.
Quadruplus.a.um.quod est quatuor, a quo quadrupliciter & quadruplico.as.
Quadruplatores,a quadruplo.as.ut a quadruplor. Plau. in Per. quadruplatores appellat delatores,q̃ damnati quartam partem bonoꝝ indipiscebant. Asco. Quadruplatores delatores erãt criminum publicorum in quare quartam partem,de proscriptorum bonis,quos detulerant,consequebantur.
Quadruplor.aris.delator fio,& damnati quartam partẽ accipio. Plau. in Perf. Neq; quadruplari me uolo.
Quadrilaterum,quod habet quatuor latera.
Quadrimus.a.um.quod habet quatuor annos, a quo fit diminutiuum Quadrimulus.a.um.
Quadrinoctium,quatuor noctes, sicut binoctium duas noctes significat.
Quadriremis pe.pro.nauis,q̃ q̃tuor remoꝝ ordinẽ hẽt.
Quadrisyllabum,quod ex quatuor syllabis constat.
Quadriuium dicitur,ubi quatuor uiæ conueniunt.
Quadi ppli sunt. Hiero. Sarmatæ Quadi Vandali,& innumerabiles aliæ gẽtes equoꝝ,& uulpiũ carnib⁹ delectẽt.
Quæ nomẽ relatiuum,cũ æ diph. scribit, ut differat a q̃ coniunctione,cum oĩbus cõpositis,ut quæq;,quædam quæuis,quæcunq;,quælibet,& cætera huiusmodi.
Quæcunq; uim relatiui in se continet, ut feci quæcunq; iussisti. Aliq̃ simplr & scat oĩa. Cic. Quãobrem q̃cũq; a me ornamenta uitæ ꝓficiscent elaborabo, ut oẽs intelligant,a me habitam esse rõnem tuæ dignitatis.
Quæro.ris.quæsiui.itum. & quæsitum p sincopã, ex quæ & res cõponi uidet. Nã ꝓprie quærere ẽ q̃ sit res aliqua inuestigare. Et dicimus. Quæro te hanc rem. Quæro te de hac re,& Quæro hanc rem abs te. Quæro rem,in uestigo ueritatem. Teren. in Adel. Quære rem, immo extorque. Itẽ q̃rere est lucrari. Vñ Aug. li.xvii. de ciui. dei. In latina lingua hoc uerbũ q̃rit accipit ꝓpositionẽ & acquirit dr̃,quanq̃ & sine additamento ꝓpositionis, q̃rere intelligat acq̃rere,ex quo lucra uocant, & q̃stus. Huius uerbi cõposita mutãt e in i ꝓductam,q̃ sunt Acquiro,anquiro,circũquiro,conq̃ro, qd̃ est undequaq; quæro. Lac. li.ii. Eiecit hoiem de paradiso,ut uictũ sibi labore conqreret. Disq̃ro,q̃rendo discerno. Aug. li.ii. de ci. dei. Vñ postea nobis erit in dei ueri dñi uolũtate disquirendi,ac differendi locus. Exquiro,inq̃ro,inuestigo,q̃si bñ intus q̃ro. Lact. lib. iii. Nã siqs mores eorum diligenter inquirat, inueniet iracundos cupidos. Perquiro,inuestigo. Requiro,de quo infra.
Quærito.as.frequentatiuũ,scat instãter quæro. Et ꝓprie de his dr̃, q̃ quotidie inq̃rendo uix uictũ inueniunt, ut inqt Do. Ter. in Adel. Lana ac tela uictũ q̃ritans. Plau. Qui inops & sordid⁹ q̃ritando alit familiã. i. oĩatim q̃rendo uictũ, quod mendici faciunt, qui & rogatores dicuntur. Plau. ut rogator oĩatim petam panem.
Quæssere ab antiquis ponitur pro quærere.
Quæstio,a quæstũ supino fit,& q̃q; scat dubitationẽ, siue interrogationẽ, ut q̃stio est, an mundus æternus sit. Plau. in Cap. Ne tibi quæstiõi essemus. i. ne esset q̃ nos quæreres. Eius dimi. est quæstiuncula. Hiero. Quæstiunculã ꝓposuisti,q̃d sit uillicus iniqtatis. Græce q̃stiones zetemata,& ꝓblemata appellant. Q̃q; scat cõtro uersiam,ut apud rhetores. Q̃q; torturam, & corporis dolorem qui datur alicui facinoroso ad eruendam ueritatem,sicut in iudiciis.
Quæstionor.ris.pquiro,examino,a quo q̃stionariũ ius.
Quæstionarii sunt inquisitores, examinatoresq;. Vñ de diuo Anastasio legit maximũ pondus argẽti quæstionariis clanculum filii Iesdim obtulerunt.
Quæstor,p̃positus pecuniæ publicæ,q̃ curã ærarii habet Cic. li.ii. artis uete. Rhodii quoslã legarũt Athenas,legatis quæstores sumptum quẽ oportebat dari nõ dederunt. Hic urbanus dicebat,q̃ etiã uectigalia exigebat a ꝓuinciis. Vñ Lentulus quæstor senatui scribit. Et q̃primum ad meum officium reuertendũ mihi existimaui,& ut reliqua uectigalia exigerẽ,& quam posui pecuniam,colligerem,quicquid ex ea correptum esset, aut quoꝝ id culpa accidisset cognoscerem.
Quæstor quoq; q̃ impatoris uice fungit in exercitu. Cic. in Cato. Sed tñ hoc queo dicere, non me q̃dem his esse uiribus,q̃bus aut miles punico bello aut q̃stor in eodẽ bello,aut consul in Hispania fuerim. Et hic erat primus honoris gradus apud Romanos. Et p̃torem q̃stori suo parentis loco esse oportebat. Itẽ quæstor,q̃ præest iudiciis exercendis,& maleficiis puniendis,quẽ maleficioꝝ iudicẽ appellare solem⁹,& q̃sitor uocat. Vir. Quæsitor Minos urnã mouet. Clau. Quæsitor in alto cõspicuus solio pertentat crimina Minos. Dictus quæstor,a quærendo,q̃ conquireret publicas pecunias,& maleficia,q̃ triumuiri capitales nunc conqrunt. Ab his postea qui quæstionem & iudicia exercent,quæstores dicti.
Quæstura,quæstoris dignitas, sicut a prætore prætura. Cice. Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia,inde a quæstura mea Sicilienssi.
Quæstorius.a.um.quod ad quæstorem pertinet. Cic. Caninio. Quod ego officio quæstorio.
Quæstorius.quæstorii.qui q̃stor fuit,ut uir quæstorius.
Quæstus.us.& quæsti. Plau. in Aul. Nam hic apud nos nihil ẽ quæsti. Dtñ & abltñ plurales facit q̃stibus, scatq; lucrũ nũmarium. Est em̃ lucrũ etiã amicoꝝ, & gloriæ, & scientiæ. Interdũ ponit ꝓ actione ipsa, atq; artificio lucrandæ pecuniæ. Cice. Nam de artificiis & quæstibus qui liberales habendi sunt,qui sordidi. Quinti. Nam ut lingua primum esse cœpit in quæstu.
Quæstuosus.a.ũ. idẽ qd̃ lucrosus, ut q̃stuosus hõ, q̃ lucri causa auidior undiq; lucella q̃rit. Col. lib. vii. In rusticatione uel antiquissima est ratio pascendi pecoris,eademq; quæstuosissima.
Quæsticulus dimi. scat paruũ lucrũ. Cic. li.ii. de ora. Aut quid fiscum rhetoris cum lucello meo,aut meus q̃sticulus,cum cælo,terra,rerumq; natura.
Quæstuarius qui quæstus gra artem aliquam exercet,& quæstuariæ artes,quæ lucri gratia exercentur.
Quæso primã psonam idicatiui tñ habet, q̃is quæsere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

apud Salu.& Cice.legaſ.Mō quæſo,ac quæſumus dici/
mus pro rogo.Sunt tñ q̄ declinēt Quæſo,quæſis,quæ/
ſum,uel ſm Probum,quæſiui,quæſitū. Lucre.li.i. pūti
uſus eſt. Ni diuum pacem uotis adit,& prece quæſit.
Sal.li.i.hiſt.Curionem quæſiuit,uti adoleſcentior,& a
populo ſuffragiis iteger ætati cōcederet Mamerti.Hu
ius frequentatiuū eſt Quæſito.as.Priſcia.Quæro, quæ
rito differentiæ cauſa facit,qa a quæſo quæſito fit.

Quercus dī q̄ id genus arboris graue ſit ac dux̄,& q̄ ī in
gentem euadat amplitudinē, tā ſecūdæ q̄ quartæ de/
clinationis eſt.Cice. Ibi quercoꝝ rami ad terrā iacēt.

Quernus.a.um.quod eſt ex quercu. Virg.lib.i.Geor. Sed
tamen & quernas glandes.

Quercеus.a.um. idem qđ quernus.a. um. Ser. Querceā
coronam accipiebant,qui in bello ciuem ſeruaſſent.

Querneus.a.um.ſimiliter poſſeſſiuum.Col.li.vii.Probaſ
maxime ulmea,poſt fraxinea,& ab hac populnea,ulti
ma ſunt ilignea,& quernea,& laurea.

Quercicus.a.um.Idem Sueto.in Cali. Primo die Phale/
rato equo,inſigniq̄ quercica corona, & cetra, & gla/
dio aureaq̄ chlamyde.

Querquetum,ſiue quercetū,locus ubi conſitæ ſunt quer
cus. Var.Si ad limitem quercetum habet,non poſſis re
cte ſm eam ſyluam ſerere oleam.

Querq̄tulanæ dictæ ſūt q̄dā nymphæ querq̄to p̄ſidētes.

Quercerus.a.um.pe.cor.quod eſt frigidum cum tremo/
re.Lucil.Iactans me,ut febris quercera. Gel.li.ulti. An
tu forte morbum appellari hic putas ægrotationē, cū
febri rabida,& quercera. Et Feſtus ait antiquos quer/
ceram dixiſſe grauem & magnam.

Qualis relatiuū qualitatis eſt,ut qualis pater talis filius.
Poniť & interrogatiue,ut Quale ei reſponſum dediſtiť
Interdū infinite,ut noui qualis ſis. Reſpondet q̄ñq̄ ſe/
quēti ſubſtātiuo,& q̄ñq̄ antecedēti.Hor.in Epi.Sed in/
citat me pectus,& māmæ putres equina quales ubera.

Qualitas eſt,ſm quam quales dicimur,ut albedo, nigre
do,aduocatio,procuratio, legatio, paternitas, filiatio.
Qualitates ſunt,q̄ ſm eas albos nigros aduocatos,pro
curatores,patres,filios dicimus.

Quallus genꝰ uaſis uiminei, per quod uinum guttatim
defluit cum calcatur vua,a colando, reliqua uero ma
teria exire perhibetur.Virg.Tu ſpiſſo uimine quallos,
Collaq̄ prælorum fumoſis deripe tectis. Poniť etiam
pro ciſtula,in qua mulieres ponebant penſa lanæ.Ho/
ra.lib.car. Tibi quallū citherеæ puer ales.Apud Apul.
accipitur pro caniſtro quo panis ſeruatur.

Quaſillus,& quaſillum diminutiuū a quallus.Feſt.Cala
thos græci,nos dicimus quaſillos. Cic.in Phil. An non
inter quaſilla pendet aux̄.Et corripit primā ſyllabam,
quamuis quallus illam producat. Tibul. Sit tibi cura
togæ potior preſſum atq̄ quaſillum. Romani ueteres
quaſillum thalaſſionem appellarūt, ut autor eſt Var.
Vnde thalaſſii nomen in nuptiis frequentabāt ad la/
nificium nouas nuptas inuitantes.

Quam coniunctio diſcretiua,uel electiua,ut diues opto
eſſe quam pauper. Aliqñ poniť pro poſtq̄ ſiue ex quo.
Lact.li.vi. Iuppiter,atq̄ dii omnes hæc dederunt, ut T.
Quintius dictator oppida nouem caperet die, xx. quā
cr eatus erat.Aliqñ ꝑ anteq̄.Sue.in Cæſ. Et pridie q̄ oc
cideret,in ſermone nato ſup cœnam, quis nam eſſet fi
nis uitæ commodiſſimus,repentinum, inopinatumq̄
prætulerit.Aliqñ ꝑ cum.Cice.Tironi. Menandrius po
ſtridie ad me uenit,q̄ expectarem. De his etiā in poſtri
die dictū eſt latius. Aliqñ ſumiť ꝑ quantū, & tam poſi
tiuo q̄ cōparatiuo & ſuplatiuo iungiť, contra Siponti
num q̄ vult quam pro quantū ſolū poſitiuo iungi, ut
q̄ bene marmorei directa eſt ſemita pōtis .i. quantum
bene.Cic.Quam moroſi ſint q̄ amant, ex hoc potes in
telligere.Quint.li.i.Quam in his quoq̄ libris erūt oīa
cōpoſitiora, & q̄ nos poterimus elaborata.i. quanto.
Var.li.ii.de canibus loquēs ait. Quam pauciſſimo,tā
optimi in alendo fiēt.Cato.Quā acerbiſſima olea erit,
& oleum facies,tam oleū optimū erit. Vbi etiam ipm
quantum frequentiſſime poniť. Cice. Niſi q̄ tanta eſt
inter eos quanta maxīa poteſt moꝝ ſtudioꝝq̄ diſtan
tia. Aliqñ ꝑ ualde. Sicq̄ tam poſitiuū q̄ ſuperlatiuū re
quirit.Cic.Cum quo ſemper q̄ familiariſſime uixerat.
Curtius.Collemq̄ traiecto q̄ celerrime flumine occu
pat.Cæſ.li.iiii. Vt q̄ celerē atq̄ ſtabilē motū haberet.i.
ualde celerē.Cic.in Lel.Quā multa em̄ q̄ nra cā nūq̄ fa
cerem⁹, facim⁹ cā amicoꝝ. Apul.li.iiii.Arreptum me
loro q̄ ualido ad anſulam quandam deſtinatum.i. ua
lidiſſimo.Iungiť etiā cōparatiuo.Idem lib.v.Tuſ.Aba
coſq̄ q̄plures ornauit argēto,auroq̄ cælato.Sene.Epi.
lxxviii.Conuocauit q̄plures amicos. Iungiť etiam in
hac ſignificatione his dictionibus per.Pli.Perquam ſci
re uelim.Teren.Per pol q̄ paucos reperies meretricib⁹
fideles euenire amatores,quod ſic reſoluiť.Pol perquā
paucos.Saneq̄.Gel.Saneq̄ utile eſt.Cice.Nam qđ Pom
peio Caninius ait Saneq̄ refrixit.Admodumq̄.Gel.Vo
ce admodumq̄ ſuaui.oppidoq̄. Idem oppidoq̄ libens
audiui. Aliquando q̄ comparatiue ponitur, licet non
ſit comparatio,quando.ſ. res rei comparatur. Plau.in
Ru.Tacita bona ſunt mulier ſemper q̄ loquens. Et in
lib.Iob.Duplo accepit q̄ perdiderat.

Quamdudum,interrogantis. Iamdudū rñdentis. Plau.
Quandudum e foro adueniſti domū? Non ita dudū.

Quamdiu,quanto tempore.Cuiꝰ relatiuum eſt tamdiu
quamlibet,q̄tumuis,q̄tumlibet,idem ſignificant.Pli.
Impudica mulier,quamlibet facinus audet.

Quamobrem,cum poniť cauſatiue,tam plurali rñdet q̄
ſingulari.Singulari ſic.Vnum eſt,q̄obrem te amandū
putem.i.propter quod vnum.Plurali ſic.Quatuor ſūt,
q̄obrem impator maxime laudeť.i.propter quæ qua/
tuor.Cice.Apio.Multaq̄ mihi ueniebant in mentem,
q̄obrem iſtum laborē tibi etiam honori putarē fore.

Quampridem ſignificat multo tēpore ante.Cice. Quā/
pridem nomen Fannii detuliſti.

Quamprimū tota una dictio,ſcat ualde cito.Cū primū
uero duæ ptes ſunt,neceſſeq̄ eſt eis iungi duo uerba,&
ſcat ſtatim.Virg. Cum primū paſti repetent præſepia
tauri,Si qua tui Coridonis habet te cura uenito.

Quamuis,& quanq̄ coniunctiones aduerſatiuæ. Virgiť.
Quanq̄ animus meminiſſe horret. Interdum tñ q̄uis
ponitur ꝑ quantūuis, id eſt, ualde.Plau.in Me.Quam
uis ridiculus eſt,ubi uxor non adeſt.Teren.in Adel.Ne
tam quidem quamuis maneo hic ocioſus.

Quammox ſignificat quam cito,ualde cito.

Quando aduerbium tp̄is,ſcat quo tpe.acuiťq̄ in prima.
Poniturq̄ mō interrogatiue,ut Qñ ueniesꝰ? Modo re/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

latiue,ut Qñ eram iuuenis literis operã dabam. Et correlatiuũ eſt tunc.Sicut eñ tot,quot,talis,qualis,tantus quantus,ita,tunc qñ dicimus.Infinite,ut qñ ueniam te alloquar.Ponit interdũ ꝓ aliqñ, pſertim cũ ꝓcedit nũ, ut Num qñ me audiſti. Quæ interrogatio facit hoc ſignificare. Num aliqñ. In quem modũ aliqui accipiũt illud Lucæ. Num qñ uos miſi ſine ſacculo,& pera,& calciamentis,qd uobis defuit? Interdũ ꝓ ſiqdem, uel qñ. Et ſic ẽ cõiunctio cauſalis,hẽtq; accentũ acutũ ĩ ultĩa. Vir.Hic tibi fabor eñ,qñ hæc te cura remordet.Ter.in Adel.Poſtremo qñ cõſcia ſũ,a me culpã hãc eſſe ꝓcul.

Quandoq; ſcat aliquo tpe,ſic aliqñ,& ſiquando.

Quandoquidem,coniunctio cauſalis pro ſiquidem, ſeu qñ.Vir.Quandoquidem Auſonios non fas contingere portus. Colu.li.viii.Nam niſi procedat ſtare debet quandoquidem paſtoris officium ſublime celſiſſimã oculorum ueluti ſpeculam deſiderat.

Quantus refert ad numeꝝ,ad põdus,& ad menſurã. Et mõ interrogatiuum eſt,mõ relatiuum,mõ infinitum. Cuius cõpoſita ſunt Aliquantus,quantiſper, quantuſcunq;,quantuſquantus,& quantuſlibet. Quantitatum uero alia continua,alia diſcreta.Continua eſt ut linea, ſuperficies,corpus.Diſcreta ut oratio,numerus.

Quantulus,& quantillus diminutiua ſunt,ſicut a tantus tantulus, & tantillus. Et ſignificat q̃ exiguus. Hinc fit quantuluſcunq;. Augu.lib.xiii.de ciui. dei. Nam ideo dicitur immortalis, quia modo quodam quantulocunq; deſinit uiuere,atq; ſentire.

Quantuſcunq;.i. q̃magnus,uel etiam quot. Nam quantus interdum pro quot legimus.

Quantuſlibet,idẽ quod quantuſcunq;,uel ſignificat unũ quantũ tibi capere licet,non omne, ut Quantumlibet ſpacium non oẽm quantitatem ſpacii, ſed unã, quam tibi capere libet.Aug.li.xii.de ciui.dei. Quantuſlibet finitus numerus fuiſſet animaꝝ infinitis retro ſeculis ſufficere non ualeret,id eſt,quantuſcunq;.

Quantuſquantus,quantuſcunq;.Terẽ.in Adel.Tu quantuſquantus nihil,niſi ſapientia es.

Quapropter aduerbium,ſignificat propter quod.

Quantiſper,ſcat q̃to tpe,ſicut tantiſper tanto tempore.

Quaqua ſcat p quẽcũq; locũ,Plau.in Epi. quaqua tãgit

Quaquauerſus,ſiue quaq; uerſum,ſignificat in oẽm partem.Aug.li.viii.de ciui dei,quã longe lateq; potuit peregrinatus eſt quaquauerſum eum alicui⁹ nobilitatæ ſcientiæ percipiendæ fama rapiebat.

Quarto,& quartũ aduerbia inter ſe differũt.Nam quarto conſul,ſcat locum cõſulum,uel ordinẽ, hoc modo. Marc⁹ fuit quarto conſul .i. q̃ tres conſules ab origine & inſtitutiõe,& ordine cõſulatus ante fuerũt, q̃ Marc⁹ fuiſſet cõſul,q tenet nũc quarto conſulatũ, quartũ aũt conſul ſcat perſonam,q̃ quater fuerit conſul.

Quartarius, mulio mercenarius, q̃ quartam partem quæſtus capiat.

Quartanarius,qui quartanam febrem patitur.

Quatenus pe.cor.proprie ſcat quantũ,ſicut Eatenus tm̃ Cic.in Lel.Videndũ eſt quatenus amicitiæ tribuendũ ſit.Idẽ li.i.Tuſ.Magna culpa Pelopis, q non erudierit, nec docuerit quatenus eſſet quicq̃ curandũ. Aug.li.ii. ſolilo.Profecto cernis quantæ inqſitionis idigeat quatenus iſta ꝓgredi debeant, ne in quaſdam inexcuſabiles turpitudines decidat.Aliqñ ſcat quo fine, ut uerbe raui filium,quatenus ſit bonus.i.ad hoc uel ad hunc finem,ut eſſet bonus. Aliqñ ſcat qm̃.Pli.Et quatenus negatur nobis diu uiuere,relinquamus aliqd quo nos uixiſſe teſtemur.Docet etiã Acron eſſe aduerbiũ loci.Interdum ponit ꝓ quomõ. Lac.li.iiii. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignũ ſciet,qui uiderit quatenus adiurati per Chriſtum de corporibus quæ obſederint fugiant. Idem.Plæriq; uias ſibi deuias per præcipitia condiderunt,per quæ plebem incautam ad mortem deducerent,quod quatenus accidat exponam.

Quatinus cum i cor.coniunctio,& ſignificat quia. Iuuenal.Quatinus hic non ſunt nec uenales elephanti.

Quatuor nomen numerale, binariũ numeꝝ in ſe continens,a quo quater aduerbium quartus,quaternus quaternarius,quaternario.Quadruplus,quadruplum,quadriennium. Quadrimus,quadratum,quadrum, quadrantal,quadrans,& multa huiuſmodi.

Quaternus quatuor.Plinius.Quaterni renes coruis ſunt in Brileto.

Quaternio, quatuor chartaꝝ, ſiue alterius cuiuſcunq; rei cõpoſitio,ut in actibus apoſtolicis. Tradenſq; quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum.

Quadriduum,ſpacium quatuor dierum, a quo Quadriduanus.a.um.

Quaſi aduerbiũ ſimilitudinis,ſcat ita ut,Imaginẽ enim innuit,ut iraſceris quaſi canis.Quæ oratio reſoluit per uerbum repetitum, hoc eſt iraſceris ſicut canis iraſcit. Et nõ ſolum imaginẽ,ſed ipſam plane ueritatem ſcat ut tu pater non amas me quaſi filium.Habet etiã quiddam proprium,quale eſt, Tu obiicis, q̃ uxorem repudiauerim,quaſi tu idem non fęceris.

Quatio.is.quaſſi,quaſſum,ſcat moueo,concutio. Lact. li.ii. Mentes furoribus quatiunt.Hiero.ad Damaſ. Qui a deo recedit,ſtatim fluctibus ſæculi quatit.Liui. Carthaginis mœnia,nũc quatit ariete. Aliqñ ponit quatere ꝓ moleſtare. Vir.li.ix.Aut raſtris terram domat,aut quatit oppida bello. Aliqñ proiicere.Teren.in Eu. Nimirum homo quatiet certe cũ dono foras. Compoſita eius mutant q in c,& abiicit a,ut Abſcutio,quod eſt amoueo.Concutio totũ commoueo. Lac.li.vii.Ac primum cõcutiet terram quam ualidiſſime a motu eius ſcindent montes Syriæ.Decutio,diſcutio,excutio,incutio,percutio,recutio,iteꝝ quatio.Succutio,ſubtus quatio. Augu. lib. viii. confeſ. tria hoꝝ uerba complexus. Quanto propius admouebat,tanto ampliorem incutiebat horrorem.ſed non recutiebat retro,nec auertebat,ſed ſuſpendebat,retinebant nugæ nugaꝝ, & uanitates uanitatum,& ſuccutiebant ueſtem meam.

Quaſſo.as.frequentatiuũ.Plau.in Tri. Quid quaſſas caput. Aliqñ quaſſare rumpere. Virg. Quaſſatam uentis liceat ſubducere claſſem.Hinc conquaſſo. Cice.lib.iiii. Tuſc.Ita illa duo morbus & ægrotatio,ex totius ualitudinis corpis cõquaſſatione & ꝓturbatione gignunt.

Quaſſus.a.ũ.idẽ eſt qd quaſſat⁹ fract⁹. Pli.li.xviii. Añlu canis ferramẽta acuere,manubria aptare,q̃ſſa ſarcire.

Quoaxo.as.proprium ranarum eſt. Feſt. Quoaxare ranæ dicuntur,cum uocem emittunt.

Que abſq; diphthongo coniũctio, modo copulatiua, ut Arma uirumq; cano.Modo cauſatiua pro quoniam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cice. Non ſolũ nobis nati ſumus, ortuſq; noſtri parte patria uendicat, partem amici. Modo expletiua, quando ſcilicet ornatus tñ cauſa ponit. Prop. Deiphobũq; Helenum, & Polidamantas in armis. Quandoq; ponit p idem. Plau. Rudis eſt, neſcitq; quid expediat. Quandoq; pro etiã. Apul. Id ei ſerioq; loquenti non crederé, id eſt etiam ſerio loquenti. In compoſitione aũt ſemp poſtponit, ac coniunctionis uim a mittit, ſed uim ſylla bice obtinet, ut nanq;, quoq;, atq;, itaq;, undiq;, uterq;, plæriq;. Componit etiam cũ quis, qui, quæ, quod, uel quid. ut quiſq;, quiq;, quæq;, quodq;, quidq;. Et adiecta cum, ut quicunq;, quæcunq;, quodcunq;, & præpoſitione abs, ut abſq;. Cum aduerbio, ut neq;. Cũ coniunctione, ut atq;. Differũt ãt iter ſe, q;, ac, & atq;. Quia q; poſtpoſitia eſt & encletica. Ac ſemp p̃poſitiua. Atq; tã p̃poſitiua q̃ poſtpoſitiua. Sciẽdũ quoq; eſt q; q; aliqñ, pducitur. Virg. li. iii. liminaq; lauruſq; dei, q; hac ratione defendi poteſt, quia omnia monoſyllaba ad artem non pertinent, & his licenter uti poſſumus, aut certe omne μόριον, id eſt particula quę ſui ſubſtantiam non habet, membrũ ſuperioris putat dictionis, uel orationis. Qd ſi eſt, Liminaq; quaſi vna orationis ſit pars, & poteſt q; finalitatis ratione produci uel corripi.

Quemadmodũ dictio compoſita ex quem, & ad, & modum. ponit pro aduerbio ſimilitudinis, ut Fiat miſericordia tua ſuper nos, quemadmodũ ſperauimus in te. Ponit nonnunq; interrogatiue pro quomodo, ſiue ad quem modũ. Amb. li. i. offi. Nam licet interdũ honeſta ioca, ac ſuauia ſint, tñ ab eccleſiaſtica abhorrẽt regula. Qñ q; i ſcripturis nõ reperim⁹, ea quemadmodũ uſurpare poſſumus? Et lib. de Paradiſo. Si igit uiro culpæ autor eſt mulier quẽadmodũ p bono videt adiecta.

Queo. is. iui. vel qui, quitũ, ſcat poſſum. Sal. Sed neq; precio neq; gratia impelli quiuit. Dictũ queo, ut quidam putant, quaſi qui eo. Vnde antiqui nequeunt q̃q; pro non eunt, dicebant, cũ tamẽ nequeo ſignificet nõ poſſum. Terẽ. aũt Quitus. a. um. a queor dixit in Hecy. Nã cum compreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci non quita eſt. Sed antique, ut ait Dona. dixit.

Queror. ris. queſtus, lamentor. Salu. Sæpe de luxuria, atq; auaritia noſtrorũ ciuiũ queſtus ſum habet pe. cor. ut differat a quæror paſſiuo uerbi quæro. Dicimus autẽ queror illud. Et queror de te cũ illo, uel illi. Cic. Quoq; plæriq;, aut querũtẽ ſemp aliq̃d aut etiã exprobrãt. Idẽ Lentulo. Multa de mea ſnia queſtus eſt Cæſari. Aliqñ abſolute, ut apud eũdẽ. Quid multa conq̃ſtus eſt grauiter. Cuius compoſitũ eſt Conqueror pe. cor.

Queſtus quarti ordinis, ſed tantummodo plurali numero pro lamentatione. Cuius dtũs & ablatiuus eſt queſtubus per u, ſicut portubus.

Querela, querimonia, & queſtio eiuſdem ſignificatiõis ſunt. Colu. Quoſdam etiam prædictas querimonias, uelut ratiõe certa mitigantes. Cice. Sæpe interfui querelis meorum æqualium.

Querulus. a. um. quod conquerit, ſiue qd querelis plenũ eſt, licet quandoq; a poetis pro canoro ponat. Virgi. li. iii. Geor. Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ. Seru. Querulæ cicadæ canoræ. Hora. Sub cantu querulæ deſpicit tibiæ.

Querimoniarius, qui querimoniam exponit.

Queribundus, lamentabilis. Cicero. Humiliter, ac querebunda uoce.

Querquedula auis ſemper in aquis natans, ſicut Anas, quam qualiam dicimus a uoce.

Quis, qui, quæ, quod uel qd, quandoq; interrogatiue ponunt. Mar. Nam tantos rogo, qs ferat labores. Apul. Quinam hic nouus eſt hoſpes. Gel. Quænam malũ eſt iſta intemperies. Plau. Quod facinus admiſi tm̃. Idem. Quid ad illas artes optes, ſi optio aduenit tibi. Aliqñ infinite. Pli. Tum mihi neſcio quis in aurem inſuſurrauit. Idem. morbus neſcio q; ante eam ætatem incognitus noſtris. Cice. Cum præcepta neſcio q̃ diſcipulis ſuis palam tradidiſſet. Plau. Nec mihi quod facinus conſcirem inueni. Sene. Paulum neſcio q̃d uiſus eſt balbutire. Qui, quæ, quod, relatiue ſæpe ponunt. Referũt enim antecedens. Quis uero & quid nunq̃. Vnde notandũ q; qui, quæ, quod, relatiue poſita qñq; diſſentiũt a ſuo antecedenti. Cic. Omnes tenues atq; humiles, q̃ maxima in populo multitudo eſt, ſibi præſidiũ paratũ putant. Salu. Eſt locus in carcere quod tullianũ appellat. Non nunq̃ qs ponit pro aliqs. Plau. Si quem ſeruoꝝ domi habet. Nam q; pro aliqs in ntõ caſu raro, præterq̃ apud uetuſtiſſimos inuenit. Cice. Si q̃ ſunt in hac re difficultates. Etenim non q̃ ſed qua pro aliqua dicimus. Mar. Si qua fides ueri præfari maxime Cæſar. Plau. Si quod poſt hac uerbũ fecero. Vir. Spero eq̃dem mediis fi q̃d pia numina poſſunt, Supplicia hauſuꝝ ſcopulis. Ponit item qs admirantis pro qualis, ut Quis globus o ciues Et tam maſculino q̃ fœmi. ge. proferri poteſt. Plau. in Aul. Dic mihi ſi audes qs ea eſt, quam uis ducere uxorem. Vir. Qui cum partiri curas, de ſocia Camillæ loquit, id eſt, cum qua, quia, ut Augu. inqt. Antiqui hic, & hæc quis ablatiuo ab hoc, & ab hac qui, ſicut facilis facili. Interdum quis & qui pro raro accipiunt. Autor Piero. Necnon pro impoſſibili, ut quis ſapiens & intelligit hæc. Et q̃d prodeſt ſculptile, quia inſculpſit illud fictor ſuus, i hoc eñ impoſſibilitas demonſtrat, in illo raritas. Inuenit etiam qs in dtõ & abltõ pluralibus, ſed ultima producit, cũ in ntõ ſingulari corripiat. Luca. li. ii. Profata quis ille, qs fuit ille dies. Hora. i. ſer. Quis humana ſibi doluit natura negatis. Quod aũt adiectiuũ eſt, ideo ſemp ſubſtantiuo iungit. Quid uero ſubſtantiuum. Præterea qui, quæ, quod, frequenter accipiuntur pro tantus. a. um. Et hoc tribus modis. Nam & cuiꝰ humanitatis es dicere poſſumus, & qua humanitate es, & quæ tua eſt humanitas, pro tãtæ humanitatis es. Tanta humanitate es. Tanta tua eſt humanitas. Quintil. Hoc ſi ſciſſes pater affirmo promitto, cuius pietatis es nemo te anteceſſiſſet, id eſt, quæ tua pietas eſt. In eundem ſenſum accipiuntur Is, ea, id, ut eius pietatis es, Ea pietate. Et ea tua eſt pietas. Cõpoſita a quis ſunt Siqs, aliquis, nequis, quiſquis, quiſq;, a quo vnuſquiſq;, quiſnam, quiſputas, quiſpiam, quiſquam.

Quiſquis, quicunq;, quiſq;, idem ſignificant. ſ. omnes.

Quiſquam uero, & quiſpiam, idem quod aliquis.

Quiſnã interrogatiuũ eſt. i. aliqs? quiſputas. i. qs credis.

Quiſquam tam maſculino q̃ fœminino generi iungit. Terẽ. in Eu. Quandoqdem illarum neq; te quiſquam noui. Vir. li. iiii. Geor. Non illis quiſquam cũctantibus altum ire iter, aut caſtris aude bit uellere ſigna.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Qui cum ſit relatiuũ ſubſtãtiæ, ponit̃ tñ aliqñ aduerbialiter pro quomõ. Cice. Qui fieri poterat ut eius dolore nõ angerer, q mecũ ſemp familiariſſime uixiſſet. Aliqñ, p quemadmodũ, q̃uis ĩ idẽ fere recidat. Ter. in An. Nũc ſi qd potes, aut tu, aut hic Bitria facite, fingite, inuenite, efficite, q deſ tibi. Aliqñ ſumit̃ p quia, ſed tunc ſubiunctiuo iungit̃. Vir. Tiriã q aduenerís urbẽ. i. quia aduenerís. Plau. aut q cõfidentior iuuentutis mores q ſciat q hoc noctis ſolus ambulẽ. Aliqñ ſumit̃ p ut. Teren. in An. Non q argumentũ narret, ſed q ueteris poetæ maledictis reſpondeat. Aliqñ p utinã. Idem in Phor. Qui illũ dii oẽs pdant.. Aliqñ p vnde. Idem in Hecy. Nec q hoc mihi eueniat ſcio. Et in An. Nam q iſthæc tibi incidit ſuſpicio? Aliqñ p cur, quamobrẽ. Cic. li. v. Tuſ. Qui em̃ beatior Epicurus, q̃ in patria uiuebat, q̃ Metrodorus, q̃ Athenis? Ter. in An. Nõ põt q ? Dona. Qui. i. quamobrem. Compoſita a qui ſunt Quidam quicunq;, quiuis, quilibet, a quo vnuſquiſlibet.

Quia coniũctio cauſalis, quæ interdum bis repetitur ſequente ſubiunctiuo uel indicatiuo. Quintil. Non quia prodeſſe nunquam ſatis ſit, ſed quia hoc proſpicere debet, ne quid peius q̃ fecerit faciat.

Quianam aduerbium interrogãdi ſcat quare. Vir. li. v. Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi.

Quiane una particula eſt, & ſignificat reuera. Vir. li. iiii. Quiane auxilio iuuat ante leuatos.

Quibus in extremis elegãter dr, p quoꝝ ĩ extremo. Cice. Literæ dant̃ mihi a te, qbus in extremis ſcriptũ eſt.

Quid nomen ſubſtantiuũ, ut quid negocii tibi eſt. Interdum ponit̃ p aliqd, ut ſi qd habes noui mihi ſcribe. Aliqñ eſt aduerbiũ interrogandi, p cur, uel quare. Terẽ. in And. Sed quidnam Pamphilũ exanimatũ uideo, ut ſit qdnam hoc. Ouid. Quid facis Oenone, qd mandas ſemina arenæ. Aliqñ ponit̃ p in quo. Cic. in Lel. Quid. n. indigens Aphricanus mei. Quintil. Quid tibi tantum malum feci, qd offendi. Similr apud Lucam. Et ſi qd aliquem defraudaui, reddo quadruplũ. Cõpoſita ſunt. Quicqd, quicq̃, quidq;, qdpiam, nequicq̃, qdnam, nunquid, quidne, quidni, quilibet, quicunq;, vnumq; cquid, unũquidq;, unumqdlibet. Vſus aũt habet, ut d ſequente q, mutet̃ in c, ut Quicqd quicq̃, & ſequente p, in p ut qppiã. Quidcũq; aũt, & unumq; cquid, aut unumquidq; aut unumq dlibet, nequaq̃ dixero, ſed qdcunq;, unumquidq;, quodlibet unum & cætera.

Quid agimus conſilium quæ rentis eſt.

Quid iſthic. aduerbiũ affirmandi, ſicut quidni, cur non, pfecto. Et ſic eſt tanq̃ ſi diceres, quid? & abundat iſtic. Vel potius quid iſtic ſcat hoiem de loco, & de ſentẽtia decedere. Ter. in An. Quid iſtic, ſi ita iſtuc aĩum induxiſti eſſe utile, nolo tibi ullũ cõmodũ in me claudier.

Quidita? ſcat cur. Quidni? ſcat certe, uel certũ eſt. Videlicet, cur non. Et duæ partes ſunt ſm Priſci. ſicut cur non. Teren. in Eu. Habes ne hoiem amabo. Quidni habeam. Veteres em̃ ni pro ne ponebant, & ne pro non. Plau. Ni ſtulta ſis, & ne uult pro non uult.

Quidnam, & namquid, & quidue, interrogatiua, uel nõmina, uel aduerbia.

Quid tum, deniq;, quid ergo, qd itaq;, qd poſtea, quid interea, ſcant quo ptinet iſtuc, de quo loq̃ris, ſiue qd attinet hæc dicere, aut quid ſibi vult hic ſermo.

Quid hominis habes? cum contemptu dicitur. Terẽ. in Hecy. Sed quid mulieris uxorem habes.

Quid quæris, ſcat quid plura, uel qd opus eſt uerbis. Modus dicẽdi cũ paucis uolum⁹ oñdere aliqd. Hora. Quid quæris? uiuo & regno ſimul iſta reliqui.

Quicqd, ut qdam aiunt mutat d in c, ne bis interrogare uideamur. Sic quicq̃, ne ſi d ſcriberet̃ mõ conſimili qd ſit q̃ interrogare uideamur. Sed nõ eſt ratio ſatis poderoſa, ut putem nõ reprehendendũ q ſcripſerit quidqd & quidq̃. Eſt aũt qcquid ſubſtantiuũ, ſicut & quid. Ideo gtñ ſubſtantiui, uel adiectiuũ exigit, ut qcquid pecuniarium, quicqd molle, quodcunq; adiectiuũ. Inde ſubſtantiuũ in eodem caſu patitur, ſicut & quid, ut quodcunq; cælum, adiectiuum uero reſpuit.

Quidam, Vide in dictione Aliquis.

Quidem aduerbium affirmandi, quo ſignificat̃ certe. Et tribus modis in oratione accipi ſolet. Vno ad diſtinguendas res, ut ego qdem ſcribo, tu uero legis, ille autẽ dormit. In quo modo duobus tñ comitibus uti poteſt ſcilicet uero, & autem. Altero quaſi per exceptionem eius, quod affirmes. Quintil. Torquebis qdem filiũ, ſed fatebitur mater. Cice. li. iii. offi. Ab optimis illis qdem uiris, ſed non ſatis eruditis. Plures in hoc modo comites habere hoc aduerbiũ põt ueꝝ uerũtamen ſed, ſed tñ at, attamen cæteꝝ. Tertio cũ nulla ſeqtur ex pdictis coniunctionibus, ut apud eundẽ. Aut em̃ nemo, qd quidem magis credo, aut ſi quiſq̃ eſt ille ſapiens fuit. Eius compoſita ſunt Eqdem, & ſiqdem, de quibus alibi.

Quilibet vnus, quem tibi capere libet. Recẽtiores tñ phi p uniuerſali termino accipiunt. Ponit̃ etiã aliqñ p uili & obſcuro. Pli. li. vii. Bis ab Hannibale captus, neq; cũ quolibet hoſte res fuit. Huic ſimile ẽ Horatianũ illud. Non cuiuſuis eſſe hominis Corinthum ire.

Quipote pe. cor. ſignificat, quomodo poſſibile eſt. Componitur autem ex qui & pote.

Quippe ſcat q certe. Vir. Sed læta & fortia ſurgũt, qppe ſolo natura ſubeſt. Interdũ ſcat q dẽ, hoc ẽ certũ ẽ. Idẽ. Atq; hoim q̃rit̃ curare triũphos. Quippe ubi fas uerſũ, atq; nefas tot bella per orbẽ, Tam multæ ſceleꝝ facies.

Quies ſubſtantiuum fœ. ge. q̃uis etiam adiectiuũ trium geneꝝ inueniat̃. Sal. li. ii. hiſto. Et inquiete noie hiſtrionis uis ſane burbuleium appellabat. A quo ſimiliter Inquies gene. oĩs, ſm Priſcia. Poteſt facere gtñ quietis & quiei, quintæ declinationis. Vnde requies, requiem & requietem actñ facit. Cic. in Cato. Vt meæ ſenectutis requietem delectamentaq; noſcatis. Differũt ut quidam aiunt quies, & tranquillitas, q̃ quies corporis ſit, tranquillitas animi. Cice. in. plo. li. de Ora. Nam qui locus quietis, & tranquillitatis pleniſſimus fore uidebat̃, in eo maximæ moles moleſtiaꝝ, turbulentiſſimæ tempeſtates extiterunt. Eſt aũt ꝓprie quies ſomnus dicta, quaſi qui tibi es, & nullo alio negocio diſtineris. Tunc em̃ cæteris negociis uacamus cum dormimus. Saluſt. Nanq; animus impurus diis hoĩbuſq; infeſtus, neq; uigiliis, neq; quietibus ſedari potuit, ita cõſcientia mentẽ excitam uexabat. Propter qd etiam quies, p tranquillitate accipit̃. Cuius contrariũ eſt inquies, hoc eſt cura & ſolicitudo, & moleſtia. Hinc quietus tranqllus, inquetus turbatus, ſolicitus. Quietudo & inquietudo.

Quieſco. is. quieui, quietum, modo dormio ſcat, modo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſto,non moueor,ut cum dicimus Quieſco. Modo cu
ris,ſiue labore uaco.Mō qeſcere facio, pſertim ſi actō
iungaſ.Vnde Vir. in Buc. Requierunt flumina curſus
id eſt quietos fecerūt.Sic Salu.Paululū reqetis militi/
bus.Quieſco eīn ego aliter dicim⁹,& aliter quieſco ſer
uum.i.quieſcere facio.Plau. Quieſce tumultum, q eſt
ante hoſtium.Hinc componunt Acquieſco,aliquantū
quieſco.Cice.Ser.Sul.His uero temporibus habeamus
aliud nihil,in quo acquieſcamus.Qñq; ſcat conſentio
condeſcendo. Hiero in prolo. Iudith. Sed qa hunc li/
brum ſynodus nicena in numero ſanctaꝝ ſcripturaꝝ
legiſ computaſſe, acquieui poſtulationi ueſtræ, Con/
quieſco,bene quieſco. Cice.Lentulo. Tu niſi perſpecta
re de me nō cōquieſti.Reqeſco,ſicut quieſco. Vir.Hic
tñ hac mecum poteris requieſcere nocte Fronde ſuper
uiridi.i.dormire.Idē & mutata ſuos requierunt flumi/
na curſus,id eſt,quietos eſſe fecerunt. Hiero.in Geñ. Et
reqeuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.
Quin uariis modis dī. Nam aliqñ ponit p cur nō. Cum
ſcilicet increpantes,uel interrogantes,uel exhortantes
dicimus.Quin uenis? quin fugis? Vir. Quin tu aliquid
ſaltem potius,quoꝝ indiget uſus uiminib⁹,molliq; pa
ras detexere iunco. Cice.pro Rabi.Quin cōpeſcitis iſtā
uocem indicem ſtultitiæ.Aliqñ p q,ſeu ut. Idem. Nō
dubito,quin eo ſis aīo,quo ego eſſem, ſi quid tu me ro
gares.Teren. Non dubium eſt quin vxorem nolit filius
Aliqñ p quinetiam,id eſt,inſuper p̄ter id, ſiue atq; etiā
Tūc eīn p hanc particulam magis confirmamus. Vir.
Quin aſpera Iuno Quæ mare nunc terraſq; metu, cæ/
lumq; fatigat.Conſilia in melius referet,quod,& quin
immo qñq; dī. Aliqñ ita ponit, q̄ſi uideaſ eſſe contra/
riū priori ſignificato,q non,uel ut non.Cice. Non id/
circo cauſas Iſocrates nō defendit, quin id utile eſſe &
honeſtū exiſtimaret.Similiter cū dicim⁹.Non poſſum
me cōtinere,quin geſtiam.i.ut non, uel quo minus ge
ſtiam. Vir.Hic tibi ne q̄ moræ fuerint diſpendia tanti/
Quin uatē inſanā aſpicias.i ut nō. Aliqñ ponit p q nō.
Ci.Nemo eſt noſtroꝝ,quin uota uictoriæ ſuæ fecerit.
Quinimmo,quin potius,ut Quinimmo beati, qui audi
unt uerbum dei & cuſtodiunt illud.
Quintilis,Iulius menſis dictus,q ſit quintus a Martio, q
apud antiquos primus anni menſis erat.
Quinq; nomē numerale,& inuariabile,a quo qntus.a.ū.
Quinus.a. um. Quinarius.a.um. Quinquies quincūx.
Quinq̄meſtris.Quincupartitus.Quincuplex. Quinde
cim.Quinq̄ginta.Quingēti. Quinq̄geſimus & hmōi.
Quinquertiū,& Quinquertiones. Vide in Pentathli.
Quinquatria,oꝝ.ab eo,q quinquatre in ſingulari, ſicut
bacchanale,& vulcanale. Feſta erant q̄ quinq; diebus
Palladi fiebant,ut Oui.li.iii. Faſt. innuit, ita appellata
qñ quinq; dieb⁹ poſt idus celebrabant.Nam dies poſt
idus atet erat.Inde quinq̄tria,quiq; ab atro die.Primo
die fiebant ſacrificia, tribus ſeq̄ntibus gladiatores in
theatro certabant.Quinto die erat luſtratio. Vnde ait
Vna dies media eſt,poſt fiūt ſacra Mineruæ, Nomina
q̄ a iunctis quinq; diebus habent. Sanguine prima ua/
cat,nec fas concurrere ferro.Cauſa q eſt illo nata Mi/
nerua die, Altera, treſq; ſupra ſtrata celebrant arena,
Enſibus exertis bellica læta dea eſt. Sūt qui dicant hāc
diem munuſculoꝝ quoq; eſſe,quo tpe matronæ inter
ſe inuicem munera miſſitabant, & cœnas ſeruis appo
nebant,ut uiri ſaturnalibus Dī & qnquatrus,ſicut tria
trus,ſexatrus,ſeptimatrus,decimatrus. Iungiturq; hæc
particula atrus,q̄ nihil ſcat ſupplementi cauſa. Varro
li.i.de lin.latina,quinquatrū dié vnū feſtū eſſe dicit,ſic
appellatū,q erat poſt dié quintū idus Martii,ſicut ſexa
trus ab Tuſculanis uocat dies,poſt dié ſextū & ſeptima
trus poſt dié ſeptimū. Declinat aūt ſubſtātiue in plura
li,tā tertiæ q̄ ſecūdæ declinationis, ſicut cætera feſtoꝝ
noīa.Iuue. Incipit optare & totis quinquatrib⁹ optat.
Cice. Ita tumultuoſæ contentiones,ita moleſtæ quin/
quatris offerebantur. Diomedes uero quinquatriæ a
prima declinatione protulit.
Quincunces, unciæ qnq;.Hīc qncuncialis ordinū rō,de
q̄ apd Var. Pli.& Col.ſit mētio. Quincūcialis uero her
ba dī,ut trientalis a mēſura.i.q̄ folio qncunce, aut tri/
entē æquet amplitudīe. Quincūces etiā uſuræ ſūt quo
tiēs ex cētū nūmis,ut exēpli gra ſit qnq; nūmos uſuræ
noīe pcipim⁹.Sic ſemiſſes uſuræ triētes beſſes,& hmōi.
Quirites pe.pro.romani dicti ſunt,a Quirino.i a Romu
lo urbis Romæ conditore,qui a quiri haſta Quirinus
appellat⁹ eſt,q haſta aſſidue uterē,q̄ Sabinoꝝ lingua
quiris dī,vnde quidam ſecurim dictam putant, q̄ſi ſe/
miquirim,quanq̄ a ſecando etiā dici pōt. Siue q cures
uicerit.Siue q græci regē κύριον dicunt.Conſtat aūt ro
manos eo tpe græcos fuiſſe. Oui.in Faſt.Siue q haſta
quiris priſcis eſt dicta latinis. Bellicus a telo uenit in
aſtra deus.Siue ſuo regi nomen poſuere Quirites, Seu
quia Romanus uicerat ille cures. Alii quirinum dici
exiſtimant,ob generis nobilitatem a patre ſuo Quiri/
no,hoc eſt Marte. Romani eīn Martem dum ſæuiret,
Gradiuum,dū tranquillus eſſet Quirinū noīabant. Et
q̄q̄ hoc nomen quirites quidā tm̄ pluraliter declinari
uelint,apud poetas tñ repimus quiritem,a quiris quiri
tis,uel quirites.itis.uel hic & hæc quiritis.In gtō plurali
quiritium,& quiritū p ſincopā. Perſi.Heu ſteriles ueri,
quib⁹ una quiritem uertigo facit.Oui.An ſi pulſaſſem
minimum de plebe quiritem.
Quirinus pe.pro. Vide in dictione Quirites.
Quirinalis collis dictus eſt,q in eo Quirini tēplum erat
ſiue q in eū cōmigrauere Sabini a curibus uenientes.
Et q̄rinalis porta Romæ dicta, q ea in collē Quirina/
lem itur,uel q proxime eā eſſet Quirini ſacellum.
Quirinalia uocabant diē,quo ſacra Quirino fiebant.
Quirito.as pe.pro.qd & quiritor dī,ſcat clamo,Roma/
nos cōmoueo,& quiritum auxilium inuoco. Var. Qui
ritare quirites ciere. Noni. Quiritare eſt clamare. Lu/
cil.li.xii.ſaty. Concurſans,ueluti ancharius clareq; qui
ritans. Ab Apul. ponitur pro ſuppetias petere.
Quiſquiliæ purgamēta terraꝝ,& qcquid ex arboribus
minutis furculoꝝ foliorumq; & floꝝ decidit, vnde no
men uenit quicquid cadit, uelut quis quærat illas, ob
id Cice. quiſquilias uolantis dixit.Et Neuius deturba
re ſaxo homo non quiſquilia eſt.
Quiſquiliū uocāt exiguū fruticē ilicis p ducentē coccū,
qd granū eſt ad tingēdas ueſtes gratiſſimū. Hinc natū
eſſe putaſ,ut ueſtis coccina līis p imperitiā interceptis
ſquallata vulgo hodie dicaſ pro quiſquiliata.
Quiſqs in ntō plurali q qui,& ſcat qcunq; p totā declina
tionem perq; omnes caſus conſimilis uox iteraſ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quo accipiē ꝑ quanto, ut cum dicimus. Eo magis, quo magis. Aliquando est aduerbium loci. Vir. Quoue tenetis iter. i. ad quem locum tenditis. Aliquando est cōiunctio, & significat ut. Plini. Neq; eñ id feci, quo tibi molestus essem. Aliqñ ponit pro quare, ut inquit Donа. Terē. in And. Quò æquior sum Pamphilo. Et quo ꝑ ad quid, uel in quem usum. Hora. Quo mihi fortuna si non concedit uti. i. ad qd uultis mihi esse bona fortunæ. Sic uenuste interdum desunt uerba in oratione. Et apud Esaiam. Quo mihi multitudinem uictimarū uestrarum. Hinc fiunt composita Adquo, quoad, quocirca, quousq;, quomodo, quoquomodo, quoquouersus, quoquam, quoq;, aliquo, aliquoties.

Quoad, cōponi uidet ex quo & ad, sed ꝓpostere, sicut hactenus, quatenus. Et fcat donec, siue q̄diu, uel quousq;, ut Quoad uiuam ero tibi amicus. Cice. li. i. offi. Tā diu aūt uelle debebis, quoad te q̄tum ꝓficias non pœnitebit. Nihil differt ita loqui. Quoad uiuam, & quoad moriar. Hæc eū q̄is cōtraria esse uideañ, idem tñ fcant, qñ duo tpa, cū inter se opposita sunt, atq; ita cohærentia, ut alterius finis cū alterius initio misceaī, nō refert, utrum ꝑ extremitatē prioris, an ꝑ initium seq̄ntis, locꝰ ipe cōfinis demonstret. Pōt aūt esse interrogatiuū. Teren. in Phor. Quid senē quoad expectatis uestrū? Relatiuū, ut quoad iussisti paruī. Infinitū, ut quoad libet studeo. Cic. Treba. Itaq; quoad opinatus sum me in ꝓuinciam exitu, q̄ tibi ultro obtulerim meminisse te credo. Aliqñ rei & ingenii facultatē, siue tpis cōmoditatē fcat, ut apud eundē in Lel. Vt quoad possem, & liceret, ab eius latere nunq̄ discederem. i. q̄tum. Aliqñ quantitatem reꝝ tiñ denotat. Idē ꝑ lege agraria. Audite uos, qui amplissimi ppli, senatusq; iudicio exercitus habuistis & bella gessistis, quoad quenq; puenit, aut puenirit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario, Et sic sēper exponitur pro quantum.

Quoadeius tota una dictio, fcat usq;, uel inquantū, uel q̄tū ad eius uires, uel q̄tum ab eo. Cice. li. i. de Ora. Officium est de iis rebus posse dicere, q̄ ad usum ciuilē moribus & legibus cōstitutæ sunt, cū assensione auditoꝝ, quoadeius fieri poterit. Idem. Elaboro quoadeius facere possum, ut consilia hostium intelligam.

Quoaduscq; eiusdē significatiōis est. s. q̄tum, uel quousq;. Actius. Nihil te impedio quoaduscq; rem peragas.

Quocirca significat quamobrem.

Quousq;, q̄diu, uel usq; ad quod tps. Et ponit interrogatiue. Cice. Quousq; tandem abutere Catilina patiētia nostra? Relatiue, ut quousq; uolui comedi. i. tamdiu cōmedi, q̄diu uolui. Infinite, ut quousq; esses didici. Aliquādo significat usq; ad quem locum, ut quousq; agri tui fines protraxisti.

Quomodo tota una dictio, fcat quemadmodum. Cice. Quomodo potuissem te conuenissem. Tale est, ac si diceret, si quatuor pedibus ad te uenire necesse fuisset. Interdum ꝑ interrogationē, ut Quomodo fiet illud, qñ uiꝝ non cognosco. Erūt etiā duæ dictiones, si relatiue ponaī, ut eo modo legi quo modo scripsisti. Aliqñ est aduerbiū similitudinis. Et sic est una dictio. Aug. Quō superius lux mundi, sic nunc dicit sal terræ.

Quomodo. i. qualicunq; ratiōe utcunq; qualitercunq;.

Quoquouersus, uel quoquouersum, significat uersus omnes partes quod uernacula lingua dicimus. In qua li mane se uoglia, ut Quoquouersum scrobem pedū quatuor ab arbore inquit Colu.

Quoq̄ significat aliquo. i. ad aliquam partem locū ue.

Quoq; ponit pro etiam. Seneca. Tu quoq; simili modo exercere te debes. Aliquando pro similiter. Virgilius. Vocabere tu quoq; uotis.

Quo minus, fcat ut nō. Augu. sup Ioannē. Si quo minꝰ dixissem uobis. Interdū statim. Virg. Et quo minus arua insequit. Quandoq; sunt duæ partes. Amb. sup Lucam. Fide tuus putet sibi quo minus ea reqrat magis posse suppetere.

Quo iure, quaq; iniuria, puerbiale est quasi per fas, nefas uelis nolis. Teren. in And. Quo iure, quaq; iniuria me præcipitem in pistrinum dabit.

Quoniam coniunctio causalis, ut quoniam ꝓdest lege. Potest etiam esse subcōtinuatiua, ut quoniā ambulat, mouet. Interdū auctore Festo significat postq̄.

Quod nomē relatiuū est, & cōiunctio causalis, cū ponit ꝑ qa, ut q̄ scribas lętor. Et nō castigo te, q̄ odio habeā, sed quo meliorē efficiā, ubi eñ potest esse quod ibi ēt qa. Et ubi potest esse ut, ibi pōt esse quo, & ecōtrario, ut nō te castigo, qa odio habeā, sed ut meliorē efficiam. Quandoq; ponit pro sed, & in principio clausulæ locari solet. Cice. Quod si quis a me huius cōsilii mei causam quærat ita rñdeo. A quod fit quoddā, quodpiam quodq; quodcunq;, quodlibet, unū quodq;.

Quondā aduerbiū tpis, & modo ꝓteritū tps denotat, ꝓ olim, uel aliqñ. Cic. fuit ista quondā in hac Repub. uirtus. Modo ꝓsens. Virgi. Quondā etiam uictis redit in ꝓcordia uirtus. Ponit quādoq; ꝑ semp. Idem, ut quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis.

Quorsum, uersus quem locū, quasi quo uersum, ut quorsum uadis? Quorsum seruꝰ tuus iuerat, tu iuisti, quorsum sit res euasura dubito.

Quot, nomen numerale, ut Quot nummi tibi sunt. Scio quot numos habes, habeo tot, quot tu.

Quotquot, id est omnes qui.

Quotidie. Vide in dictione Cotidie.

Quotēnis, significat quot annorū, habet eñ antecedentia nomina numeralia, uel cōposita ex numeralibus, & anno, ut anniculus, biennis, triennis, ut tu es biennis, quotennis ille. Quidam etiam usurpāt quotennium, sicut septennium.

Quotenus relatiuū diuisiuum, significat usq; ad quem numerum. Cicero ad Atticum. In ripa nescio quotenorum iugerum.

Quotus relatiuū ordinale, quo significaī, cuiꝰ numeri, siue in quo numero, aut ordine, ut sum primus in ciuitate, quotus es in tua. Qñq; ponit pro quot. Mar. Dic quotꝰ es, quanti cupias cœnare, nec ullū addideris uerbū, mensa parata tibi est. i. quot estis, & quot tecum habes. Qñq; significat continuā q̄ntitatē, & ponit ꝑ quantus. Iuue. Quota portio fecis Achææ.

Quotusq;sq; in singulari, idē fcat, quod nomē numerale quot, ut quotusq;sq;, qui aliter sentiat. Augu. lib. xix. de ciui. dei. Quotusq;sq; hominū est cui profunditas utilitatis huius appareat. Et est uetus eleganscq; locutio. ꝑ interrogationē, & ad paucitatem referī, ut quotusq;sq; studet, hoc est q̄ pauci sunt, qui studeant. Cic. pro Plan

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cio. Quotuſq; ſq; iuris pitus eſt, quotuſq; ſq; diſertus eſt. Quotuplus ad menſurã, uel ad pondus referẽ, ut Meus ager reddit decuplum, quotuplũ non reddit tuus. Quotuplex quot generum.



Litera ſemiuocalis eſt, & liquida, quæ poſt mutã in eadem ſyllaba poſita p̃cedentem ſyllabam modo lõgam modo breuem facit, ut Ouidius in dictione patrẽ, exemplũ poſuit. Iam patrem, famuloſq; patris lucemq; timebam. ubi pa ſyllaba, & p̃ducitur & corripit. Et apud græcos in initio dictionũ r litera recipit aſpirationẽ, ut Rhadamãthus, Rhea, & huiuſmodi. Conuertiturq; nonnunq; in l, ut intelligo pro interlego. Pelluceo pro perluceo, in ſimplicibus, ut niger nigellus, umbra umbella. In ſ, ut arbos pro arbor, odos p odor. Tranſit in duo ſſ, ut uro uſſi, gero geſſi. In u, conſonantem, ut ſero ſeui, tero triui. In n, ut Æneus pro æreus.

R ante A

Rabbath, metropolis eſt filioꝝ Ammõ, q̃ hodie a regẽ Ægypti Ptolomæo cognomento philadelpho q; Arabiam tenuit cũ iudæa philadelphia nominat.

Rabies, ei, & rabia, æ, a rapio, morbus canum, cum uelut furore quodam acti, huc, atq; illuc rapiuntur, nec ullum quietis locum inueniunt. Alii rabiem, quaſi rauiem dici putant a raucitate uocis, quam rabioſi habẽt ſimilem canis latratui, hinc.

Rabioſus, qui rabiem habet. Pli. li. xxix. Datur morſis a rabioſo, ne rabidi fiant. Ponitur quandoq; rabioſus p̃ iracundia pleno, q; ueluti rabie agitatus uideat.

Rabioſulus diminutiuum. Cice. Treba. Primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti.

Rabidus, qui rabiem habet.

Rabio, is, nimia ira, & quaſi rabie agitor Varro. Quid eſt quod latras? quid rabis? quid uis? Cecili. Rabia rabire ſe ait.

Rabula, a rabie, ut quidam uolũt, & a raui. i. raucitate, ut is ſit Rabula, qui in negociis agendis acer eſt, & rabioſus. Vnde & pro aduocato, & cauſarũ patrono accipi ſolet. Vel dicit̃ a radendis auribus. Nam ut a fando fabula, a radendo rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto, q̃ q̃ radant, i. offendãt aures, & ut ait Quint. nimia uerboſitate feriant, quaſi ab inſtrumẽto illo nũcupati, quod rabula cõmodius, q̃ radula uocari poſſit, hodie quoq; uulgus ipos garrulos, & linguaces ab alio inſtrumẽto Tudiculas, & piſtilla cognominat. Feſt⁹ a radendo, id eſt auferendo nomen traxit, in gallia quoq; tranſalpina inſtrumentũ fabrile, quo aſſameta leuigant̃ & polliunt̃ rabo, quaſi rabula, a radendo, & in multis Italiæ partibus ſcaphula, a nauiculæ forma. Et in ciſalpina gallia, a cõplanãdo planula nam dolabra uidet̃ idem eſſe quod Aſcia apud Donatũ qui ait Dolare eſt Aſcia cædere. Quin. Super oñia perit illa, quæ Cicero in oratore. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimũ, aut perfectiſſimũ quarim⁹. Idem. quaſi rabulæ, qui ſibi diſerti non videnẽ, niſi omnia tumultu, & uociferatione concuſſerint.

Racemus pe. pro. pars botrionis, ſiue potius ipe botriõ q; & botrys more græco, & botrius, hoc eſt iteger uuæ racemus. Eſt enim illa teſta uuarũ plurima grana cõtinens. Et non ſolum de uite, ſed etiam de aliis plantis dicit̃. Plini. de hedera. Aliis denſus acinus & grãdior racemus in orbem circumactis.

Racemoſus, a, um, quod eſt racemis plenum. Pli. Hederæ modo racemoſa eſt.

Racematus, a, um, quod racemos habet. Idem lib. xviii. de panico. Paruis racemato paniculis.

Racemarius malleolus, ex quo pãpini pullulãt, uel ſteriles, uel certe minus feraces, ut inquit Colu. li. iiii.

Racematio, racemoꝝ uindemia, ut quãdo a uindemiatoribus racemi rari prætereunt̃, ſicut in meſſibus peractis quod ſupereſt ſpicilegium dicit̃. Tertul. Poſt vindemiam parricidarum ſuperſtes.

Racha, nomẽ hebræũ eſt inqt Hiero. q̃d idẽ eſt qd̃ κενὸς id eſt inanis, aut uacuꝰ, quẽ nos poſſumꝰ vulgata iniuria, abſq; cerebro nũcupare. Quidã ethymologiã huiꝰ noſtis, de græco trahere uoluerũt putãtes dici pãnoſum. Græce em̃ pãnus rachos dr̃. Sed nos huiꝰ uerbi p̃prietatẽ ſubtilius ſpiciẽtes, nihil itelligimus aliud eẽ racha, niſi uocẽ incognitã irati animi cõmotionẽ ꝓcãtis, quales ſunt interiectiões apud grãmaticos, ſicut a dolente heu. Ab iraſcẽte hem, & hmõi. Augu. ſup Matthe. Racha uox indignantis animi motum ſignificans.

Rado, is. ſi. ſum. cõplano, incido, extirpo, mũdo. Colu. li. ix. Sic tũ, ne qd̃ radat̃. Hiero. i Leui. Die ſeptima radet capillos capitis, barbã & ſupcilia, ac totiꝰ corpis pilos. Iuue. Nam Sergiolꝰ iam radere guttur Cœperat. Per tranſlationẽ ponit̃ pro lædo, laceroq;. Pli. Malæ homĩ tãtũ quas priſci genas uocabãt. xii. tabulaꝝ interdicto radi a fœminis eas uetãtes. Quin. li. iiii. Ne ieiuna atq; arida traditio auerteret animos, & aures p̃ſertim delicatas raderet, hoc eſt offenderet, fatigaretq;. Huius cõpoſita ſunt Abrado, adrado, iuxta rado, Colu. li. iii. Reliquã partẽ, quæ cõtineris matri eſt, adradito, ne ſugua cua ſarmenta p̃ceet. Circũrado. Idẽ lib. iiii. Quã recẽtiſſimũ eligat̃ ſarmentũ, & leniter circũraſum, ut cortex tantũ detrahat̃. Corrado, derado, de aliquo rado. Pli. Quod deraſum eſt, teritꝰ, & cribrat̃. Erado, extra rado. Colu. li. iii. Poſtea ſurculos, quos inſerere uoles erado tam alte, quã cuneũ dimiſiſti, ſed ita ne medullã neue alteriꝰ partis corticẽ lædas. Interrado in medio rado. Idẽ in eodẽ. Nã ſi ſpiſſe poſueris, neq; in terra qd̃ ferre poteris, nec ipſæ fructuoſæ erũt, niſi interraſeris. Obrado, circũrado. Et omnia habent pe. pro.

Raſito, raſitas, penultima correpta, ſignificat ſæpe rado Gellius libro ſecũdo. Comperimus aũt cæteros quoq; in his temporibus nobiles uiros barbam in eiuſmodi ætate raſitauiſſe.

Raſores, qui radunt. Et per tranſlationem fidicines, qui uident̃ chordas ictu radere.

Raſura ipſe radendi actus. Columel. li. v. Eaq; raſura ita deducitur.

Raſamentum. Idem. Terebra gallica, non ſcobem, ſed raſamenta facit.

Raſilis, & hoc raſile, pe. cor. quaſi raſum nihil extantis, ac redundantis plenitudinis. Virgil. tamen, Et torno raſile buxum, quaſi raſibile dixit.

Raſorius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Rasorius.a.um.quod ad radendum pertinet. Vnde dici mus cultros rasorios.

Radix,dicta est q̄ sæpe effossa parumper terra radiť, ut arbor melius fruticescat.Plin. Cum pali defixi radices cepisset.Huius diminutiuum est radicula.

Radicula parua radix.Col.lib.iiii.Idē pœn⁹ autor pbat uinacea p̄mixta stercore depositis seminib⁹, in scrobē mouere,q̄ illa,p̄uocent,& alliciant nouas radiculas.Et radicula uocatur herba succum habens lauandis lanis commodissimum,hanc græci Struthion,& lanaria ob id a nostris uocatur.

Radico.as.pe,pro.radicē facio,& radicē capio dī.Pli.lib. xviii.Frumēta multis radicanť fibris.Hīc cōponiť,Eradico,qđ est usq̄ ad radices euello.Hie.in p̄fa.Psal.Cogitis ergo ut ueluti quoddam nouale scissum iam aruū exerceā,& obliqs sulcis renascentes spinas eradicem.

Radifico.as.similiter significat radices facio.

Radicitus pe.cor.aduer.ſcat a radice.Vñ & p oīno q̄ñq̄ ponit,ut apud Ezech.ut euelleret eam radicitus.

Radius splendor a sole micans.Var.O summe sol,q̄ totā hanc mūdi cōpagem tuis radiis illustras.Trāsferť & ad fulgorem oculoꝝ.Pli. Cuius ex oculis radii nocte micātes cernunť.Gel.Stoici causas esse uidēdi dāt radioꝝ ex oculis in ea,q̄ uideri q̄unt,emissionē.Item radius dī uirga,qua Geometræ lineas iudicāt.Vir. Descripsit radio totū q̄ gentibus orbē. Inuenta aūt est hæc ars tpe, quo Nilus plus æquo crescens,confudit terminos possessionū,ad quos innouandos adhibiti sunt phi q̄ lineis diuiserūt agros. Inde Geometria dī cū non tm̄ terræ, sed etiam maris,& cæli,& aeris spatia metiri consueuerunt.Itē Textoris instrm̄, qđ uulgo druellam noīant, nūc nauicula appellať,quo telæ annectunť, radius dī. Idē.Excussi manib⁹ radii,reuolutaq̄ pēsa. Radii quoq̄ tōtaꝝ dōr,ut apud eundē.Hinc radios triuere rotis.Instrumentū etiā quo raduntť mensuræ radius uocať, qđ ālio noīe hostoriū noīať.Plau. Dii,deæq̄ oēs tantā nobis lætitiam tot gaudia sine radio cumuletis. Et rādii dōr oliuæ oblōgæ.Vir.Nec pingues unā in faciem nascunť oliuæ Orchades,& radii, & amara pausia bacca.

Radio,radios emitto,fulgeo.Hie.in plo.Paral. Vbicūq̄ astericos.i. stellas radiare in hoc uolumine uideritis, ibi sciatis,de hebræo additū, qđ in latinis codicib⁹ nō habeť.Oui.li.ii.Meta. Argēti bifores radiabant lumine tuluæ.Hinc cōponiť irradio qđ est illustro & quasi intus radio.Plau. Faciūt,qđ consueuerūt, irradiant salibus mensam,omnis ad risum prouocant.

Radula pe.cor. instrumentū ferreū a radendo dictum. Vñ pix radulana est dicta,q̄ radula eradiť. Pli.li.xiiii. Radulāna pice,ac resina condire musta.

Rāgades,& ragadia fissuræ sunt & rimæ inter sedis uitia annumeratæ,quoꝝ crebra mētio est apud Pli. Auicenna non solū in ano,sed in mētula nasci ragadas p̄didit De quo & in dictione Condilomata.

Raia genus piscis plani, & Carthilaginei. Raias græci ῥάϊς dicunt a rubi nomine propter aculeos.

Ralla genus uestis a raritate. Nam rarum facit diminutiuum rallum.Plau. Toga ralla tunica spissa, mutatur enim r in duplex ll,sicut tener tenellus.

Rallum a radendo ferrum illud,quo uomeres identidē purgantur in arando.

Ramex genus Herniæ. Vide in dictione Hernia. Hic ramicosus qui patitur illum morbum. Colu.lib.x. aliter accipit ramices cum inquit, de Vinario cōstituendo. Deinde per transuersa laterum caua transmittuntur ramices,qui exitus ferarum obserent.

Ramentū tenuis cuiusq̄ rei particula,a radendo quasi rasura.Vñ raméta auri,rammenta argēti,ligneꝝ & cæterarū rerū dicimus,cū foraſ a liqd ex tritu,siue ex cursu,aut ex arena fluuioꝝ.Vñ Pli.li.xxxiii.Apud nos tribus modis fluminū ramētis ſ.aurū inueniť,nec ullum absolutius aurū est cursu ipo,trituq̄ ppolitū.

Ramus arboris pars est,cuius dimi.est ramusculus. Dī & ramulus. Colu. Et cū primū germia tumebūt,de ramulis āniculis eos ligato.Est & aliď dimi.Ramuscul⁹.

Ramale,idē qđ ramus.Oui.lib.viii.Meta. Multifidaſq̄ faces,ramalia q̄ arida tecto.Perſi.Et ramale uetus.

Rameus,a,um,qđ ex ramo est.Vir.li.iiii.Geo.Et ramea costis subiiciūt fragmēta Thymū,casiasq̄ recentes.

Ramnus genus sentiū asperrimū aculeis,& flore gratissimū,ait Hier.sup illud Psal. Priusq̄ intelligerēt spinæ uestræ ramnū. At Rhamnus cū h,sic iclinať ὁ ῥαμνόεις ῥαμνόεντος, & p synæresim, ὁ ῥαμνῆς ῥαμνοῦντος, sicut & ἀμαθόεις,ἀμαθόεντος, & ἄμαθος ἄμαθοντος. Est & Atticæ regionis pagus ex quo formať Rhānusius,a,um,quod est ex Rhamno. Terē.in And.Hoc certe scio rhamnusium se aiebat.Inde Rhamnusia indignatiōis dea,quā Græci νέμεσιν uocāt. Nā cū Narcissus formæ bonitate abuteretť supbius recte fingiť eiusmodi dea aduersus eū q̄ bonis p̄sentibus sit indignus.Nemesis inq̄ indignationē significat,cuius simulachrū pulcherrimū eo in loco colebať. Quod quidē marmoreū fecerunt a Phidia ulnarū in altitudine decē factū.De hac Ouid.lib.v.de Trist. Exiget at dignas ultrix Rhamnusia pœnas.

Rana genus animalis palustris,ranarū aliæ sunt terrestres,licet in aqs dulcibus degant,aliæ marinæ.Exterrestribus,q̄dā in uepribus tm̄ uiuūt,& rubetæ appellantur,Aliæ inter harundines, fruticesq̄ uersanť. Est & rana arboré scandens, & ex ea uociferās ob id a calamis calamita.Ranæ etiā morbus est,q̄ bobus accidere solet.Col.li.vii. Solent etiā fastidiosa cibo afferre uitiosa incrementa linguæ,quas ranas uocant ueterinarii.

Ranunculus dimi.est a rana.Amb.lib Hexa. Culices,& ranunculi circa genitales strepunt paludes.

Ranceo,es,cui,rancorem habeo,siue puteo.

Rancor puror quidam,a ranceo nomen uerbale, sicut Acor ab aceo,albor ab albeo.Palladius,in rebus rusticis.Receptacula olei semper sint munda, ne nouos sapores ueteri rancore infecta corrumpant.

Rancidus,a,um,qđ est rācore putidū, sicut uulgus usurpat,ut caro rancida.Hora.Rancidū apꝝ antiq laudabāt,nō q̄a nasus illis nullus erat, sed credo hac mēte q̄ hospes tardius aduenies uitiatum commodius,q̄ integrū edax dominus consumeret. Interdum poniť p insuaui.Huius diminutiuum rancidulus.Iuue.Non tamen his illa unq̄ opsonia fiunt rancidula.

Rantum accipiunt ueteres pro ære. Vnde porta Romæ Randuscula.

Rapio,pis,pui,ptum, significat per uim, aut cum festinantia, siue cum furore rapio, traho, euello, aufero. Terenti.in And. Sublimē hunc intro rape, quantum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

potes. Lactan. lib. v. Alios etiam in consortio mali sui rapiũt, quasi habituri solatiũ de ꝑditione multorũ, id est trahũt. Vir. Quid faceret, quo se rapta bis coniuge ferret, id est ablata. Et li. i. Geor. Atq; illũ in præceps ꝑno rapit alueus amni, id est subito rapit. Aliqñ rapere est uim afferre, uitiare. Et proprie de uirginibus, atq; impuberibus pueris etiã, si loco non dimoueanť. Vir. Et rapti Ganymedis honores. Senec. Rapta raptoris, aut mortẽ, aut ĩdotatas nuptias optet. Cõposita Abripio, arripio, corripio, deripio, diripio, eripio, irripio, ꝑripio, proripio, & surripio.

Rapto, as, frequenter rapio, traho. Vir. Ter circum ilia cos raptauerat Hectora muros. Et li. iii. Geor. Sed me parnasi deserta per auia dulcis raptat amor.

Raptito, as, pe. cor. aliud frequen. a rapto, tas.

Rapax auidus, & rapinis semp intentus. Sue. Inopia rapax, metu sæuus. Hinc rapacitas. Colu. lib. i. Nisi maxima uel negligentia serui, uel rapacitas interuenit.

Raptor, q rapit. Am. Raptores nõ nisi aliena diripiũt.

Rapo, onis, idem quod raptor. Pompo. Ne uos conturbent auri, argentiq; rapones.

Rapidus uelox. ab eorũ qui rapiũt, celeritate dictus. Vn de amnis rapidus, q cũ celeritate, & furore labiť.

Raptio, rapina, & raptus distinguunť ab iuicẽ, ꝙ raptio ad ꝓsonã rapina ad rem raptus ad stuprũ referať. Ter. in Adel. Disperii Thesiphonẽ audiui filiũ una in rapti one fuisse cum Æschino. Cic. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in supliciis, auaricia in rapinis, supbia in cõtumeliis efficere potuisset. Idẽ. Matronaꝝ cædes, uirginũ raptꝰ. Col. Etiã rapias uocat culturas rapoꝝ.

Rapinator, a rapina raptor dicitur. Lucil. Homo impudicus impune est rapinator.

Raptim aduerbium, significat cum festinatione.

Rapa, æ, dĩ, ꝙ passim rapiať. Pal. Rapa mutať in napos in alio solo ꝑ biennium sata. Alio uero napus trãsit in Rapam Dĩ & rapũ neu. ge. Mar. Hęc tibi brumali gaudẽtia frigore rapa. Var. Ex semine brassicæ uetere sato nasci aiũt rapa, & cõtra ex rapoꝝ brassicã. Colu. lib. ii. Ab his leguminibus ratio est habẽda naporũ, raporũq; magis utilia rapa sunt. Hie. uero ad Eust. Vix raris fabis, & rapibus cũ rudi hordeaceo pane saturanť.

Rapulum dimi. a rapum. Hora. in ser. Captus ut aiebat cœnæ acria circum rapula. Et iterũ. Cum rapula plenus, atq; acidas mauult inulas.

Rapunculus a rapo radicis exiguæ, qui comediť in acetariis, rapuncium uernaculi nostri dictitant.

Rapacia, orum, raporum frondes, quas homines decoctas in cibum sumunt. Pli. Et homini non minor rapaciorum gratia, q̃ cimarum.

Raphanus, pe. cor. genꝰ radicis notæ, comestibilisq;. Pli. Ferẽ in templo Apollinis delphici adeo cæteris herbis prælatus raphanus, ut ex auro diceretur, beta ex argẽto, rapũ ex plumbo. Refert Alex. aphrodiseus esse caldum, humores exsiccare, & attenuare. Mouere ex humoribus spiritus, ac eos exhaurire, & exinanire, dum ꝑ eos eructat. Est & aliud raphani genus Armoratia a nostris diciť. Quidam hoc nomẽ aspirant in prima.

Rarus, a, um, ꝓprie diciť, quod nõ est densum. Interdum poniť ꝑ ꝓstanti, qñ omnia ꝑclara rara sunt. Virg. Hic rarum, tamen in dumis holus. Hiero. Rara est uirtus, nec a pluribus appetitur.

Rarenter aduerbiũ idẽ qd raro. Gel. li. i. A rarus non dĩ rare, sed alii raro dicunt, alii rarenter.

Raro. as. raꝝ facio. Cuius cõposita sunt Disraro, & Interraro, quod est in medio raꝝ facio. Col. li. v. utitur.

Rarefacio. Idem lib. vi. Hoc autem facile cõtingit, si prius rarefeceris etiam eas partis supra quas ramũ secaturus es, fœno aut stramentis texeris.

Raripilus, a, um. pen. cor. quod habet raros pilos. Colu. in Præfa. Et idipsum aliter curatur mutilum, & raripilum, aliter cornutum & setosum.

Rarescere, ſcat raꝝ fieri, siue deficere. Colu. li. iiii. Negligẽtia cultoꝝ magna ps depit, & iterius seminũ, cæteraq; uirẽtia rarescũt. Lac. lib. vii. Ita. n. iusticia rarescet, & ipietas & auaritia, & cupiditas & libido crebrescet.

Rastrũ, & raster mas. ge. Teren. At istos rastros iterea depone. Vir. Rastraq; incuruos æuũ tribuere ligones. Dicunť aũt rastra seu rastri, qui & rutabri uocanť, ꝓprie q bus ꝑ fœnisecia festucas abradimꝰ, a quo abrasũ rastelli sunt noiati, ut inqt Var. lib. i. de re ru. Tum de pratis inquit stipulã rastellis eradi, atq; addere fœnisecio cumulũ, quo facto sicilienda prata. i. falcibus cõsectãda, Veꝝ & stabulorioꝝ usibus deputanť, hisdẽ quoq; terrã effodiũt. Sue. in Ner. Tubaq; signo dato primus rastello humũ effodit, & corbulæ cõgestã humeris extulit.

Rastelli. Vide in dictione Rastrum.

Ratus, a, um, participiũ a reor, reris, qd ſcat puto imagino. Priſ. Reor quoq; ratus facit participiũ, ut puto differentiæ causa, quia ritus aliud significat, & retus pro reatus dicebant, quõ saucius, pro sauciatus, lassus pro lassatus. Plau. in Am. Victis hostibus, quos nemo supari posse ratus est. Aliqñ ratus dĩ firmus, certus. Terẽ. in He. Ne quod ego egissem esset ratum.

Ratifico. as. approbo, & qd actũ est cõfirmo. Veteres ratare ꝑ ratificare dicebãt. Vnde est irritare cõtrariũ.

Ratio, a ratum supino fit. Et est uis illa animi, qua a cæteris animalibus homo disiungitur. Quæ sic diffinitur ab Augu. libro ii. de ordine ꝙ sit mentis motio, ad ea quæ discutiuntur distinguendi, & connectendi potens. Vnde ab Horatio ponitur pro ratiocinatione, & discursu animi ad inuestigandum uerum. Cice. lib. ii. ad Heren. Ratio est causa quæ demonstrat uerum esse id quod intendimus breui subiectione. Sene. Quid est ratio, nisi naturæ imitatio? Sequitur ratio naturam & bonum sine ratione nullum est, & uirtus non aliud q̃ recta ratio. Aliqñ tñ ratio poniť pro respectu, & cura. Cice. Planco. Peto a te, ut mei rationem habere uelis, & salutis, & dignitatis meæ. Sic dicimus habẽda est ratio honoris, ratio rei familiaris. Idem li. ii. offi. Habẽda ratio est rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum est. Si uero iungatur cum præpositiõe cũ significat negocium. Idem in Cato. Rationem habet cum terra, quæ nunq̃ recusat imperium. Et ad Attic. Cum omnibus musis rationem habere cogito. Aliqñ ponitur pro causa, quia nulla causa est sine ratiõe, ut apud eundem M. Catoni. Cum aũtẽ ad Cibistra, propter rõnem belli, v. dies essem moratus. Aliqñ ꝑ modo uia, & forma. Sal. At ego uobis inquit, si mõ uultis esse uiri rõnem ostendã, qua tanta ista fugiatis. Et rõ qñq; dicitur supputatio, uel calculus, siue expensa. Plautus in Aul.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in Aul. Supputaſ rō cū argentario. Idē in Am. Et ut res rōneſq; ueſtroꝝ oīm bñ expedire uultis. Vñ rōnarius codex in quo accepti & expēſi rōnes deſcribunſ. Sue. in Cæſ. Seruitia recētiora īmenſo p̄cio, & cui⁹etiā ip̄m pu deret, ſic ut uetaret rōnibus inferri. i. nolebat in rōnario p̄ſcribi eā ſummā, quā impēderat in emptione ſeruoꝝ. Ratio etiā p̄portio dī, ut ſi qñ numer⁹ ad numerū hēt p̄portionē, quā nos rectū dicimus. Rationē uel duplam, uel triplā, quatuor ad duo, & ſex ad duo. Rōnem purgare, uide in dictione Purgo. Rōnē cōſtare, ē æquā legitimāq; rōnē oñdi, aut apparere oñdi poſſe. Pli. iuni. Miꝝ eſt, q̄ ſingulis diebus in urbe ratio, aut cōſtet, aut cōſtare uideaſ, cum pluribus, cunctiſq; nō conſtet.

Ratiuncula dimi. Teren. in Phor. Erat ei de ratiuncula iampridem apud me reliquum pauxillulū nummoꝝ.

Rationale, phi dixerūt eſſe, qd rōne uteret, uel uti poſſet. Vñ dicimus hoiem eſſe aīal rōnale, & mortale. Hic genere poſito, qd aīal eſt dictum, uidemus additas duas differentias, q̄bus admonendus erat hō, & quo ſibi redeundū eſſet, & vnde fugiendū. Nam ut p̄greſſus aniæ uſq; ad mortalia lapſus eſt, ita regreſſus eſſe in rōnem debet. Vno uerbo a beſtiis, qd rōnale, alio a diuinis ſeparaſ, qd mortale dī. Illud niſi tenuerit beſtia erit. Hic niſi ſe auerterit, diuina nō erit. Rationale ſubſtantiuū genus ueſtis ſacerdotalis eſt. Hiero. ad Fabiolam. Rationale etiam dī genus ueſtis apud hebræos oſuin græce logion, nos rationale poſſumus appellare, p̄nus eſt breuis ex auro, habens magnitudinem palmi, per quadrum, & duplex, ne facile rumpatur.

Rationabile dī, quod cum ratiōe factum dictumue eſt. Cuius contrarium eſt irrationabile. Itaq; domum aliquam rationabilem poſſum⁹ dicere, noſtrumq; ſermonem. Rationales autem, uel illū qui hanc fecit, uel nos qui loquimur. Ergo procedit ratio ab anima rationali in ea, quæ uel fiūt rationabilia, uel dicunt. Duo ergo ſunt in quibus potētia, uel uis rationis poſſit etiam in ipſis ſenſibus admoueri opera hominum, quæ uidentur, & uerba quæ audiuntur. In utroq; aūt utitur mens gemino nuncio, pro corporis neceſſitate. Vno, q̄ oculorum eſt altero qui aurium. Ita cum aliquid uidemus congruentibus ſibi partibus figuratum non abſurde dicimus rationabiliter apparere. Item cū aliquid bene concinere audimus, non dubitamus dicere, q̄ rationabiliter ſonat, irrationabile uero quod his caret. Quint. li. ii. Sed quia carent ſermone, quæ id faciūt, muta atq; irrationabilia uocantur.

Rationarius liber, in quo ratiōes rer̄ geſtar̄ continent. Sue. de Aug. Rurſus tædio diuturnæ ualitudinis, cum etiam a magiſtratib⁹, ac ſenatu domū accitis rationarium imperii tradidit. Et rationarius liber accepti, & expenſi, ut ſupra in dictiōe Ratio. Item rationarius, q̄ rationarium conficit, uel q̄ rationibus præeſt. Marcel. Quidam ex mercatore opulēto rōnarius apparitor.

Ratiocinor penul. corre. ſignificat per rationem quandam deprehendo, colligo, computo. Gelli. lib. i. Plutar. in lib. quem ὁπόσα ψυχῶν καὶ σωμάτων αὐθρώποις σοφίαν καὶ ἀρετὴν διαφορά, id eſt, quantum inter homines animi corporiſq; ingenio, atq; uirtutibus interſit conſcripſit ſcite ſubtiliterq; rōcinatum Pythagorā p̄hum dicit in reperienda modulandaq; ſtatus longitudinis eius p̄ſtantia. Cic. li. v. Tuſ. At nos metiendi ratiocinādiq; utilitate inſpecta huius artis terminauimus modū. Hinc ratiocinatores dicti ſunt, qui calculatores uulgo nominant. Cic. li. i. offi. Vt boni ratiocinatores officioꝝ eſſe poſſumus, & addendo deducendoq; ueſter quo reliquis ſumma fiat Mar. Nec calculator, nec notarius uelox maiore quiſq; circulo coronet. Ratiocinatio inqt Aug. lib. de īmortalitate animæ, eſt, a certis ad incertoꝝ indagationē nitēs cogitatio.

Ratis, & rates, ſm Probum efferri poteſt. Et p̄prie rates dicunt connexæ, & rectæ, compactæ inuicem trabes q̄ p̄ aquam trahunt, abuſiue a poetis uſurpant pro nauibus. Virg. Diſiecitq; rates.

Raudum dicebaſ æs. Vide in dictione Rudus.

Rauenna urbs in octaua regione Italiæ, Sabinoꝝ oppidū in ora littoris Adriatici olim tota ligneis cōpactæ ædificiis aquis diffuſa, pontibuſq; ac lembis p̄grata a Theſſalis cōdita phibet inquit Stra. lib. v. Alii poſt exciſam Troiam. Alii poſt confuſa hoīm labia in babylone poſitā fabulant. Et cū a mari fiunt inundationes, nō mediocrē accipit partē cœni paluſtris. De hac Syl. lib. viii. Lenta paludoſo proſcindūt ſtagna Rauennæ. Hinc ortus eſt Caſſiodorus ſenator, qui multa eruditiſſime ſcripſit, hanc urbē uetuſtā eſſe res a oſtrogotis geſtæ cōmemorant, qui in eam regiā poſuere. Liui. auctor eſt ab Auguſto muris cinctam fuiſſe quos Valētinian⁹ impator poſtea ampliauit eiuſq; Archiepō xii. ciuitatū ep̄os ſubiecit Arimini, cæſenæ, foriliuii, foricornelii, fauentiæ, btiucii, Bononiæ, Mutinæ, Regii, Parmæ, & Placentiæ q̄ ciuitates deinceps ſub Exarchatu fuere. Et Alaricus ſubīde eā magnificauit. Sic & Theodoricus qui in ea octo & xxx. annis regni ſedē habuit. Nūc a ſenatu ueneto ſic inſtaurata, ut renouata dici poſſit hæc fuit p̄ria Apollinaris primi eius ep̄i & Vitalis & Geruaſii & Prothaſii, hic ortus eſt Petrus Rauennas illuſtris, fori Cornelii epiſcopus qui multa in Theologia ſapienter ſcripſit.

Rauis raucedo uocaſ, q̄ fit, aut nimia ſiccitate p̄pter clamorē, aut nimio humore ad uocis locū fluente, ex quibus uox homi plærūq; negaſ. Plau. in Aulula. Huccine deduxiſti me ad ſenē parciſſimū, ubi ſi q̄d poſcam⁹, ad rauim poſcamus, priuſq; q̄cq; deſ. Apul. li. iii. flor. clarā tudo arteriis obſoleſcit identidē boādo purgāt rauim. Hinc uerbū deducif Rauio. is, q̄ eſt Rauim habeo.

Rauū ueteres dixerūt obtuſum. Vñ raua uox obtuſa, & parū liq̄da. Rauus color obtuſus. i. mixt⁹ niger cū fuluo, color iter flauū, & cæſiū. Ci. lib. iiii. Acad. Quia nobiſmetipis tū ceruleū, tū rauū uideſ q̄dq; nūc ſole collucet. Sic ab Hor. Raua Lupa dicit, ſic Rauiliæ a rauis.

Rauiſellus dimi. a rauo. Plau. Quis (oculis appellatæ. inqt hæc mulier & ille rauiſellus, qui uenit.

Raucus, qui nimio clamore, uel alia cā uocē obtuſam habet. Aliqñ tñ referſ ad optimā uocē. Virgi. Dāt ſoni tū rauci per ſaxa liquentia cygni. Hinc raucitas, & raucedo pro uocis obtuſitate.

Raucæ uermes terreni, radices arborū lædētes. Pli. Olea ubi quercus effoſſa ſit male poniſ qñ uermes, q̄ raucæ uocanſ, in radice quercus naſcunſ, tranſeunt.

Raucio, is, rauci, rauſum, rauc⁹ ſum. A quo Irraucio. Eſt & rauceo, ces, a quo rauceſco, & irrauceo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

R ante E

Re præpoſitio,p apocopen,a retro facta uī. Vñ reſpicio retro aſpicio, reuertor retrouerto. repoſco, rē dātā retro poſco. Et nō niſi cōpoſita reperīt,q̄ etiā aīs ſcationes habet. Nā qñq; pfectionē denotat, ut recognoſco. Qñq; reciprocationē, ut redamo. Qñq; cōtra, ſiue aduerſus ut reluctor, repugno, reſiſto. Quādoq; iterū, atq; iterū ſeu ſæpe, ut reputo. Qñq; de nouo, ut renouo, qđ eſt rurſus nouū facio. Qñq; īde, ut remoueo. Qñq; ual de, ut redūdo. Qñq; longe. Vir. li. iii. Italiā petere, & terras tentare repoſtas. Ser. i. longe poſitas. Qñq; denotat cōtrarietatē ſuoꝝ ſimpliciū, ut retego, quod tectum erat denudo. Reſigno, quod ſignatū erat aperio. Recludo, clauſum patefacio. Qñq; hēt diuerſam, licet nō cōtrariā a ſuis ſimplicibus ſcationē, ut ſciſco. Nam cū ſcire ſit cognoſcere, reſcire tñ ſiue reſciſcere, nō eſt rurſus cognoſcere, ſed factū aliquod occultius, & inopinatū, inſperatūq; cognoſcere, aduertere. De hoc loco ſuo. Sic rūdeo, quod nō ſolū redico, aut repromitto, ſed reatq; effectu ſatiſfacio. Habet aliqñ re eandē ſcationē, q̄ habet ſimplex, ut repūto, ſupabundat em̄ re. Cōponitur cū dictione ab a incipiēte, ut redamo, redarguo, b, ut rebello c, ut recurro d, ut reddo e, ut redeo f, ut refero g, ut regredior h, ut redhibeo i, ut reiicio l, ut relego m, ut remigro n, ut renitor p, ut repugno q, ut reqro ſ, ut reſartio t, ut retineo u, ut reuertor. Sed cū a, e, & h interponitur d, cauſa euphoniæ.

Reapſe ſcat re ipa. Pacu. ſi nō eſt ingratū reapſe, qđ feci.

Reate ciuitas in Vmbria, ex qua Veſpaſia. originem duxit. Hinc Reatinus, a, um, pen. pro. poſ, ut Reatina præfectura apud Val. Maximum.

Reatus, us, culpa, crimen.

Rebello, as, ex re, & bello, pprie ſcat repugno. Vñ rebelles dicunt, qui in fide nō pmanent, & iuſſis poteſtatū repugnant. Et rebellio repugnātia. Rebellare uulnera; ſeu uitia dicunt qñ ſemel curata repullulant. Pli. Strumea herba eſt, qua rurſus ſata rebellare credūt herbarii, qui curauerunt uitia.

Rebla regio Babyloniorum, uel urbs, quæ nunc Antiochia dicitur.

Reboo, as, ex re & boo mugio. Græcū eſt (ut inquit Ser. in cō. Ge.) Nā apud latinos nullū uerbū eſt, quod ante o, finalē habeat o, excepto inchoo, quod tñ maiores aſpirationē interponētes duabus uocalibus, & dicebant incoho, p tranſlationē tamen reboare ſignificat reſonare. Virg. lib. iii. Geor. Reboant ſyluæq;, & magnus olympus.

Recaleſco, rurſus caleſco. Cice. lib. iii. de na. de. Quod noſtris quoq; corporibus contingit, cum motu, atq; agitatione recaleſcunt.

Recaluaſter dimi. eſt. ſcat eum, qui fronte calua eſt, nō toto capite, quaſi recaluatulus. Legi q̄ndā alioqn erudītū exponentē recaluaſtrū eē retro caluū, qđ falſum eſſe cōſtat, ex auctoritate Hie. i Leui. ſcribētis. Si a fronte ceciderint pili, recaluaſter, & mūdus. Dī & recaluus. Plau. in ru. Ec quē recaluū, ac ſilonē ſenē. Hie. cōtra Iouī. Recalua fronte de ſocrate. Hinc recaluo, as.

Recanetū ciuitas in Italia, q̄ a priſcis recinata dicebaſ.

Recedo. is. abeo, diſcedo. Vñ receſſus pro diſceſſu. Aliqñ protraho extendo, a quo receſſus pro ſpatio. Cur. In eo nemore longo receſſū domus erat. Et recedere eſt retro cedere, a quo fit aduerbium receſſim, quod eſt retro cedēdo. Plau. in Caſ. Imitabor nepam Receſſim dabo me ad parietem.

Recello. is. reduco, reclino, ſicut excello, in altū extollo, Apul. li. x. de Aſin. Illa enim quotiens ei parcens nates recellebam accedens totiens niſu rabido, & ſpinā prehendens ad eam applicatione nexu inhærebat. Liui. li. xxiiii. ferrea manus cum iniecta proræ eſſet, grauiq; libramento plumbi recelleret ad ſolum ſuſpenſa prora nauim in puppi ſtatuebat.

Recellicluniæ dictæ ſunt meritoriæ meretrices, q̄ deſultura q̄dā, & aſſultura mouēt clunes, uti Venus cōcinnior inſcēſori pſtēt. Plau. An uis inter iſtas uerſarier, pſe das piſtoꝝ amicas recelliclunias alicarias.

Recens nomē ſcat nouū, hoc eſt, qđ nup accidit. Vñ recentior, & recētiſſimus, aduerbiū recēter. Cic. Hoꝝ recētioꝝ nunq̄ dictū ab illo q̄ ſciam. Idem Au. Cecinnæ, Cōmemoranē, non ſolū ueterū, ſed hoꝝ etiā recentiū, uel ducū uel comitū tuoꝝ grauiſſimos caſus. Inuenit etiā recens aduerbiū. Plau. Qui recēs ex agris uenerat. Virg. Sole recens orto, id eſt recenti tempore.

Recentari, renouari, & denuo recens fieri. Actius. Iamiā albicaſcit phœbus, & recentatur, commune lumen hominibus, & uoluptas.

Recenſeo. es. recognoſco, & ſummā totius ppſi p numeros colligo. Vñ recēſus p recenſiōe, & recognitione dī. Et recēſiti, qui p recenſum numerati ſunt. Sue. in Cæſ. Recenſum populi uicatim p dnos inſulaꝝ egit. Et in lib. Numeri ſcriptum eſt, q̄ recenſiti ſunt a uiginti annis omnes qui poterant ad bella procedere.

Recido, is, p. cor. recidi. recaſum, ſcat retro, ſiue iteꝝ cado, & ſemp p ducit re. Proper. Recidit inq; ſuos menſa ſupina pedes. Amb. de obitu Satyri, q̄ ſimplici poſuit. Semp optaui, ut ſi quæ pturbatiōes, uel eccleſiam, uel me manerēt, in me potius, ac meā reciderēt domū.

Recidiuus, a, um, pe. pro. ſignificat quod recidit. Virg. li. iiii. Et recidiua manu poſuiſſem pergama uictis. i. q̄ reciderūt, quaſi Didoni ſe purgās dicat Æneas. Si mihi liceuiſſet ruinas Troiæ protinus inſtauraſſem nō tot tantiſq; laboribus, ac periculis condere nouā urbē quæſiſſem. Similiter capiē illud ex lib. vii. Quin idē Veneri partus ſuꝰ, & paris alter, Funeſtæq; iteꝝ recidiua i Pergama tædæ, licet Ser. interpretē recidiua poſt caſum reſtituta. Quod minime ueꝝ eſt, cum nunq̄ reſtituta fuerint. Nam & ſi febres a Pli. recidiuæ dicant, nō proprie, neq; ex uocabuli ſignificatione fit, ſed ex appellatiōe tñ quaſi recidiuoꝝ febres propter eos, qui in eas incidunt, & poſt eaꝝ depulſionē reſtituunt, rediuiuæ p prie, non recidiuæ dīr, quia tūc nō recidunt, ſiue non depellunt, ſed reuiuiſcunt, & integrant. Recidiuus igiē qui recidit. i. qui retro, uī rurſus cadit, & nō poſſit pmanere. Vnde etiam eius ſimplex Cadiuus q cadit. Pli. li. xv. Colligi mala poſt æquinoctiū autumnale, neq; ante ſextamdecimā lunam, neq; ante primā horā, cadiua ſeparari ſtramentis, ſtoreis paleiſue ſubſterni, rara cō ponī, ut limites peruii ſpūm æqualem accipiant. Simile ſignificatiōem habent, reliqua nomina in uus terminata, ut natiuus, uotiuus, recidiuus.

Recido

Recido.is.di.ſum.pe.pro.ex re & cædo, qđ incido ſcat, quaſi retro ſeco. Vñ reciſos ramos dicim⁹.i. reſecatos.

Reciſamentum a recido paruũ fruſtum,& quaſi ramentum ex aliquo reciſum. Pli. Ocyſſime uero eruginẽ cõtrahit æs coronarium reciſamentis in acetũ additis.

Recipio.is.pe.cor.ex re & capio,proprie recipe dicimus qñ qs aliqđ, qđ tradidit recipit, quaſi retro uel rurſus capio. Liui.li.ix. Recipiãt arma, q̃ p pactionem tradiderunt. Qñq; p admittere,accipe. Cic.li.ii.offi. Cyrillũ quendam ſuadentẽ,ut in urbe manerẽt,Xerſemq; reciperent,lapidibus obruerũt. Qñq; p reuocare. Virg.Sic ore effata recipit ad ſeſe. Qñq; in tutũ reducere,libera re. Idẽ. Medioq; ex hoſte recepi. Hinc receptus.us. p reductiõe. Et recipe ſeruũ Vlpi. dicit refugiũ eſſe abſcondendi cauſa ſeruo p̃ſtare,uel in ſuo agro, uel in alieno loco ædificioue,qđ receptũ dare uulgo dr̃. Qñq; ſimpliciter reducere. Plau.in Cap. Inde me continuo recipiã rurſum domũ. Qñq; recupare. Cic.in Cato. Tarentum uero,qua uigilantia quo cõſilio recepit; tũ qdẽ me audiente,Salinatori,q amiſſo oppido fugerat in arcẽ gloriãti, atq; dicẽti. Mea opa Quinte Fabi Tarentũ recepiſti. Et certe inqt ridẽs,niſi tu amiſiſſes nũq; recepiſſem Qñq; excipe ad uſum ſuũ,& reſeruare, qđ ſit cũ uẽditis cæteris ſibi quippiã reſeruat. Plau.in Tri. Vbi nũc adoleſcẽs hẽt poſticulũ hoc recepit,cũ ædes uendidit.i. pticũlã quandã q̃ poſt eas ædes erat nõ uẽdidit. Cato. Mulier magnã dotẽ attulit,tũ magnã pecuniã recipit.i. retinet. Hinc receptitius ſeruus appellatus eſt nuptæ mulieris pprius,quẽ.ſ.cũ dotẽ marito daret, ſibi reſeruauit quotiens eã mulier in danda uiro dote aliqua ex ſuis bonis retinet,nec ea ad uiꝝ tranſmittit recipere ea dr̃. Qñq; p ſternere. Vir.li.viii. Totum cui comin⁹ enſem condidit aſſurgens,& multa morte recepit, qđ & p accepit exponi pót. Sicut cũ dicimus. Accepit eũ crudeliter,uel malis modis. Significat etiam facienda ſuſcipere,& cum obligatione promittere. Cice. Craſſo. Quæ tibi promitto, ac recipio ſanctiſſime eſſe obſeruaturũ. Qñq; ſimpliciter promittere. Cecinna ad Cice. Sed tñ ego filio dixeram,librum legeret, & ea conditione daret,ſi reciperes te correcturꝫ. Cice. Bruto pro polliceor poſuit,cum inquit. In ipſa cauſa exponẽda ſatis etiam de probitate dixi, ſed tñ ſeparatim ex me recipio fore eum tibi & uoluptati & uſui. Nam & modeſtũ hoiem cognoſco & prudentem,& a cupiditate omni remotiſſimum,præterea magni laboris, ſummæq; induſtriæ, neq; hæc polliceri debeo,quæ tibi ipſi, ſi bene cognoris indicanda ſunt. Seruat Cice. morem ſuum,ut difficilẽ uerbũ recipio, per facile polliceor poſtea doceat.

Recepti in ciuitatem dr̃,qui cum ſuffragio ciues ſunt effecti,ut apud Liuium ſæpe legitur. Et receptus mos eſt,quem ſponte ciuitas alienum aſciuit.

Receptus.us. reductio .i. quo ſe tutus recipit exercitus. Vnde receptui canere dicimus, cum tuba exercitus e prælio reuocatur. Virg.li.xi. Planicies inculta iacet tuticq; receptus. Vege. Tibicines ad bellum uocant milites rurſum receptui canentes reuocant.

Receptitius.a.um.quod reſeruatur. Vnde receptiti⁹ ſeruus appellatus eſt nuptæ mulieris proprius, quem reſeruauit,cum dotem marito daret. Qui & ſuperdotalis dicitur dominæ futurus iugis comes.

Recepto,as,frequentatiuum a recipio. Teren. Meum receptas filium.

Receptaculum locus,in quem ſe tuto recipiunt. Cicer. Omnium bonarum artium receptaculum.

Reciperatio a ueteribus dicebatur, cum inter ciuitates peregrinas lex conuenit, ut res priuatæ reddantur ſingulis,recuperenturq;.

Recidipna ueſtes,quas uocãt cœnatorias. Iuue. Ruſtic⁹ ille tuus ſumit recidipna Quirine. Compoſitũ nomen ex latino,& græco. ſ. ex recinio & ἀστ-ωνος q̃ cœnam ſignificat. Eadem etiam Triclinaria dicunt.

Reciniũ. Var. Abeo q̃ dimidiã partẽ retrorſum reiicie bãt a reiiciẽdo reciniũ dictũ. Reciniũ ẽt oẽ ueſtimẽtũ quadratũ. Hi qui xii.tabulas iterp̃tati ſunt eſſe dixere. Qua toga mulieres utebãt p̃textũ clauo purpureo. Ri cæãt & Riculæ uocant pua recinia,ut palliola ad uſũ capitis facta cranii. Quidã aiũt eẽ mſiebre cingulũ capitis q̃ p uitta flaminica redimit. At recte appellãt ueſtimẽta uirilia q̃ pres liberis ſuis cõficiẽda curãt honoris cã ita uſurpata q̃ a ſtãtib⁹ & ĩ altũ texant. Riciniũ q̃ ut Pli. & Dioſ. ſũt auctores fruticis eſt cicis fœt⁹ q̃ Croton a græcis dr̃, & illi beſtiolæ ſiſis, q̃ affixa iumẽtis tãdiu p̃ſtat quo ad diſrũpat. Ab hac ueſte Reciniati mimi dicti ſunt. Quidã tñ per i ſcribũt Ricinium.

Reciprocus,a,um,pe.cor.quod eſt repetitũ. Vnde pnomen reciprocũ dicit,quia in ſeip̃m reflectit. Var. A recipiendo deriuat reciprocum,& id eſſe aſſerit quod alĩ quũde p̃fectũ redit eo unde profectum eſt.

Reciproco,as,repeto reflecto,remitto,retrogradior. Liui.li.ii.de bel.pu. Cũ iam ſpũm includeret uentus, nec reciprocare aĩam ſineret,auerſi a uento parumper cõſedere. Cel.in eam phiſtulam, per quã ſpũs reciprocat. Cice.li.i.de diui. Si quidẽ iſta ſic reciprocant ut ſi diuinatio ſit,dii ſint,ſi dii ſint,diuinatio ſit.

Recito,as, ex re, & cito ſcat ſcripturã clara uoce, ut alii audiãt,intelligãtq;,lego. Vñ poetæ, & alii ſcriptores recitabãt publice opa ſua,& nõnulli aliena. Aliqñ nõ legẽdo,ſed memoriter referẽdo fit recitatio. Quinti. At iſta legẽ recitat,loquẽs de muliere,quæ cæca erat.

Reclamo,as.pe.pro. clamore aduerſor,nõ acqeſco. Ci. p Põpe. Propterea, q̃ iſtis reclamãtibus, uos unũ illũ eligiſtis,quẽ bello p̃donũ p̃poneretis. Idẽ Lentul. Ei⁹ orationi uehemẽter reclamatũ eſt. Hie. ad Dama. Sacerdotalẽ ordinẽ,nõ tã pie,q̃ audacter inuaſit, & reclamãtibus leuitis,nõne tu es Ozias rex,& nõ ſacerdos.

Recludo,is,pe.pro,modo ſcat probe claudo. Hie. Oſtiũ quod patebat recludẽs ſera offirmauit. Mõ hẽt ſignificationẽ contrariã ſuo ſimplici. Plau. in Cap: Cellas refregit oẽs intus recluſitq; armarium.

Recluuium morb⁹,cũ circa ungues cutis ſe ſoluit. Cluere enim ſoluere eſt.

Recognoſco,rurſus cognoſco. Amb. Fraudis ſuæ uaſcũlũ diabol⁹ recognouit. Interdũ p̃fecte cognoſco. Lact. li.ii. Quæ fcã, cũ p̃ recognouiſſet, abdicauit atq; expulit filiũ. Interdũ eſt (ut ſe aliqd hẽt) reuideo. Colu.li.i. Panis,potiõiſq; bonitatẽ guſtu ſuo exploret, ueſtẽ,manicas,pedũq; tegmia recognoſcat. Iñ etiã, cũ opus cõpoſitũ emẽdandi cã reuidem⁹, recognoſcere dicimus.

Recolo,is,pe.cor. ſignificat reputo, repeto, meditor, & mẽte tracto. Diome. ſupereſt, ut ſingula recolendo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

memoria tenus mandenť,ne fruſtra cũ tpe euaneſcãt. Cice.p Archia.Quantũ alii tribuũt tẽpeſtiuis cõuiuiis q̃tũ deniq; aleæ,q̃tũ pilæ tm̃ ego mihimet ad hæc ſtudia recolẽda ſumpſero. Interdũ recolere eſt rurſus colere,celebrare,reuidere,ſeu requirere. Hie.ĩ plo.Paral: Si qs in hac interp̃tatione uoluerit aliquid rep̃hẽdere, interroget hebræos,ſuã conſciam recolat, uideat ordinẽ,textũq; ꝓmonis,& tũc nr̃o labori,ſi potuerit,detrahat. Idẽ p recitare poſuit ſcribens ad Principiã.Sæpe & multũ flagitas uirgo Chriſti Pricipia, ut memoriã ſãctæ fœmiæ Marcellæ lr̃is recolã,& bonũ,quo diu fruiti ſumus, etiã cæteris noſcendũ, imitandũq; deſcribã. Interdũ ſcat ad mentẽ,ſeu memoriã trahere. Aug.lib. ix.cõ.ad hæc ei,quid reſpõderim,nõ ſatis recolo.

Recondo,is,repono,& contego.

Recordor,rurſus in cor reuoco,uel iterũ rem cordi do. Et dicimus recordor huius rei, & hanc rem. Cic.in Cato. Vt pedeſtres,naualesue pugnas, ut bella a ſe geſta triumphoſq; recordenť.Inueniť & cõmune. Hieroñ. in Ezech.Oẽs iuſticiæ,quas fecerat,nõ recordabanť.

Recreſco,rurſus creſco.Pli. Cartilago rupta non ſolidẽſcit,nec præciſa oſſa recreſcunt.

Recrudeſco,renouo tractum a uulneribus, q̃ agitatiõe nimia interdũ recrudeſcunt.i.cruda,& noua fiunt.

Recupero,as,pe.cor.redimo,& rẽ amiſſam rurſus acquiro.Liui.li.v.Ferro,nõ auro recupare patriã iubet.

Recupatores ſunt iudices vñ nos recupauim9 qđ debebať.Quin. Et.n.recupatoris non ea ſola uis eſt quæ ad corpus nr̃m uitãq; ꝑuenit,ſed etiã multo maior ea q̃ piculo mortis iniecto formidine aníam ꝑterritã loco ſpe & ſtatu certo dimouet.Nam & recupatio eſt,ut ait gallus Elius cũ inter populũ & regẽ,natiõeſq; & ciuitates ꝑegrinas lex cõuenit, quõ ꝑ recupatores reddãtur recuperenturq; quas priuatas inter ſe proſequanť.

Rectus,a,um, a rego fit, & id eſt quod regiť, ſicut rector, qui regit.Aliq̃ rectus dr̃,qui ſtat, & erectus eſt. Vñ dicimus.Ille uadit rectus,hoc eſt,nõ flexus.Aliquãdo dr̃, qui nullam in partem flectitur, cuius contrariũ eſt obliquus.Vnde per tranſlatio. recti homines uocantur iuſti,& rectum iuſtum.Item rectum dicitur ꝑfectum officium,quod græci catorthoma uocant.

Rectus,apud grammaticos dicitur primus caſus, qui tamen improprie dicitur caſus,cum nominatiuus a nullo flectatur,& cæteri caſus ab eo flectantur, & cadant, ideoq; dicuntur caſus.

Recta abſolute,a ueteribus dicebať cœna,quã cliẽtibus & cõuictoribus,& recto ordine diſcũbentib9 laute principes dabant.Sueto.de Augu. Conuiuabať, & aſſidue, nec unq̃,niſi recta, non ſine magno ordinum, hominumq; delectu.Mar.Promiſſa eſt nobis ſportula recta data eſt. Sportula uero ſpecimen erat puſilli parciq; hominis.Idem in Nero. Adhibitus ſumptibus modus publicæ cœnæ ad ſportulas redactæ.

Recta tunica dicebať,quæ ita cõtexta erat,ut ueluti rigens ſtaret.Vel quæ aſtãtibus ab imo,in altũ texebať, hac Tirones & nouæ nuptæ induebanť.Inueniť etiam recta aduerbiũ.Plin. Cum domũ recta proficiſcereť, & auctor obſcæni carminis. Nõ aſſis faciũt,eũtq; recta.

Rectum dicitur inteſtinum, quia in imo, vnde excernit dirigitur.

Recte aduerbium ſcat bñ iuſte.Et differt recte dicere,& uera dicere,q; recte dicere ad uerba, uere ad ſententiã referať. Nã poſſumus recte & falſum dicere dũmõ nullo uitio uerbo9 dicať.Terẽ.Et recte & uere dicis.

Rectangulus eſt,cum lineæ ita coniunguntur, ut nulla pars magis declinet.

Recubo.as,pe.cor.& recumbo.is.quieſco iaceo.Virg.Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. Et iterũ.Inte omnis domus inclinata recumbit.

Recula.æ.pe.cor.diminutiuum eſt a res.

Recuſo.as.pe.prod.ex re & cuſo,quod a cudo.is.fit.Et ſignificat refuto. Amb.Quæ a beata Agnete,ueluti quędam ſunt ſtercora recuſata.

Recutitus pe.pro.curtatus, & cui a glande reiecta eſt cutis.Quo noíe dicti ſunt iudæi.Sido. Fert recutito9 primordia iudæo9. Cauſa cur hoc fiat referť a Lact. Dę cupiés (ut Socrati pariter placebat) corpa hũana eſſe feneſtrata,nihil tecti & obuoluti in ſinib9 cordis inſſit nudandã glandẽ, hoc eſt cor diſcooperiendũ ,qđ figurata ſimilitudine glandi cõuenit, ut ſignificareť cor ipm retegendũ,& pura nuditate nudandũ. Recutiti ergo a reciſa uerendo9 cute uocati ſunt iudæi.Mar. Nec recutito9 fugis inguina iudæo9. Aliq̃ recutit9 ruptus & exulceratus dr̃.Idẽ. Nec ruptæ recutita colla mulæ.

Redamo.as.pe.cor.ſcat cõtra,uel ſimiliter,ſiue me amãtem amo.Aug.li. iiii.cõfeſ. His atq; hmõi ſignis a corde amantiũ & redamantiũ ꝑcedẽtibus ꝑ os, ꝑ linguã, ꝑ oculos,& mille mot9 grauiſſimos,q̃ſi fomitibus cõflare aíos,& ex plurib9 unũ facere,hoc eſt qđ diligiť in amicis,& ſic diligiť, ut rea ſibi ſit humana cõſcia,ſi nõ amauerit redamantẽ,aut ſi iã amãtẽ nõ redamauerit, nihil quærẽs ex eius corpore,ꝑter indicia beniuolẽtiæ.

Redandruo.as.de priſcis dictionibus eſt ex re,& andruo ſignificat redeo.

Redeo.is.rediui,& redii,itũ.retro eo,ſiue reuertor. Terẽ. Redeo inde iratus,atq; ægreferens. Interdũ reuocor. Vir.Redit agricolis labor actus in orbem.

Redito.as.pe.cor.frequentatiuum ſignificat ſtatim,ſiue continue redeo. Plau.in Cap.Nunc ita conuenit inter me,atq; hunc Tindare, ut te æſtimatum in Aulidem mittam ad patrem,ſi non reditas.

Reditus.us.pe.cor.duo ſignificat.ſ. reuerſionem.Ouidi. Vela queror reditu,uerba carere fide. Et prouentũ,eo q̃ ſingulis annis reditus redeat. Idem lib.ii.de pon. At reditus iam quiſq; ſuos amat,& ſibi quid ſit utile ſollicitis ſupputat articulis.

Reddo.is.reddidi,itum.ꝑ duplex dd,differẽtiæ cauſa uel euphoniæ,q̃ſi retro do. Nã ,ꝑprie reddere eſt acceptũ uel ablatũ reſtituere. Terẽ.ĩ Phor. Si quis quid reddit, magna eſt habenda gratia.Ponif etiã pro dare. Celſus iureconſul.Reddendi uerbũ ,quanq̃ ſignificationẽ hẽt retro dandi accipit tñ & ꝑ ſe dandi ſignificationẽ, ut reddo tibi lías,quas mihi Cicero ad te dedit.Itẽ ꝑ face re,ut reddo te certiorẽ, & tu me reddidiſti ꝑbum uir. Vir.Tu das epulis accũbere diuũ. Itẽ & reponere.Plau. Tẽpeſtas uenit,cõſtringit tegulas imbriceſq;,ibi dñs ini diligẽs reddere alias neuult. Itẽ ꝑducere.Idẽ in Tri. Id frumenti q̃ alibi meſſis maxima eſt tribus tantis illis minus reddit,q̃ obſeueris.Item pro exponere.Idem in Aul.Tibi ego rationẽ reddam ſtimulorũ ſeges.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Redibeo.es.pe,cor.ex re.& habeo, d. interpoſita, cauſa melioris ſoni,& abiecta aſpiratione,Et eſt redibere,ut Vlpia.facere,ut rurſus habeat uẽditor,quod habuerat Feſt. Rediberi id dr̃,qđ redditũ eſt improbatũq;. Et q̃ dedit rurſus coactus eſt habere id,quod ante habuit. Hinc redibitio actus ipſe reſtitutionis Verius h.ſeruaẽ.

Redigo,is,pe.cor.ex re,& ago,a.in i.cõuerſa & d.interpoſita,ſignificat quadã ui,aut induſtria reduco,& ſemper actũm cũ p̃poſitione poſtulat,multiſq; accõmodatur actib⁹.Plau.in Am. Deniq; Alcmenã rediget antiquã in concordiã cõiugis.Idẽ in Aſi.Redigãq; te unde orta es ad egeſtatis terminos.Cice.li.iiii.Phil. Potẽtiſſimos reges,bellicoſiſſimas gẽtes in deditionẽ huius imperii redegerũt.Et li.v. Quibus reb⁹ tãta pecunia una in domo coaceruata eſt,ut ſi hoc gen⁹ in unũ redigaẽ,nõ ſit pecunia Reip.defutura. Lac.li.iii. Quid ille qui patrimoniũ in nũmos redactũ effudit in mare. Et iterũ.Sed ſi id feciſſet,ipſe ſe in populũ redegiſſet,Teren.in Adel. Tu homo rediges me ad inſaniam.Et in Phor.Ego me nego,tu qui ais redige in memoriã.Et iterum. In id re dactus ſum loci, ut quid agam ex illo, neſciã prorſus.

Redimo,is.pe.cor.ex re,& emo,d.interpoſita, euphoniæ cauſa ſigñat emo.Cic. Qui merces redimũt,ut ſtatim uendãt.Et in iure ciuili redẽptores,uectigaliũ ẽptores appellanẽ.Cice.in Ver.acti.ii. Vt primũ ex prouincia rediit, redemptio huius iudicii eſt facta grandi pecunia.Et redimere é recuperare,quod uernacula lĩgua dicim⁹ reſcodere.Cic. Re uiliſſima,& parua maximã redemit.Vñ qui ab hoſtibus capti ſunt, uel qui alicui pœnæ ſunt obnoxii ſoluto precio redimunẽ.Item qui iniuſtæ uexanẽ,ſi p ſolutionẽ pecuniæ liberati fuerint redemiſſe uexationẽ dr̃ Plau. in Aſi. Redime iſthoc beneficio te ab hoc,& tibi eme hunc iſto argento.Cur. Sed medici quoq; grauiores morbos aſperis remediis curant,& gubernator,ubi naufragium timet, iactura qcqd ſeruari p̃t redimit.Teren.in Eu.Quid agas,niſi ut te redimas captũ q̃ queas minimo,ſi nequeas paulo,at quãti queas. Hie.in Exo.Omne primogenitum hois de filiis tuis p̃cio redimes.Rurſus redimere emendare,qđ tũ fere in idẽ recidit.Cic.Nõ eñ præteritã culpã uideri uolo redemiſſe.Ille eñ præteritã culpã redimere dicitẽ,qui aliquo egregie facto eam compenſat.

Redempto,as.frequẽtatiuum eſt,a quo redemptito, as. Plau.Redemptitauere ad unum captos.

Redimio,is.iui.itũ.pe,pro.ex re & emio,d.interpoſita,& e.in i.mutata,ſigñat orno,corono,acu pingo.Clau.lib. ii.de Raptu.Nec ſic innumeros arcu mutante colores Incipiẽs redimitur hyems,cũ tramite flexo Semita diſcretis interuiret humida nymbis.Et li.iii.Mediis inuenimus aruis exanimẽ,Cyane ceruis redimita iacebat. Nã eius ſimplex Emio orno,ſeu decoro ſigñat?Oui.li. i.Hero.Quod tibi donaui perfide littus emi.

Redimicula ornamẽta capitis mulierũ & uittæ;teniæ pendentes a poſteriori parte mitræ. Iuue.Accipient te paulatim,qui longa domi redimicula ſumunt Frontibus,& toto poſuere monilia collo.

Redoſtire ſignificat retribuere.

Rediuiua,quæ poſt interitum redeũt,uel quod mortuũ eſt,ad uitam redire poteſt.Cypria.Ad hãc denuo lucẽ rediuiuũ corpus aĩatur.Vel rediuiua ſũt q̃ ex uetuſto renouanẽ.Quod & Sene.ſentire uideẽ li.iii.decla.Rediuiuũ m: ſenẽ meretrix uocat.Iuue.Prodiga non ſentit peuntẽ fœmina cenſũ, Ac uelut exhauſta rediuiu⁹ pullulet archa Nũmus & e pleno ſemper tollatur aceruo.

Rediuius uermiculus,ſeu beſtiola quædã,q̃ infixo ſemp ſanguini capite uiuit,uni ex oĩbus aĩalibus cibi exitus nõ eſt,ſed uſq; adeo intumeſcit ſatietate, ut ipſo alimẽto moriaẽ,hoc græci κροτῶνα uocãt,latini rediuiũ, a rediuiẽdo.i.ſoluẽdo,q̃ carnem ſuctu reſoluat. Vernaculi nſi cæcas appellant,Colu.li.vii.Vẽtri quoq; & ſub fœmina manũ ſubiicere cõuenit,ne ad hmõi tactũ poſt modũ paueſcãt,& ut rediuii, qui plærunq; fœminibus inhærent, eximantur. Naſcuntur autem ex gramine.

Rediuia morbus eſt, cũ cutis extra ungues ſe ſoluit,qa rediuire eſt ſoluere.Græce περωνχία dr̃.Pli.li.xxix. Lana ſuccida rediuias ſanat ex aqua frigida,Placidus grãmaticus accipit rediuias pro ſerpentiũ genere.Dicitur & reluuium ut inquit Feſtus Reluere eſt reſoluere.

Redoleo,es.pe.cor. Vide in dictione Oleo.

Reduco,is.pe.pro.retro duco,retraho.Iuſt.li.ii.Reliquas copias rex ipſe reducere in regnũ parat.Sue.de Ca.Eq̃ té Romanũ obiectũ feris,cũ ſe innocentẽ ꝓclamaſſet reduxit,abſciſaq; lingua rurſus iduxit.Itẽ reducere eſt liberare,& ſine periculo recipere.Apul.Meq; oppido in arcẽ reduco.Hinc reduces.Itẽ replicare,a quo reductũ replicabilẽ dicimus.Vir.Inq; ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.Itẽ reconciliare,ut illud eiuſdẽ.Nomẽq; reducãt Huius uerbi qñq; prĩa,pducitur qñq; corripiẽ.Hor. li. Ser.Dii tibi dent capta claſſem reducere Troia.Virgi. lib.iiii.Eiectam claſſem,ſocios a morte reduxi.

Reducẽ.& reduces pe.cor.illos dicimus, qui a periculis in tutũ,ab exilio,ſiue captiuitate reducunẽ in patriam Cic.pro Mil. Quid me reducẽ eſſe uoluiſtiſẽ an ut ſpectante me expellerenẽ ii,ꝓ quos eſſem reſtitutus, Virg. Namq; tibi reduces ſocios,claſſemq; relatam Nuncio.

Redundo,as.ex re & undo,d.interpoſita,ſignificat ſuper abundo.Hiero.in prologo prouer. Vt plenius cognoſcatis quid in libris noſtris minus ſit, quidue redundet. Et redũdare,refluere,ſeu recipere Plau. Hoc facinus in tuum redũdabit caput.

Redulceror,aris,ab ulcere fit,ut cutis redulceraẽ putridis humoribus,id eſt in ulcus prouenit.Colu. Scabre pati, quæ prius aſpera teſta defricata uel punice redulceraẽ

Refello,is.ex re & fallo,ſigñat quod dictũ eſt, arguendo falſum oſtẽdo.Cice.li.ii.Tuſ. Et refellere ſine ꝓtinacia, & refelli ſine iracũdia parati ſumus.Et differt a purgo, q̃ refellere dicaẽ de eo qui factum negat. Purgare de eo,qui fatetur quidem factum,ſed defendit,

Refero,pe.cor.reporto,quaſi retro fero.Quin. Ad patrẽ arma non retulit. Aliq̃ in conſultationẽ pono.Et ſic conſtruitur cũ actõ mediante ad.Sal. Refer inquit ad ſenatũ.i.fer in conſultationem,ubi ſolet iungi de,ut de omnibus retulit ad ſenatũ.Hinc relationes fieri dicũẽ in ſenatu.Sene.Ex relationibus manant ſenatuſcõſulta Quod etiã in facto ſolet,ut Cice,Si ad unũ omnia referenda ſunt digniſſimum eſſe Pompeium.hoc eſt ſi uni omnia adſcribenda ſunt. Aliq̃ reuoco redeo.Virgi. Ille pedẽ referẽs.Cice.Referebam me ad illud incredibile,Aliq̃ recenſeo.Vir. Cogere donec oues ſtabulis, numerũq; referre iuſſit.Aliq̃ aſcribo.Sue.Et in deos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

numeq; retulit. Aliqñ cõuerto. Vir. li. xi. Multa dies, uariusq; labor mutabilis æui Retulit in melius, Aliqñ renouo, & quasi rursus fero. Idẽ li. v. Hũc morẽ, hos cursus atq; hæc certamina primus Ascanius, longã muris cũ cingeret albã Retulit. Aliqñ, pduco. Pli. li. xxi. Diximus & terrã referre multũ. Aliqñ narro indico. Vir. Referes ergo hæc, & nũcius ibis Pelidæ genitori illi mea tristia facta, degenerẽq; Neoptolemũ narrare memẽto. Aliqñ ostẽdo. Lucre. li. i. unde refert nobis uictor qd possit oriri Quid neq;at. Aliqñ dico, ut retulit mihi Aliqñ ex primo imitor, Iu. Et multũ referẽs de Mecœnate supino. Aliqñ reddo. Vir. li. viii. O mihi præteritos referat si Iupiter annos. Qualis erã Etiã cũ de beneficio reddẽdo loquimur gratia in singulari pro beneficio sumi debet, ut referã gratiã. Quin & ad maleficiũ reddendũ eo auctores utuntur. Plau. in Cur. Ni argentũ referas. Sed quõ differat ab ago & habeo, uide in dictione ago Aliqñ porto, Cor. Ta. Cũ ex agris segetes domũ referrent. In tertia uero psona ponit̃ p æstimandũ est, siue ualet aut interest, siue utile aut cõmodũ est, & contra naturã re syllaba producit̃. Cice. P. Seruilio. Sperare tũ uideor Cæsari collegæ nos fore curæ, & esse, ut habeamus aliquã Remp. cuius consilii magni referebat te interesse ideſt æstimãdũ erat. Pli. Infinitũ refert lunaris ratio. i. ualet in infinito. Idẽ. Quippe uictimas cædi sine precatione, non uidet̃ referre, nec deos rite consuli. i. interesse Qñq; ponit̃ p obest. Teren. in Phor. Quid tua malũ id refert magni Demipho. Colu. li. xiii. de canibus loquẽs Non multũ refert, an uillatici corporibus graues, & parum ueloces sint. i. præiudicat, siue incõmodũ est, siue æstimandũ est, Plau in Rud. Quõ habeas id refert iure an iniuria. Plin. vi. li. Nec terræ tñ natura circa has refert. i. utile est. Liui. uero li. ii. aliter. Adeo ne est fundata leuiter fides, ut ubi sim q̃ qui sim, magis referat. i. æstimẽt. siue existimetur, cureturue. Aliqñ sumit̃ pro necesse est. Sal. Quare uanum quidẽ hoc consiliũ est, si periculũ ex illis timuit, si in tanto oĩm metu solus non timet. eo magis refert me mihi atq; nobis timere. Vir. li. ii. Geor. Neq; eñ numero cõprehẽdere refert. Habet hoc uerbũ ptñ retuli & supinũ relatũ, quoy unũ per duplex tt. alterũ per duplex ll. quandoq; apud poetas scribitur. Hora. Rettulit acceptos regale numisma Philippos. Lucre. Id rursũ cœli rellatum templa receptãt. Catul. aliter. Si reditũ retuliſſet is, aut in tẽpore lõgo. Ouid. li. xv. Meta. Esse fidẽ digitis ad frontem sæpe relatis.

Refero acceptum, fateor me accepisse ab aliquo. Cice. Vitam acceptam refert clementiæ tuæ. In malum. Idẽ Omnia deniq; quæ postea uidimus, quid autẽ mali nõ uidimus, si recte ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio.

Refero impensum, est rationem de expensis, uel facio, uel reddo.

Refertio, is. si. tũ. ex re. & fartio, significat repleo, quod q dem alii cũ ablt̃o, alii cũ gt̃o construunt Cice. p Cor. Quod eis rebus urbem, Italiamq; referserunt. Gel. Is librum multæ uariæq; historiæ refertum cõposuit.

Reficio, is. pe. cor. recreo restauro. Plin. Cum reficiendi animĩ gratia id fecisset. Vnde refectum instauratum, renouatum, & quod corruptum erat in statũ pristinũ reductum dicitur, quasi rursus factũ. Vlpi. Verbo reficiẽdi tegere, substruere, sarcire, ædificare, id est aduehere apportareq; ea, quæ ad eandem rem opus erit, cõtinentur. Aug. lib. i. confes. Ruinosa est domus, refice eam. Et in Euange. Erant reficientes retia.

Refigo, is. pe. pro. quod fixum erat educo.

Reflatus, us. flatus. i. uentus contrarius. Cice. ad Atti. Naues relata in uticam reflatu. Vestis autem reflata apud Apul. significat quasi flante uento renudatum, fit añ a reflo, as.

Refluo. is. retro, seu rursus fluo. Vnde fluxus, & refluxus maris dicitur.

Refragor, pe. pro. uerbum deponens, licet & refrago legatur, significat modo resisto, modo suffragor, Sisẽna li. xxii. Multi populi plurimæ cõcionis dictaturã oĩbus aĩs, & studiis refragauere. i. dictaturæ suffragati sunt.

Refringo, is. rumpendo aperio. Plau. in Cap. Cellas refregit omnes intus, recluſitq; atmarium. Et refringere est fortiter uel iterum frangere. August. lib. iii. confes. Et hoc solum me in tanta refragantia refringebat, q̃ nomen Christi non erat ibi.

Refractari9 dĩ, qui cõtumax est, & nimis suæ sñiæ tenax Se. Existimant phiæ fideliter deditos contumaces esse ac refractarios. Dictus refractarius a refringendo, tanq; liberrimus sit, & cuncta obstantia refringens, ut nullo seruitutis claustro coherceatur.

Refrico, as. pe. cor. renouo Tractum a uulneribus, quæ plærunq; fricando renouantur. Cicero Sextio. Sin añt omnia quæ sentio perscripserim, ne refricem meis literis desiderium, ac dolorem tuum.

Refrigero, as. pe. cor. frigus induco, uel rem calidam frigidã facio. Cice. in Cato. Vbi eñ potest illa ætas, aut calescere, aut apricatione meli9 uel igni, aut uicissim umbris aquisue refrigerari salubrius. Colu. lib. ii. Atq; ita rursus sole siccata, & mox refrigerata reconditur. Aliqñ refrigerare est subleuare, recreare. Vnde refrigeriũ subleuatio, & quasi recreatio mẽtis, tractũ ab æstuantibus, qui flabellis, & frigida aura recreantur. Aliqñ diminuere. seu dimittere sicut econtrario feruere pro crescere, & frequentari.

Refrigeratorius, a. um. quod refrigerat. Plin. lib. xvii. Refrigeratoriam tamen uim esse conuenit.

Refugio. Vide in dictione Fugio.

Refuga, æ. pe. cor. generis cõmunis qui aliorũ dominiũ refugit. Est & refugus, a. um. quod est recliue, ac reiectũ Sido. Capitis apex rotundus in patulum a planicie frõtis uerticẽ cæsaries refuga crispat̃ id ẽ in frontẽ reiecta.

Refuto, as. pe. pro. a futo frequentatiuum uerbi fuo, is quod protulit Plaut. in Am. Ne quis tam audax fuat, qui obuiam obsistat mihi. Præsertim cum dicat Festus futare, arguere est. Vnde & cõfutare, sed Cato hoc pro sæpius fuisse posuit ergo iuxta Festum refutare, redarguere est, siue non ita esse ostendere. Cice. Dolobellæ. Non tam id laboro, ut si quid mihi obtrectent, a te refutentur, q̃ intelligi cupio, quod certe intelligitur, me a te amari. Alio modo dixit Lactan. lib. iiii. Quæ oĩa cum nec ingenio, nec doctrina defendere, ac refutare possent. i. refellere, quamuis etiam pro redarguere sumi queat, Inde refutatio una pars orationis dicit̃, quæ alio nomine confutatio dicitur.

Refrina, pe. pro. inquit Fest9, quoniã ut ait cinti9 ad sacri

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ficiũ referri faba ſolet ę ſegete auſpicii cauſa quaſi re uocatis fruges & domũ denuo conuerti ad rem diuinã faciendã. hanc opinionẽ adiuuat q̃ in ſacrificiis publicis cum puls fabacea diis præbetur nominatur refrina

Regelo,as.pe.cor. contrarium eſt ſuo ſimplici. Colu.li.i. Quanto fuerit ædificii ſolũ pronius orienti & æſtatem liberius capere perflatus,& hyemis procellas minus infeſtari,& matutino regelari ortu poterit,ut concreti tores liqueſcant.

Regero,is. Vide in dictione Gero.

Rego,is.xi.ctũ.guberno,quaſi rem populi ago. Vir. Patrũq̃ reget patriis uirtutibus orbẽ. Et regere eſt rectũ tenere. Cor. Qui nimio dolore regere caput nõ poſſet. Huius uerbi cõpoſita ſũt Arrigo,quod eſt erigo eleuo Teren. in An. Arrige aures Pamphile Salu. Sed ubi primũ dubiis rebus nouandis ſpes oblata eſt,uetus certamẽ animos eorũ arrexit. Corrigo, dirigo, erigo, pergo. porrigo,ſurgo,ſiue ſurrigo ſurſũ rego. Vir. li.iiii. Tot linguæ,totq̃ ora ſonant tot ſurrigit aures. Ambro. li. Hexa. Subrigo uſurpat. Aſt ubi ad æſtiuas conuerſiones in ſeptentrionem ſe ſubrigit ſpacia diurna producit.

Reges dicunt,qui regna poſſident, regna uero uocãtur integræ regiões,q̃ ab uno rege poſſidentur,ut Gallia regnũ eſt. & q̃ Galliã poſſidet,rex Galliæ dr. Sic eñ diſtinctus olim erat orbis terrarũ,ut ſingulæ fere regiões regna dicerent,& reges ꝓprios haberent a quibus ipſæ regiones appellatæ,quos ad faſtigiũ maieſtatis non ambitio popularis,ſed uirtus,& ſpectata inter bonos moderatio prouehebat. Dici tamen reges poſſunt etiam, ſi unius tm̃ urbis imperiũ habeant. Sic principio reges Romanorũ dicti ſũt quibus imperiũ urbis ꝓmittebat. Hinc regnũ dictũ tã ipſa regio ſubiecta,q̃ ipſe dominatus. Vñ interregnũ ꝓprie appellat id tẽpus,quo regnũ uacat rege,hoc eſt añ q̃ in demortui locũ nouus rex p̃ficiat,& interrex,q̃ interea regis locũ tenet,ꝑ tranſlatiõ interregnũ eſt dictũ,cũ loco magiſtratus interrex creat. Li. Cũ ſine curuli magiſtratu Reſp. eſſet patricii coiere,& interregẽ creauere. Contẽtio conſules ne,an tribuni militũ crearent in interregno,rẽ cõplures dies tenuit. Aliq̃n rex ponit ꝓ dño,q̃uis etiã p tyrannidem occupauerit imperiũ Aliq̃n pro potẽtiore,& eo quem nobis ueluti in patronũ elegimus,quẽ ſequamur. Mar. Qui rex eſt,regẽ maxĩe non habeat. Colu. An honeſti⁹ mercenarii ſalutatoris mẽdaciſſimum aucupium circumuolitantis limina potẽtiorũ,ſomniumq̃ regis ſui rumoribus aucupantis. Neq̃ enim rogãri,quod agat intus,reſpõdere dignant ſerui. Aliq̃n pro diuite. Hora. Siue reges,ſiue inopes erimus coloni. Teren. in Phor. Regem me eſſe oportuit.

Regina,regis uxor, uel quæ regnum poſſidet, etiam ſi uirum nunq̃ habuit,utpote ad quam regnum ex ſucceſſione peruenit,Quandoq̃ ponitur pro diuite. Terẽ. Quia ſolæ his utuntur reginæ.

Regulus dimi. quaſi paruus rex,non q̃ paruæ ſtaturæ, ſed q̃ alicuius urbis, aut oppidi dominus ſit,q̃ generali uocabulo dominus, aut princeps dicitur,q̃uis proprie reguli ſint filii,aut nepotes regũ. Eſt & regulus auis minima a quibuſdã regaliolus dictus,alio noĩe Trochilus & ab Ariſtotele πυγόβυσ, quaſi rex,& p̃ſes auium dr,ſiue legatus ſenatorue. Et regulus genus ſerpentis eſt,quẽ græci baſiliſcum uocant inquit Hieronymus.

Regaliolus,auis quã Plin. li. x ſcribit appellari regẽ auiũ in Italia ꝓpter diſſidia,& bella q̃ ſunt inter eam,& aquilam. Alii putant Galgulũ quæ auis græce dicit Icteros a colore. Sue. Pridie autem eaſdem idus auem regaliolum cum laureo ramo Pompeianæ curiæ ſe inferentẽ uolucres uarii generis e proximo nemore proſecutæ ibidem diſcerpſerunt.

Regillus dimi. eſt a rex,& nomen proprium uiri.

Regilla ueſtis,quæ & baſilica, & trabea dicitur,quoniã ea reges uterentur auro,& purpura intexta. Plau. Baſilicam,an regillam induam tunicam.

Regius,a.um. quod eſt regis. Cice. li.iii. offi. Erat añt regius paſtor, Aliq̃n dr,quod eſt rege dignũ. Regius morbus dictus eſt,q̃ multo,quod genus potionis in regum deliciis erat,curaret,inquit Var. Vel quia,ut Cel. ſcribit eo morbo affectos apparatu regio, hoc eſt lecto,& cõclaui cultiore,& ludis laſciuiaq̃ uti putile eſt, ꝑ q̃ mẽs ægrotantis exhilaretur. Hora. Aut mala quẽ ſcabies, aut morbus regius urget, Idẽ morbus aurigo ante dicebatur a colore auri,quẽ bilis per totũ corpus diffuſa repreſentat. Arquatus quoq̃ morbus appellat,q̃ cœleſtis concolor ſit de uirore. Vel q̃ ita ſtringat humana corpora,ut in arcũ ducat. Græci Ictericum nominant.

Regia, æ. domiciliũ, & aula regis. Liu. li.i. Eo tempore in regia prodigium uiſu,euentuq̃ mirabile fuit omen Iuſtinus. In regiam ſe recepit.

Regia uia militaris,hoc eſt communis, quæ latior eſſe conſueuit. Hiero. in lib. Num. Via regia gradiemur Supra etiam dixit Per tritam uiam gradiemur. Et gradiemur uia publica.

Regalis,& hoc regale,ad claritatẽ pertinet,& ſignificat dignum rege. Cice. in Caro. Nihil ei tam regale uideri q̃ ſtudium agri colendi. Hinc regaliter pro ſplendide & munifice.

Regale unguentum,quo parthorum reges ungebãtur.

Regificus,a.um. quod regem facit.

Regifugiũ,ſacrũ quo die Tarqnius fugit,ex urbe Roma

Regnũ dicit regio,quæ a rege poſſidetur. Cice. Caſ. Nõ regno ſed rege liberati uidemur. Interfecto enim rege regios omnes nutus tuemur. Regnum etiã dici poteſt quicquid poſſidetur. Idem li.i. de ora. Quare negaſti te fuiſſe laturum niſi in regno meo eſſes. i. in Tuſculano. Item regnum dicitur ipſe dominatus, hinc interregnum de quo ſupra in dictione Reges.

Regno,as. regnum poſſideo. Priſ. Rex ſolũ,qd̃ a regẽ donaſcit,peperit ex ſe aliud uerbũ regno. Cice. li.iii. offi. Nã ſi uiolandũ eſt ius,regnãdi gratia uiolandũ eſt. Hic fit cõregno. Ambro, Si tolerabimus & cõregnabimus.

Regio dicta a rego,q̃ priuſq̃ prouinciæ fierent regiões ſub regibus erant,atq̃ ab his regebãt. Poſtea maiores in urbe partes regiões appellari cœptæ,a ſimilitudine earum regionum,in quas orbis diuiditur. Quattuor autem fuerũt antiquitus urbis Romæ regiones,e quibus prima regio Suburrana,ſecunda Exquilina,tertia collina,quarta palatina. Regiones cœli quatuor ſũt. Ortus,Occaſus,Meridies, Septentrio, Ortus,& occaſus mobilia,ac uaria ſunt, meridies ſeptentrioq̃ ꝑpetuo ſtatu ꝑmanẽt. Oriũt quippe ſol nõ itidẽ ſp ſed aut æquinoctialis oriẽs dicit,aut ſolſtitialis,aut brumalis. Item

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non in eundem ſemper occidit locum,ſed occaſus eius ſiſiter fit,aut æquinoctialis,aut ſolſtitialis,aut brumalis.Ab his quatuor regionibus quatuor uenti flare dñr qui ſunt,Eurus,Hauſter,Fauonius,Aquilo.Sunt tamẽ & alii uenti,de quibus alibi.A regio fit e regione,quod eſt ex aduerſo.

Regionatim aduerbium ſignificat per ſingulas regiões Sue.in Cæſa.Ludos etiam regionatim urbe tota,& quidem per omnium linguarum hiſtriones.

Regiũ oppidum Ciſalpinæ Galliæ,a Lepido ædificatũ. Vnde & regium Lepideum uocatur.Regium propter pulchritudinem,& amœnitatem.Eſt & aliud Rhegyũ quod cum h.& y.ſcribitur,de quo infra. Ab illo regienſes,ab iſto rhegyni ſunt appellati.

Regieſco,is,ueteres pro creſco uſurparunt.

Regula norma,qua lineæ diriguntur,quaſi menſura regens.Per tranſla.dicitur breuis rerum præceptio.Hinc regulo,as quod eſt dirigo.

Regularis,& hoc re.quod ſm regulam eſt,uel quod in regulam trahi poteſt.Vnde æs regulare dictũ eſt,qđ a caldario,coronarioq; diſtinguitur.Coronarium eſt qđ tenuatur in laminas,taurorumq; felle tinctum ſpeciẽ auri præbet in hiſtrionum coronis. Caldarium, quod funditur tantũ,malleis fragile eſt. Regulare, quod obſequitur malleis,& ab aliis ductile appellatur. Sed & in cæteris metallis regulare dicitur,quod excoctum igni diligentius eſt uitiiſq; purgatum.

Regrador pe.cor.quaſi retro grador,& per gradus retrocedo.Hiero. contra Ruf. Sacerdotes, qui peccauerant, regradabantur in ædituos,& hoſtiarios.

Reiicio,is,pe.cor,retro iacio.Virgi.Reiiciunt parmas & equos ad mœnia ducunt.In quo producitur re ſyllaba Corripitur uero apud Sta.li.The. Tela manu, reicitq; canes.Qñq; reiicere eſt repellere.Vir.Tityre paſcentes a flumine reiice capellas.Qñq; refutare, abiicere,& pro uili habere.Apulei.Me uero tanq̃ inutilem reiecerunt Quãdoq; euomere.Sue.de Aug. Senos ſextantes nõ exceſſit,aut ſi exceſſiſſet reiiciebat.Hinc reiecto,as.Spar. dẽ Antonino pio.Cũ Caſeũ alpinum in cœna ediſſet auidi9,nocte reiectauit.Reiectio & reiectus pro uomitu.Plin.Et uernatio utilis erit,ſi poſtq̃ ſorpta fuerit ſtatim reiectio ſequatur.

Reiectio ſanguinis græce dr̃ αἵματος ἀναγωγή triũ generũ ἀναβρῆξις quoties exeſa parte aliqua ſanguis exſpuitur.Rhegmochaſmos.i.ῥῆγμα χάσματος,quoties id fractura cõtingit.Tertium Anaſtomoſis quoties uenæ alicuius ore patefacto effunditur.Aliqñ reiectio dicit electio.Vnde apud Aſco.reiectos iudices,electos intelligimus.Celſus.Et reiect9 cibi nõ erit iutilis ſi raro fiat.

Reiectanea,ſiue reiecta a philoſophis dicuntur mala qualia ſunt morbus ægeſtas dolor,ex eo dicta,q; reiiciantur,repellanturq; tanq̃ noxia.Quæ etiam alio noie dicuntur relationes.

Reieculæ,oues q̃ ætate,uel morbo reiiciuntur.Var.Scire oportet in grege,quot reieculæ ſint alienandæ.

Relatiuum,a grammaticis dicit̃,quod aliquid ſuperius dictũ refert,ut qui,quæ,quod.Dialectici dicũt relatiuũ eſſe,quod aliquid refert,ſine quo nec ipſũ poteſt conſtere,ut pater & filius, dñs & ſeruus,relatiua ſunt,quia nec pater eſſe poteſt,ſi filiũ nõ habeat,nec dominus niſi ſeruũ,& talis reſpectus relatio uocatur. Notandum q; relatiuum trahit ad ſe ſæpe antecedẽs præſertim cũ antecedens poſtponitur. Quin. Timeo, ne quos porrexerim cibos uenena fiant.Præterea relatiuum ſubſtantiæ ſæpe pro relatiuo accidentis ponit̃,ut non ſũ is qué putas.i.talis qualẽ putas.Interdum diſcordat a ſuo antecedẽte,& cõcordat cũ ſubſtantiuo tam in genere, q̃ in numero.Sal.Eſt locus in carcere quod Tullianũ appellat̃.Liui.Anxur fuit q̃ nunc trachinæ ſunt.Cice. Omnes tenues,atq; inertes q̃ maxima in populo multitudo eſt,ſibi præſidium paratũ putant.interdum ad ſe trahit nomen ſubſequens ſubſtantiuum.Liui.Cui africano fuit cognomen.

Relego,as.pe.pro.ſeparo remoueo.Vir.li.iii. Geor.Atq; ideo tauros procul,atq; in ſola relegant paſcua Cice. lib.iii.offi.Criminabatur etiã,q; Titũ filiũ,qui poſtea Torquat9 ẽ appellatus,ab hominibus relegaſſet,& rurſi habitare iuſſiſſet.Aliqñ remitto.Pli.li.vii. Nec tamen in plæriſq; eorũ obſtringã fidẽ meã potiuſq; ad auctores relegabo,qui de dubiis rogent omnibus. Aliquãdo exulem facio,in exilium mitto.Vnde relegati dicũtur in exilium miſſi.Hiero. Herodes ille,qui cũ Pilato poſtea amicitiam fecit,huius Herodis filius eſt frater Archelai,qué & ipſum Tiberius Cæſar Lugdunum relegauit,quæ eſt Galliarum ciuitas.

Relego,is.pe.cor.rurſus lego. Oui.Cum relego ſcripſiſſe pudet,nam plurima cerno me quoq; qui ſcripſi iudice digna lini.

Religo,as.pe.cor. Vide in ligo.

Reluctor,aris. Vide in dictione Luctor.

Reluo.is.rurſus lauo,& ſic cõponitur ex re,& lauo,ſicut diluo.Quãdoq; ſignificat ſoluo.ſiue repignero.Plaut. Repignerat,reluit,uẽdit.Et ſic ex re,& luo componit̃,

Relicinus,pe.pro.ſcat in occiput refugiẽte capillaméto recriſpum. Nomen(ut quidã putãt)a recello deductũ, quod ſignificat retraho,reuibro,reclino,& cæſim reduco.Et q̃ ad craneum capillitium retorquet̃,inde relicinus,ueluti recellinus crinis appellatus euphoniæ cauſa.Apul.li.i.flo.Laudauit ſeſe,q; erat & coma relicinus & barba ſquallid9,& pectore hirſut9.Et relicina frõs dr̃ ut idem paulopoſt.Et tabulis, & toreumatis idẽ uigor acerrimi bellatoris,idem ĩgenium maximi bellatoris, eadẽ forma uiridis iuuẽtæ,eadẽ gratia relicinæ frontis cerne ret̃.idem etiã frontem relicinam in Alexandro magno fuiſſe laudat,quæ.ſ.lata, aperta ſpectabilis & a capillorum tegumento libera uiſeretur.

Religio,ut Cice.li.ii.artis ue.inquit, eſt q̃ ſuperioris cuiuſdam naturæ,quam diuinam uocãt,curam cærimoniamq; affert.Plutarchus in Pauli Æmilii uita,dicit religionem eſſe diuinarum rerũ ſcientiã,a philoſophis appellatam.Maſſurius Sabinus ſcribit religioſum eſſe id,quod propter ſanctitatẽ aliquã remotũ ac repoſitũ ſit a nobis,a relíquẽdo dictum,unde Vir.Eſt lingens gelidũ lucus prope Ceretis amnem Religione patrũ late ſacer,undiq; colles Incluſere caui,& nigra nemus abiete cingunt.Oſtendit eñ religioſum locũ eſſe,a populi cõmunione ſeparatum,difficultate adeundi.Lact.a religando,religionẽ dictam li.iiii.aſſerit.Hac cõditione ĩquit,gignimur,ut generati nos deo iuſta,& debita obſequia prebeamus. Hunc ſolum nouerimus, hunc ſeq̃

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mur,hoc uinculo pietatis obstricti deo,& religati sumus Vñ ipsa religio nomẽ accepit,nõ (ut Ci. interptatus est) a relegendo,Augu. uero lib.x. de ciui.dei.a reeligẽdo,religionẽ dici existimat,unde inquit Hunc eligẽtes uel potius reeligẽtes. Vnde & religio dicta phibẽt. Qñq; tñ religio accipit pro metu.connexa em̃ sunt timor & religio.Sta.Primus in orbe deos fecit timor. Vir.Iam tũ religio pauidos terrebat agrestes dira loci Vbi Ser. Religio.i.met⁹,uel sollicitudo, ab eo q; mentẽ religet Inde dies religiosi infames,uel infausti dicti sunt.Sue. de Augu.Huc introire nisi necessario,& castẽ religio est.i.nefas,non licet, metus est. Aliqñ pro collectione animi.Lucre.li.ii.Deniq; multa uides quibus & color & sapor una religione animũ quoquo cõtingere pacto reddita sũt, Aliquãdo sumitur pro superstitione. Vnde religiosus dicit̃ qui nimia,& superstitiosa religione se alligauit.Teren.in Heau. Vt stultæ & miseræ oẽs sum⁹ religiosæ Religiosus tñ homo etiã dr̃.q; amat religionẽ, & qui nõ mõ deorũ sanctitatẽ magni æstimat sed etiã officiosus aduersus hoies.Sepulchra & monumẽta religiosa sunt.i.habent in se religionẽ,ille adorat,hæc adorant̃ Religiosi dies,ut li.iiii.docet Gel.dicunt̃ tristi omine infames,impeditiq;,in quib⁹ res diuinas facere & rẽ quampiã exordiri nouã temperandũ est,quos uulgus nefastos uocat,hinc Cice.ad Atticũ,dic̃ Allienſis pugnæ religiosũ esse dicit. Macro.li.iii.satur.Religiosi sunt dies,qui facienda & uitanda discernunt.

Relinquo, is retro dimitto. Lact.li.i.Fur ac nebulo Mercurius,qui ad famam sui nil reliquit, nisi memoriam fraudum suaꝝ.Et relinquere est aliud pro suo alicui dimittere,seu legare.Plau.i Aul.Agri reliquit ei nõ magnum modum,quo cũ labore magno, & misero uiueret.Huius compositum est derelinquo.

Reliquus,a.um.pe.cor. significat id,quod supereſt.Cæsar li.i.com.Demonstrant sibi,præter agri solum,nihil esse reliqui.Cice.Curio.Reliquum est,ut certemus officiis inter nos.Teren.in And.Vt pernoscatis,quid spei sit reliquum.Reliquum feci,eleganter dicitur pro reliqui,sicut missum feci,pro dimisi.

Reliquiæ,arũ.dñr pauca,quæ relicta sũt. Vir.His accẽsa super iactatos æquore toto Troas relliquias Danaum.

Remaneo,Vide in dictione maneo.

Remedium,a medeor,eris. descendit.

Remedior,aris,depo. remedium adhibeo .Hiero cõtra Ioui. Multi impatientia gulæ,uomitũ remediantur.

Remendo,as.Vide in dictione menda.

Remansio a remaneo,sicut a maneo mansio, Ci.ad Q. Fratrẽ.Primũ tuã remansionẽ etiam atq; etiam probo

Remandere ruminare.Plin.lib.x.Pontici mures simili modo remandunt.

Remeo,as.retro meo redeo .Virgi.Si patrios unq̃ remeassem uictor ad Argos.

Reminiscor, recordor,quod fit cum mẽs ea q̃ tenuit,cogitando repetuntur,quasi iterum rem in mẽtem reuoco,Componit̃ ex re,& miniscor,unde & comminiscor. Est aũt miniſci fingere,& formare, reminiſci, reformare,& iterum componere quæ lapsa erant.Qui uero reminiscitur iterum in mẽtem reuocat.Ex qua re homo sapiẽtior redditur.Et ideo recordatur.i. iterũ cordatus fit.Differt memoria,a reminiscẽtia, quia illa cõmunis est omnium animantium,hæc ad homines tantũ cũ sit discursus rerum cum ratione ad uniuersalia,ad particularia,& a remotis a sensu.

Remitto, is.proprie retro mitto.Plau. Munera accipit frequens,remittit nunq̃. Construitur quandoq; cum ablõ precii, ut apud Curtium li.ii.Captiuos,si placet reddi,honestius dono dabimus,q̃ precio remittemus Aliquãdo rursus mitto. Colu.li.i.Et eadem euentilata mũdiora sunt lapilliſq; carẽt,& glebulis,quas p̃ triturã fere terrena remittit area.Aliqñ simpliciter pro mitto ponit̃.Lucil.Cohibet domi mœstus se Albinus,q; repudiũ filiæ remisit,Aliqñ pro relaxo & ad negligentiam descendo. Vnde animum remittere dicimus,cũ deponimus curas,& negligimus. Cuius cõtrariũ est intẽdo ex translatione ab arcu.Cice.Quæro non quibus intendam aĩum rebus, sed quibus remittam Hinc remissio relaxatio animi dicit̃. Aliqñ pro concedo, condono,& dimitto,Et tunc construitur cũ dtõ.Vatinius Cic. Meã animaduersionẽ,& supplicium,quo usurus eram in eũ quem cepissem,remitto,tibi condono. Iusti.igit̃ magi ad fauorẽ populi conciliandũ tributa,& militiæ uacationẽ in trienniũ remittũt,i. concedunt. Lactã.li.v. Et ideo cũ nefãda ppetimur,ne uerbo quidẽ reluctamur, sed deo remittimus ultionẽ.i,dimittimus,siue cõmittimus. Aliqñ,p demitto.Cice.li.i.offi.Ex oculoꝝ obtusu,ex eleuatione,& remissione superciliorũ,aut ex contractione. Aliqñ,p relinquo.Colu.li.i.Nũquid absẽtia sua de disciplina,& custodia remiseris? nũ aliqua uitis? nũ arbor? nũ fruges abfuit? Aliqñ pro intermitto.Ter. in Heau. Nullũ remittis tempus, neq; te respicis. Aliqñ pro cesso .Idem in Ecy. Nam si remitteret quippiam Philomena doloris,omnem rem narrabit scio.

Remisse aduerbium,modo humiliter .Saluſtius.Pauca timide remisseq; locutus abscessit. Modo læte,& uelut remisso, id est relaxato animo.Ci. de ora.Quis unq̃ res præter hunc tragicas pene comice,tristes remisse,se ueras hilare,forẽses scænica ,ppe uenustate tractauerit.

Remora,pe.cor.animal aquatile admodũ breue,a græcis ἔχενηὶς dicitur,spinis & crustis tectum,a remorãdo dictum,q; nauem,cui affixum fuerit,remoret̃.Pli.li.ix. Est paruus admodũ piscis,assuetus petris, echeneis appellatus,hoc carinis adhærẽte, naues tardius ire credũtur.Inde nomĩe imposito remora a morando dicitur, remora etiã retardatio dicitur.Lucil.Quæ nã uox ex te resonans meo gradu remoram fecit Plau.in Tri.Ita uincunt illud conducibile gratiæ quæ in rebus multis obstant,odioſæq; sunt,remoramq; faciunt rei priuatæ & publicæ,

Remores aues,in auspicio dicuntur quæ acturum aliqd remorari compellunt.

Remeligines, remoræ a morando.Plaut. Quid nũc illæ tam diu remorantur remeligines.

Remoror,pe.cor.retardo,retineo,a remora pisce, ut inquit Dona. Teren.in And. Ne quid uestrum remorer commodum. Apul.Sic me abire oppido uolẽtem sua ui remoratur illecebra.

Remus nomẽ propriũ fratris Romuli,& instrm̃,quo naues aguntur,ἀπὸ τοῦ ῥίεσθαι quod etiam palmula dr̃.Catu. Phaselus ille,quem uidetis hospites,ait fuisse nauium celerrimũ, Neq; ullius natãtis impetũ trabis nequisse

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſterire,ſiue palmulis opus foret uolare,ſiue linteo.Ité remus dicitur lorum,quod continet tubam,ut inquit Seruius in com.lib.vi.Ænei.

Remiges nautici,qui remos agunt,& remigandi miniſterio mancipati ſunt,huius ntūs ſingularis eſt remex remigis.Cur.Remex militis officia turbabat.

Remigo,as.pe.cor.remis nauigo,quaſi remis ago.Cice.lib.iiii.Tuſc.Vtrū igit mauis nos ſtatim uela facere an quaſi e portu egredientes paululū remigare?Huius cō poſita ſunt Eremigo,p enauigo,emetior.Plin.Circa Caſpiū quoq; multa oceani littora explorata,paruoq; breuius,q̄ totus hinc aut illinc ſeptentrio eremigatus. ſubremigo,ſubtꝰ remigo.Idē li.ix.Cæteris ſubremigās brachiis media cauda ut gubernaculo dirigit.

Remigium ipſa remoꝝ agitatio,& remigatio.Vir.li.i. Geor.Non aliter,q̄ qui aduerſo uix flumine lembū remigiis ſubigit.Idē tranſtulit ad aues.Volat ille p aera magno remigio alarum.Aliqū ponitur pro remigum multitudine.Idē li.iii.Remigium ſupplet ſocios ſimul inſtruit armis.

Remulculo proprie eſt remigando e ſcapha grandiorē nauim traho,quod aliquando nō neceſſitatis gratia fit,ſed ut nauis quieti us agatur.Hinc remulculare aliquando dicimus,molli ac leni tractu ad progreſſum mulcere.Siſē.li.ii.ſi quæ celeriter ſolui poterat,in altū remulculando trahitur.Et a remulcendo fit.In eadem ſignificatione ſunt Remulco,as.& Promulco,as.

Remillum repandum dicitur a remi ſimilitudine.

Remordeo,es.crutio ſollicito.Virgili.Quando hæc te cura remordet.

Remo,is.repeto.Enni.Riuos campoſq; remant.Alii remere putant dictum,quaſi remeare.

Remorbeſco,is.ſignificat in morbum recido.

Renes ſunt qui lumbis adhærent,ἀπὸ τοῦ ῥέω fluo,q̄ riui ab his obſcæni humoris oriantur.Hi a ueteribus nephrundines uocabātur,q a græcis dicunꝰνεφροί, νεφρὸς ren νεφρῖτις morbus renum,νεφριτικὸς q renū morbo laborat,Diminutiuum a ren eſt renunculus.

Renarro ſignificat ſicut ſimplex,uꝰre,pro diligēter ſiue pro affatim accipiendum puto.Virgi.lib.iii.Sic pater Æneas intentis omnibus unus Fata renarrabat diuum curſuſq; docebat.

Renuncio,as.refero,ſiue reporto,ut miſſi nuncii referre ſolent de his,ad quæ miſſi ſunt.Cæſar com.ii.Qualis eſſet natura montis,& qualis eſſet in circuitu cenſus, qui cognoſcerent,miſit,renunciatum eſt facilem eſſe Aliqū renunciare eſt aperte ſignificare Teren.in And. Quaſi tibi non renunciata ſint hæc ſic fore,Et iterum Id ego iam nunc tibi here renūtio fututum,ut ſis ſciēs, ne tu mihi poſterius dicas Daui factum conſilio,aut dolis.Dona.Renuntiare eſt quaſi ſecretū conſiliū,uel malum renūtiare,re.n.ſyllaba,apud ueteres interdum abundat.Aliquādo ſignāt renūtiare.cedere reſignare, ſeu reſtituere.Cice.in Ver.acti.iiii.Atq; iſte ſtenio uehementer in cenſus hoſpicium ei renūtiat,domo eius emigrat Hīc renūtiatio ceſſio,hinc cōponiꝰ abrenūtio

Renideo,es.ſignificat ſplendeſcere,Apul.Rubentibus bucculis & renidētibus crinibus.Hora.Vt puro renidet luna mari,& renidere ridere.Catul.Egnatius quod candidos habet dentes,Renidet uſq; quaq;,ſeu ad rei uentū eſt ſubſelliū,cū orator excitat fletū,Renidet ille,ſeu pii ad rogū filii lugetur,orba cū flet unicū mater,Renidet ille quicquid eſt,ubicunq; eſt,Quodcunq; agit, renidet,hunc habet morbū neq; elegantē,ut arbitror, neq; urbanū.Ité ſignāt lætū & florentē eſſe.Quin.li.xii. Quod cum contingit neſcio quomodo hilarior protinus renidet oratio.Item ſignificat redolere.Hora.Nec mea renidet in domo lacunar.

Renunciata inſula in Æthiopico mari,q̄ ſicut Plin.li.vi. ſcribit,ita diues ē,ut equos talētis auri incolæ pmutēt.

Reor,eris,atus,exiſtimo opinor.Plaut in Am.Quid me non rere expectatum.

Repauſo,as.cum actō quietem capio.Augu.in Manua. Quæ fatigatum ſpūm repauſet,& cor triſte lætificet.

Repagulum,ex re & pago,is.proprie repagula ſunt,q̄ patefaciendi gratia ita figuntur,ut ecōtrario paganē.In hoſtio.n.duo ſunt poſtes,qui cardinibus continentur & repagulis claudūtur.Cice.li.i.de diui.Herculis ualuæ clauſæ repagulis ſubito ſeipſæ aperuerunt.Plin.Firmiſſima in rectū abies,eadem ualuaꝝ repagulis,& ad quælibet inteſtina opera aptiſſima.Inde repagula,p oibus clauſtris obicibuſq; ponuntur.Luca.Pedibuſq; repagula laxat.Ouidi.lib.v.Meta.Raptaq; de dextro robuſta repagula poſti oſſibus illiſit.

Repandus,a.um.qd̄ eſt recuruū,& ſimū,& retrorſū patet Hiero.de Socrate ſcribit,q̄ eſſet repandis cruribus.

Reparo,as.pe.cor.reſtauro,& in ſtatum priſtinū redigo, quaſi paro rurſus.Cur.Ille nō ignarus,& principes amicorū,& exercitū offendi,gratiam liberalitate,doniſq; reparare tentabat.Lactā.lib.vi.Nam parcere.i.medio criter uti pecunia,q̄ſi quædam puſillanimitas animi eſt,aut prætimentis ne ſibi deſit,aut deſperantis poſſe ſe illa reparare.

Reparamen idem quod reparatio.

Repaſtino,as.pe.pro.ex re & paſtino,qd̄ eſt fodio,Vide in dictione paſtino.

Repedo,as.penul.cor.pedem retraho,recedo.Vide in dictione pedo,as.

Replaudo,is.repercutio,plaudo eīm quod & plodo dī, manibus pulſo & ſtrepitū facio.Vnde plauſus,quo boni excipiebantur,cum mali exibilarentur.

Rependo,is.retribuo,recompēſo,tractū a pecunia.Vir. Fatis contraria fata rependens.Am.Alius ergo fructū accepti beneficii,ut aurūauro.argentū argēto repēdi,

Repenſo,as.pondero,& repondero,ſeu renideo,& ſubtiliter iudico.Lactan.Nam qui uiolauerint impie humilem,ſentient in poteſtate ultorem,eaq; omnia,quæ legunt & non intelligunt,repenſāte deo patientur Et repenſare,recompenſare.Aug.ſermone de inimicorū dilectione.Beatus Ioſeph,pro paricidii crimine ipiis fratribus ſuis nō alii amaritudinem,ſed charitatis dulcedinem repenſauit.

Repello,is.repuli,ſum,ſignificat retro pello,reiicio.Oui. Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes.Plau.in Caſ.Repulit mihi manum,Apud poetas reppuli per duplex pp.quandoq; ſcribitur.Luca.Reppulit a libycis immenſum ſyrtibus æquor.

Repulſa reiectio,ab honore,ſeu magiſtratu.

Reperio,is.pe.cor.reperi,uel repperi,apud poetas p duplex pp.ex re & pario,unde repertū,quaſi repartū,& in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lucem proditũ. Et ꝓprie reperire fortunæ eſt inuenire conſilii. Oui. Tu nõ inuenta repta es: Auſ,uno diſticho primam huius preteriti,& productam,& correptam,p tulit. Ar qui cõdiderat,poſtquam non repperit aurum Aptauit collo quem reperit laqueum

Repeto,is.pe.cor. proprie reſtituendũ peto. Cice.li.ii.ad Heren,Id quod argentario obtuleris, expenſũ a ſocio eius recte repetere poſſis. Teren.in Eu. Hanc tibi dono do,neq; repeto,ꝓ illa abs te quicq̃ precii. Interdũ repetere eſt ſæpius petere. Cice. Cæſari reperenti negare nõ potui. Interdũ reiterare, reſumere, inchoare. Cice.de ora. Repetam & non ab incunabulis nr̃æ ueteris pueri liſq; doctrinæ quendã ordine præceptoꝝ: Cæſar. cõ.i. Bello Heluetioꝝ cõfecto,toti⁹ fere Galliæ legati,principes ciuitatũ ad Cæſarẽ congratulatũ uenerũt,intelligere ſeſe tametſi pro ueteribus heluetioꝝ iniuriis populus Ro. ab his pœnas repetiſſet,tñ eã rẽ nõ minus ex uſu terræ galliæ,q̃ populi Ro. accidiſſe, i. reſumpſiſſet. Interdũ reuoluere,ſiue uolutare,cum abltõ huius noĩs memoria. Cice. in ora. Cogitanti mihi ſæpenumero,& memoria uetera repetenti. Interdũ redire. Vir. Cũ primũ paſti repetẽt ꝑſepia tauri. Li.li.i. Quippe uera fuga q̃ ſimulantes pauloante ſecuti erãt,oppidũ repetebãt.

Repetundarũ a prouincialibus accuſatur is,q̃ præſes ,p uinciæ alienas pecunias,aut ui,aut dolo expilauit. Vñ Iuriſcon.xlviii.digeſtoꝝ. Lex Iulia repetundaꝝ ptinet ad eas pecunias,quas quis in magiſtratu legatione,uel alio officio, miniſterioue acceperit. ſed poſtea latius patuit,ut hoc noĩe oĩa,quibus diuiciæ conſtant, conti neant,ut uaſa precioſa,ueſtes,frumentũ,nauigia,ut ẽt ſi quis ꝑplus alteri populo iniuriã fecerit,aut captiuoꝝ aut incendii, aut prædæ,q̃ iniuriã repeteret diceretur agere repetundaꝝ rerũ Ergo cũ repetunt, quæ ſũt ablata,tũc repetundarũ reꝝ agitur,uel de repetũdis. Nec habet plures caſus,a repeto,is.e.in u, mutata, quia id tertia cõiugatio præter cæteras patitur. Et ut differret ab illo quod dicitur, Miſſi ſunt legati ad res repetendas Quo ſignificatur prĩcipi,uel populo erepta eſſe,uel pecorum,uel hominum,uel locorum corpora.

Repente aduerbium ſignificat ſubito,quod quidam a repo,is.deriuant,per antiphraſim. Sed non uidetur uerum,ꝙ repente primam cor. habeat,ſed magis a repẽs cuius prima ſimiliter corripitur. Ouidi. in Faſto. Bina repens oculis obtulit ora meis.

Repentinus,a.um.pe.pro. quod eſt ſubitarium,ut mors repentina,bellum repẽtinum.

Repignero,as.pignus recipio ſoluto precio. Iuriſcon.ti. Commodati. non repigneras,ut mihi reddas.

Repotia dicta ſunt,cum poſtridie nuptias,apud nouum maritũ cœnatur,ꝙ quaſi reficiatur potatio. Hora. Ille repotia natales,alioſq; dierum feſtos albatus celebret.

Repo,is.pſi. ptum. proprie dicitur de animalibus, quæ pedibus carent,& uentre gradiuntur,ut ſunt uermes q̃ reptilia dicũtur a rependo,quamuis & ea,quæ paruos pedes habent repere dicantur,ut ſũt lacertæ & ſimilia Transfertur etiam ad radices. Colu.lib.viii. Spacium autem radicibus qua repant lapides prebent. Huius compoſita ſunt Adrepo,quod eſt ad aliquid repo. Correpo ſimul repo,ſimul teneo. Varro.li.ii.de re ruſt. Igiẽ quod nũc intra murũ fere patres familiæ correpſerũt, relictis falce,& aratro Colu. in præfa. Patres familiæ falce,& aratro,relictis intra murũ correpſimus,& in circis potius,ac theatris,q̃ in ſegetib⁹,ac uinetis manus mouemus. Erepo,difficulter loca aſpera,& edita ſcando, tanquam opus ſit erepere magis,q̃ ambulare. Suetoni. in Tybe. Territus, ꝙ is a tergo iſulæ per aſpera,& deuia erepſiſſet ad ſe. Irrepo,intro ſeu latenter repo. Hiero,ad Dama, Nunc illud, quod non queſieras,dũ aliud agimus irrepſit. Obrepo,prærepo,extra ſeu q̃primum,aut ante repo. Colu.li.v. Videtur etiã focaneus palmes, q̃ ſolet in bifurco medius prærepere. Et idcirco eũ ꝓdicto uocabulo ruſtici appellant,quod inter brachia,qua ſe diuidit uitis enatus,uelut fauces obſidet. Prorepo. ultra repo. Idem lib.iiii. Vt mota æqualiter humus nouellis radicibus,quacunq; in partẽ prorepſerit. Perrepo. ualde,ſeu ad finem,& cum labore repo. Colu.lib,x. Tota maceries opere tectorio leuigatur extra ĩtraq; ne feles aut uipera perrepat. Surrepo,ſubtus uel latenter repo. Et habent penul.produ.

Repto,as. frequentatiuum ſignificat ſæpe,ſeu continue repo. Hiero,ad Furiam. An uereris ne proles furiana deficiat,& ex te parens tuus non habeat puſionem,qui reptet in pectore. Et reptare dicimus eum,qui ſegniter & quaſi teſtudineo paſſu incedit,quales ſũt q̃ in hortis, aut uinetis ſpaciantur. Hora. An tacitum ſiluas inter reptare ſalubres.

Reptile,pe.cor. quicquid repit. Ambro.lib. Hex. Scimus reptilia dici genera ſerpẽtium,eo ꝙ ſup terrã reptant, ſed multomagis omne quod natat reptandi habet uel ſpeciem,uel naturam. Hiero. in Gene. Producant aquæ reptile animæ uiuentis. Reptilium aũt,ut ſentit. Ariſ. alia ſunt terreſtria, alia aquatilia, terreſtria quædam ſunt ſine pedibus,ut ſerpẽtes,quædam quattuor habẽt pedes,ut lacertæ & ſtelliones. Aquatilium uero ſũt piſces,qui natando uidentur repere.

Repræſento,ad præſens affero, Aliquando repræſentare eſt referre,uel reddere, Sue. in Claud. Repræſẽtaturus pro opera dignam cuiq; mercedem. Et alibi. Repræſẽtando præmia dixit in prima ſignificatione. Quin. Re præſentatis iudiciis. Colu. Itaq; non ægre conſequetur ſi ſemper ſe repræſenta uerit. Idem Repræſentant uiri dem ſaporem oliuarum,id eſt referunt

Repono,is.pe.pro.rurſus pono, Virgi. Ariſq; reponimus ignem. i. rurſus adhibemus ignẽ,& ſacrificamus. Mar. Vllus ſi pudor eſt repone cœnam. Vnde reponere fabulas & ſcripta poetæ dicuntur,cum ſecundo hæc in ſcæna apponunt. i. cum rurſus recitant. Solebant enim ut inquit Porphyrio,qui ludis apud ueteres præerant,ſcriptores cum in ſcænam prodirent,benigne excipere,ut ſi forte non recte egiſſent iterum ad ſcribendum audientiũ benignitate allicerentur, unde Horati. Fabula, quæ poſci uult,& ſpectata reponi,id eſt primo,& ſecundo recitari. Quandoq; reponere eſt collocare,& recondere. Lucre.li.iiii. Quamuis multa quidem ſapientum turba putaret,ſenſum animi certa non eſſe in parte locatum, Verum habitum, quendam uitalem corporis eſſe ἁρμονίαν graii quam dicunt quod faciat nos uiuere cum ſenſu, nulla cum in parte ſiet mens, ut bona ſæpe ualetudo cũ dicitur eſſe, corporis & non eſt tñ hæc pars ulla ualentis, ſic animi ſenſum non certa parte re

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ponunt. Leo papa. Quod luxuria, uel gula dissipauit in mũdo, pietas reponat in cælo. Vir. Manet alta mẽte repostum iudiciũ paridis. Qñq; reddere, uel restituere quasi retro apponere. Hora. Inspice si possit donata reponere lætus. Plaut. in Pers. Des mihi nummos sexcentos, quos pro capite illius pendã, quos continuo tibi reponã in hoc triduo, aut quatriduo, & auctore Seneca ad Lucil. Prisci signate dixerunt id reponi, quod creditori debemus. Iuue. Semp ego auditor tãtum, nunq̃ ne reponam? q̃ uerba indignantis sunt, utpote semper audientis, & nunq̃ scripturi. Quandoq; reuocare, reprimere, cohibere. Sta. Quotiens iam torta reponã fulmina, q̃ rarus terris hic imperet ignis. Qñq; reducere, reficere. Vir. li. ii. Geor. Et quantũ longis carpent armenta diebus, Exigua tantũ gelidus ros nocte reponet Qñq; superaggerare. Idẽ in eodem li. iii. Atqui non Massica Bacchi Munera, nõ illis epulæ nocuere repostæ. Qñq; scribere. Hora. Scriptor honoratũ si forte reponis Achillẽ, Qñq; retro, seu seorsum ponere. Hiero. li. i. Reg. Da partem quam dedi, ut reponeres seorsum apud te.

Repositorium uas, in quo reliquiæ ciborum, & mensæ instrumenta reconduntur, siue ex corio sit, siue ex alia materia. Plin. Bibente conuiua, mensam uel repositorium tolli inauspicatissimum habetur.

Replumbari, a Iurisc̃onsultis positũ est, p eo qd̃ est reuelli & resolui emblemata, & uasis & lapidibus inclusa.

Reporto, as. retro porto. reuecho, Hiero. lib. Re. Reporta archam in urbem.

Reprimo, is. pe. cor. contineo, cohibeo. Cice. Reprime impetum. Virgi. Dextramq; repressit.

Repræhendo retraho, quasi retro præhendo. Liui. Adeo turbati erãt dextræ alæ equites peditesq;, ut quosdam consul Cato manu ipse reprehenderit, uerteritq; in hostem. Proper. Quam possit nostros quisq̃ reprehẽdere cursus. Aliquando resumere. Gelli. lib. ii. Apud Platonẽ quoq; multis locis reperias syllogismos repudiato cõsisq; ordine isto, qui in docendo traditur, cũ eleganti quadam reprehensionis cõtentione positos esse. Alias significat arguo, increpo.

Reproces, pro asperis, & difficilibus usurpatur. Plin. lib. xviii. In reprocibus, ac supinis laterib⁹ procũbere quasdam occæcari, & in alias dirigi.

Reprobare dicimus quando aliquis laudat præceptum aliquod & illud non imitatur, hoc quidem inquit Cice. omnes mortales & intelligunt & reprobant.

Repromitto, iterũ siue maxime promitto. Ambro. Diuitias, domos, possessiones repromisit, si cõsensum suũ eius coniugio non negaret.

Repudium, recusatio, q̃ fiat ob rem pudẽdam. Differtq; a diuortio, q̃ repudiari futuæ matrimoniũ potest. Nõ recte aũt diuertisse sponsa dicitur, q̃ diuortium ex eo dictum est, q̃ in diuersas partes eunt, qui discedunt.

Repudio, as. matrimonium dirimo, & quasi ob rem pudendam aliquam repello. Sueto. in Cæsa. Neq; ut repudiaret illam, compelli a dictatore Sylla ullo modo potuit. Interdum ponit̃ simpliciter, p non accipio recuso Terẽ. in An. Repudio consiliũ, quod primũ intenderã

Repungo, quando de ratione, uel calendario loquimur facit præteritum repunxi, quando uero uicem reddi/tam ostendimus repupugi. Cice. Lentulo. Daret mihi ipsi aliũ publium, in quo possem illorũ animos mediocriter lacessitus repungere.

Reputo, as. pe. cor. Vide in dictione puto.

Requiro, is. pe. pro. repetitionẽ, uel' augmẽtũ actus denotat. Hie. Et nũc, quod superest, ut ab aliquo doctore requiratis. Interdum requirere est sæpius, uel rursus quærere.

Res generalem habet significationem. Nam ut Paul. Iurisconsul. inquit, siue corporalia siue icorporalia comprehendit. Corporales res sunt, q̃ uere tangi possunt ut homo uestis. Incorporales, q̃ tangi non possunt qualia sunt ea, q̃ in iure cõsistunt, sicut hæreditas, ususfructus, obligationes sunt. Et a dialecticis dicitur terminus trãscendens, quo substantia, qualitas, actio cõprehenduntur. Sumit̃ quãdoq; res p statu ac conditione, ut Resp. res priuata, res familiaris, res uxoria. res mea, res tua, Cice. Id eiñ rebus nostris minime conducebat, id est statui nostro. Salu. At nobis est domi inopia, foris æs alienũ mala res, spes multo asperior. Quandoq; res dicit̃ pro ut distinguitur a persona. Vnde loci argumento⁹ sũt a rebus, & a personis. Qñq; prout distinguitur a uerbis Hora. Verbaq; prouisam rem non inuita sequentur. Sumitur & pro contentione, lite, negotio, siue cõmercio, ut est mihi res cum latrone. Teren. Quid huic rei est, id est negocii. Cice. pro Mure. Nondum potuisse statuere iurisconsultos, utrum rem, an litem dici oporteret. Item pro causa, ut quamobrem. i. propter quam causã, qua de re, de q̃ causa, ab re, sine causa. Item pro censu, siue diuitiis. Ter. in Heau. Eius frater aliquãtulũ est ad rem auidior. Item pro imperio. Vir. Postquã res Asiæ Priamiq; euertere gentem Immeritam uisum superis Item pro utilitate. Teren. in Ecy. Si in rẽ est Bacchidis Et itę. Neq; in rẽ nostrã est, ut quisq̃ amator nuptiis lætetur, Dona. in utilitatem, i. p cõmodo. Item p actu uenereo. Idem. Miles, cum quo tum rem habebat. Do. Rem habere honeste res impura dicit̃. De triplici significatione Ausonii uersus est in Monosyllabis. Imperium, litem, uenerem, cur una notet res Item pro experientia, siue effectu. Teren. in Adel. Re ipsa reperi facilitate nihil esse melius, neq; clementia. Cice, in Cato. Habui hæc de senectute, quæ dicerem uobis, ad quã ut perueniatis, ut ea, quæ ex me audistis, re ex parte probare possitis. Item pro ualore, precio, uel æstimatione Teren. in Phor. At si talentum rem reliquisset decem. f. primus esse cognat⁹. Item pro periculo, ut apud eundẽ Verum pone esse uictum eum tandem, tamen non capitis eius res agitur, sed pecuniæ. Et res dicitur ueritas. Terenti. in Adel. Verum cogito, quod res est. Huius diminutiuum est recula.

Res comperẽdinata dicitur, cum causa, id est iudicium in diem tertium constitutum est.

Res iudicata dicitur, quæ finem controuersiarum pnunciatione accipit, quod uel condemnatione, uel absolutione contingit, ut auctor est Vlpia.

Res forensis dicitur causa, quæ agitur in foro, & ad causidicos pertinet.

Respublica. ciuitas libera, q̃ iure regit̃, & imperiũ habet & aliæ, tam quæ principum sedes sunt, q̃ q̃ subiectæ & priuatæ. i. quicquid pertinet ad uniuersitatẽ ciuitatis cuiuslibet. Cice. ad Brutum, Si Respub. municipii tuo studio diligentia bene administrata erit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Reſcio,ſiue reſciſco,is. eſt factum aliquid occultius, aut inopinatum inſperatũq; cognoſco. Ter. En tibi reſcinit oẽm rem.i.quod occultum putabamus,præter noſtram opinionẽ cognouit. Aliqñ ſcat rem poſtq̃ geſta eſt ſcio,quam neſciebam,cum gereretur. Hie.in lib.numeroꝝ. Quod ſi audiens uir tacuerit,& in alterã diem diſtulerit ſniam,quicqd nouerat, atq; promiſerat, reddat,quia ſtatim ut audiuit tacuit,ſin aũt contradixerit,poſtq̃ reſciuit,portabit ipſe iniquitatem eius. Et primo Reg. Quod cum dicendum reſciſſet, quia præpararet ei Saul clam malum dixit ad Abiathar.

Reſcindo, is. cædo,tollo,aufero, deſtruo. Cæſar. i. com. Pontem q erat ad Genuam iubet reſcindi. Quod uerbum ad oia quæ reſcin lunt fere ꝓprie pertinet. Col.li. ii. Et quod falx reliquerit,priuſq̃ iareſcat,uomis reſcindat,atq; obruat,id.n. cedit pro ſtercore. Vir.lib.iii.Ge. Non tã ulla magis præſens fortuna laborum eſt, Quã ſiqs ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os, alitur uitium,uiuitq; tegendo.i.aperire. Idem li.geor. Cæ lum reſcindere fratres Ter ſunt conati.i. oppugnare. Et reſcindere eſt rurſus ſcindere. Hie.cõtra Rufi. Quid meruit homo latens ut nudares cicatricem eius,& obductam cutem inſperato dolore reſcinderes. Aliquando non ratum habere, irritum facere. Saluſt.in Iug. Iugurtha inter alias res ait oportere quinquennii conſulta & decreta omnia reſcindi.i. tolli & deſtrui.

Reſcribo,rurſus uel retro ſcribo. Ouidi. Nil mihi reſcribas,attamen ipſe ueni. Et reſcribere ſignificat reddereſeu renunciare. Ter. in Phor. Atq; illud mihi argentum rurſum iube reſcribi. Dona. Reſcribi, reddi ſeu pmenſem ſcripturam dari, quoniam ad pecuniæ renumerationem antecedit ſcriptura. Reſcribere dicebant pro renumerare. Vnde hodie datur chirographus. Ser. Scribi eſt dari. Hor. Scribe decem nerio, non eſt ſatis; adde cicutæ. Reſcribi uero reddi. Hor. Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſſis.

Reſeco,as.pe.cor.aui.atum. & reſecui,reſectum, ſignificat reſcindo, Vide in dictione Seco.

Reſecro,as.iterum obſecro,itero obſecrationem. Plaut, in Aul. Reſecro mater quod dudum obſecraueram. aut reſecro religione abſoluo, utiq; cum reus populum comitiis orauerat per deos, ut eo periculo liberaretur,iubebat magiſtratus eum reſecrare.

Reſero,as.pe.cor.aperio,a ſero deductum. Cice. Nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitati aperire non poſſit,nec ita reſeranda, ut pateat omnibus.

Reſero,is.pe.cor.reſeui,ſitũ.rurſũ ſemino,ſeu rurſus planto. Pli. li. xviii. Nã cũ hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerunt reſarrientes campos menſe Martio,

Reſegmen,qd ex unguibus amputat. Pli.li.ii. Nec pauci apud græcos ſingulorꝝ uiſcerꝝ, membrorꝝq; etiam ſapores dixere, oia perſecuti uſq; ad reſegmina unguiũ. Eſt ergo generale amputamentum.

Reſeruo,as.quaſi retro ſeruo,ab aliis ſeruo. Lact.libr.ii. Fabricauit arcam in qua ipſe cum coniuge ac tribus filiis reſeruatus eſt, cum aqua uniuerſos montes altiſſimos operuiſſet. Hiero.ad Iul. Nihil ob metum inopiæ reſeruaueris,ne cum anania damneris & ſapphira.

Reſes,idis.a reſideo,qui remanet,ſiue reſtat ocioſus a labore,ſeu opere,quod exercere ſolebat. Liu.li.ii. Timore patres reſidem in urbe plebem incerti manere, an abire mallent.

Reſideo,es.pen.cor. quieſco ſedeo, firmiter ſto. Nã hic re nihil ſignificat. Vir. Omniſq; repente reſedit flatus. Hiero. Atq; in regni ſolio ſublimata poſt Chriſtũ gloriosa reſidet. Lactan. lib.ii. Poſteri Hebræi dicti, penes quos religio Dei reſedit,id eſt reſtitit.

Reſipiſco,is.a reſipio, Vide in dictione Deſipio.

Reſipio,is.pe.cor. Vide in dictione Deſipio.

Reſex,ecis. Col.li.iiii. Nam cõfiteor pampinarios quoq; cum e duro proceſſerint tempore anni ſequentis acquirere fœcunditatẽ, & ideo reſecem ſummitti, ut progenerare poſſit. Verum eius modi partum comperimus,non tam ipſius reſecis q̃ materni eſſe muneris.

Reſigno, as. quod ſignatũ erat apio, relaxo, patefacio. Eſt eñ contrariũ ſuo ſimplici ſigno, quod eſt annulo ſignũ imprimo. Plau.in.Tri. Iam ſi obſignatas non feret,dici hoc põt,apud portitorẽ eas reſignatas tibi, inſpectaſq; eſſe, hinc reſignatio teſtamentorꝝ appellata. Itẽ reſignare ẽ pfecte ſignare. Col.li.iii. Priuſq̃ arbuſcu las transferas, rubrica reſignato, ut hiſdẽ quibus ante ſteterunt,conſtituas eas. Item reſignare,claudere. Vir. li.iiii. Et lumina morte reſignant, Antiqui etiam reſignare pro ſubſcribere,& reſignatum æs dicebatur miliți, cũ ob delictum iuſſu tribuni militum, ne ſtipendium ei daretur in tabulas referebatur. Item reſignare reddere, quod fit cum in libris datorꝝ, & acceptorꝝ pecuniam,quam acceptã ſignauimus,redditam demonſtramus. Hor.lib.ii.Car. Res reſigno,quas dedit

Reſimus,pe.pro.ex re.& ſimus,idem eſt quod ſimus,hoc eſt qui ſurſum uerſus depreſſas habet nares ſicut & ſimus. De ſimus Virg. Dum tenera arrodent ſimæ uitã gulta capellæ. Seru. Simæ græcum eſt nomen.i. preſſis naribus,unde ſimias dicimus. De reſimus Colum. lib. vii. loquens de boum indole. Pandorum inquit naribus reſimis patulis. Huius contrarium eſt deſimus,pro eo qui non eſt preſſis naribus.

Reſina, humor ex arboribus defluens, in hiſdemq; reſidens. Et a medicis multiplex deſcribitur. Duæ tñ ſunt ſpecies,arida una, humida altera, & prorſus omnis ſtomacho facit, & ſanguinis reiectioni, in primiſq; probatur, quæ a Terebintho arbore Terebinthina eſt appellata. Ea naſcitur in Arabia,in Iudæa,in Syria,in Cypro, in Lycia, & in Cycladibus. Quæ alba præſtantior eſt uitri colorem habens & non nihil cærulei.

Reſinatus, a. um. quod eſt reſina illitum, ſicut a pice picatum. Iuue. Quid enim reſinata iuuentus.

Reſoluo,quaſi diſſoluo. Col.lib.ii. Ex his nihil non melius reſoluta humo,q̃ denſa prouenit. Item reſoluere, deſtruere amouere. Vir.lib.i. Geor. Inuitat genialis hyems,curaſq; reſoluit. i. amouet. Itẽ diſſoluere & quod ligatum erat,non ligatum facere. Ouid. lib.i. Metam. Et uelate caput,cinctaſq; reſoluite ueſtes.

Reſpicio, retro aſpicio. Plaut. in Aulu. Si tu ex hoc loco digitum tranſuerſum, aut unguem latum exceſſeris, aut ſi reſpexeris, donec ego te iuſſero. Interdum reſpicere,eſt reſpectum habere,prouidere,remediare. Plan. Ciceroni. Quod ſi aut Cæſar reſpexerit ſe, aut Africanæ legiones celeriter uenerint, ſecuros uos ex hac parte reddemus. Terentius in Andria. Carine me,& re

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

imprudens, nisi qd dii respiciũt perdidi.i. puident, uel remediũ afferunt. Interdũ custodire, reseruare amare. Idem in Heau. Deniq; nullum amittis tempus, neq; te respicis.i. custodis. Et in Phor. Dii nos respiciunt, gnatam inueni nuptam cum tuo filio.i. diligunt.

Respecto, as. sæpe uideo, amo, adiuuo. Virg. Si qua pios respectant numina.

Respectus mõ ipsam respectionẽ. Plaut. Et me respectu terruit. Modo rationẽ, qua ad aliquid agendum mouemur. Pli. Namq; eo respectu commotus abscesserat.

Respiro, spiritum capio, resuscito, seu in statum pristinum redeo. Plau. in Epidi. Mane sine respirem quæso, immo acquiesce, animo male est, recipiam anhelitũ. Cice. Aulo Torquato. Si armis, aut conditione positis, aut fatigatione abiectis, aut uictoria detractis, ciuitas respirauerit, & dignitate tua tibi, & fortuna uti licebit, in statum pristinum redierit.

Respondeo, es. & respondo, is. Manil. lib. v. Sic etiam magno quædã respondere mundo. Est aũt respondere posteriore loco dicere, a quo responsum, & responsio. Et dicimus. Ego respõdeo tibi, & ad te. Pli. Cũ ad eos brevissime respondissem, græci tamen meliorẽ modum habent. Vñ Xenophon in lib. qué fecit de miseria tyranno, καὶ ὁ ἱέρων ὑπολαβὼν, οὔκουν δίκαιόν γε, ὦ σιμωνίδη, καὶ βίου ἀπεχθάνονται οἱ ἄνθρωποι ἡμᾶς πολὺ πλείω τῶν ἰδιωτῶν ἀναγκαῖον δὴ πραγματεύεσθαι. Aliqñ significat conuenire, consentire, & paré esse. Vir. Dictis respondent cætera matris.i. consentiunt, & conformia sunt. Plin. xxxvi. Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet. Cic. li. i. Tusc. Nec tamen, si qui magnis ingeniis in eo gñe extiterunt nõ satis græco nõ gloriæ responderunt. i. accesserũt, uel pares fuerunt. Hier. ad Furiam. E quibus nati liberi suo generi responderunt. i. similes fuerunt. Cic. Trebonio. Cui quidem, utinam cæteris rebus possem, amore certe respondebo. i. satisfaciam uel par ero. Virgil. Illa seges demum uotis respondit auari agricolæ. Aliquando respicere, seu contra positum esse. Idem lib. vi. Contra elata mari respondet Gnosia tellus.

Responsus, conueniẽtia consensusq;. Vict. Symmetrica est ex ipsius operis membris ratæ partis responsus.

Respuo, is. Vide in dictione Spuo.

Restagnare extra redundare, seu aquam continere. Colu. li. ii. Ita quasi palus in aliqua parte subsidens restagnat sulcis deriuanda est, quippe aquarum abundantia atq; penuria graminibus æque est exitio. Componitur autem ex re, & stagnare.

Restauro, as. ex re. & stauro, uude & instauro significat re integro. Iustin. lib. ii. Interea & Darius, cum bellum restauraret, in apparatu decidit.

Restare superesse. Cice. in Cato. Nec cum æqualibus solum, qui pauci admodum restant. Item remotum esse En. Restat usus fuit. i. distat, & remotum est. Item retro stare. Ter. in Eu. Vtinam illum dii deæq; omnes senem perdant, qui me hodie remoratus est, meq; adeo, qui restiterim. Item resistere. Cice. de finibus. Nullam quærentes uoluptatem Stoici restant. Item restare cũ datiuo, significat manere, & cum actõ, ut hoc mihi restat. i. hoc me manet. Vir. lib. vii. Hoc latio restare canunt, qui sanguine nostrum Nomen in astra ferant.

Restito, as. sæpe moras facio, Teren. in Eun. Exi foras sceleste at etiam restitas, fugitiue prodi.

Resisto, is. retro sisto. Hiero. lib. ii. Reg. Cunq; transisset uniuersus populus & rex Iordanem restitit, & osculatus est rex Berzelai. Et resistere aduersari est, repugnare. Cic. Cum resistere eius improbitati non possem.

Restire, est ad referendum, laborandum colendumue aptum esse. Col. lib. iiii. Nam ut quæq; restire incipiunt, tempestiue leguntur, & quæ nondum maturitatẽ cœperunt uuæ, sine dispendio differuntur.

Restibilis qui restituitur, & referitur. Pli. li. xxviii. Conceptũ leporis utero exemptũ his q̃ parere desierint, restibilem fœcunditatẽ afferre. Vnde ager restibilis. Colu. li. ii. Faselus terræ mandabit, uel in ueterano, ul me lius pingui, & restibili agro. Fest. Restibilis ager fit, q continuo biennio ferit, restibilis seges est, q̃ regermi nat q̃si cuius fœcunditas in sequentẽ quoq; annũ resti tat. Græci palimplaston uocant. Pli. Vbertatis tũ tantæ sunt, ut sequente anno sponte restibilis fiat seges.

Restipulari, ut Luctatius inqt, est cõtra sponsionẽ factã pecuniã obligare. Val. li. ii. Nec dubitauit restipulari.

Restituo, is. modo ſcat reddo. Teren. Gnatũ ei restituit. Modo in statũ pristinũ reduco, Iusti. Hunc regno a patre priuatũ filius restituerat, & pprie restituunt nolentes cupientesq;, ut ciuis patriæ, & filius patri. Hinc restitutio repositio. Caius restituere, inqt, plus est, q̃ exhibere. Nã exhibere est præsentiã corporis præbere. Restituere uero est etiã possessorem facere, fructusq; reddere. Hinc restibilis ager. Aliqñ restituere significat instaurare ac reficere. Cice. in Top. Et cui domus ususfructus legatus sit non restituturum hæredem si corruerit.

Restis funis, a resto, ut quidam aiunt, q̃ quæcunq; ligata stare faciat. Apul. Restim qua grabatulus erat intextus aggredior expedire. Ad restim res redit ſcat res deperditas esse, & de suspẽdio cogitandũ. In saltatione restim ducere dñr chori puerorũ q puellarũq; manu conserti. Ter. Tu intes eas restim ductitans saltabis. A qua similitudine allioꝝ connexa capita restes dñr. Pli. lib. xx. Allium ad serpentiũ ictus potum cum restibus suis Liui. li. xxvii. Per manus reste data uirgines sonum uocis pulsu pedum modulantes incesserunt.

Restio, onis. funiculus, apud Plau. accipitur pro eo qui se pensibilem facit laqueo restis strangulatus, ait em. Illi erunt bucedæ potius, q̃ ego sim restio. Quod significat illi potius cædentur bubulis loris q̃ ego me suspẽdam. Restio etiam fuit nomen aui Augusti. Proprie uero restio dicitur qui restes torquet.

Resticula parua restis: apud Varronem sicut sonat, & uulgo ita uocatur.

Restinguo, is. xi. ctum. a stinguo compositũ est. Vnde & distinguo, & extinguo. Stinguo uero, ut opinor, ſcat obscuro. De quo Pris. Extinguo extinxi, cuius simplex in raro usu est. Cicer. tũ in arato, participio usus est. Quem neq; tempestas perimet, neq; longa uetustas Interimet stinguens præclara insignia cœlum Idem in progno. Vt cum luna means Hyperionis officit orbi, Stinguuntur radii cæca caligine tecti. Restinguere ãt est quod uernacula lingua dicimus remorzare. Plau. in Cas. Ignem restinguunt aqua. Virg. Quale per æstũ dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.

Restringo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Reſtringo,is.retro ſtringo.Pli.li.xxxv.Item belli imagi
né pinxit reſtrictis a tergo manibus Alexandro in cur
ru triũphante.Aliqñ ualde,ſeu pfecte ſtringo.Amb.li.
i.offi.Vt lingua tua menti ſubdita ſit reſtringaꝫ habe
næ uinculis.Aliquando ſoluo.Apul.Iumentum reſtrin
git abireq; ſtabulo liberum ſinit,quod ſtabularius in
uentum mox domum reducit.Aliquando rurſus ſtrin
go.Idem.Et duplici ne ſolui facile queat,reſtringit.

Reſilio,is.pe.cor.Vide in dictione Reſulto.

Reſulto,a reſilio fit quod ſignificat in contrariũ ſalio,re
uertor,agor,rebello.Plin.Qñq; reſilit uulnus,& curare
ſcalpello oportet.Hie. ad nepo.Sagitta in lapidẽ nunq̃
figit.Interdũ reſiliens percutit dirigentẽ.Et reſilire eſt
cito recedere.Quadrigarius lib. vi.Artorius caute de
xtrum humerum ſauciat atq; reſiluit.Reſultare igitur
reſilire,reluctari,in contrarium ferri,ſeu reaudiri,ac
reclamari.Vir.li.v.Pulſatiq; colles clamore reſultant.
Sic & diſſulto,ut apud eundem lib. viii. Impulſu quo
maximus intonat æther diſſultant ripæ.

Reſumo,pe.pro. rurſus ſumo.Plin.Reſumptis poſt lon
gam ægritudinem uiribus.

Reſupino,as.ſurſum reuoluo.Nam ſupinare eſt ſurſum
uoluere a ſupino.Iuu.Et multũ referens de Mecœnate
ſupino.Nã pronus ſupinuſq;,ac reſupinus cõtraria ſũt.
Col.li.iiii.Quia ſiue pronũ,ſiue rſupinũ.Pli.Eoſq; ſcio
podas uocari,qui maiori æſtu humi iacentes reſupini,
umbra ſe pedũ protegunt.Itẽ reſupinus proiectus mol
liter.Oui.Et modo cantabã ueteres reſupinus amores.
Reſupinare igit̃ inuertere,ſubuertere. Interdũ etiam
a propoſito ſeu incepto reuocare, differre, peruertere.
Iuue.Aulam reſupinat amici.Idem. Et reſupinati ceſ
ſantia tympana galli. Sed hæc per tranſlationem,

Rete,is.neu.ge.& retis maſc.ac fœm. & hæc retia,æ.a ra
pio,uel a raritate,ut inqt Var.Vel a retineo,uñ retia,q̃
ſi retinẽtia dicta ſunt.Plau.in Ru. Nõ uides pferre me
vuidũ reté,ſine ſquamoſo pecu.Et iteꝫ ibi.Nam tunc
& operam,& ludos facit,& retiã ut tempeſtas eſt.Rete
uero in abltõ rete pro reti Oui. lib. v.Faſt.poſuit. Cur
tibi pro libycis claudunt̃ rete leænis.Hinc fit irretio,is.
Apul. tamen rete cum diphthongo ſcribi cenſet.

Reticulum dimi.a rete, Quo noſe utitur ſæpe Hie.in in
ſtrumẽto ueteri. Eſt & genus retis,quod in orbẽ ſpargi
tur,quod aliqñ capitur pro tegmine muliebris capitis,
quo capillos continet.Iuue.Reticulumq; comis aura
tum ingentibus implet. Et eſt reticulũ ſacculus in mo
dum retis,quo uiatores denarios,& panes geſtant.Ho
rat.Vt ſi reticulum panis uenales inter onuſto Forte
uehas humero.Alio nomine dicitur funda.

Retiaculum dimi.a retia.Hie.in pſal. Cadẽt in retiacu
lum peccatores.Plaut.in Aſi.Iubeas una opera me pi
ſcari in aerem,uenari aũt retiaculo in medio mari.

Retiolum,idem quod reticulum.ſ. tegmen capitis.

Reticula diminutiuum a retis fœminini generis.

Reticulatus,a.um.quod eſt factum in modum retis.Pli.
lib.xxxvi. Reticulatam ſtructuram, qua frequentiſſi
me Romæ ſtruunt,rimis opportunam.

Retiarius dicebatur,qui rete immittebat.Nam compo
ſiti gladiatores per paria diuerſa nomina ſortieban
tur.Nam alter dicebatur retiarius,q; rete iaceret. Al
ter ſecutor perinde ac retiarium fugiens,uel fugam ſi
mulans ſequeretur,hoc genus pugnæ inſtituit Pitta
cus unus ex ſeptem ſapientibus.

Retæ ſunt arbores,q̃ ex ripis fluminũ eminẽt,aut in al
ueis ipſoꝝ extant a retibus dictæ,q; ptereuntes naues
retinerent inſtar retiũ. Vñ in edicto prætoꝝ legitur,
retanda flumina,qd̃ ſignificat purganda,ne quid mo
ræ,ſiue periculi nauibus in ea uirgulta incidẽtibus fiat

Retego,is.pe.cor.quod tectum erat denudo.

Retexo,is.contrariũ eſt ſuo ſimplici. Significat.n. quod
textũ erat reddo non textũ. Tractũ a telis quæ deſtruũ
untur,cũ retexuntur. Vnde & pro deſtruere ponitur.
Val.Max. Decretiq; circunſpectiſſima ſanctitate im
pium opus cenſoris retexunt.Et retexere rurſus texere
renouare.Marius Ciceroni. An quod adoleſcens præ
ſtiti,cum etiam errare cũ excuſatione poſſem,id nunc
ætate præcipitata commutem,ac me ipſe retexam.
Item ſignificat aperire,diſſoluere,enarrare, ut in hym
no,Quæ uox,quæ poterit lingua retexere,quæ tu Mar
tyribus munera præparas.

Retineo,es.pe.cor.remoror. Vñ retinacula. Per tranſla.
ponit̃ pro recordor,ut cũ dicimus.Si retines q̃ dicta ſint
Aliqñ pro cohibere.Am.Satis abundeq; dixiſſe me cre
do ſuperiori tractatu quemadmodũ compti uel nitidi
natalẽ dñi ſuſcipere debeamus,& ſuperuenientẽ feſtiui
tatẽ eius,ab omni ambitiõe retinere. Aliquando pro
non permitto,ut quicq̃ perdatur,uel conſumatur. La
ctan.lib.vi.Nomen itaq; ſolum retinuerunt,uim uero
& rationem,& effectum perdiderunt.Sal.Nam imperi
um his artibus retinetur,id eſt conſeruatur.

Retento,as.frequen. ſæpe retineo.Plaut.in Aſi.Cur me
retentas.Et retentare iteꝫ tentare.Oui.li.i.Me. Erigit̃,
metuitq; loq;,ne more iuuencæ Mugiat,& timide uer
ba intermiſſa retentat.i. iterum tentat proferre.

Retinacula ſunt qbus aliquid retinet̃,ſiue remorat̃.Vir.
li.i. Geor. Atq; amerina parant lentæ retinacula uiti.

Retorqueo,es.retro iacio,uel remitto. Amb.li.i.offi. Et
q̃uis ſeptus armatis nõ retorquebat conuitiũ. Cice.in
Ca.Quo quidẽ me proficiſcentẽ haud ſane qs facile re
traxerit,nec tanq̃ pilam retorſerit,& retorq̃re eſt rur
ſus flectere. Col. li.v. Id ut ſcite fiat meminerit alliga
tor,ne retorq̃at ſarmentũ,ſed tñ inflexum deuinciat.

Retracto,as.a retraho, quod ſignificat rurſus traho,re
uoco & repeto quod omiſi. Vñ liber retractationum,
quẽ Aug. edidit recte appellatus eſt,in quo quæ minus
docte alibi tractauerat, retractauit.i.reuocauit.Aliqñ
retractare,eſt retro trahere,recuſare,reiicere. Vir. li. x.
Æn. Semianimeſq; micant digiti.ferrumq; retractant.
Col.lib.v. Hæc,eorumq; ſimilia, poſt putationẽ retra
ctanda ſunt.i.retrotractanda,& remouenda.

Retribuo recompendo,quaſi retro tribuo.

Retricam aquã ueteres dixerunt qua horti irrigantur.

Retrimentũ a retero,is. uidet̃ eſſe ſicut detrimentum,a
detero. Var. Amurca, cum ex olea eſt expreſſa,qui eſt
humor aquatilis,ac retrimentum conditum in uas fi
ctile. Retrimentum etiam excrementum feculentiæ
& ſtercus. Macro. lib. vii. In uentre fit prima digeſtio,
cuius fex retrimenta ſunt,quæ per inteſtina inferiora
orificio trudente labuntur. Idem aridiora retrimen
ta in aluum conuenire refert, humidiora in ueſicam
trahi,intelligens ſtercora & urinam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Retorridus,a.ũ. qđ intẽpestiue amissis uiribus a sole torret. Col.li.iii.Si in olea unus ramus aliqñ cæteris lætior est,nisi eum recideris arbor tota fiet retorrida.

Retorrescere idem est quod retorridum fieri.Idem lib. iiii. Deinde fata nõ ita enutriunt, ut ante conualescãt, ac prosiliant,q̃ retorrescant.

Retrudo,is.pe.pro. retro trudo.Plau.in Epidi.Cœpi rursum uorsum ad illa pauxillatim accedere, quasi retruderet hominem me uis inuitum.

Retundo,is. Vide in dictione Tundo.

Retrorsum,retro uersum.Horat. Retrorsum uela dare, atq; iterare cursus.Hinc retrorsus,a.um. Apul.lib.ii.de Asi.Deniq; sæpe retrorsa respiciens substitit.i. reflexa, obliquata retro conuersa.

Reualesco,is. ad sanitatẽ redigor.Gel. Quod in eorũ finibus sub ipso oppido,ex capitali morbo reualuisset.

Reuenio,is.pe.cor. retro uenio,reuertor.

Reuereor respectum habeo,uel uenerationi habeo, qđ est timor agendi,quod reprehendi possit.Plau.in Epi. Reuereor filium.i.respectum habeo filio,hinc reuerentia.Iuue. Maxima debetur puero reuerẽtia.Idem. Hic nullus pudor uerbis aut reuerentia mensæ.

Reuertor deponens,reuerto redeo,quasi retro uerto.Cice.Appio.Conscendens iam nauem Ephesо, Laodiceam iam reuertit.Et lib.ii.Offi.Factus est alter eius fistẽdi uas,ut si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Aliquando reuerti ponitur simpliciter pro uenire diuertere.Idem.Ad Chrysippi laqueos reuertamur,cum nihil de Chrysippo antea dixisset.

Reuelo, as. pe.pro.contrariũ est suo simplici,uelo quod tego ꝑcat,ut reuela oculos meos.i.aperi,& detege.

Reuello,is. Vide in dictione Vello.

Reuiso,is.redeo ut uideam.Teren.in And.Reuiso quid agant,aut quid captẽt consilii. Plau.in Tru. Nunquid nam me uis aliud ? Vt quando ocium tibi sit,me reuisas, id est ad uidendum me reuenias.

Reuiuisco, is. reuixi,rursum uiuus fio.

Reuoco, as.pe.cor.retro uoco,reduco,retraho, retrouertor,resuscito.Hie.Nõ illũ uxoris lachrymæ,nec cõmunio sanguis, non despectãs cuncta ex alto deus a scelere reuocat.i.retrahit,uñ & reuocare pedẽ dicimus, non mõ de aĩalibus,sed ẽt de fluminib⁹.Vir.Cunctaq; & amnis rauca sonans reuocatq; pedẽ.Sal.Sæpius uindicatũ est in eos,q cõtra imperiũ in hostẽ pugnauerant,quiq; tardius reuocati p̃lio excesserant, q̃ q signa reliquerãt, aut pulsi loco cedere ausi erant.i.retro uocati.Plau.in Cur.Postq̃ hæc mihi narrauit,ab illo reuocat me illico.i.ut redeã uocat.Lact.li.iiii.Iacentia mortuorũ corpora erexit, eosq; noĩbus suis inclamatos a morte reuocauit.i.suscitauit.Aliqñ reuocare ꝑcat per uices mutuo uocare. Varro. Qđ nobis ministrare pueri diebus festis cicer uiride, qui nos prouocare cum audeãt, nos illos reuocare timemus. Huius compositum est adreuoco. Cice. i. Offi. Danda igitur opera est, ut si etiam aberrare ad alia cœperit,adreuocetur oratio.

Reuolo,as.pe.cor.retrouolo.Ci.li.iii.de na.deo.Æque in tergo præuolantiũ colla,& capita reponunt,qđ qa ipe dux facere non põt qa nõ habet unde nitat,reuolat,ut ipse quoq; quiescat,in eius locũ succedit,ex his quæ assequitur, eaq; uicissitudo in omni cursu conseruatur,

Reus dicit quicunq; in litem adducit, etiã si nihil admiserit.i.contra quẽ quispiã agit.Cic.li.ii.de ora.Reos appello nõ modo eos, qui arguunt, sed omes de quorũ re disceptatur. Vñ a re dicitur reus,q rei alicui obnoxius sit,uel a re,quã promisit.Reum fieri,ut Asco.inquit,nihil aliud est,nisi apud prætorem legibus interrogari.

Reus capitis dr cuius causa capitalis est, ut Reus furti. Reus maiestatis,qui de furto & maiestate accusatur.

Reus agit,q accusat.Reus peragit,q damnat.Pli. iunior.Dum ille peragit reus sedimus. Iurecons. Peregisse reum non alias quis uidetur,nisi & condemnauerit.

Reus stipulando,qui stipulatur.Reus promittendo,qui suo nomine quid pro altero promittit.

Reus uoti inquit Macrob. qui suscepto uoto se numinibus obligat.

Rex ut phus Speu. ait imperans est ſm leges subiectus, irreprehensibilis ciuilis ordinis institutor.

R ante Rh

Rha fluuius, a quo nomen medicamento notabili, ut Ammianus inquit, quod rheon seu rha barbarum, atq; ponticum uocatur.

Rhadamanthus Iouis ex Europa filius,& rex Lyciæ, qui q severus fuerit, & iusticiæ executor, fingitur a poetis apud inferos nocentũ explorare culpas.De quo Virgi. libr.vi.Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna,Castigatq; auditq; dolos,subigitq; fateri, Quæ quis apud superos furto lætatus inani, Distulit in serã commissa piacula mortem.

Rhagades,& rhagadia uocantur scissuræ,quæ in sede proueniunt & pedibus,dictæ rhagades,a uerbo græco ῥήγνυμι, quod significat abrumpo. De hoc in dictione condylomata uulgariter manzadure de muro:

Rhagion significat apud græcos acinum paruum.

Rhamnus,untis.sicut Amathus, untis.Trapezus,untis. est Atticæ regionis pagus illustris, q in ea sit phanum Amphiarai,& phidiaca nemesis.Hinc Rhamnusius,a.um.ut Nemesis rhamnusia, quæ est ex Rhamno.Ter. in And.Hoc certo scio, Rhamnusium se aiebat.

Rhamnusia indignationis dea, quam græci νέμεσιν uocant. Nam cũ Narcissus formæ bonitate abuteret superbius,recte fingitur eiusmodi dea aduersus eum qui bonis põtibus sit indignus. Nemesis inq̃ indignationẽ significat.Cuius simulachrum pulcherrimũ eo in loco colebatur. Quod quidẽ marmoreũ tradunt a phidia ulnaq; in altitudine decẽ factũ.De hac Ouid. lib.vi.de trist.Exiget at dignas ultrix rhamnusia pœnas.

Rhamnetes nomen proprium uiri.

Rhampsinitus nomen proprium regis Ægypti, ut Herodo.lib.ii.Histo. refert.

Rhagæ, arum. nomen ciuitatis Medorum,ab auulsiõe terræmotus:

Rhea cœli,& terræ filia quæ alio nomine Cybele dr.

Rheda uocabulum Gallicum,ut inquit Quint.& significat carrucam. Vnde a Cicerone rhedarius dictus est, auriga rectorq; ipsius rhedæ,inde epirhedium.

Rhegyum oppidum sitũ in margine, cui græci nomen dedere, a fractura pery. Rhegyon eñ græce abruptũ dr.Hinc.n.Sicilia auulsa, abruptaq; est, ab Italia.Trogus quoniam inquit græce abrupta hoc nomine pronunciantur

nunciant, græci à dehiscendi argumẽto nomẽ dedere. Olim Rheginæ ciuitatis ingẽs fuit potẽtia, ob eãq; cau sam nomẽ ciuitati fcm̃ esse autumãt, q̃ si regia urbs fo ret, uñ & Stra. scribit quosdã exiſtimasse a quodã rege dici potuisse. Sicq; absq; aspiratiõe scribendũ ẽe. Ab re gio dicti sunt Rhegyni. Est alid regiũ Cisalpinæ Gal liæ oppidũ nõ longe a Parma & Mutina, a Lepido in ſtauratũ, qd & regiũ Lepidi pro differẽtia alterius dr a quo regienses, sed melius dr Regium longobardiæ.

Rhebanus fluuius in faucibus Bosphori thracii, ut Pli. libro quinto testatur.

Rhemi populi Galliæ unde precioſissimum telæ genus rhemense, communicata aliis quoq; Galliarum po pulis textrini gloria.

Rhenus & rhenũ utroq; modo dr pro fluuio galliæ q de iugo rheticæ alpiũ, usq; in oceani profunda cursum suum dirigit. Romanis memorandus aduersum feras gentes murus imperii. Vir. Rhenusq; bicornis. Hora. Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus.

Rhenones ueſtes pelliceæ præcipue ferinæ ad usum hu manum redactæ dictæ q calidos teneant renes siue quia ῥινὸς pellis dicitur, siue q rhenani populi hisce pe culiariter utebantur. Cæsar Com. vi. scribit Germa nos uti paruis rhenonum tegmentis.

Rheon, idẽ qd rha barbaræ, qd uulgo Rheu barbaræ dr.

Rhesus rex thraciæ, quẽ Homerus scribit, cũ equis albis in auxiliũ troianoꝝ uenisse, & a Diomede interfectũ. Quo etiam noie dictus est quidam troianus fluuius.

Rhetus gigas quem Dionysius in leonem conuersus oc cidit. Rhetus uero mons Troiæ, in quo Aiax Telamo nius sepultus traditur.

Rheti populi a Thuscis conditi, q duce Rheto, a Gallis pulsi, alpes occupauerũt, & a noie ducis Rheto cõdide rũt Rhetiã. Hinc rheticæ uites, & rheticũ uinũ, q inter generosa Italiæ uina numerat. Quod ut Stra. li. iiii. scri bit in montanis rhetorum radicibus nascitur, qui po puli Veronam, Comumq; usq; peruenerunt.

Rhetia regio Europæ est, quæ ut li. ii. Ptol. refert, ab oc casu limites habet montẽ Adulam, & fontes Danubii & Rheni, ab ortu Lycum fluuium, qui in Danubium exit, & Rhetiam a Vindelicia diuidit. A septentrio ne Danubium. A meridie alpibus terminatur supra Galliam Cisalpinam. Post Rhetiam uersus orientem sequitur vindelicia, cui Noricum adhæret Eno tm̃ flu uio disiuncta, quidam eam Bauariam appellant.

Rhetor latine orator quanq; differant, q orator sit, qui in iudiciis & concionibus causas agit. Rhetor, qui rhe toricen profitetur. Declamator, qui aut docẽdi alios, aut exercendi se gratia fictam causam agit, ut in ueris postea causis possit orare. Aliquando tamen rhetor ponitur pro oratore, Rhetorica oratoria.

Rhetoricus, mõ pro rhetore, mõ pro oratore sumitur.

Rhetoricor, aris, rhetorum more loquor. Hieron. con tra Helio. Rhetoricati sumus & in morem declamato rum paululum lusimus.

Rhetoriſſo, as. rhetorice loquor.

Rheuma, atis. latine eruptio, siue fluxus dr, ῥέω fluo. Vñ rheumata dñr æstuaria. Amb. li. hex. Dicas si ascẽden tes uideas rheuma qdã esse ita pruunt, fluctusq; inter secant, p propontidẽ in Euxinũ pontũ uiolento impe tu profluentes, unde & pituita dicitur quũ fluat.

Rhinoceron, õtis. & rhinoceros, otis. aĩal quadrupes ha bẽs in nare unũ cornu, ut ait Pli. Genitus hostis elephã to, cornu ad saxa limato pparat se pugnæ in dimicati one aluũ maxie petens, quã scit suis ictibus peruiã esse. Soli. dicit repandũ esse. i. recuruũ eius cornu, & attritũ cautibus in mucronẽ excitare, pugnare cũ elephanti bus longitudine parẽ, breuioré cruribus. Pausanias af firmat rhinoceronta duo habere cornua, alteꝝ ĩsigni magnitudĩe ex naribus extans, alteꝝ qd superne erũ pit, exiguũ quidẽ, sed ualidissimum. Hinc sagacẽ, & pru dentem uirum nasum rhinocerontis habere dicimus. Mart. Iuuenesq; senesq;, Et pueri nasum rhinocerotis habent. Compositũ nomen a ῥὶς ῥίνὸς quod nasum si gnificat, & κέρας cornu. Ponitur & pro quodam uase oleũ guttatim fundẽte, lauantibus se in balneis. Mart. Gestauit fronte modo me iuuencus rinoceronta me putabis pleno gutto. A rhinoceron fit adiectiuum rhi nocerõtius, a. um. ut cornua rhinocerontia.

Rhodos, latine rosa. Iñ Cynorhodos, & Rhododaphne. Et Rhodus nomen urbis (ut inquit Stra.) super orien tali promontorio sita, dicta q capulo rosæ illic inuen to sit ædificata. Ea portubus olim, & uiis, & mœnibus, & reliquis ornamẽtis tantope cæteras supauit, ut nulla putaret æqualis, legũ præstantia, & nauali rei peritia adeo ualuit ut annis multis maris impio potiret, & pi ratarũ latrocinia sustulerit. Quo ẽt noie dicta insula, in q̃ ea urbs est quã Pli. Lyciæ & primam cycladũ scribit esse uenientibus ab oriente. Hæc insula noningentoꝝ, ac uiginti stadioꝝ ambitu patet, inter Asiaticas insu las tertia. Nã Lesbus, & Cyprus maiores habent. Prius Ophiusa dicta est, deinde Stadia, postea Telchinia, eo q Telchines insulã incolerent, quos nonnulli malefi cos, alii eximios artifices fuisse tradunt, q æris & ferri fabricã inuenisse dicunt. Sunt qui hanc insulã Carpa thio mari assignant, ut ex Luciliano uersu intelligi li cet. Rhodos carpathium in pelagus se inclinat apertũ Soli sacra est, qui puellæ noie Rhodiæ amore captus, Rhodũ ab ea noiauit, ut Diod, li. vi. refert. Nã (ut Soli nus auctor est) nunq; ita cœlũ nubilũ est, ut in sole rho dos non sit. Aurũ Rhodi pluisse ob fœlicitatẽ insulæ cecinit Pindarus. Vbi studia liberaliũ artiũ, & in pri mis oratoriæ facultatis floruerũt. In ea fuit admiran dæ magnitudinis Colossus, a quo postea Rhodii appel lati sunt Colossenses, ad quos Apostolus epistolã scri psit. In ea etiã urbs opulentissima Lyndus, ex qua Cha res statuarius qui Colossum extruxit. A Rhodus sunt adiectiua Rhodius, Rhodiensis. & Rhodiacus.

Rhododaphne, rosa laurea.

Rhodonia ῥοδωνιὰ rosarium, id est locus rosis consitus, quod & rosetum dicitur, ut lilietum.

Rhodinũ oleũ e rosis, quod rosaceũ nostri nuncupaue runt. Rhodinum unguentum, quod fit oleo rosaceo.

Rhododendrus frutex quem & rhododaphnem nomi nant, sed folio similis amygdalæ, sed maiori, pinguic riq;, semine patenti, ῥόδον καὶ δένδρος. i. rosa & arbor.

Rhodanus, pe. cor. fluuius Galliæ, a Rhoda rhodioꝝ op pido, ut ait Pli. li. iii. Hie. in commento epistolæ ad Ga latas. Rhodã Rhodioꝝ coloni locauerũt, unde am nis Rhodanus nomen accepit, adeo magni cursus est,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ut uix aduerſa poſſit nauigari aqua. Ferunt hũc amnẽ ex alpibus oriri, quæ Italiã a Gallis diuidũt, nõ longe a fõtibus Rheni, & Danubii. Ferẽ per Lemanũ lacum, & uerſus occidentẽ ꝑ Galliam fluens, Ararim ſuſcipit. Iñ ad meridiẽ cõuerſus, & Iſarã, Druentiãq; ſuſcipiẽs, apd Heracleã uno oſtio, & paulo ulteri⁹ duobus aliis in mare Tyrrhenũ irrũpit. De hoc Ambr. li. Hexa. Rhodanus rapido concitus curſu Tyrrheni æquoris freta ſcindit, in quo nõ mediocre ferẽ nauigantiũ periculum, dum inter ſe maris fluctus, & amnis fluenta decernunt.

Rhodope, pe. cor. mons Thraciæ, a Rhodope Thracũ regina ibi ſepulta, uel a Rhodope Strymonis amnis filia ex qua Neptunus Athon gigantẽ genuit, q & ipſe mõti nomen dedit. Sed Oui. ipſam Rhodopẽ in montem cõuerſam tradidit, quũ deos aſpernareẽ. Eſt & rhodope Ioniæ ciuitas cuius prima cor. Oui. Qua patet umbroſum rhodope glacialis ad Hæmum. At Rhodope proꝓrio meretricis Thraciæ, quã Pli. li. xxxvi. ſcribit feciſſe quæſtu ſuo pyramidẽ laudatiſſimã, & cõſeruam fuiſſe Æſopi fabulaꝫ phi prima pro. Hanc ẽt rhodopin tertiæ declinationis uocant, ut ntũs ſit Rhodopis, idis. A Rhodope fit adiectiuum rhodopeus, a. um. Et reſolutione diphthongi rhododopeius, a. um. Oui. Hoſpita Demophoon tua te Rhodopeia Phyllis.

Rhodogune, fuit filia Darii, quæ poſt mortem uiri nutricem, quæ illi ſecundas nuptias ſuadebat occidit.

Rhœtus cum œ. diphth. uide in dictione Rhetus.

Rhoiton a græcis dicitur uinum, quod e granis malorum punicorum exprimitur.

Rhoicæ mulieres, quarum uuluæ rheumatiſmo, id eſt, fluctionibus laborant.

Rhõbus græca uox ẽ, ꝟcatq; figuram quadratã, ſolidam cuius latera oĩa ſunt æq̃lia, anguli uero obliqui tetrapleuros. i. quatuor lateꝫ. Hic ſi in terrã iactẽ, uoluiẽ ad ſimilitudinẽ fere cylindri. Vtebanẽ eo maleficæ mulieres ad deducendã lunam, tortis filis confecto. Ouid. Quid torto concita rhombo licia. Mar. Quæ nũc theſſalico lunã deducere rhõbo. Prop. Deficiũt magico forti ſub carmine rhõbi. Eſt & rhombus piſcis genus. Iuue. Incidit Adriaci ſpatiũ admirabile rhombi Ante domum Veneris. Itẽ rhombus eſt torques, ſiue machinula illa, quam uertendo mulieres tramam ad lanicium nent.

Rhomphea genus gladii. Vale. Flac. lib. vi. Æquaq; nec ferro breuior, nec rhomphea ligno.

Rhoxia, regio ſeptentrionalis, quam Poloni, & Sarmatæ ſuam eſſe dicunt.

Rhoxolani populi ſcythici ultra Danubium, quos quidam Rhutenos eſſe putant.

Rhuteni populi Galliæ Aquitanicæ, ut inquit Pli. contermini Narbonenſi prouinciæ, de quibus Luc. libr. i. Soluuntur flaui longa ſtatione Rhuteni.

Rhyndacus, pen. cor. fluuius qui in pontum euoluitur. Hinc Rhyndacius, a. um.

Rhinthon Tarẽtinus nugator uiliſſimus in agẽdis præcipue fabulis, a quo Rhinthonicæ fabulæ dictæ ſunt.

Rhytion, uaſis genus lunari ſpecie. Mar. In rhytio poteris Phœbe lauare pedes.

Rhyparographus ſordidarum rerum humiliumq; pictor. Sic enim cognominatus fuit Pyreicus pictor excellens quidem, ſed qui tonſtrinas, ac ſutrinas, aſellos, obſonia, aliaq; huiuſmodi humilia ſecutus eſt. Nam ῥυπαρὸν græci ſordidum dicunt.

Rhythmus latine numerus. Quin. li. ix. de inſtitut. Sunt numeri rhythmi, qui neq; finem habẽt certum, nec ullam in contextu uarietatem, ſed qua cœperunt ſublatione ad poſitionem uſq; decurrunt.

Rhymnus fluui⁹, a quo ppli & mõtes rhymnici dicti ſũt

R ante I

Rica quadratum ueſtimentũ fimbriatũ, & purpureum, quo ꝑ palliolo utebãt flaminicæ. Eſt & ueli genus, quo mulieres capita tegunt. Dictũ a ritu (ut Var. auctor eſt) ꝙ romano ritu ſacrificia fœminæ cũ faciũt capita tegunt. Huius dimi. eſt ricula, qd pro ſudario ponitur.

Ricinus gen⁹ ueſtis, qd & riciniũ dr, a reiiciẽdo. Feſt. Riciniũ eſt oẽ ueſtimẽtũ quadratũ. Eſt & ricin⁹ genus cũcumeris, & uermis canes acri⁹, atq; boues infeſtãs. Var. Quidã nucibus græcis in aq̃ tritis pungũt catuloꝫ aures, ꝙ ricini ſoleãt, ſi hoc unguẽ nõ ſis uſus, eas exulcerare. Ab huius aĩalis ſimilitudine ricinus dr herba ſtar aboris, quã Dioſcorides arboroſum fruticẽ uocat ſimem ficui ſed minorẽ, folia habentẽ ſimia platano, ſed maiora, lenia, & nigriora, ex qua exprimiẽ oleũ cyzinium.

Rictus, us. & rictũ non ſolũ hiatũ ꝟcat, uñ uerba exeunt, ſed pars illa circa ipm hiatũ, q̃ in hoĩe ridente, uel alio modo os torquente lineis quibuſdã terminaẽ, ut maxime ſunt labia. Lac. ſic oris quoq; ſpes, & rictus ex tranſuerſo patefactus, q̃ utilis, & q̃ decẽs ſit enarrari non poteſt. Putaẽ & rictus eſſe figura in ore ad tps aliquo modo cõtracta, uel producta, uel inuerſa, uel extenſa, quæ paulopoſt reditura ſit in naturalẽ formam. Et eſt cois tam beluis, q̃ hoĩbus. Hor. Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum. Lucre. lib. v. Moloſſum mollia ricta premunt duros nudantia dẽtes. Aliqñ capitur pro roſtro. Vnde nonnulli a græcis deductum uolunt apud quos ῥίγχος roſtrum dr, maxime cum de beluis dicitur.

Rideo, es. ſi. ſum. ſine caſu conſtruiẽ ſm conſuetudinem Gel. libr. i. Rex quaſi anus ætate deſiperet, riſit. Aliqñ ꝟcat lætũ eſſe. Virgi. Mixtaq; ridenti colocaſia fundet acantho. Cũ aũt actm habet ꝟcat derideo. Lact. lib. i. Si qs aũt accepta ſapientia depoſuerit erroreẽ, profecto ridebit ineptias hoĩm pene dementiũ. Huius cõpoſita ſunt Arrideo, qd eſt in alicuius gratiam placide rideo, applaudo, & lætitiã animi ridendo oſtendo. Oui. Arriſit paries aduenĩente dea. Ter. Arridens omnibus. Cor rideo ſimul rideo. Hieron. in Gene. Quicunq; audierit, corridebit mihi. Derideo, deludo contemno, & cum irriſione, ac contemptu rideo. Plau. in Aulul. Neq; æde pol ego te deriſum uenio, neq; derideo, neq; dignum arbitror. Irrideo, idem quod derideo. Terent. in Hecy. Prolo. Ne eum circumuentum inique iniqui irrideãt Obrideo, ſubrideo parum ſeu latenter rideo. Omnia habent penultimam productam.

Ridiculũ ꝟcat ſermoneẽ riſum excitantẽ. Cic. lib. de ora. Sæpe ẽt ſententioſe ridicula dr. Plaut. in Sti. Me meũ obtenturũ ridiculis meis. Hinc Gel. formauit cõpoſitũ deridiculum. Vt uelipſa re, ꝙ ita dicebat opprobraret aduerſariis, & per facetias oſtentaret, facere eos deridiculum, ꝙ proinde Cælio formam crimini darent.

Ridiculus dr, q aliis riſui ẽ, & de quo alii rident. Iuue. Nil habet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hẽt infœlix paup̃tas duri⁹ in ſe, q̃ q̄ ridiculos hoĩes facit. Interdū ꝓcat eū q alios ridere facit. Plau. in Sti. Vides ridiculos nihili fieri. Cice. C. Sicinius homo ipurus ſed admodum ridiculus. Sic dicimus iocos ridiculos. Plau. in Sti. Iocos ridiculos uendo, age licemini.

Ridiculare, idem quod ridiculum. Plaut. in Aſi. Mitte ridicularia. i. deceptiones, quæ deriſionem præbent, ſeu quæ riſu dignæ ſunt. (præerat gaudio.

Riſus, us. ipſe ridendi actus, & riſus uocatus eſt deus qui

Ridicæ pe. cor. pedamenta uinearum, quæ e quercu, & iunipero ſolent fieri optima, ſicut Var. lib. i. de re ruſt. docet. Col. lib. v. Hic annus nondum uehementem palum, aut ridicam deſyderat.

Rigo, as. ma defacio, ada quo. Hie. in Paulo. Talia eo loquente, longæuus uiator ubertim faciem lachrymis rigabat, quas magnitudo læticiæ indices cordis effuderat. Huius compoſitum eſt Irrigo, as. de quo alibi.

Riguus, a. um. q̃ rigaſ, ſeu q̃ rigari facile põt. Col. li. ii. de prato loquẽs. Eius inq̃t duo aduertimus gña, quoꝝ altera ẽ ſiccaneū, altera riguum. Siccaneū quod rigari nunq̃ aut nõ facile põt, intelligo, riguum quod facile.

Rigor modo ſumitur pro frigore, modo pro duricie: Virgil. Et ferri rigor.

Rigidus, a. um. idem quod frigidus. Vir. Tellurem Borea rigidam ſpirante moueri. Aliq̃n ponitur pro duro unde rigidus homo dr̃ aſper, & rigiditas aſperitas. Aliquando pro erecto, quod non niſi ex duricie accidit: Idem. Tum rigidas motare cacumina quercus.

Rigeo, es. gui. frigeo, a quo rigeſco, frigeſco. Per tranſla. rigeſcere capiť pro indurari, uel erectum, ſeu contractū eſſe, qm̃ quæ frigẽt horrent, & dureſcũt. Cic. li. i. Tuſ. Cæteras partes incultas, q̄ aut frigore rigeant, aut urãtur calore. Vir. li. ii. Ge. Æraq̄ diſſiliunt uulgo, ueſteſq̄ rigeſcunt. Ser. Duranť ut frangi potius, q̃ ſcindi poſſe uideanť. Hui⁹ cõpoſita ſunt Dirigeo, a quo dirigeſco Obrigeo, obrigeſco, quod eſt totus frigore cõtrahor, q̃ ſi indureſco, & rigidus fio. Col. li. v. Compeſciť harundo, cũ obriguit hiberno frigore. Seneca. Ita membra frigore obriguerunt, ut ſeminecẽ putaremus. Hie. lib. ii. Re. Ipſe ſtetit & percuſſit philiſteos donec deficeret manus eius, & obrigeſceret cum gladio.

Rima, fiſſura, &, ꝓprie rimæ dr̃ exiguæ diſtantiæ tabulaꝝ in iũcturis. Vñ tractũ eſt, ut oẽs fiſſuræ rimæ dicãť, & rimas agere, findi. Hui⁹ diminutiuũ eſt rimula. Hie. ꝓ tranſlatio. dixit. Si tenui cuiuſuis dilectionis rimula cõtinuus inſidiator diabolus intuitum ualet infigere.

Rimoſus, a. um. quod eſt rimis plenũ. Col. li. i. Quicquid ab inferiore mox appoſueris, fiſſum erit rimoſumq̄.

Rimor, aris. & rimo, as. ſm Priſc. diligẽter q̃ro, ſcrutor & quaſi rimulas quaſq̄ ꝑquiro. Tractũ a ſuibus q glãdes rimanť, in rimis terraꝝ. i. fiſſuris. Vir. li. i. Ge. Dulcibus in ſtagnis rimanť prata Cayſtri. i. paſcunť in pratis, & cibũ per oẽs rimas terræ ꝑquirunť. Interdũ rimari eſt ſcindere, & quaſi in rimas agere. Idem. Ergo ægre raſtris terram rimantur. Interdum expleri, ut apud eundem. Rimaturq̄ oculis habitatq̄ ſub alto pectore.

Ringo, is. xi. rictum, quod & ringor dr̃, ꝓcat os torqueo, quod canes faciunt, dum latraturi ſunt, uel ex ira in rugas deducunt os. Hinc ringi pro iraſci, indignari, adlatrare, pulſare, conuitiari, murmurare ponit. Ter. in Ph. Cum ille & cura, & ſumptu abſumitur, dũ tibi ſit quod placeat, ille ringitur, tu rides. Sido. Multum ringitur ocioſa uirtus. Dicitur aũt ringi a narium tortura. Nã ῥὶν naris dicitur, ut ſit ringi, quaſi narem agi. i. torqueri. Hinc rictus, us. & rictum, de quo ſupra.

Ripa extremitas terræ dicta, q̄ aquarum agitatione rũpatur. Et proprie eſt aquarũ currentium, littus ea pars quam alluit mare. Poteſt etiam lacuum, & ſtagnoꝝ eſſe, quæ maris imaginem habent.

Riparia auis quæ in ripis habitat. Pli. lib. xxx. Multo tamen efficaciſſime ripariarum pulli, ita uocant in riparum cauis nidificantes.

Ripæ ſiue ripæi, ſine h. montes Arcadiæ, quam addimus quotiens ripheos montes ſcythiæ ſignificamus. Vir. Quicq̄ ripas, letulumq̄ tenent, atq̄ arua celenæ.

Rhipei montes ſcythici, a ῥἰπτω ut quidam putant. i. a uentoꝝ perpetuo iactu, uel ἀπὸ τοῦ ῥἰπτειν quod eſt iacere. Vir. li. iii. Ge. Gens effrena uirum ripheo tunditur euro, & ῥἰπτω græce flo. ꝓcat. Vnde & riphei, cum h. in prima ſcribũt, ripheos populos Riphaat filius Gomer inſtituit, quos a ſe ripheos, noĩauit, ut ſcribit Ioſep. li. i.

Riſcus (ut inq̃t Don.) ciſta ex pelle cõtexta. Ser. uero ait ẽe feneſtrã paruã in pariete. Ter. in Eu. Abi ciſtellã domo affer cum monumentis, ubi ſita eſt? in riſco.

Rithace, alii erithacen, alii ſandaracum, alii cerithum. uocant, & a Dioſcoride ceranthemis dicitur.

Ritus, us. mos, & approbata conſuetudo, quam omnes ratam habent, dicitur etiam rites, is. Sta. libr. xi. Theb. Hei mihi primitiis ararum & rite nefaſto.

Rite aduerbiũ, a rito uerbo ſm Priſc. & ſignificat recte, q̄ nihil traditur ritibus, quod nõ rectũ eſſe credatur. Vel ut inq̃t Var. q̄ quod fit rite, id ratum & rectũ eſt.

Rito, as. a ruo, is. deducitur. Cuius compoſita ſunt Irrito, pronoco, & prorito.

Riuus, a ῥέω fluo, locus depreſſus per longitudinẽ aquæ currentis. Hinc deriuo, as, & corriuo, as. quod proprie de brutis dr̃, cum potandi gratia ad eundem riuũ cõueniunt. Huius dimin. eſt riuulus, paruus riuus.

Riuales, & corriuales dicũtur æmuli de mulieribus, quaſi in unum amorem deriuantes. Teren. in Eun. Militem ego riualem recipiendum cenſeo. Tranſlatio uel a beſtiis, q̃ ſitientes, cũ ex eodem riuulo hauſtũ petunt præliũ cõtra ſe inuicẽ concitant, uel a re ruſtica. Nam riuales dr̃ hi, quoꝝ agros riuus aliq̃s diſterminat, qui incertitudine, & mutatiõe crebra curſus, lites ſæpe inter eos ſuſcitat. Et Vlpia. Riuales qui per eundem riuum aquam ducunt, inter quos ſæpe contentio eſt de aquæ uſu. Item riuales dicuntur, qui in riuis habitant. Col. lib. ix. Datur camarus, & riualis alecula, uel ſi qua ſunt incrementi parui fluuiorum animalia.

Riualitas dicta eſt æmulatio illa inter amaſios. Cice. in Tuſc. Obtrectari uero alteri, aut illa uitioſa æmulatione, quæ riualitati ſimilis eſt.

Riuinus, pe. pro. idem quod riualis. Plau. in Aſin. Cedit noctem filius riuinus amens, ob raptam mulierem.

Rixa, nomen fictitium, a ringendo quod eſt canum q̃ irritãtur. Hinc rixoſus, a. um. cõtentioſus. Feſt. Rictus, rixæ, rixioſæ, ringitur, dici uidentur, quia in diuerſum rumpantur, contrariaq̄ ſint recto.

Rixor, aris. iurgor, contendo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

R ante O

Robur, siue robor p o. spés quercus é duriſſimæ. Etiam per tranſl. ſumiť pro animi fortitudine, q̃ aduersus oēs difficultates firmiter obnitiť. Demum oīm rei firmitatem duriciamq; robur dicimus. Col. li. ii. Quod protinus exile natũ ſit nunq̃ robur accipere, manifeſtũ eſt. Vnde Ser. dicit omne quod forte eſt robur uocamus. Vir. lib. vii. Æternaq; ferri robora.

Robore⁹, a. ũ. qd̃ eſt ex materia roboris. Co. li. xii. Materia ſi roborea eſt ab uno fabro dolari ad unguẽ debet.

Robuſteus, a. um. apud Caton. deriuatum a robore.

Robus apud ueteres dicebatur rubeus, & bouem robum idcirco rutici uocabant. Vnde & materia, quæ plurimas huius coloris uenas habet dicta eſt robur, & homines ualentes ac boni coloris robuſti. Robus genus tritici maxime laudabile, ut inquit Columella, cum pondere & nitore præſtet.

Robuſtus, a. um. quod multi eſt roboris. Col. lib. ii. Neq; dubium eſt ex robuſto ſemine poſſe fieri non robuſtũ.

Roboro, as. pe. cor. fortifico. Hie. lib. ii. Re. Roboramini & eſtote uiri fortes. Hinc cõponitur corroboro quod ẽ totũ ſimul fortifico. Cic. Caſſio. Manebat eñ illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie, ut ego quidem, & urbi, & ocio diffiderem urbano,

Robigo, pe. pro. dea quam Romani putabant rubiginem auertere. Oui. Flamen in antiquum lucũ Robiginis ibat. Erat & robigus deus. Robigalia ſacra. vii. kal. Maii ſiebant, qñ tunc fere ſegetes robigo occupat, ut ait Plin. Eſt & robigo morbus ſegetũ, q culmis frumento innaſcit, ex nimio humore, ut ait Var. Vir. li. i. Ge. Et mala culmos eſſet robigo. Ser. uero dicit rubigo genus uitii quo culmi pereunt, ſed abuſiue rubigo dicit. Nam proprie robigo dicitur. Var. dicit uitium eſſe ob ſcœnæ libidinis, quod ulcus uocatur.

Rodo, is. ſi. ſum., pprie muriũ eſt, & ſi hium q dẽtibus fere ſemp aliq̃d demoliũt. Per tranſl. qñq; pro detraho ſumit. Hie. in præfa. li. Paral. Hæc pace uestra loquor, & obtrectatoribus meis tũ rñdeo, q canino dente me rodunt, in publico detrahentes, legentes in angulis. Huic⁹ cõpoſita Arrodo Cic. pro Sex. Vt illa ex uepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere. Corrodo. Erodo. & Prærodo, quod eſt ante rodo. Colu. libr. iiii. Nam ſi ſæpius cacumina manu præfracta, aut a pecore præroſa fuerint, in perpetuum corrumpuntur.

Sagina,æ.pe.pro.cibus quo quis pinguis efficit.Qñq; et dr pinguedo ſupuacua arte,nõ natura adaucta p totũ diſperſa corpus.Iuſti.lib.xx.Sublatis deinde æmulis ingenitiã lapſus,ſaginã corporis ex nimia luxuria,ocioq; ualetudinẽ cõtraxit.Et a ſagino deſcendit. Niſi eñ quis pri⁹ ſaginat⁹ fuiſſet,nõ eſſet in eo ſagina.Iuue. Genialis agat Iſte dies,ppera ſtomachũ laxare ſaginis.

Saginariũ,locus ubi ſaginant altilia.Var.li.iii.de re ruſt. pullos anſeres includunt in ſaginario,ibiq; polentam,& pollinem aq; madefactã dãt cibũ,ita ut p dies ſaturẽt.

Saginarius,a.um.quod ſaginatũ eſt.Vnde a Seruio dicit Mulus ſaginarius & mula ſaginaria.

Sagitta iaculi genus,quod arcu emittitur,q; ſatis longe agit.Vel a ſatis,& ictus.Ad longũ eñ ſpacium profert ictum ſuum,uel q; ſagax ſit ictus eius.Sagitta etiam a rei ruſticæ ſcriptoribus ſumitur pro nouiſſima ſurculi parte,ſiue quia longius receſſit a matre,& quaſi emicuit,atq; proſiluit,ſeu quia cacumine attenuata prædicti teli ſpeciem gerit.

Sagitto,as.ſagitta iaculo,Hiero. in Pſal.Vt ſagittent in occultis immaculatum.

Sagittarius,a,um.quod ad ſagittas pertinet,ſiue idoneũ eſt ut eo fiant ſagittæ.Pli.lib.xvi. Suum genus ſagittario calamo.

Sagittarius,q ſagittas emittit,ut in ſacris Iſis.Percuſſus eſt a ſagittariis.Eſt & ſagittarius ſignum cœleſte, quẽ alii centaurũ chironem arbitrant Alii Erotum filium Euphemis nutricis muſarũ,& habitaſſe in Parnaſſo cũ muſis,& uenationi incubuiſſe, unde & uſum ſagittis, & equo inſediſſe.Poſt mortẽ precibus muſarũ a Ioue inter aſtra relatum,& uaria forma cõſcriptum. Idibus Febru.ueſpere occidit,uehemẽter hyemat,inq; Colu.

Saguntus Hiſpaniæ ciuitas,quam Romanis fideliſſimã Annibal ad internetionem deleuit. Hinc Saguntinus. a.um.ut uaſa ſaguntina, quæ maxime commendant Mar,Sume ſaguntino pocula facta luto.

Sagma,æ.& ſagma,atis.ſella quam uulgus baſtum appellat,ſuper quo componũtur ſarcinæ.Sed & pro ſarcina qñq; ponitur.Interdũ ſagmata dicunt unguẽta,quæ ſucco conſtant,quaſi diſtillationes,Quæ autẽ corpore conſtant dicuntur hedyſmata ἡδύσματα græce condimẽtum dicitur,& ſagma cumulus dicitur.

Sagmina quaſi ſanctimina,quoniã e loco ſancto capiebant legatis ad indicendũ bellũ,aut fœdus iniiciendũ pficiſcentibus.Vel a ſanciẽdo.i.cõfirmãdo,uel ab ãgẽdo,q; e ſacris agãt.Herba eſt quæ uocat uerbena.Plin. xxii.Quoniã nõ aliunde ſagmina in remediis publicis fuere,& in ſacris legationibus,q; uerbenæ.Certe utroq; noie idẽ ſignificat,hoc eſt gramẽ ex arce cũ ſua terra euulſum Hac ſemper,& legati,cum ad hoſtes,clarigatumq; mitterentur,uſi ſunt.

Sais urbs Ægypti.a qua ſaiticus,a.um.ut ſaitica pfectura

Sal, ἁλς ἑλληνικὴ, ἅλας δὲ λέγεται, ἀλλὰ μεταθέσει τῆς λατίνοις,quo utimur in condiendis cibis utroq; numero,& tam maſc.quam neutro genere dicitur.Cato.Et ſale,qui apud Carthaginienſes fit.Sal,in Iug.Neq; ſalẽ, neq; alia gulæ irritamenta.Afran.in Compitis.Quicquid loquitur ſal merum eſt.Columel.Carnem ſali-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus aſperſam. Pau. Iuriſconſultus. Cotem ferro ſubigẽ
tiam, neceſſaria quoq; hoſtibus uenundari, ut ferrum,
& frumentum, & ſales, non ſine periculo capitis licet.
Dicitur etiam hoc ſale ſm Priſci. Ennius li. iiii. annali
um. Cæruleũ ſpumat ſale conferta rate pulſum mare.
Aliqñ ſal ponitur pro ſapientia, & maſc. gen. tñ profer
ri conſueuit, q ita mentẽ condiat ſicuti ſal cibos. Ali
qñ pro urbanitate, ioco, & ridiculo, & dictis ad riſum,
uel ad delectationẽ cõpoſitis, tam ſingulari, q̃ plurali
numero. Catul. Nulla in tã magno é corpe mica ſalis
hoc eſt nihil uenuſtũ, & ſapienter dictũ. Cic. P. Scipio
ni. Oẽs ſale & facetiis ſuperabat. Luc. Non ſoliti luſere
ſales. Quin. li. vi. Salſum, inqt, in conſuetudine pro ridi
culo tñ accipimus, natura nõ utiq; hoc eſt, quanq̃ & ri
dicula oporteat eſſe ſalſa. Nã ſicut ſal ſuauitatẽ quan
dam cũ mordacitate habet, ita etiam urbanoꝝ ioca.
Sales eñ pro Ciceronis ſententia, ſunt ipſa ridicula, q̃
neceſſario ſalſa oportet eſſe. Nã ſalſum erit, quod non
erit inſulſum, uelut quoddã oris condimentum, quod
ſentitur latente iudicio, & ueluti palatum excitat. Quã
doq; ſal mare dr. Vir. Et ſpumas ſalis ære ruebant.
Sălnitrũ, ut modo in conſuetudinẽ uulgi dr, factitiũ, &
ad tormenta igniũ miſſilia repertũ, ueteribus fuiſſe ui
detur incognitũ. Corrupta tamen dictio eſt, nam legi
tur apud Pli. Sal & nitrũ ſulphuri concoctũ in lapidem
uertitur. De Nitro alibi dictum eſt. Vide in Nitrum.
Sălhammoniacus, ſic dictus eſt, quia ſub arenis inueni
tur. Similis eſt colore alumini, medicinæ utilis.
Salapuſius, a ſale & puſius compoſitũ nomẽ. Puſius eñ
ſiue puſus & puſio, apud latinos dr puer. Quo nomie di
ctus eſt Caluus Catulli familiaris, tanq̃ puer, ob ſtatu
ram puerilem plenus ſalis, & oratoriæ mordacitatis.
Salſugo appellatur in ſalinis tota liquida, marina aqua
ſalſior. Salſugo etiã dicitur humor cum ſapore ſalis.
Salſilago, idem eſt quod ſalſugo. Plin. Natura ciceris eſt
gigni cum ſalſilagine.
Salarius qui ſal, uel ſalſamenta uendit. Martialis. Quod
ũiles pueri ſalariorum.
Salarius, a. um. quod ad ſal pertinet. Liui. xxix. Vectigal
etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerunt.
Salaria ũia Romæ dicta eſt, q per eam Sabini ſal a ma
ri deferebant.
Salarium dicitur ſtipendium, ſeu merces quam quis pro
ſeruitio meritus eſt. Auguſt. lib. i. de ciuit. dei. Doctores
ipſos inſuper & ſalario publico, ut honoribus digniſſi
mos habuerunt. Dictum ſalarium, q ita neceſſarium
ſit ut homini ſal.
Salſus, a, um. quod ſalis ſaporem habet, ſiue quod ſale dẽ
ſatum eſt, a quo fit ſalſior, ſalſiculus, & diminutiuum
ſalſiuſculus. Auguſt. lib. viii. Con. Ebrioſi quædam ſal
ſiuſcula comedũt, quo fiat moleſtus ardor, quem dum
extinguit potatio, fiat delectatio.
Sălſamentũ, quod ſale cõpoſitũ, ad uſum ciboꝝ, ut pi
ſces ſalſi, & lardũ, q̃ per ſyncopen ſalmẽta dici poſſunt.
Salſamentarius, qui ſalſamenta uendit, qui & Salarius.
Salſamentarius, a. um. quod ad ſalſamenta pertinet. Pli.
Quin & teſtis cadi ſalſamentarii tuſis cum axungia ue
tere, mirum immodum prodeſt. Columella libro ii,
Ita rurſus in ſole ſiccata, & mox refrigerata condatur
in uaſis olearijs ſalſariiſq.
Salſura, idem quod ſalſamentum. Col. li. ix. Nulla tamẽ
æque, q̃ prædictæ ſalſuræ pabula commode dantur
Salitura idẽ quod ſalſura. Col. li. xii. Poſt ſalituram muſti.
Salſedo, inis. ipſe ſalis ſapor.
Salina locus ubi fit ſal. Plin. lib. xxxi. Fit ſal uulgaris, plu
rimuſq; in ſalinis effuſo mari, non ſine aquæ dulcis ri
guis, ſed imbre maxime iuuante, ſed quoniam ſal pro
facetiis ponitur, nonnunquam pro apophthegmati
bus, & facetiis, & ſcommatibus tranſlatiue apud Cice
ronem poſitum reperitur.
Salinæ, arũ. urbs Siciliæ iuxta Lilybæum palmis abun
dans, q iuxta eam ſalinæ fuerint. i. foſſæ in qbus fit ſal.
Salinum uaſculum in quo ſal reponitur, tum ad menſæ
uſum, tum ad ſacrificia paratum. Ineo eñ cũ ſale diis
primitiæ offerebant. Per. Purum & ſine labe ſalinũ. Po
nitur tñ pro quocunq; uaſe ac fictili menſæ pauperis.
Hora. lib. Car. Cui paternum ſplendet in menſa tenuĩ
ſalinum. Salillum diminutiuum paruum ſalinum.
Salinator dictus eſt Liuius Romanus propter uectigal,
qd nouum ex ſalaria annona cõmentus eſt in cenſura
Salnacidus. a. um. quod ſalis ſaporem habet. Pli. Nam ni
troſas aquas, atq; ſalnacidas, & feculentas addita po
lenta utiles eſſe aiunt.
Salũ mare a ſapore ſalis, uel a uerbo græco ἅλεύω qd
ſcat mouere, fluctuare. Vir. Perq; undas ſuperãte ſalo.
Sălio, is. quartæ coniugationis & prima cor. ſignificat
ſale condio. Tibul. Farre pio placet, & ſaliente ſale. Hu
ius præteritum ſaliui, ſupinum ſalitum. Vnde ſalitus
& ſaliturus. Liui. Saliturus iſta eſſe mittam ſalem. Cor.
Seuerus. Ad quem ſaliti pomiliones afferebantur.
Sălio, is. per duplex ll. tertiæ coniugationis, ſalli, ſaltum,
& ſalſum in eadẽ ſignificatione. Vnde ſaltus, & ſaltu
rus, ſalſus & ſalſurus. Lucil. lib. iiii. Sallere murenas & fri
gidaria ferre. Participium paſſiuæ ſignificationis in
dus poſuit Col. li. vii. cũ inquit. Quod ſi ea res ægritu
dinem non depellit, uendenda ſunt pecora. Vel ſi neq;
id contingere poteſt, ferro necanda, ſallendaq.
Salio, is. per ſimplex l. ſaliui, uel ſalii, ſeu ſalui, diuiſas ſyl
las, ſupinum ſalſum. Et habet primam cor. Vir. Molli
bus in pratis unctos ſaliere putres, ſignificat ſalto. Cõ
poſita tñ magis præteritũ per ui, faciunt, ut aſſilio, aſſi
lui, itum. Conſilio, ui. itum. Deſilio, deſilui, itum. Virg.
Deſiluit turnus biiugis. Diſſilio, exilio, extra ſalio. Inſi
lio, proſilio ultra, ſeu foras, uel ante ſalio, prorumpo.
Lact. li. iiii. Nam cum ſitim paterent ictu uirgæ rupe
percuſſa proſiluit fons aquæ. Vir. li. v. Haud mora pro
ſiluere oẽes, ferit aurea ſydera clamor. Liui. li. ii. Prope
attonitus miraculo rex cum a ſede proſiluiſſet. Præſi
lio, ante ſalio. Reſilio, ſubſilio, ſurſum deorſum ſalio.
Hiero. li. ii. Reg. Michol uidit Dauid ſubſilientẽ. Tran
ſilio, ultra ſalio. Liui. lib. i. Vulgatiõr fama eſt ludibrio
fratris Remum nouos tranſiluiſſe muros. Salire tamẽ
dicuntur animalia ratione carẽtia quando mares ine
unt fœminas. Nam ſaliendo aſcendunt. Vnde Læta ſa
litur ouis. A ſalio fit ſalto frequentatiuum. Cuius com
poſita mutant a. in u. Aſſulto, conſulto, diſſulto, deſul
to, exulto, proſulto, præſulto, reſulto, & ſubſulto. Plaut.
in Caſ. Vt feſtinabat miſer, ut ſubſultabat, poſt q̃ uicit
uillicus. Tranſſulto. Idem in Capt. Tu tranſultas, ego
miſer uix adſto præ formidine.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Salto, as. significat tripudio. Saluſt. Sed in his Sempro-
nia, quæ multa uirilis audaciæ cõmiſerat. Hæc mulier
gñe, atq; forma, ꝑterea uiro liberiſq; ſatis fortunata fu
it, lr̃is græcis atq; latinis docta, pſallere, & ſaltare & cãta
re elegãtius, q̃ neceſſe ẽ, pbe mlta alia q̃ luxuriæ inſtru
mẽta ſunt. Hic Saltatio, & ſaltus, p ipſo ſaltandi actu.

Saltito, as, pe. cor. frequentatiuũ eſt a ſalto, as.

Saltatio ẽ illa hoĩm iactatio, quã uulg⁹ tripudiũ uocat.

Saltatus, us. idem qd̃ ſaltatio. Liui. Per urbem ire canen
tes carmina cum tripudiis ſolenniq; ſaltatu iuſſit.

Saltatricula eſt quã lĩgua uernacula dicimus Balarina.

Saltatorius, a. um. quod ad ſaltationem pertinet, ut lu
dus ſaltatorius, in quo ſaltare docetur. Macrob. lib. iii.
Saturn. Filii ſenatorum in ludum ſaltatorium cõmea
bant, & illi crotala geſtantes ſaltare diſcebant.

Saltatores & ſaltatrices qui quæue in tripudiis ſtaticu
liſq; dandis ſunt elegantiores.

Saliẽtes a latinis dñr fiſtulæ, ſiue aquæductus. Græci κρή-
νὰς dicunt. Vict. li. vii. Hæc maxie cõſiderant Athenis,
ibi. n. ex eiuſmõi locis & fontibus maſti uſq; ad portũ
pyræum ducti ſunt ſalientes, e qbus bibit nemo, ſed la
uationibus, & reliqs rebus utunt, bibũt aũt ex puteis.

Saltus, us. & ſalti, denſior ſylua & inuia eſt, q̃ ibi arbores
ſaliant, in quo paſci, & æſtiuare pecudes ſolent. Sunt
qui dicant ſaltus eſſe loca arboribus expedita, quia fa
cile in his ſaltetur. Vir. lib. iii. Geor. Saltibus in uacuis
paſcuntur plena ſecundum flumina. Ponitur & pro lo
co nemoroſo, ubi latrones inſidiari conſueuerunt. Et
ſaltus ceruorum eſt. Idem li. ix. Tum demum ſaltu præ
ceps ſeſe omnibus armis in fluuium dedit.

Saltuarius ſyluarum, ſeu ſaltus cuſtos. Pompo. Dñs pro
prietatis etiam inuito uſufructuario. Fundum uero
ædes per ſaltuarium, uel inſularium cuſtodire poteſt.

Saltuoſus, locus ſaltibus plenus.

Saltim ſiue ſaltuatim, ſignificat per ſaltus. Gel. Nos una
æſtate in Aſia, & Græcia geſta litteris idcirco conti
nentia mandauimus, ne uellicatim, ac ſaltuatim ſcri
bendo lectorum animos impediremus.

Saltem cõiunctio, per defectionem dr̃, quaſi ſi aliter nõ
poteſt. Vel ut inqt Gel. u. litera abiecta, nam a princi
pio ſalutem dicebant, quod nos ſaltem dicimus. Nam
cũ alia quædam petita & non impetrata ſunt, hinc ſo
lemus quaſi extremũ aliquid petituri, qd̃ negari mini
me debeat, dicere, hoc ſaltẽ fieri, aut dari oportet, tanq̃
ſalutẽ poſtremo petentes, quã impetrari ſit æquiſſimũ
Ser. Saltem uel hoc tractum a captiuis, qui cũ teneren
tur ab hoſtibus dicebant ſublatis manibus ſalutẽ con
cede. Hinc per ſynæreſim natus eſt ſermo, ut in conce
ptu rerum multarũ petituri aliquid ſaltem dicamus.

Salax dr̃ libidine pruriens, fortis in coitu, & creber, cu
ius membr̃ facile ſalit. i. arrigit. Et ſalire dicũtur qua
drupedes, dum coeũt, uel quia ex humore ſalſo citatur
libido. Vnde Venus dicta eſt e mari orta. Var. Gallos
ſalaces. Et ſalaces aquæ ſcaturientes, quaſi e terra pro
ſiliẽtes. Vñ etiã nymphæ ſalaces dñr. Oui. Nymphæq;
ſalaces. Salaces cibi qui uenerem concitant.

Salacia, dea aquæ, a ſalo ciẽdo appellata, Neptuni uxor,
quã inferiorem aquã maris eſſe dixerunt, inquit Aug.
li. vii. ciui. dei, q̃ in ſalum redeat. Vnde & a poetis ſumi
tur pro aqua. Pacu: Hinc ſæuitiam ſalacis fugimus.

Salebræ, a ſaltu dictæ ſunt loca inæqualia, & aſpera, quæ
quaſi ſine ſaltu præteriri nõ poſſunt, propter ſaxorum
aſpetitates. Cic. li. v. de fin. Venit ad extremũ, hæret in
ſalebra. Idem per tranſlationẽ de fi. bo. dixit. Hic ſi diffi
nire, ſi diuidere potuiſſet, ſi loquendi, ſi deniq; conſue
tudinem uerbor̃ teneret, nunq̃ in tantas ſalebras inci
diſſet. i. in tantas aſperitates, ſiue incultas orationes,
Hinc ſalebroſus, a. um. quod multas habet ſalebras, id
eſt quod eſt aſperum. Vir. Nõ tam ſalebroſus ut ante.

Salii ſacerdotes Martis, ſic dicti, q̃ in portandis ancili
bus ſaltare eos mos eſſet. Liui. Numa ſalios xii. Marti
gradiuo legit, tunicæq; inſigne dedit, & ſuper tunicam
æneum pectori tegmen, cœleſtiaq; arma, quæ ancilia
appellant, ferre ac per urbem ire canentes carmina
cum tripudiis, ſolenniq; ſaltatu iuſſit.

Sali, per ſimplex i. auiculæ ſunt, quas Ariſto, Ægithos ap
pellat, fœcunditatis magnæ, ut perdices gallinæq;.

Saliaris, & hoc re. qd̃ ad ſalios pertinet. Vñ ſaliares cœ
næ appellatæ ſunt, q̃s ſalii faciebãt ampliſſimo appara
tu, ex quo opiparæ, ac copioſæ cœnæ ſaliares dicũtur.

Saliunca herba e terra ſtatim exiliens, folioſa quidẽ, ſed
breuis, ut inqt Pli. li. xxi. & q̃ necti non poſſit, radice co
hæret. Naſcit in Norica regiõe locis lapidoſis, habetq;
flores plurimos, hæc alio noĩe dicitur nardus gallicus.

Salix arbor a ſaliendo, uel q̃ ſata uel caſu terræ compa
cta ſalit, ac ſurgit, Hæc arbor talem habet naturã. Eſt
quidẽ lignũ infructuoſum. Et dr̃ q̃ ſi quis ex illa acci
piat potionem, aut manducet, filios non facit.

Salignus, a. um. quod ex ſalice materiatum eſt. Virg. Eſt
tuguri cuſtos armatus falce ſaligna.

Salicetum & per ſyncopen ſalictum locus ſalicibus con
ſitus, Varro. Idoneus locus eligendus, ubi facias ſalictũ
& arundinetum.

Salicaſtrum, genus labruſcæ in ſalictis naſcens.

Sala nomen ſex urbium, & nomen fluuii in Germania,
ut Stra. lib. vii. ſcribit Inter quẽ & Rhenum, cũ Druſus
germanicus bellaret, domitis hoſtibus uictor oppetiit.

Salaconia, ſuperbia, & Salacones ſuperbi dicuntur. Sala
con enim (ut inquit Suidas) uir fuit, qui cum pauper
eſſet, ſe diuitem ſimulabat.

Salentinor̃ regio, q̃ nunc (ut qdã uolũt) terra Hydrũti,
ſiue terra de bari uocat. In Italia ſita eſt, & Apuliæ fini
tima, de qbus Vir. li. iii. Et Salentinos obſedit milite cã
pos. In ea eſt Iapigium promontoriũ, quod & Salenti
num dicit. Sal. Omnis Italia coacta in anguſtias ſcin
ditur in duo promontoria Pachinum, & Salentinum.
Salentini populi dicti, q̃ in ſalo amicitiam fecerit Ido
meneus, & Locrenſes. Hos Stra. ſcribit eſſe Cretenſes.

Salentinus lacus Salentinorum iuxta Anduriam oppi
dum. Hic ad margines uſq; plenus, neq; exhauſtis mi
nuitur, neq; ſuperfuſis augetur aquis.

Salaſſi populi Alpini Boiis, Heluetiiſq; finitimi, quos Ca
to Tauriſcæ gentis eſſe arbitratur. Salaſſorum tellus
aurifodinas habet, diuq; olim potentes fuerunt, ſed
Auguſtus eos deuictos omnes ſub corona uendidit.
Auctor Strabo lib. iiii.

Salamin, ſiue ſalamis, & ſalamina, inſula in Euboico
mari contra Athenas ſita, in qua urbs eſt eiuſdem no
minis, ubi Telamon Aiacis & Teucri pater regna
uit. Sed cum Teucer a bello Troiano reuerſus de

Aiacis

Aiacis inimicis ultus nō fuisset, expulsus a pre in Cypr nauigauit, ibiq urbē aliā cōdidit noīe Salaminā quæ nunc Constantia dr, ubi amnis noīe Constantia pesti fer & æstuosus. Dicta prima a Salamine Asopi filia.

Salamandra, animal lacerti figura stellatum, nunq nisi magnis imbribus proueniens, & æstate deficiēs, cui tan tus rigor est, ut ignem tactum extinguat, non aliter q glacies. Et licet uenenatissimum sit, nam si arbori irre pserit, omnia poma inficit ueneno, & eos qui ederint interemit, idem facit, si in puteum cadat, a suibus tñ si ne nocumento manditur. Noster Sui. ζῶον ὡς σαύρα δ μέγεθος. ψυχρότατον τὴν φύσιν, ὡς καὶ δ πῦρ ἐσβυόμενον τὴν φλόγα σβεννύειν, καὶ αὐδ μὴ πίμπρασθαι.

Salomon nomen regis Hierusalem, & pacificus inter pretatur, pacem enim habuit cum omnibus regibus, sapientissimus iudicatus templum deo pulcherrimū extruxit, ut in sacris literis habetur.

Salomonius, a. um. possessiuum, ut templum Salomoni um apud Lactantium.

Salanga mons altissimus mari imminens, inter Britan niam, & Hyberniā a Salanga Barculani primi habita toris Hyberniæ filio dictus. Hodie mons domini ap pellatur, a templo beati domini ibi condito.

Saliuum, & saliua sputū, quod fere salis saporem habet. Vel a saliendo, p in ore saliat, & crescat. Saliuam uirgi nem dixit Augus. quæ stomacho ieiuno manauit.

Saliuo, as sanum facio. Plin. lib. ix. Congregantur uerno tempore purpuræ, mutuoq attritu lentorem cuiusdā ceræ saliuant. Col. lib. vii. Tunc panacis, & creungii ra dices fœniculi feminibus miscendæ, & cum defruti, ac moliti tritici farina, candentiq aqua conspergenda, eoq medicamine saliuandum ægrotum pecus.

Saliūarius, qui saliuat. Pli. li. ix. Quæ durioris testæ sunt murices purpuræ saliuario lentore pariunt.

Salmoneus Æoli filius, qui apud Elidem regnauit, sed in infernum a Ioue detrusus est.

Salmacis, fons in Caria iuxta Halicarnassum, dictus ue nereus ab amœnitate incolæ, ubi paulatim hoīes al lecti oēm feritatē deposuerunt. Stra. libr. xiiii. Salmacis fons nescio q obrem calūniatus tanq emolliēs eos qui inde bibāt, hoīm eñ mollicies uide ab aere, uel ab a qua, cū ea minime sit causa molliciei, sed diuiciæ & ui ctus incontinentia, spolia quoq sine labore parta sal matia dicuntur. Et salmacias baias dixit Macer.

Salmo, genus piscis, quod in Rheno, & Rhodano inue nitur, & præfertur aliis piscibus marinis.

Salo, fluuius, qui & Bilbilis dicitur, quo temperatur fer rum, atq acrius redditur.

Salon regio Bithyniæ pascendis bobus idonea, unde & Salonensis caseus.

Salone, urbs insignis Liburniæ, inter Dalmatas, & Illy ricos, quam Pollio deuicit.

Salpes & salpa & salpum genus piscis quem uirgatū mul tisq ac rubentibus lineis distinctū Aristoteles & Plin. prodiderunt. Est & salpa nomen auctoris fœminæ cu ius meminit Plini. lib. xxviii.

Salus, ut Speu. ait, est munitio ab omni damno secura. Aliq aūt incolumitas. Aliquando etiam remedium. Virg. Vna salus uictis nullam sperare salutem. Et salus dea, salutis dea credita. Vnde salutaris porta Romæ appellata. ab huius deæ æde, quæ ei proxima fuit.

Saluber, pe, p. masc. ge. salubris fœ. salubre neutri. Et hic & hæc salubris, & hoc bre. qd præbet sanitatē. Vñ aer, cī bus, loc⁹ salubres dñt. Col. li. i. Salubri cœlo. Idē. Fundū, sicuti ne fœcūdissimi quidē soli, cum sit insalubris, ita nec effœti sit parandū, Aliq salubris accipit pro sano. Sal. Genus hominum salubri corpore. Liui. Grauiore tempore anni circumacto defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere. Hinc salubritas, sanitas.

Salutaris, idē quod saluber, hoc est sanitatē præbens, uel ad sanitatē præbendā idoneum. Cic. ad Octa. Nulla re media tā faciūt dolorē q quæ sunt salutaria. Salutaris digitus, q pollici est, pximus, qui & index dr. Sue. de Au gu. Dextræq manus digitū salutarē tam imbecillū in terdū sentiebat, ut torpentē, contractumq frigore uix cornei circuli suppleméto scripturæ admoueret. Mar tianus de nup. Ve quidam redimitus puer ad os com presso digito salutari silentiū cōmonebat. Dicitur aūt salutaris, qa non salutamus, nisi uisa, & indicata. Virg. Italiam læto socii clamore salutant. Vel qa eo cōpri mimus os ad silentiū, quod salutare est præceptum.

Salutariter aduerbium significat quod ulgo dicitur ad saluamentum. Plancus Cicero. Quadraginta milium passuum spacio relicto concedi eo consilio, ut uel cele riter accedere, uel salutariter recipere me possem.

Saluto, as. salutem dico, uisito, colloquor, quod non ac cedentibus tantum, sed abeuntibus quoq attribuitur, ut Sta. lib. iiii. Theb. Stant tamen & nota puppim de ru pe salutant. Teren. in Adel. Opperiar hominem hic, ut salutem, & colloquar, id est uisitem. Et salutari est ue nerari. Teren. in Phor. At ego hinc deos domum salu tatum pergam. Vnde mortuos & res inanimatas ue nerantes salutare solemus, non salutem imprecantes, quæ nulla in his esse potest, sed uenerationem indicē tes. Huius composita sunt consaluto, simul saluto. Liui us lib. i. Vtrunq regem sua multitudo consalutauerat. Obsaluto salutandi gratiam offero. Resaluto me salu tantem saluto. Insalutatus non salutatus.

Saluus, a. um. quod est sanū, a quo saluo, as. quod est sal uum facio. Vñ & saluator, qui saluat, græce dr soter.

Saluifico, idem quod saluo.

Salue uerbū salutātis. hoc est saluus sis. Et hēt trā salueto, saluete, saluetote, & saluere, ut Iube scipionē saluere. i. saluta Scipionē. Vide ī dictiōe Valeo. Aliq aduerbiū est. Apul. li. i. Quā salue agit Demeas mater, ſcat pro spere. Liui. de Lucretia. Satin salue? Illa respōdens, mi nime inqt. Quid eñ est salui mulieri amissa pudicitia? Apud ueteres totū proferebatur. Plau Nunc salueo.

Salutiger, quo nomine utitur Apulei. uidetur esse non qui dat salutem, sed qui nunciat, tanq interpres, & ad minister superiorum. Plau. in Aul. Salutigerulos pue ros. Et hi sunt serui quorum negocium est ut circum sistant & comitentur.

Saluia, herba dicta p diuersos sanet morbos, græce ele lisphacon dicitur, prodest paralyticis, & contra serpen tium morsum remedium exhibet, a qua fortassis sal uiatum genus eliquaminis uel potionis, cuius mem nit Colum. Quidam tamen legunt saliuatum, a saliua, id est succo. Fuit & Saluia mater Apulei.

Saluiatum potionis genus est, quo ueterinarii & mulo

medici utunt in ægrotatiõe aĩaliũ, græci σίαλον uocãt. a ſaliua quã ueteres pro ſucco accipere conſueuerunt.

Salpyga, pe. pro. genus formicarum uenenatarum. Luca. lib. x. Quis calcare tuas metuat ſalpyga latebras. Cicero appellat eas ſolifugas.

Salgama pe. cor. appellabant a priſcis quæcunq; condi/tanea ad uictum noſtrum in uaſis ſeruabantur, ut puta pira, fici, uuæ, rapæ. Col. Tpe non alio uili quoq; ſalgama merce. Inde ſalgamarii, qui ſalgama uendunt.

Salyi, ſiue ſalyes ppli qui cũ Romanis bella geſſerunt.

Samaria ciuitas regalis & metropolis Iſrael, a qua tota regio decẽ tribuum dicta eſt Samaria. Ea eſt palæſtinæ inter Iudæam & Galileã ſita. Et cũ in Aſſyrios tranſlati eſſent filii Iſrael, alienigenæ adducti ſunt ut ipſam prouinciã habitarẽt, quos Iudæi non Iſraelitas, ſed ſamaritanos in deſpectũ appellabant, graue odiũ ad eos habẽtes, qa patriã tenebãt Iſraelis, tũ qa ex parte legẽ ſeruabant ſolis Iudæis datam, tũ quia templũ ſibi fecerant in ſimilitudinem templi Solomonis. Hæc ciuitas alio nomĩe dicta fuit Sichar, & Sichem, & Sichima, in qua uiolata fuit Dina. Poſtea Sebaſte ab Auguſti nomine dicta eſt. Hinc Samaritanus, a. um. Vñ ſamaritani qui habitant Samariam. Hie. ad Algaſiam. Samarĩtani atq; Iudæi hoſtili inter ſe diſcordant odio.

Samaritæ, pe. pro. idem quod & ſamaritani. Hiero. Non receperunt eam ſamaritæ. (Cauſus.

Samara promontorium in oceano orientali, ubi deficit

Samarobrinæ, fuerũt ppli in Gallia inter belgas, ubi Cæſar Gallor̃ conciliũ indixit, hanc Cameracenſem eſſe urbẽ nonnulli autumant, quã Sabis fluuius interfluit.

Sambuca dictio barbara, qua ſignificat quoddã inſtrm muſici gñis, ut eſt apud Danielẽ. Cũ audieritis ſonum ſambucæ. Hie. ad Dardanũ oſtẽdit quõ ſambuca conficeret. Sambuca inqt Porph. in Ptolomæi armonica. Triangulũ inſtrm eſt, quod ex inæqualibus longitudine ſicut & craſſitudĩe neruis efficit. At Ephorus & Dio me. Prima inquntuſa eſt Sibylla, inuentã aũt a ſambuco primũ & inde nomẽ obtinuiſſe. Eſt & genus machinæ militaris, qua urbes expugnare conſueuerunt, in q̃ ſic funes intendebant, ſicut in organo muſico chordæ. Itẽ ſambuca ut Polybius ait, illa dicitur quæ & ſambuciſtria appellatur. Ad hanc priſci iambos canebant.

Sambuciſtria, quæ ſambuca canit.

Sambucina, pe. cor. q̃ ſambuca canit, ſicut fidicina q̃ fidibus canit. Plau. in Sti. Fidicinas tibicinas ſambucinas.

Samos altitudo, & ſummitas interp̃tatur. Eſt & nomen duaꝝ inſulaꝝ. Vna eſt in mari Icario modica, & Iunoni dicatiſſima, qpin ea nata fuerit, & educata, & Ioui nupta. Scribit Varro Samon prius Partheniã ſoiatam, qbi Partthenos, hoc eſt uirgo Iuno nata fuerit, ubi antiquiſſimũ fuit templũ, & ſimulachꝝ in habitu nubẽtis figuratum, & ſacra eius anniuerſaria nuptiaꝝ ritu celebrant, a qua & Iuno ſamia dicta ẽ. Hæc ex aduerſum Mileto ad occidentẽ eius ſita, nec ab ea multo pelagi, inqt Apu. li. ii. flo. diſpeſcit, ager frumẽto piger, aratro irritus, fœcũdior oliueto, nec uinitori, nec oleri ſculpitur. Ruratio oĩs in ſarculo & ſurculo, quoꝝ prouentu magis fructuoſa inſula eſt, q̃ frugifera, cæterum & incolis frequens & hoſpitibus celebrata. In ea Pythagoras quoq; philoſophus ortum habuit, nec non & una de Sibyllis, quæ exinde Samia dicta eſt, quam ferũt de Chriſto prædixiſſe. Tu eũ ſtulta Iudæa deum tuũ non cognouiſti ludentẽ mortalium mẽtibus, ſed de ſpinis coronaſti, horridũq; fel miſcuiſti. Fiebant ẽt in ea uaſa fictilia egregie ex creta fabricata, q̃ Samia uocabantur. Ferunt hanc inſulam Thraciæ adiacere, quæ poſtea ex cõmixtis Thraciæ populis, Samothracia appellabatur. Vir. Threiciãq; Samum quæ nunc Samothracia fertur. Altera uero eſt Samos inſula a Pli. collocata prope Ithacam, apud Dulichium; de qua uidet Sue. intelligere, cum non multum diſtet ab Epiro, ubi in Auguſ. ait. Ab actio cum in Samum inſulã in Hybernaſe recepiſſet, Same uero, ut inquit Ser. ciuitas Thraciæ eſt, in Cephalea, apud Strabonem tamen legimus Samum, & Samem, Samum urbem eſſe, Samem uero inſulam. Sunt qui ſcribant Samothraciam inſulam eſſe, quæ prius Dardania uocabatur a Dardano, qui Palladium Mineruæ ſecum ferens eo confugiſſe traditur, poſt ſamiis inſula bello eiectis, cum eo ſe in Thraciam ex Aſia reciperent inditum nomen, ut pro Dardania Samothracia uocaretur.

Samius, a. um. quod e Samo eſt, ut homo ſamius. Veteres tũ q̃q; ſamum pro acuto ponebãt, & ſamiare pro acuere, & quaſi ſamiæ teſtæ acumen reducere.

Samia ſubſtantiuum, uaſa a Samia inſula dicta, ſicut Maiorica ab Hiſpania. Cicero lib. iiii. ad Heren. Nos ſamiis delectabimur.

Samnites, pe. pro. ppli in Samnio, quod nũc Aprutiũ uocamus, regio Italiæ ĩter Picenũ, Cãpaniã & apuliã. Vrbes in ea ſunt Adria. Aquila. Amiternũ. Sulmo. Ortona. Arpinũ. Aquinũ. Athina. Beneuẽtum. Corfinium. Vel ſamnites dicti ſunt a Samnio colle, in quo e Sabinis ueniẽtes conſederũt, & eiuſdẽ noĩs oppidũ ædificauerũt. Quidã ẽt ſannites p duplex nn. ſcribũt, Hi quondã apud caudinas furculas Romanum exercitum profligauerunt, quos poſtea L. Papyrius ſub iugũ miſit.

Samniones, a ſamniis dñr, qui ſunt in dictis fatui, & in moribus obſcœni, quos græci μωγοὺς uocant. Cice. li. de ora. Quid porro tam ridiculũ, q̃ ſamnio eſt, q ore, uultu, imitãdis moribus, uoce, deniq; corpore rideẽ ipſo. Quidã tamen ſanniones, a ſanna deductum nomen arbitrantur, quæ ſit os diſtortum, cum uultu.

Samſucus, herba quam nunc maioranam appellant, alioq; nomine amaracus dicitur.

Sancio, is iui. itum. uel ſanxi ſanctum, ſignificat aliquid ſanctum, uel conſecratum facio ſub ſanguine hoſtiæ. Vnde ſanctũ auctore Ser. dñ, quaſi ſanguine conſecratum. Et ſanctio uocat lex cum terrore pœnæ. Aliquando ſancire eſt firmare, munire, roborare. Ter. in Hecy. Aliud ſi ſcirem, q̃ firmare meã apud nos poſſem fidem ſanctius, q̃ iuſiurandum id pollicerer tibi. Inde ſanctio & ſancta res dñ. i. res decreta & inuiolabilis. Martianus ait ſanctum proprie dici quod ab iniuria hominũ defenſum, atq; munitum eſt. Tractum a ſagminibus herbis, q̃ legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos uiolaret. Iuue. Vt ſanctã filius oñi aſpiciat ſine labe domum, uitioq; carentẽ, Vlp. de uer. ſign. ſcribit ſanctum eſſe, quod nec ſacrum, nec prophanum ſed ſanctione aliqua firmatum, ut ſanctæ leges, hoc eſt ſanctione quadam ſubnixæ. Alii dicũt ſanctum eſſe religioſum & ſacrum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& ſacꝛ incorruptũ. Vir. Sancta ad uos aĩa, atq; iſtius inſcia culpæ Deſcendã. i. incorrupta. Idẽ. Tuq; o ſanctiſſima cõiunx fœlix morte tua. i. caſtiſſima. Vñ ſanctꝰ uir dr integer moribus. Do. Sanctũ dr qd oñi obſeruatiõe inuiolatũ eſt. Et ꝑm ſcripturaꝝ ſacraꝝ idioma ſanctũ dr mundũ, purificatũ, atq; expiatũ. Vñ ſancti dñr fidelium filii. q ꝙſi candidati ſint, & nullis idolatriæ ſordibus polluant. Vaſa quoq; ſancta in tabernaculo legimus, & cætera q̃ ad ritũ cerimoniaꝝ ꝓtinent, cũ utiq; ſancta eſſe non poſſint, niſi ea, quæ ſentiũt, & uenerantur deũ. Sic & Bethſabee ſanctificata ſcribitur ab immunditia, & ipſum templum ſanctuarium nomiatur.

Sanctus, a. um. participiũ a ſancio, de quo mox. Cuius diminutiuũ formauit Hiero. contra Ruf. cũ inquit, tibi quaſi religioſus, & ſanctulus perſonã humilitatis imponis. Ab aduerbio ſancte fit perſancte, quod eſt ualde firmiter. Apul. Idq; perſancte iurauit ſe facturum.

Sanctitas, ſanctitudo, & ſanctimonia eiuſdem ſcati ſunt.

Sanctuariũ, ſacer locus, tẽplum, ſacrariũ. Sanctuarium quoq; ſiue ſanctuaria Pli. mithridatis appellauit, quæ alio loco arcana, & Plutarchus ἀποῤῥήτους uocauit.

Sanctimoniales dicuntur monachæ. Auguſt. ſuper Pſal. Iubilate. Inuenies ſanctimoniales indiſciplinatas, nunquid ideo ſanctimonium reprehendendum eſt?

Sanctimonium uocatur ſanctimonialium profeſſio.

Sandalium, calceorum genus ſiue caligarum. græci σανδάλιον ſoleam dicunt. Ter. in Eu. Vtinam tibi commigrari uideam ſandalio caput. Hinc ſandalarius. Apollo dictus eſt a uico, cuius meminit Gel. lib. xvii. In ſandalario forte apud librarios fuimus.

Sandaliotis Sardinia inſula denominata eſt, ab effigie ſandalii, hoc eſt ſoleæ, quam nonnulli Ichnuſam uocant, a ſimilitudine veſtigii, quod græce ἴχνος dicitur.

Sandaraca genus coloris, qui inuenitur in aurariis, & argentariis metallis, adulteratur ex ceruſa in fornace cocta, hæc ſi torreatur æqua parte rubrica admixta ſandicem facit, quanq; hanc herbam eſſe Virgi. ſcribit. Hoc noſe aiunt quidam ſignificari uernicem, cuius fumus præ cæteris dolorem dentium leuare dicit, ut eſt apud Auicennam. Græci σανδαράχην dicunt.

Sandix, icis. pe. pro. ſi Virgilio & eius interꝑti Seruio, nec non & quibuſdã creditꝰ, m. ſcu. gñis, herba eſt delicatæ olfacturæ, breui caule, & in aliis fœniculo ſiſis, ſunt qui dicant eſſe olus agreſte quod facile comedi põr. Virg. Sponte ſua ſandix paſcentes ueſtiet agnos. Prop. Illaq; plebeio uel ſi ſandicis amictu. Huius herbæ peculiaris ſuus, inqt Pli. lib. xii. q fatigato uenere corpi ſuccurrit. Naſcit in inſula maris rubri. Eſt & ſandix genus coloris, ex ſandaracha, & ceruſa factus, uel augẽ pigmentũ uſtum. A ſandix fit ſandicinus, a. um. ut color ſandicinus, q eſt flammeus, ex rubrica & ſandaraca factus.

Sanates ppli, qui ſupra infraq; Romã habitauerunt. Qd nomẽ ideo inditũ eſt, quia cũ defeciſſent a Romanis, breui poſt in amicitiã, quaſi ſanata mente redierunt.

Sanus, ꝓprie dr integer & incorruptus. A quo ſanitas incolumitas. Transfertꝰ quoq; ad animũ. Vnde dicimus, hoĩem ſana mente ſanoq; conſilio. Ex quo inſanus demens, q mentẽ nõ habet integrã. Et inſania ſtultitia, q̃ & inſanitas dr Ci. Inſipientia quaſi inſanitas, eadẽq; dementia. Et inſanio, pro decipio. Interdũ tñ ſanũ dr, qd ſanitatẽ ꝓbet. Siquidẽ dicimus ſanum aerẽ, & ſanum cibum, quaſi ſalubrem, & ſanitatem ꝓbentem.

Sano, as. ſanũ facio & redintegro & incolumitati reſtituo. Hinc fiunt cõpoſita conſano, quod ẽ ſimul, uel oẽs ſano. Col. lib. v. Et ſic uitis laniata ſcabrataq; putreſcat humoribus, nec plagæ conſanent. Reſano rurſus ſano. Lact. li. v. Quibus poſtea eiectis oẽs qui reſanati fuerit, adhærent religioni. Et habent penultimam productã.

Saneſco, ſanus fio. Col. li. vii. Sed uulnera facta interdum ſaneſcunt. Huius compoſita ſunt Conſaneſco, & reſaneſco. Idem li. v. Tũ etiã uitẽ minus cicatricoſam reddit, qm̃ id, ex quo uiride, & tenerꝝ decerptũ eſt celeriter conſaneſcit. Lact. lib. v. Non modo ſuſceptis deorum cultibus reſaneſcant, ſed etiam ut pertinaci obſtinatione depoſita corporis cruciamenta deuitent.

Sane aduerbiũ, qñq; affirmatiue ponit, ꝓ eo qd eſt certe ut ita ſane. Sane uero qñq; permiſſiue qñ aliqd aduerſario tribuimꝰ, ut ſit ſane ut uis, ꝓ eſto ut uis. Cic. Quid .n. cõmodi, qd nõ potius laboris hẽt? ſed habeat ſane, hoc ẽ in bona hora, aut in dei noĩe. Quin. Tulerit ſane filiꝰ nr̃ merito pœnas, dederit ſpũm ſupplicio, nihil de ꝓtentis loqmur. q. d. eſto, ita ſit, ut tu uis. Qñq; ponit, ꝓ ualide, qm̃ q ſanus eſt ualidus eſt. Sue. Bellũ ſane difficile geſſit. Iungit nonnũq; cũ &. affirmatiuaq; ẽ. Quin. Et ſane qs concipiat, uel declamantis habitũ, uel oris nis uocẽ, inceſſum, pronunciationẽ, illũ deniq; animi, & corporis motum. Item cum q̃. Gel. Sane q̃ utile eſt.

Sanies, ſanguis corruptus, quod quidam a tabo ſic diſtingunt, ut illud de mortuo, hoc de uiuo dicatur. Vir. Et ſanie, taboq; fluentes.

Sanguis, quod ſanguen neu. gen. ab antiquis dicebatur. Lucre. Viſceribus uiſcus gigni, ſanguenq; creari. Dicitur aũt ſanguis, qui eſt intra uenas, cruor fuſus, ſiue ſanies. Ponitur interdũ pro genere. Virg. Troiano a ſanguine duci audierat. Quo ad primum ſignificatum fit compoſitum exanguis. Quo ad ſecundum fit conſanguineus, licet ſanguineus aliud ſignificet.

Sanguen, modo ſanguis dicitur, modo arbor, cuius cortex ad ſanguinis ſimilitudinem rubet, a quo ſanguineus, a. um ut uirga ſanguinea.

Sanguineus, a. um. mõ ad corpus referẽ, & ſcat plenum ſanguine, mõ ad aium & ſcat crudelẽ cruentũq;. Apul. Immani, ac ſanguinea uoce perterruit. Modo ad arborem, & ſcat quod eſt ex arbore, quæ ſanguen appellatur. Pli. Si quis duas uirgas ſanguineas manu tulerit.

Sanguinolentus, idem quod ſanguineus. Var. Itaq; propter amorem imperii magiſtratus gradatim ſeditiõibus ſanguinolentis urbem perturbauere.

Sanguinarius, ſæuus, & crudelis. Cic. Itaq; grauem illam ac ſanguinariã uocẽ audiuimus, ſic ſanguinariꝰ homo dr a Seneca q gaudet humano ſanguĩe & crudelis eſt.

Sanguinaria herba dicta ẽſt, qa ſuccus eius infuſus naribus, ſupprimit ſanguinẽ. Col. li. viii. Eſt ẽt grauis pernicies herbæ ſanguinariæ, quã ſi paſta eſt ouis, toto uentre diſtendit, contrahit ꝙ, & ſpumã quandã tenuem tetri odoris exput, græci eam polygonon appellant.

Sanguinare eſt ſanguine manare. Quinti. declam. Tum repetitis ſanguinauere planctibus iam conualeſcentes lacerti. Et iterum. Mulier, quæ ſanguinantes adiudicem porrigit lacertos.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sanguiſuga, pe. p. uermis q & hirudo dī, & ſanguiſugia.
Sanguiculus ſanguis hædi ſiue ſuis in cibis formatus.
Pli. Vtunt ad utꝛaq uitiū & coagulo hædi in uino myrteo magnitudine fabæ poto, & ſanguine eiuſdem in cibum formato quem ſanguiculum uocant.
Sanga Cantabrorum fluuius.
Sangaris, fluuius Gallograeciæ, qui per Phrygiam defluens tandem in Propontidem influit.
Sanna p duplex nn. irriſio, q̄ (ut Hie. inqt) ab occipitio diſtorto ore, & labris cōtractis fit anterioꝝ dentiū oſtentatione. Quo uocabulo uſus eſt Iuue. Inúc, & dubita, q̄ ſorbeat aera ſanna Tullia. Hic ſannones, & ſannii, ut inqt Probus, q̄uis & ſanniones dicant, q ſic irrident. De ſanno, as. qd eſt per faſtidiū derideo. Subſanno, de quo alibi. Similiter ſannatores, qui eo modo irrident.
Santones, & ſantoni penul. cor. & ſantonici populi quidam Galliæ non longe a Toloſſatium finibus, quæ ciuitas eſt in prouincia, ut Cæſar com. i. ſcribit. Luca. li. i. Gaudetq amoto ſantonus hoſte. Iuue. Tempora ſantonico uelas adoperta cucullo.
Sannaus, lacus de quo Pli. li. ii. Lacus inquit Sannaus in Aſia circumnaſcente abſinthio inficitur, a Ptolomæo ſannis appellat. Apud græcos per ſimplex n, ſcribitur.
Sanſæ officula oliuarum. Col. li. xiii. Et cum eſt oliua in ſanſam redacta, tunc ſal coctus trituſq manu permiſcetur, cum cæteris aridis condimentis.
Sapa a ſapiditate dī, & eſt muſtū uſq ad tertiā partē (uel ut qdam uolunt) ad dimidiā decoctū. Vide in dictiōe defrutū. Græce hepſema ab ἑψεῖν, qd eſt decoquere dicitur. De hoc Mart. Et laletanæ nigra lagena ſapæ.
Sapio, is. ſapiui, ſapii, itum. pe. pro. uſ ſapui, ſapitū, pe. cor. ꝓprie pertinet ad ſenſum corporis, ut ſit ſapere, qd uulgo dī ſaporitū eſſe. Iuu. Qui meminit calidæ ſapiat qd uulua popinæ. Hinc ſapor & ſapidus. Aliqū ſape ſaporē habere, quod uernaculo ſermōe dicimus ſapere de la coſa, ut hoc ſapit hæreſim. Hie. ad Pamma. Simplices epiſtolæ tuæ olent prophetas, & apoſtolos ſapiunt. Tranſferē & ad aīm, pro ſapientē eſſe, ſeu rectā ſnīam, uel opinionē habere. Ter. Si ſapis, neq præter quas ipſe amor moleſtias habet, addas, & illas, quas habet recte feras. Aug. li. i. ciui. dei. Tribulationis tempore probauerunt, q̄ recte ſapuerint. Mar. Nubere uis Priſco? non miror Paula, ſapiſti. Qſiq datiuo iungitur. Plaut. in Tri. Haben tu amicum, aut familiarem, cui pectus ſapiat. Ali quando abltō. Plaut. in Epi. Sapit hic pleno pectore. i. plenum pectus habet ſapientia. Huius compoſita ſunt Deſipio, & Reſipio. Vide in dictione Reſipio.
Sapiens tribus modis dī, Primo qui ſcientiam aliquam optime tenet, ut Ariſtoteles in philoſophia. Accili⁹ in iure ciuili. Scdo q per longam ætatē reꝝ multaꝝ cognitionē adeptus eſt ut Cato. Tertio, q circa præcepta bene uiuendi & cognitionē uerſatur, ut fuit in Lelio.
Sapientia eſt rerum diuinarū, atq humanaꝝ ſcientia. Aliter, Sapientia eſt intelligentia, uel ad bonū rectūq faciendū, uel abſtinentia delictoꝝ factorumq improboꝝ, græce Sophia dī. Et qui eam profitē, ſophus hoc eſt ſapiens appellatur: Quod nomen inditum fuit illis ſeptē clariſſimis uiris. ſ. Thaleti mileſio. Soloni ſalaminio, ſeu athenienſi. Chiloni lacedæmonio. Pittaco mitylenæo. Bianti prienæo. Cleobolo lyndio. Periandro corinthio. Sed poſtea Pythagoras primus non ſophū ſe, ſed ꝑhum appellauit, hoc ē nō ſapientē, ſed ſapientiæ amatorē. Et ſapientiam ipſam non ſophiā, ſed ꝑhiam nuncupandā exiſtimauit, ꝙ nullus hoīum, ſed ſolus deus ſapiens eſſet. Et ſapientia q̄ nunc ꝑhia dī, ſicut ſapiētes olim q poſtea ꝑhi. Ariſtoteles fontem eſſe putat, atq principium rerum metaphyſicarum, poetæ tū pro aſtutia & ſagacitate ponere ſolent, quod etiam diuus Hier. in ueteri inſtrumēto uſurpauit, cum dixit. Erat ibi ſerpens ſapientior omnibus beſtiis.
Sapor qui ſapit. Saporum uero decem ſunt genera, ut docet Plin. ſ. dulcis. ſuauis. pinguis. amarus. auſterus. acer. acutus, acerbus. acidus. & ſalſus. Idem Pli. exiſtimat omnibus animalibus ſenſum guſtus eſſe. Tria uero eſſe naturæ rerū elementa. ignem. aerem. aquam. ſine ſapore, ſine odore, ſine ſucco.
Sapidus, a. um. qd gratū ſaporē hēt. Cuius contrariū eſt inſipidus, ſine ſapore, ut caſeus inſipidus, uinū inſipidū.
Saperda dici poteſt ſapiens elegans. Var. Omnes uidemur nobis eſſe belli, feſtiui, ſaperdæ, cum ſimus canopi. Et ſaperda genus eſt conchæ, mali ſaporis. Et non nunq̄ pro ſterquilinio ponitur. Per. Et quid agam rogitas? en ſaperdam adueho ponto.
Sapros græce, id eſt σαπρός latine caſeus putris dicitur, qui ad multa, ut Plinius probat utilis eſt.
Sappho, p p. ante ph. nomē mulieris uatis. Ferūt nōnulli fuiſſe duas hoc noīe, quaꝝ una Ereſia, q̄ & antiquior, lyrica, q̄ tēpeſtate Alcæus claruit, Terpſichorus, & Pittacus tpe Tarqnii priſci. Ea plectꝝ pria inuenit. Scripſit lyricos modulos, epigrāmata, elegias, iābos, & monades. Altera Mitylenæa lōge iunior, cuius pulcherrimū opus ad amicū Phaonē extat. Scripſit & alia multa apud græcos, ut merito nona inter lyricos poetas annumerē. Antipater āt Sidonius de ea ſic ſcribit. μνημοσύνα μ' ἔλε θάμβος ὅτ' ἔκλυε τᾶς μελιφώνω ⟨ϝ⟩αοιδοῦ, μή τι κάτα μοῦ ⟨ϝ⟩ἔχοισ βροτοί. i. Mnemoſyné matrē muſarū cepit ſtupor, q̄n audiuit dulciſonā uocem Sapphus nunquid decimam muſam habent mortales.
Sappinus, pe. pro. uocatur pars inferior abietis quæ enodis eſt, ſicut ſuperior quæ nodoſa eſt duriorq fuſterna, unde Cato præcipit prælum ex ſappino. i. abiete enodi, quæ pars a terra eſt.
Sapphirus, per p. ante ph. & pe. pro. lapis precioſus, coloris aerei. Vnde fit ſapphirinus, a. um. Hier. in Exo. Sub pedibus eius, quaſi opus lapidis ſapphirini.
Sapphiratus, ſapphiris maculatus, & uarieganter intexus. Sido. Ac ſi ſub uerſicoloribus figuris uernans hebida cruſta ſapphiratos.
Sanqualis auis quam quidam oſſifragam appellant de qua Pli. Sanqualem auem atq immuſulum augures Romani magnæ quæſtioni habent.
Sarra nomen uxoris Abraæ, & nomē ciuitatis, q̄ poſtea Tyrus dicta eſt, a qua ſarranus. Sed id quoq nomen a piſce quodā accepit, qui illic abūdat, & Sar illa lingua uocat, ex cuius ſanguine ſericū in purpuram tingebatur. Eſt & Sarra īſula Epiros, a qua ſarrana etiam dīr.
Sarranus, a. um. qd ex Sarra tyro eſt. Vñ ſarranæ ueſtes tyriæ dictæ ſunt, q̄ & Oſtrinæ, & purpureæ. Vir. Et ſarrano dormiat oſtro. Iu. Aut pictæ ſarrana ferentē Ex humeris aulæa togæ. Et ſarranus, q eſt ex Sarra inſula.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sarnus fluuius Cãpaniæ oriens a ſarano mõte, inter Põ peianum agr̃,& Salernũ, iuxta oppidũ Sarni in tadicibus mõtis poſitũ,a quo Saraſtes populi ſunt cognoiati. Vir. Saraſtes populos & quæ rigat æquora Sarnus.

Sarraca nomen eſt duarum urbium,quarum una eſt in Media,alia in fœlici Arabia.

Sarraceni populi poſt Nabatheos, a ſarraca, ut Stephanus inquit,quæ pars eſt Arabiæ.

Sarracũ, uehiculi genus, quo ligna & lapides uehi conſueuerunt. Iuue. Longa coruſcat Sarraco ueniente abies. Idem. Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ.

Sarraballa, chaldaicũ neu. geu. & nu. plis ſunt brachæ ut apud Danielẽ prophetã. Vñ Hie. apud eundẽ. Sarraballa lingua chaldæorũ nõ ſarabra ut corrupte legit ſũt crura boũm & tibiæ,& ẽt brachæ, q̃bus crura teguñ & tibiæ q̃ crurales & tibiales appellatæ ſunt. Quidã dicunt eſſe fluxas ueſtes & ſinuoſas, quæ a germanis rhenones dicuntur,ueſtes pelliceæ,q̃bus in caſtris utuntur.

Sarcaſmos latine dicitur iocus cũ amaritudine, ut apud Vir. Referes ergo hæc,& nuntius ibis Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta, Degeneremq̃ Neoptolemũ narrare memento.

Sarcarius fluuius eſt quẽ in Phrygia eſſe aiunt quidam.

Sarcina,pe.cor. ꝓprie utenſiliũ eſt, & eor̃ quæ ad cultũ, & ad cæter̃ uſum pertinẽt,ueluti faſcis, quẽ quis in itinere faciendo comportare poſſit. Hinc milites,cum caſtra mouere uolunt,ſarcinas colligere dicuntur. Et q̃ in aliam domum remigrant, ſarcinas ſuas componere ſolent, Res noſtras etiam domi ciſtis capſiſq̃ cõpoſitas etiam ſarcinas uocamus. Quin. Iacent relictæ ſine hærede ſarcinæ. Per tranſlationem quando q̃ ſarcina ponit̃ pro inutili onere. Aug. Et hanc corporis ſarcinam aliq̃n deponerem. Huius dimin. eſt ſarcinula.

Sarcino, as. ſarcinas ſumo. Interdum ſarcinare capitur, pro ſuere. Lucil. Sarcinatorẽ eſſe ſummũ, ſuere centonem optime. Huius compoſitum eſt conſarcino,quod eſt ſarcinas colligo, quod uernacula lingua dicimus enfardelare,o aſamare. Gel. li.i. Verſus hi ſunt Cæcilii truncã quædam ex Menandro dicentis, & conſarcinãtis uerba tragici tumoris.

Sarcinatrix mulier,q̃ ueſtes ſuit,idem ſarcinator efficit.

Sarcio,is.iui.tũ. & ſarxi,ſarctũ, ꝓcat integr̃ facio. Vnde ſarctores dicti ſunt,q̃ ueſtes ſarciunt,& ſarcta tecta opera publica,quæ locant̃,ut integra ꝓſtentur. Et ſarcte integre. Item ſarcire cõponere, tractũ a ueſtibus quæ diſſutæ ſarciuntur. i. componuntur,per tranſlationem ponitur pro damnum ſoluere. Pacu. Tu damni noſtri cauſa fuiſti,tu nobis ſarcito,ut debes. Hinc cõponitur Reſarcio, pro inſtauro, & quaſi nouam formam induco.

Sarcta tecta. Vide in dictione Sarcio,de quo modo.

Sarcimen ſutura. Apuleius. Tunc tenui ſarcimine ſummas oras eius adæquauimus, & iuncturæ rimam ſetæ denſitate ſepimus.

Sargacæ ꝓpr̃i (Pompo. auctore) ad Mæotidẽ quor̃ oppida Murmetion. Panticapæũ. Theodoſia. Hermiſiũ.

Sarrio,is.iui.itũ. ſignificat ſarculis fodio,purgo, quod fit cum ſeges leuiter ſcalpendo, & raſtris a noxiis herbis purgamus. Plau. Semper occant, priuſq̃ ſarriunt ruſtici. Pli. lib. xviii. Qui ſarriet,caueat,ne frumenti radices ſuffodiat. Hinc componitur Reſarrio, quod eſt rurſus ſarriõ. Idem. Cum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerunt reſarrientes campos.

Sarculum genus raſtri, hoc eſt crates illa dentata quæ ſubtrahit̃ ſatis,a ſarriendo, uel ſerendo, ut inquit Var. Alii putãt eſſe ligonem, ſeu quam uulgus uannam uocat. Hor. lib. Car. Gaudentem patrios findere ſarculo.

Sarculo,as. ſarculo fodio. Colum. libr. vi. Primo plantæ ſarculari debent,ita ut ſimplex ſtilus altitudinem maxime ſcrobis excedat.

Sartor,purgator. Plaut. in Cap. Sator ſartorq̃ ſcelerum, & meſſor optime. Non ſolum autem a ſarciendo, ſed a ſarriendo etiam dici putant.

Sartura,ipſa purgandi actio. Pli. lib. xviii. Sartura nocere,& uineæ,& ſegeti exiſtimatur.

Sarritor,pe. pro. qui ſarrit. Col. li. ii. Tritici modii quatuor, uel quinq̃ bubulcor̃ operas occupant quatuor occatoris unam ſarritoris duas. Sarritura purgatura.

Sarcophagus pe. cor. latine carnẽ comedens dr̃. Pli. Sarcophagus lapis eſt fiſſili uena,corpora defuncto r̃ condita in eo abſumi intra quadrageſimũ diem cõſtat exceptis dentibus. Ideo nomen habet a carne edenda, σὰρξ ϕάγος eñ caro eſt ϕάγω comedo. Vnde conueniẽter pro ſepulchro poni conſueuit. Iuue. ſaty. x. Vnus pellæo iuueni non ſufficit orbis, Æſtuat infœlix angu-ſto limite mundi, ut Gyari clauſus ſcopulis, paruaq̃ Seripho. Quum tamen a figulis munitam intrauerit urbem, ſarcophago contentus erit, mors ſola fatẽr Quantula ſint hoĩm corpuſcula. De eo lapide ſic ſcribit Celſus. Lapis etiã qui carnem exedit, quem ſarcophagon græci uocant. Sed quando de ſarcophago facta eſt mẽtio, ſubiit mihi monere locum illum apud Plautum in Amph. eſſe corrigendum, ubi legitur, hæc illa ſarcam geſtat, tu ſcribe ſic, hæc ſola ſana reſtat meorum familiarium, ſequitur eñ, immo oñes ſani ſunt profecto, dicit enim Amphitryo omnes familiariũ eſſe inſanos, quum ab eis non cognoſcatur, præterq̃ ab Bromia, quam ſolam dicit reſtare ſanam. facile eñ fuit ſarcam pro ſanam ſcribere, ſic etiam locus ille in Aſinaria eſt caſtigandus, ubi ſcriptum eſt. Vides meam ante mergere, ſic enim correximus nos, uides me amantem egere, ſcilicet uiginti minis, de quibus ante meminit. Augu. lib. xviii. de ciui. dei. Quia. n. arca, in qua mortuus ponitur, quod oẽs iã ſarcophagum uocant, σωρὸς græce dicitur, a noſtris pro ſepulchro uſurpatur.

Sardanapalus, pe. pro. ultimus Aſſyriorum rex, de quo Iuſti. li. i. Fuit hic oĩs generis luxuriæ deditus, nec erubuit inter ſcortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnis laſciuia anteire. Quamobrem indignati Aſſyrii tali fœminæ parere, duce Arbace deſciſcẽtes bellum Sardanapalo intulerunt. Qui uictus intra regiam ſe recepit,& extructa pyra,ſe atq̃ diuitias in incendiũ miſit. Hic fuit a Nino trigeſimus rex, ut inqt Diod. li. iii. bibli. Et moriens cõdidit hoc Epitaphium. Ede. bibe. lude. Et cum te mortalem noris, præſentibus exple deliciis aĩum, poſt mortẽ nulla uoluptas. Iuue. Et uenere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

Sardanis, uir Lydius, qui Croeſo ſuadere conatus eſt, ut Perſis bellum inferret.

Sardis tñ ꝓpr̃ urbs Lydiæ magna, poſterior troianis rebus,& Croeſi regia. Hora. Quid concinna Samos, quid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Croesi regia Sardis. Terminat aũt ntrũ & actũm in is. productã, quomodo Trallis, & syrtis. Ex Sardibus fuere duo Diodori oratores, quoꝝ iunior Strabonis amicus fuit & historias scripsit, & poemata. In Sardibus eccl'ia fuit una ex septem Asiæ quarum Ioannes meminit.

Sardinia insula in Tyrrheno, seu Ligustico mari, a Sardo Herculis filio, sicut Strabo & Solin. scribunt, q e Libya ueniens, cũ multitudine colonoꝝ insulam occupauit, cũ antea Sãdaliotis appellaret ab effigie soleæ, quã græci Sandalion uocant, & Ichnusa a similitudie uestigii, quod græce dr Ichnos. Huius latitudo est millium passuũ xcviii. Longitudo ccxx. quanq̃ alii stadia multa adiiciant, sunt qui dicant eam ab oriente centum octoginta millibus patere, ab occidente clxxv. a meridie lxxvii. septentrione cxxv. Mirum in ea insula, neq; lupũ gigni, neq; serpentẽ reperiri. Habet ciuitates multas, sed olim præclarissima Calaris est, ubi coraliorum piscatio est. In qua diui Augustini patris mei ossa tam diu conquieuere, quoad ab Helitprando rege Papiam translata sunt. Hæc ciuitas Iole a priscis appellabatur, ab Iole illa, quam Hercules perditissime amauit, Insulam Pœni occupauere, sed a Romanis pulsi, tandem primo bello punico amisere. A Sardinia, Sardus, Sardous, & Sardinensis adiectiua fiunt.

Sardinenses, qui sardiniam incolũt, ut ibi negocientur.

Sardi indigenæ, qui in sardinia nati sunt.

Sardous, a. um. possessiuum. Ouid. lib. iiii. Fast. Sardoaq; regna sinistris respicit a remis.

Sardoa herba apiastro similis, quæ nascitur in Sardinia, & in fontium defluuiis largius prouenit, ea si qs uescatur, neruos contrahit, & rictu diducit ora, ut qui moriuntur, ueluti ridentium facie intereant.

Sardonyx sardonychis, pe. cor. sicut onyx, onychis, a quo cõponitur tã masc. q̃ fœm. gen. Componit. n. ex sardo, q lapis fuit in Sardinia primũ comptus, coloris rubei, & onyx gemma, cui est cãdor subcandidus, unguis humani similitudine, quasi utriusq; colorẽ obtineat. Iuue. In manibus, densi radiant testudine tota Sardonyches. Persi. fœ. genere dixit. E natalitia tandem cũ Sardonyche albus. Dr & sardonychus, & Sarda. Iuuen. Arguit ipsorũ quos Ira gemmaq; princeps Sardonychus. Pli. Ediuerso ad hæc Sarda utilissima, quæ nomen cũ sardonyche communicauit, ipsa gemma uulgaris, & primum Sardibus reperta. Ptolomæus sardonychem, a Sardonyche Indiæ monte deriuari scribit.

Sardonycatus, sardonyche ornatus. Marti. Cuius & hinc lucet sardonycata manus.

Sardo, as. antiqui pro intelligo usurpabant. Neuius. Qd' bruti nec satis sardare queunt.

Sarepta, urbs sidoniorum, ubi diuinus uates Helias esu rientem uiduam miraculo pauisse creditur. Hinc Sareptanus, a. um quod est ex Sarepta. Sidonius. Vina mihi nõ sunt gazetica chia, falerna, Quæq; sareptano palmite missa bibas.

Sariphus, mons inter margianam & ariam dilapsus.

Sari, neu. generis genus herbæ quæ prouenit in aqua, radice dura intortaq; ferrariis officinis utilis. Theophr. li iiii. Tria in Ægypto celebrant, papyrum, sari, mnasi.

Sarmenta uirgulæ uitiũ supuacuæ abscisæ. Inde sarmẽtitius, a, um. qd' est ex materia sarmentoꝝ. Col. li. ii. Verum uulnera eius sarmentitio cinere liniẽda sunt.

Sarmẽtus nomen uiri propriũ qui scurrilitate claruit.

Sarmatæ populi scythiæ iuxta Danubiũ, in Mæoticam paludẽ uergentes, q a græcis Sauromatæ dr, & regio eoꝝ sarmatia dr. Pli. li. iiii. Sauromatas gentes scytharum græci uocãt, quas sarmatas romani dicunt. Dicti sauromatæ ab oculis lacertarum, σαῦρος. n. lacerta est, ὄμμα oculus. Vtunt' plaustris pro domibus, pascunt'q; lacte equino. Vñ quidã eos ἱππομόλγους, hoc est equoꝝ mulsores. Alii ἀλακτοφάγους. i. lactifagos uocãt. A Sarmatia fit sarmatis, tidis. Oui. Terreat haud manes sarmatis umbra meos. Sũt aũt duæ sarmatiæ, ſm Ptolomæum, quaꝝ una est in Europa, quæ (ut li. iii. scribit) a septẽtrione oceano terminat', ab occasu parte germaniæ, a meridie Iazygibus metanastis, in ea est Olbia, quã nunc Russiam, & Tartariam esse crediderũt. Altera Sarmatia est in Asia, ut idem li. iiii. refert. quæ a septentrione terra incognita terminat', ab occasu sarmatia Europæ, & Tanai fluuio. In ea sunt caucasii mõtes.

Sarissa hasta p̃longa. Liui. li. xxvii. Prælongas hastas macedones sarissas uocant. Suid. σάρισσα εἶδος ἀκοντίου ἑλληνικοῦ δόρυ μακρὸν πρὸς μακεδόνα. Helianus docet Sarissam ee lanceã qua utit' phalanx macedonica longitudine xiiii. cubitoꝝ quoꝝ duo manus cõtinent, reliq̃ xii. prominent, inde sarissophori qui sarissas gestant.

Saronicus, sinus est contra corinthiacum Isthmũ habẽs nomen a Saron, quod quercum significat, de quo Plin. lib. iiii. Sinus saronicus olim querno nemore redimitus, uñ & nomẽ ita græcia antiqua appellante quercũ.

Sarpa uinea putata. Nam sarpere antiqui pro purgare usurpabant.

Sarpedon, pe. pro. rex Lyciæ, qui Troianis aduersus græcos tulit auxilium.

Sartæ ppli sunt Europæ, scythiæ contermini, q (ut Pomponius ait) ob sæua hyemis admodum assidue demersis in humum sedibus, specus, aut suffossa habitant totum brachati corpus, nisi qua uidẽt, etiam ora uestiti.

Sartago patella in qua caro frigitur, a σήρω quæ caro est nomen assumpsit, latine frixorium dicitur ab ipso frixationis sono, quia crepitum confusum in frictu emittit. Hiero. in lib. Macha. Iussit ignem admoueri, & ad huc spirantem torreri in sartagine. Apud antiquos etiam ad alios usus adhibebatur.

Sarsina uetus ciuitas i Æmilia. ex qua Plautus poeta comicus ortus est.

Saso, insula quæ a Brundusio quinq; millia passuum distat, inde in Epirum totidem distat, ut ait Strabo.

Sason, onis, pen. prod. fluuius de quo Silius. Adriaci fugite infaustas sasonis arenas. Et alibi. Expauit sonitus tremefacto littore Sason.

Sathanas interp̃tatur aduersarius. Quo nomine appellatus est diabolus, q̃ Christi aduersarius sit. Quicquid eñ animæ ad Deum tendenti resistit; & aduersatur, & quicqd paci contrariũ est hoc sathanas esse nominat'. Sicut legit' in Regnoꝝ libris, quia suscitauit Deus Salomoni sathanan aduersus eum qui erat pacificus.

Satarchæ ppli in Scythia, qui (ut Solin. refert) damnato auri & argẽti usu se a publica auaricia abdicauere.

Satis aduerbium & per apocopen sat significat abunde, quantum opus est. Cicero libro artis ueteris. Longum est, quod

eſt,quod pluribus ſententiis,ultra q̃ſatis eſt producitur Aliq̃ ponitur loco noīs,ut ſatis eloquẽtiæ habeo. Sic etiam noīa p aduerbiis ponunt,ut ſpõte ſua mane nouũ. Et cum ſatis ſignificet quantitatẽ,ſatius tñ comparatiuũ qualitatẽ denotat,quia deriuatiuũ nõ ſemp ſeruat ſenſum primitiui. Virgi. Nonne fuit ſatius triſtis Amaryllidis iras Atq; ſuperba pati faſtidia. i. melius.

Satin,pro ſatiſne. Teren. ſatin ſana es.

Satiſaccipio dictũ eſt eodẽ modo quo & ſatiſfacio. Vñ & ſatiſacceptio,quæ eſt (ut Pompo. inqt) ſtipulatio q̃ ita obligat promiſſorem, ut expromiſſores quoq; ab eo accipiantur,ideſt qui idem promittant.

Satago,is.pe.cor.ex ſat,& ago cõpoſitũ uidet,uñ ſategiptũ,& ſatactum ſupinũ facit. Et eſt ſatagere anxium eſſe,quod uulgo dī ſatis habeo quod agã Ter. in Heau. Nam hic Clinia,& ſi is quoq; rerũ ſuarum ſatagit,attñ habet bene & pudice educatã,ignarã artis meretriciæ. Aliquando ſignificat diligentẽ eſſe,ſeu feſtinare diſcurſare in actione reꝝ ſuaꝝ. Plau. in Aſi. Nunc ſatagit,adducit domũ ei ultro,& ſcribit nũmos. Aliquãdo inniti ut in hymno, Magne pater Auguſtine preces noſtras ſuſcipe,& per eas conditori nos placere ſatage.

Satagytæ. populi in Aſia ſcythica,ut li.iiii. teſtat Herod.

Satiſdo,is.ſignat fideiubeo, ꝓmitto per uadẽ,ſiue fidem meã pignori do,& re ipſa certifico. Cice. Sulpi. Primũ ut ſi quid ſatiſdandum erit,amplius eo noīe peti cures ut ſatiſdet fidei meæ. Caius. Satiſdatio eodẽ modo appellata eſt quo ſatisfactio. Nã,ut ſatisfacere dicimur ei cuius deſyderiũ implemus,ita ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro aliquẽ dare,q pro eo quod a nobis petit, ita caueat,ut eum hoc nomine ſecurum faciamus.

Satisfacio,tantum facio,q̃tum ſatis ſit irato ad uindictã inquit Aſco. Et conſtruitur cum datiuo,ſed cum pro punio ponitur actiũ poſtulat. Cice. ad Heren. Non cõuenit cẽſores iſtũ ſatisfacere,ex eo q̃ ait ſe nõ potuiſſe ita adeſſe,ut iuratus fuerat.

Satiſpræſto,as.idem eſt quod ſatiſdo.

Satio,as.a ſat deduci uidet,& ſaturo ſeu expleo ſignificat pertinetq; ad oēs ſenſus,& frequẽter ad aīum. Cice. in Cato. Satiari delectatiõe nõ poſſum,ut meæ ſenectutis requiẽ oblectamentũq; noſcat. Ad corpꝰ uſus eſt Col. li.ix. Satiatq; ſemodius cibi in diebus ſingulis uicẽos & centenos turtures. Hinc componit exatio. Satiabilis,q ſatiari põt facile,cuius contrariũ eſt Inſatiabilis. Salu. Auaritia iſatiabilis eſt,neq; copia neq; inopia minuit.

Satietas a ſatis fit,& plærunq; pro faſtidio ſumit. Cic. in Cato. Oīno ut mihi quidẽ uidet,ſtudioꝝ oīum ſatietas facit uitæ ſatietatẽ. Dī & ſatias ꝓ ſatietas. Teren. in Eu. Ex meo propinquo rure hoc capio cõmodi,neq; agri neq; urbis odiũ me unq̃ ꝓcipit,ubi ſatias cœpit fieri cõmuto locũ. Salu. Hi ſaltibus occupatis externoꝝ agros inuaſere,frumentiq; ex inopia graui ſatias facta.

Satur,a.um. quod eſt cibo plenum. Teren. in Hecy. Sed tu cum ſatura,atq; ebria eris,puer ut ſit ſatur facito. Sumitur Interdum pro fœcundo & abũdante. Perſi. Nec rus ſaturum laudare. Vir. li.ii. Geor. Saltus,& ſaturi petito longinqua Tarẽti. Vbi Ser. Saturi aut fœcũdi aut quod eſt iuxta oppidum ſatuꝝ,Tarentum enim & ſaturum uicinæ ſunt Calabriæ ciuitates.

Saturo,as.pe.cor. ſicut ſatio capitur. & ſimiliter ad oēs ſenſus ꝓtinet. Cicero. Iracundiã meã ſatura tuo ſanguine. Noni. Expleri & ſaturari hanc habẽt differentiã. Expleri eſt tũmodo plenum eſſe Saturari ſupra modum Cice. li. vi. de repu. Graues eñ dominæ cogitationum libidines infinita quædã cogũt atq; imperãt,quæq; expleri,atq; ſaturari nullo mõ poſſunt. Exaturo,qd eſt p fecte ſaturo. Apul. Sed ille libidine exaturatus iacebat in grabatulo. Obſaturo,de quo alibi. Hĩc ſaturitas pro ſatietate. Plau. in Cap. Proin tu deum hunc ſaturitate tranquillũ facias tibi. Quãdoq; pro fœcunditate. Cice. in Cato. Neq; ſolum officio,q̃ hominũ generi uniuerſorũ cultura agroꝝ eſt ſalutaris,ſed etiam delectatiõe quam dixi,& ſaturitate,copiaq; reꝝ oīm quæ ad uictũ hominum,& ad cultum etiam deorum pertinent,

Satullo,as.idẽ qd ſaturo. Var. Neq; in puluere coquã carnes,quibus ſattullem corpora,& famem uentris.

Saturnus a poetis fingitur deus,q̃ annis ſaturet, uel qa ſe in deuorãdis filiis ſaturauit. Ex ſe enim natos comeditſſe fingit,quia cõſumit ætas tempoꝝ ſpacia,anniſq; præteritis iſaturabiliter expletur. Ouidi. Tempus edax rerum,tuq; inuidioſa uetuſtas Omnia deſtruitis,uitiataq; dentibus æui Paulatim nigra conſumitis omnia morte. Vnde a græcis cronos dicitur,quod tempus deſignat. Alii pħi interpretantur ſaturnum cronon uelut a ſatietate intellectus eo q̃ græce ſatietas κόρος intellectus uero,ſiue mens νοῦς dicitur, ut ſit nomen cõpoſitum ſaturnus ex prima parte latina & poſteriore græca,ipſa ſatietas mentis. Sũt qui ſaturnum,a ſatu deducant,q̃ peritiam ruris,& fatoꝝ omnium primus edocuiſſe fertur. Quidã a uerbo quod græci dicunt σάτηρ quo uirilia ſignificantur,q̃ patris pudenda abſcidiſſe, atq; in mare proieciſſe dicit. Vnde Venerem ꝓcreatã ferunt,q̃ a ſpuma unde coaluit Aphrodites nomen accepit. Hinc ſaturnius. a.um. ut Iuno ſaturnia,q̃ fuit filia ſaturni. Verſus quoq; quos olim fauni uatesq; canebant ſaturnios antiqui nominabant ut ait Varro.

Saturnia ſubſtantiuũ nomen regionis,& nomen oppidi Vir. Ianiculũ huic,illi fuerat Saturnia nomẽ. Editora etiã loca (ut Diod. ſcribit) ſaturnia dici conſueuerunt Poſidippus aũt poeta in epigrãmatis ſcribit Lyſippũ ita feciſſe iter alia q̃ ſcribit habitũ Saturni, πῶλε λ' ἀπ' ἄκρα ἐβνκας; ἀεὶ ϝοχέω. τὶ λέ ταρσοὶ πτανὰ ἔχεις ἀΦυεῖς; ἵππαμ' ὑπηνέμιος. χερὶ λὲ δεξιτερῆ τὶ φέρεισ ξυρὸν; & ſubdit, ϗ λὲ κομᾷ τὶ κατ' ὄϕιν; ὑπαντιάζων λαξὲ θαμ. γὴ λία τ' ἀξόπιθεν πέδοτι Φαλακρὰ πέλει;

Saturnalia. orum,feſta ſeptem ſeu quinq; dierũ menſe decembri ſaturno dicata,erãt pleni læticiæ,in quibus Romani ſyntheſin ueſtem ſumebant. Dies quoq;,quibus munera ultro citroq; mitti remittiq; ſolebant ſaturnalia,ſeu ſaturnalitia dicebantur. Sue. in Augu. Saturnalibus,& ſi quando alias libuiſſet, modo munera diuidebat,modo nummos omnis notæ.

Saturnalitia abſoluto nomine a Tertulliano dñr, quas Hiero. Saturnalium ſportulas uocat.

Saturnalitius. a.um, quod ad ſaturnalia pertinet. Mar. Saturnalitiæ ligulam miſiſſe ſelibræ.

Saturniniani hæretici a ſaturnino quodam nominati, qui turpitudinem ſiminianam in Syria confirmaſſe perhibetur,qui etiam mundum ſolos angelos ſeptem ptæter conſcientiã dei patris feciſſe dicebat.

A

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Satur ea herba fragrantis odoris, quæ & cunila dicit, & origanũ heracleoticũ, a saturo dicta, ꝙ nullũ fere cõdimentũ sine ea fiebat, ꝓpter quod saturitatem inducere uidebat. Colu. Et satura thymi referens thymbræq; sapore. Alii thymbrã uocãt. Venerẽ emortuã suscitat in cibis sumpta. Vñ exgræco, ut quidã uolũt nomẽ sibi uẽ dicauit, q̃si satyrea ut satyri in uenerẽ proni & salaces.

Saturũ urbs Calabriæ fuit, nõ longe a Tarẽto. Vnde satureianus. a. um, possess. Hora. Me satureiano uectari rure caballo. Quidã etiã satyræ scribũt. Vnde & nonnulli agrũ in quo Tarẽtũ cõditũ est, Satyrã uocari affirmãt.

Satelles, miles mercede conductus, ut ab imperatoris latere non discedat. Et satelles, qui sentibus capiendis ꝓ est, qui & apparitor dicitur.

Satellitiũ ipsa satellitũ actio. Aug. li. v. cõfes. Procuraui aliam, nõ utiq; coniugẽ, quo tanq̃ sustentaret, & produceret, uel ĩteger, uel auctior morbus animæ meæ satellitio perdurantis consuetudinis in regnum uxorium.

Satrapa pe. cor. dictio persica, & apud nos significat præfectum ac ducẽ. Suidas. σατραπεία ἐπαρχία, σατράπης δὲ σατράπου εἶδος ἀξιώματος. Vnde & satrapiæ dicuntur quasi parua regna quibus satrapæ præerant.

Satyri pe. cor. dicti sunt, qui in libidinẽ semper proni sũt, a uirili mẽbro, quod ueteres græci σάτυρον appellabant Hi sunt (ut Plin. li. v. ait) aĩalia quadrupedia, in subsolanis indoꝛ mõtibus perniciissima humana effigie recte currentia. Veteres huiusmodi mõstra pro syluestribus diis coluerũt. Vñ Hie. Vidit homunculũ inquit, aduncis naribus & frõte cornibus aspera, cui extrema corporis in capraꝛ pedes desinebant. Et præmisso signo crucis, cum quisnam esset, interrogaret Antonius. respondisse fertur. Mortalis ego sum unus ex accolis eremi, quos uano errore delusa gentilitas faunos satyrosq; & incubos appellat. Sunt etiam satyri ex simiarũ genere Soli. Sũt & quas uocant satyros facie admodum grata gesticulatis iquietæ motibus.

Satyriasis, pulsus testiũ, & uelut singultus quidã inguinis sequẽs inflammatã quãdã passionẽ seminalis recepta culi, cũ intensione & tentigine. Quod si nõ cessauerit pulsus ille, solent seminis receptacula intendi, uel spasmus nasci. Qui morbꝰ etiã priapismus dr. (uiuens.

Satherona aĩal ambiguum in humore pariter & in sicco

Satyrion herba foliis lilii rubri aliquãto minoribus, tribus non amplius a terra exeuntibus, caule leui cubitali radice gemina, hanc arabice castalce uocant, orchis græce, quæ uox testiculum denotat, latine uulpis testiculus, uel leporina.

Satyriacum signũ simulachrum priapi, quod in hortis apud antiquos ponebat. Plin. lib. xix. Est & religio quædam hortoꝝq;, & fores tñ cõtra inuidẽtiũ effascinationem dicari uidemus, in remedium Satyriaca signa.

Satyria auis, coruus. Lucius Florus. Cũ singulari certamine Manlius aureũ torquem barbaro inter spolia detraxit, Inde torquati. Itẽꝫ Põtino agro, cum in simili pugna L. Valerius insidẽte galeæ satyria alite adiutꝰ. Inde Coruini. Satyria etiã apud latinos cibariũ confusaneũ dicitur. ueluti cibus ex uariis rebus compositus.

Satyra pe. cor. quasi satura dici ur, ob carminis uarietatẽ seu ꝓpter copiã rerũ q̃ ibi tractantur. Est em̃ satyra carmen maledicũ, & ad carpenda uitia compositũ quale scripserunt Lucil. Horatius, Iuuenalis. Persius. Accepit enim id carminis hunc titulum, ꝙ personis factisq; satiatum abundare uideat. Quidam a satyra lance, q̃ referta multis uariisq; primitiis, in sacrificiis diis offerebatur. Alii a lege satyra dictam existimãt, q̃ uno rogatu multa simul comprobat. De qua lege Salu. in Iugur. Deinde quasi per satyram sententiis exquisitis, in dedi tionem accipitur. Var. a quodam farciminis genere, quod multis rebus reficiebat dictam satyram esse scribit. Vnde in secundo libro Plautinarum quæstionum habetur, Satyra est uua passa, & polenta, & nuclei pinei ex musto conspersi. Sunt q̃ a satyris deriuent, ꝙ in hoc genere carminis res ridiculæ pudendæq; scribunt quẽ admodum proferri a satyris solent. Dona. in Terẽ. Deinde aliud genꝰ fabulæ. i. satyra sumpsit exordium, q̃ a satyris quos illotos semper ac petulantes esse legimus uocitata est. Põt etiam dici satyram ideo uocatam, ꝙ in antiqua satyra introducebãtur satyrarum personæ aut si quæ erant ridiculæ similes satyris Duo quippe satyrarum genera fuisse constat. Alterum antiquius, qd̃ sola carminum uarietate constabat. Alterũ recentius apertam hominum reprehensionem continens. Hinc satyrus, & satyricus, pro eo qui satyrã scripsit. Satyrice aduerbium significat acriter cum conuitio.

Satus, a. um. a sero. is. fit, pro semino. Vnde etiam a Virgilio ponitur pro genitus.

Satus. us. & satio. onis. ipsum serendi actum denotãt. Pli. li. xvii. Quapropter de talearũ satu nũc dicendũ. i. plantatione. Quandoq; etiam satus semen dicitur.

Satyrorum insulæ sũt tres, contra Indiam extra Gangẽ sitæ, sicut Ptole. li. vii. scribit. Quas qui habitãt caudas habere dicuntur quales satyris pinguntur.

Satus ager, in quo semen est, ut Hie. li. Iudith. Et satũ eodem auctore, genus mẽsuræ iuxta morem prouinciæ Palæstinæ, unum & dimidiũ modiũ capiens. In Genesi tũ non tantã capit summam, ubi scriptum est. Accelera tria sata similæ cõmisce fac subcinericios panes.

Satiuus. a. um. qd̃ semina, uel qd̃ idoneũ est ut semine, Gel. Sed hi plæraq; naues loris suebãt, græci magis ea nabo, & stuppa, cæteris q; satiuis rebus.

Sautius. a. um. nomẽ quod nascit a participio sauciatus, quomodo lassus a lassatus, & lacerus, uel lacera a laceratus. Et est saucius uulneratus. Virgi. Qualis mugitus fugit cum saucius aram taurus, Et non solum de uulnere, sed etiã de labore dicit, quasi fessus. Quod Apul. lib. ii. de Asi. cum genitiuo iunxit, cum ait. Mihi uero fatigationis hesternæ etiam nunc sautio da ueniam. saucius inguinum pro inguinibus, sicut præstãs animi quasi habens inguina tumẽtia, sicut enim membra in homine saucio intumescunt, sic saucius inguinũ, cuius turgent genitalia ex libidinis desyderio.

Saucio. as. vulnero, a quo fit compositum Consaucio. Ambro. li. i. offi. Verberamur uocis nostræ uerbere cũ loquimur ea, quorum sono cæditur animus noster, & mens consauciatur.

Sauromatæ populi. Vide in dictione Sarmatæ.

Saura, lacerta q̃ in maceriis, & in sepibus diu delitescit.

Sauior, aris. Vide in dictione Dissauior.

Saxũ, maius aspius, durius q;, q̃ lapis, licet qñq; saxum pro lapide ponatur, Hinc Saxeus, a. um. quod e saxo est.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Saxosus.a.um.saxoꝝ copiã significat,ut saxosa uia.
Saxulum diminutiuum Cice.lib.de ora.Illam in asperrimis saxulis,tanquam nidulum affixam.
Saxũ ferratũ,oppidũ in Piceni,atq; umbriæ finibus sitũ ita appellatũ a ferro ꝓpter fodinas ferrarias quas eo in loco multas fuisse eaꝝ reliquiæ ostendũt.Sentinũ a ueteribus dicebaꝫ,a Sentino amne iuxta mœnia labente quẽ nũc quoq; incolæ Sentinũ uocãt,hoc oppidum nobile factũ est duorũ uirorũ ortu Bartoli.i.& Alexandri quoꝝ primus Cæsareaꝝ legũ interpretatione clarissimus.Alter in sacris litteris eminentissimus,qui cum in omni doctrinæ genere uitæ sanctimonia summus haberẽ,nostræ Augustinianæ religioni magno olim cõsensu præfectus est,nec multo post ob res ꝑclare gestas cardineis insignibus a Pio Pontifice maxio decoratus
Saxatilis,& hoc le,pe.cor.qđ saxa incolit, (fuit. ut piscis saxatilis.Et saxatile dicit uernacula lingua dasassi.Plau.in Ru.Piscatum hamatilem,saxatilemq; aggredimur.
Saxones,illustres alemaniæ populi, qui Angelæ reginæ auspicio Angliã deuicerũt,a qua etiã nomẽ sortita est Anglia,quasi angela cum prius Albion diceretur.Hos Ptole.non longe a Cimbris in Oceani septentrionalis littoribus,& paludibus inuiis constituit.

S Ante C

Scaber,a.um.quod rubiginosũ est.Vir.lib.i.Geor. Exesa inueniet scabra rubigine pila.Hinc ungues & dẽtes dicunt scabri,qui sordidi sunt,etiã si nõ sint asperi tactu.
Scabredo asperitas,sicut quando caro contrahitur,& fit rugosa.Quo uocabulo usus est Hiero.in Diui Hilarionis uita.
Scabricia,& scabricies rubiginositas.Vnde Plin.unguiũ scabriciem dixit,
Scabo.is.scabi.scabitũ significat scalpo,cõforo,& quasi unguibus fodio.Plin.li.viii.Si uero squamæ obtorpuerẽt spinis iuniperi scabit,
Scabies a scabo siue a corporis asperitate dicta est ꝙ scabra,& aspera sit,quæ ut Celsus scribit,est durior cutis rubicunda,ex qua pustulæ oriunt quædã humidiores, quædã sicciores.Exit ex quibusdã scabies,fitq; ex his cõtinua exulceratio pruriẽs.Hæc etiã psora a græcis dicit.A scabies fit scabiosus.a.um.quod abundat scabie.
Scabro uermis,qui nascit de carnibus equoꝝ putridis.
Scabellum dimi.significat paruum scamnum.Nõnunq; ponitur pro suppedaneo.Aug.super Psal.Suppedaneũ dicitur scabellum quod dicunt græci σκαμπόλιον dixerunt latini scabellum,& alii dixerunt suppedaneum Vide in dictione scamnum.
Scæi sunt Thraces populi,scææ Troianæ portæ.Scæus amnis,& scæus murus.
Scænos latinæ habitatio,umbra,tabernaculũ,uel funis.
Scænofactorius.a.um.ut ars scænofactoria,qua fiũt umbracula uel tabernacula,uel funes.
Scænophegia.orũ.neu.ge.festa tabernaculorũ, quibus iudæi faciebant tabernacula ad similitudinem tabernaculorum in quibus habitauerunt,cum ex Ægypto peregrinarentur in eremo,ab σκῆνος & σκήνυμι latini uero aspirationem addiderunt.
Scæna cum æ.diph.magis ex antiquoꝝ consuetudine,q̃ ex uera orthographia,ut ꝛquit Priscianus, qa cũ græca sit dictio,quæ apud illos sine diph. σκήνη scribitur apud nos etiam absq; diphthongo debuit transferri, alii in signũ productionis,per æ diphthongũ notandũ putãt ut Apul.Est aũt scæna inumbratio ἀπὸ τῆς σκιᾶς quæ qdem,ut docet Ser.a rusticis primũ inumbrationis causa cõperta fuit,ubi prius carmina incondita decantabant.Quare,& a nõnullis tabernaculũ,& Papilio traductũ fuit.Postea tabulata cœperunt cõponere in modum parietis.Vnde hodie consuetudo permansit,ut cõponantur pegmata a ludoꝝ theat ralibus editoribus.Vñ scænophegia tabernaculorum festa.Sed cum in urbes deducta fuit scæna,redactum est nomen ad eã partem theatri,q̃ ab uno eius cornu ad aliud ducebaꝫ.Constat eũ scænã theatri frontẽ binis plurimisue contignationibus cõstructã,in quibus histriones recitabãt,mimiq; mirmilones & cæteri ludii uarios ludos,ac gesticulationes edebant.In scæna aũt cum hemicycli formã haberet,gradus sedilia q; fuere,de quibus primarii magistratus honoratioresq; spectarent, eorũq; sedilia pars intima orchestra est dicta.Placidus grãmaticus scribit scænam esse cameram hinc inde compositam,quæ in umbræ locum in theatro erat,in quo ludi actitabant Item scænam dici arboꝝ se cubantiũ quasi cõcamaratam densationem ut subter positos tegere possit.Itẽ scænam uocari compositionẽ alicuius carminis, quæ digna sit agi in theatro exclamationibus tragicis.Scæna sic diffinit,a Labeone,quæ sit ludoꝝ faciendoꝝ causa quolibet loco,ubi quis consistat,moueaturq; spectaculũ sui præbitur9,posita sit in publico, priuatoq;, uel in uico,quo tandẽ loco passim hoies spectaculi causa admittebãtur,hæc aũt uersatilis erat,aut ductilis. Versatilis,q̃ subito tota machinis quibusdã uertebatur,& aliã picturæ faciẽ ostẽdebat. Ductilis,q̃ cõtractis tabulatis, hac atq; illac iteriorẽ picturæ speciẽ denudabat.
Scænicus.a.um.quod ad scænã pertinet,ut scænici ludi Aug.li.iii.confes.Sed qualis tandẽ misericordia in rebus fictis,& scænicis.Scanicus uero absoluto uocabulo histrio dr. Sueto.de Nero.Ac spectaculis theatri clam illatus cuidam scænico placenti nuncium misit.
Scænoma.tis.significat tabernaculum,seu sacculum.
Scænitæ cognominati sunt, quidam Arabiæ populi, a tabernaculis,qui in tentoriis habitant(ut inquit Solinus)quæ caprarum pilis texta sunt,apud quos si fuerit uectus fuerit illico moritur.
Scæua dicitur qui sinistra manu utit pro dextera.Quo nomine dictus fuit quidam romanus,de quo Sueto. in Cæsa.Scæua excusso oculo,transfixus fœmore,& humero centum & uiginti ictibus scuto perforato custodiam commissi castelli obtinuit.
Scæuola,a scæua.i.sinistra(ut inquit Varro) eo ꝙ quæ sinistra sunt,bona auspicia putãtur.Et græci sinistram σκαιὰν uocãt,hinc scæuæ dicti sũt,hoc nomine dictus est Mutius nobilis uir Romanus qui debilitata dextera,sinistra usus est.Liui.lib.ii. Mutium demissum, cui postea scæuolæ a clade dextræ manus inditum nomẽ Scæa enim sinistra est,& Mutiꝰ sinistra est usus exusta
Scala scalæ,& scalæ arũ.utroq; modo dr, (dextra. a scandẽdo,ꝙ his altiora scãdamus.Nã proprie scalæ sunt,quæ ex pluribus gradibus constant. Distinguunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quidam ſic. Scala eſt quæ ex teretibus lignis aut funibus, aliaue materia ſimili huc atq; illuc transferri poteſt. Scalæ, quæ latiores habent gradus, & immobiles permanent. De hac Pli. Etiamnum ſcalis tectum ephesiæ Dianæ ſcanditur. De illa Caius iureconſul. Vel ſcalam ſciens commodauerit ad aſcendendum. Sed ſæpe confunduntur. Et ſcalas magis in uſu eſſe, quã ſcalã dicimus. Salu. in Iugur. Vnæ atq; alteræ ſcalæ comminutæ ſunt, qui ſuperſtiterant afflicti ſunt. Non dixit una atq; altera. Scalæ, quibus per gyrum aſcendimus, a cochleæ forma Cochlides, & cochleæ dicunt, q̃ uero ex lignis teretibus, ſiue canabinis funibus, a Capaneo inuentæ primũ fuerũt, ut eſt apud Vegetium li. de re militari.

Scalmus, lignum teres, cui nautæ remos ponunt, & innituntur ad nauigandum, ut firmius nauigent. Licet quãdoq; pro naui ponatur. Cice. lib. iii. offi. Venit ipſe mature, ſcalmum nullũ uidet, quærit ex proximo, uicino num feriæ quædam piſcatorum eſſent.

Scalpo. is. pſi. ptum. fodio, & unguibus pruritum aufero. Scalpũt eñ homines unguibus, & gallinæ pedibus. Pli. lib. ix. Attritu q; petræ ſcalpẽtes piſces pruritus inuadit Diome. grãmaticus ſcalpturã dici pbat. non ſculpturã Scalpta inquit gemma dicendũ eſt non ſculpta, quoniam adiecta præpoſitione facit inſculpta.

Scalptor qui ſcalpit. Plin. li. xxxvii. Expetuntur a ſcalptoribus, ferroq; includuntur, nullã nõ duritiã exfacili cauantes. Sculptura ſcalpendi actio. Idem oĩa aũt hæc genera ſculpturæ contumaciter reſiſtunt.

Scalpturio. is iui. tum. Idem quod ſcalpo, quod propriũ eſt galli gallinacei, cũ terrã ſcalpit. Plaut. in Aul. Vbi erat hæc defoſſa, occepit ſcalpturire unguibus.

Scalprũ & ſcalprus, & diminutiue ſcalpellũ & ſcalpellus ferrũ quo aptatur coriũ, & cum quo raditur, uel celtis. Vtuntur tñ eo inſtrumento diuerſi artifices. Cato de re ruſt. Ficos & oleas altero modo, quod genus aut ficũ aut oleã eſſe uoles. Inde librum ſcalpro eximito. Colu. lib. vii. Scabies ferro cæſa perluatur urina, etiam ſcalpello uſq; ad imũ reſecare & amputare ſcabiem ſæpe profuit. Et li. v. Scalprũ quod deinde aduncũ eſt roſtrũ appellatur Sueto. de Vitellio. Scalpro librario uenas ſibi incidit. Scalpra ſutoria Horatius intelligi uoluit illo uerſu. Si ſcalpra, & formas nõ ſutor, nautica uela Auerſus mercaturis delyrus, & amens Vndiq; dicatur. Liuius fabrile ſcalprum appellat, quo magiſtri elephantos interimebant, inter aures beluæ adacto, in ipſa cõpage qua coniungitur capiti ceruix. Corne. Celſus ſcalprum inter ferramenta chirurgica numerat, ubi ait, lib. viii. Tum demum ad manum ſcalprum q; ueniendum eſt. Colu. li. x. Ferramentum ſcalpratum dixit ad ſimilitudinem ſcalpri formatum, quo ait opus eſſe ad caſtrandos apium alueos.

Scalpellus, & ſcalpellũ diminutiua ſũt. Vide in Scalprũ.

Scalpturatũ genus pauimenti, quod & uermiculatũ dĩ quod factũ eſt poſt tertiũ punicũ bellũ, fuit ex teſſellis minutis diuerſicolorib⁹, ut in templis antiquis. Et nos Moſaicam dicere ſolemus. In his pauimentis picturæ radendo fiebãt, quomodo nunc ſcalpturata albaria in exteriore parte parietum, ac murorum fiunt.

Scamander, fluuius Troiæ eſt ex Ida monte profluens, quem ſuperi quidem Xanthum nuncupant, mortales uero ſcamandrum, ut eſt apud Homerum.

Scamandria urbs parua, a portu ilienſi parum remota.

Scamonea frutex cuius ſuccus ualet ad medicinas.

Scandalum eſt, quod nos offendiculum, uel ruinam, uel impactionem poſſumus dicere. Quãdo ergo legimus Quicunq; de minimis ſcandalizauerit quẽpiã, intelligimus, qui dicto factoue occaſionẽ ruinæ cuiquã dederit Hinc ſcandalizo. as. quod eſt alicui ſcandalũ præbeo.

Scandinauia inſula eſt oceani ſeptentrionalis, quã Plin. li. iiii. icompertæ magnitudinis eſſe ſcribit. Eã alterũ orbem terrarum eſſe crediderunt.

Scando. dis. di. ſum. in altũ uado. Cice. in Cato. Vt ſi quis gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, cum alii ſcandant malos, alii per foros curſent. Hinc ſcalæ dictæ ſunt per quas in altum aſcendimus. Huius cõpoſita ſunt Aſcendo, quod eſt ſurſum ſcando, cuius cõtrariũ eſt deſcendo, deorſũ ſcando. Conſcẽdo ſimul ſurſũ ſcãdo. Vir. Bis denis phrygiũ cõſcendi nauibus æquor Matre dea monſtrante uiã. Inſcendo, ſicut eius ſimplex Plau. in Aſi. Neq; in lectũ inſcendat proximũ. Superſcãdo. Liui. Iam euaſerant media caſtra, cũ ſuperſcandẽs uigilum ſtrata ſomno corpora miles offenſo ſcuto ſonitum præbuit. Tranſcendo. Plaut. in Aul. Hoc magnũ eſt periculũ, me ab aſinis ad boues tranſcẽdere. Lactã. lib. ii. per tranſlationem dixit. Tum dedit ei certa mandata, quæ ſi obſeruaſſet immortalis maneret, ſi tranſcendiſſet, morte afficeretur.

Scandulaca herba, a ſcandendo, frugibus inimica, q̃ eas uelut hedera implicans nectat.

Scamnum eſt quod lecto ueluti gradus apponit, ut per id in lectum facilius aſcendat. Var. ſcribit ſcamnũ eſſe quo duplici gradu in lectũ altioré conſcendebãt. Scabellũ, quo ſimplici ſcanſione in lectum non altũ ſcãdebant. Oui. in arte. Et caua ſub tenerum ſcamna dediſſe pedẽ. Et ſcamnũ dicitur terra illa altior, quæ iter duos ſulcos in colendo relinquitur. Plin. Scamna inter duos ſulcos cruda relinquantur. Et Colu. li. ii. uocat ſcamnũ crudum ſolum, & inotum, minimeq; aratro pſciſſum. Idem lib. iiii. Duabus gemmis ſupra terram eminere paſſim repoſita humo, cætera coæquant, quæ faciunt in eadem linea intermiſſis totidem pedum ſcamnis, dum peragant ordinem. Quoniam uero in his ſedere conſueuimus, factum eſt, ut ſcamnum, & ſcabellũ ſæpe pro ſubſelliis uſurpent. Oui. li. vi. faſt. Ante focos olim ſcamnis cõſidere longis Mos erat. Scamna etiã in arboribus dũr rami & brachia, per quæ uites aſcendunt.

Scanſile. pe. cor. dicitur id per quod aſcendi poteſt.

Scandix herba quæ in holere ſylueſtri a græcis ponitur.

Scandulæ paruæ tabellæ, anguſtæ & oblongæ, hoc eſt in paruas laminas ſciſſæ e ligno, quibus tecta tegunt. Fiunt autẽ ex robore, abiete, & picea fiſſis, uel aſſulatim deſectis, dictæ ſcandulæ, aſcindẽdo quaſi ſcindulæ uel a ſcãdẽdo quoniã in culminibus tectorũ ad tegulas imbricas ſuſtinendas collocantur, quo aſcendentes ſcandere ſolemus, ide tectum ſcandulare pars domicilii ſuperior, quod ſcandulis communitum eſt, & quod ſcalis ſcandimus. Cor. Nepos ſcribit Romam fuiſſe ſcandula contectam uſq; ad bellum pyrrhi.

Scapha nauicula in ligno cauata, ab σκάφω fodio cauo Vnde & σκαφὶς a multis foſſura, alueus linter traducit

quæ maiorē nauē ſequit. Et paruæ ad piſcandū naues ſcaphæ dñr. Hinc ſcaphiarius, ſicut a claſſe claſſiarius,

Scaphiū uas concauū, in quo cacare & meiere conſueuerunt, dictū a ſimilitudine ſcaphæ nauis, latini Matulā uocāt. Iuue. Et ride poſitis ſcaphiū cū ſumiſ armis. Proprie tñ, ut aliqui putant, uas fœminæ, in qđ mingunt quēadmodū uiris laſanū neceſſariū erat, in qđ uētris excrementa deiicerēt. Erat & ſcaphiū uas æneū rotundū in quo ſtili in medio ſiti ꝓceritas horæ ductus diſcriminabat, qui ſtilus gnomō appellat. Plu. in Numa Scaphium appellat, quo ignis ſacer extinctus ſolis tñ radiis accendebatur. Sui. σκάφιον. εἶδος κουρᾶς. ἀειτοφάγος. σὺν δὲ κοπίχῳ ἔοικας σκάφιον ἀποτεπλιμένῳ.

Scaphidion cymba Charonis dicta eſt a Luciano.

Scaptenſula locus in Macedonia, ubi argentum fodi ſolebat, ab σκάπτω fodio. Lucre. Quales expirat ſcaptenſula ſubter odores.

Scapulæ, humerus ſiue dorſa, a ſcandēdo ut quidā uolūt quæ mobiles ueluti mollibus iugulis a ceruice demittuntur. Plau. in Aſi. Mirabar, quid dudum ſcapulæ geſtibant mihi, hariolari cœperant mihi in mundo malum. Hie. in Gene. Apparuit Rebecca ueniens cum hydria, quam portabat in ſcapula q̄ feſtinās depoſuit hydriam de humero. Hinc interuallum illud mediū iter ſcapulas Interſcapulum ſiue interſcapilium. Apul. in Flo. Cum interſcapulum Crates retexiſſet.

Scapulares ſerui dicti ſunt, quia ſcapulis cæduntur

Scapularis ueſtis, quæ tantum ſcapulas tegit.

Scapilium ueteres pro tergo uſurparunt, & aliqñ ꝓ ipſa ſcapula. Vnde & ſpatium quod inter ſcapulas, quaſi uallecula eſt, interſcapilium dicitur.

Scapus dicitur id in quo ſemina quarundā herbarū dependent, ut in papauere. Pli. In papauere & ſimilibus ſcapus. In harundinibus in glandibus in auellanis pannicula appellatur. Et ſcapi, in quibus uuarum grana ſūt. Var. Quæ calcatæ uuæ erunt eorū ſcapi cum folliculis ſubiiciendi ſub prælum, ut ſi quid reliqui habeāt muſti exprimatur in eundem lacum.

Scarus piſcis, qui ſolus piſcium dicit ruminare, herbiſq; paſci, cum dentes non ſerratos habeat, quo carpathiū pelagus abundat. Oppianus, hic ſcarus ſaxa frequētat Qui mites inter piſces clamore tremendo Intonat & ſolus pallentes ruminat herbas.

Scarabæus, aīal paruū uolatile, uulgo ſcarauatius dicit. Scarabeorū diuerſa ſunt gña. Nā quidā ſūt coloris uiridis e uermibus ſimo bouis, aut iumēti creati. Alii grandiores cornua ꝓlonga biſulcis dentata forficibus in cacumine habentes. Alii e ſimo ingentis pilas auerſis pedibus uolutāt. Hos Ægyptii ſummope uenerabant animati ſolis effigiē eſſe putātes, ut inquit Euſebius libro prepara. Scarabæus aūt oīs uirilē ſexū habet, & ſperma te in ſtercus infuſo pila deinde cōfecta pedib⁹ ꝓuoluit.

Scarifico as. ſcalpello aperio, quo aliquid facilius exeat. Vnde ſcarificatio dī, qñ tenui uulnere ſanguis emittit. Plin. Dentium dolores ſedantur oſſibus draconis ſcarificatis gingiuis. Scarificare dolorem ſignificat ſcarificādo expellere. Idem. Præterea in corde equorum inuenitur os dentibus caninis maxime ſimile, hoc ſcarificare dolorem putant.

Scardona inſula in mari Adriatico, adiacens Illyrico ut Ptole. li. ii. refert. In ea ſūt duæ urbes Collentū & Arba.

Scatinia lex erat in eos, qui nefando ſcelere laborant.

Scateo, es. ſcatui. ſigñat iugiter emitto emano, erumpo, bullio, ut Antiochus ſcatere cœpit uermibus, hoc tñ uerbū cū ſuo deriuatiuo nō niſi in tertia ꝑſona legitur

Scaturio. ris. pe. pro. pro ſuo primitiuo ſcateo ponit. Qđ eſt non ſolum aquarū, ſed herbarū. & cæterorū ſua ſpōte ubertim naſcentium. Hiero. In ſepulchro eius non niſi manna inuenitur, quod & ſcaturire cernitur. Cælius ad Cice. Hoc ſcaturit huius uoluntatis initium.

Scatebræ pe, cor. ebullitiones aquæ ſurgentis Virgi. li. i. Geor. Scatebriſq; arentia temperat arua. Sic ſcaturies & ſcaturigo.

Scaturigo. pe. pro. idē quod ſcatebra. Augu. ſup Pſal. Scaturigines dicimus, ab imo aquas ebullientes. Colu. lib. iiii. Nam præſtat non conſerere, quā in ſumma terra ſuſpendere, niſi tñ ſcaturigo paluſtris obuia ſit, ſicut in agro Rauennate pluſq̄ ſeſquipedē prohibeat infodere.

Scauri dicti ſunt qui talos pedū tumentes, ac porrectos habent, uel q pedes inflexo talo tardigradi ſunt Hora. li. ſermo. Illū balbutit ſcaurū prauis fultum male talis Fuit & Scaurus cognomen familiæ Romanæ ex qua Æmilius ſcaurus nobilis, & pauper, ſed eloquentia ſua gloriā peperit. Cōſul Ligures & Gantiſcos domuit atq; triumphauit. Cenſor uiam æmiliam ſtrauit, pontem æmilium fecit.

Scraptia uermiculus habitans in frondibus, nude meretrices deformes a Plau. dicuntur ſcriptiæ,

Sceparnon, aſcia tegumen etiam dicitur ſceparnon.

Scelus, flagitium, facinus, a quo Sceleſtus, & ſceleroſus.

Scelero, as. polluo. Vir. Parce pias ſcelerare manus. Hinc ſceleratus, a. um.

Sceleratus ita diſtingui ſolet a ſceleroſo, ut ſceleroſus ſit auctor ſceleris, ſceleratus, in quo ſit ſcelus conſtitutum aut commiſſum. Terē. in Heau. Vbi ego illū ſceleroſū atq; impium inueniam Aliqñ tñ ſceleratus ponitur ꝓ nocente. Vir. At ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt. Scelerata porta Romæ dicta eſt & ſceleratus campus, hoc eſt pollutus.

Scepſis ciuitas phrygiæ, quam quidā Æneæ regiā fuiſſe tradūt. Hinc ſcepſius. a. um. Ex hac fuerūt Metrodorus qui artem memoriæ conſumauit, & Demetrius grammaticus, qui troianam extructionem expoſuit.

Scepticus nomen eſt hæreſeos, cuiuſmodi fuere pyrrhonii & herillii, quorum placita ſextus empiricus multis libris complexus eſt.

Sceptrū uirga qua reges utebātur. Et inſigne dominantis. hinc reges σκηπτούχους & σκηπτοφόρους, id eſt ſceptrigeros appellant.

Scheda tabella ſiue pagella phillyracea, hoc eſt tiliacea q̄ pro chartis priſcos uti ſolitos Euſtathius, & Ælianus aſſerunt. hodieq; græcū uulgus ſchedas uocat tabulas eas qbus ſupputatores numeris ſcribendis utuntur, ut mox litu ſpongiæ leuiter aboleri poſſint. Accipiť qñq; pro folio chartæ ſiue papyri nondū compacti, & ligati, quod & phillurā græco uocabulo nūcupamus. Pli. Sed rō deprehendit uitiū unius ſchedæ reuulſione. Quidam detracta aſpiratione ſcedam ſcribūt. Quin. Nā qui oēs etiā indignas lectione ſcedas excutit anilibus quoq; fabulis accōmodare opam pōt. Vñ & pro libris monū-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mentisq; lras scheda quoq; accipiuntur. Mar. Ohe iam satis est, ohe libelle. Tu procedere adhuc, & ire quæris nec summa potes in scheda teneri.

Schedula dimi. a scheda, & id est, qđ uulgo dñt boletinũ, non ut multi dñt Cedulam. Hie. ad Alga. Detulit mihi in parua schedula maximas quæstiones quas a te datas, mihiq; tradendas diceret. Ponitur & pro libro.

Schedia nauigii genus inconditũ, & trabibus tiñ inter se cõnexis factũ, qles sũt rates. Et apud græcos schedia sũt q nos extpalia uocamus. Vñ & p inconditis & extẽporariis carminibus dũr, q nostri syluas appellãt. Græci eñ χέδιον uocant, qđ ex tpe cõpositũ est, quasi dũtaxat in schedis scriptũ, & primo ruderatu deformatũ, non adhuc expolitũ, χεδιάζω signãt rẽ ruditer incipio Schedicus. a. um. Apul. in dæmo. Socratis. In isto schedico & incõdito experimini, an idẽ sim repẽtinus q præparat9.

Schema, atis. & schematũ, & schema. æ. habitus forma uł figura siue cultus, ornatusue latine dr. Plau. in Persa. Lepida cũ decora schema. Idem in Am. cũ uirili schema Ambro. Adhuc athletæ in schemate sunt, & tu iã ociũ petis. Ná & in orõne schema dr orõnis habitus, qa per hoc quodã mõ uestiẽ & ornatur. Huius multæ sunt species uidelicet Prolepsis, Zeugma, Hypoceusis, Syllepsis Anadiplosis, Anasionomaton, Paromœon, Homœoptotõ, Polyptoton, Irmos Polysyntheton, Dialyton, & schemata a geometris figuræ dicunt. Prisci latini absq; aspiratione pronunciabant, & declinatione secũda. Vñ uetusti codices Plauti habent scriptum, quod ego huc processi sic cum seruili scema. i. habitu.

Schesis dici potest habitudo, cũ multitudo nominum inconiunctorum quodã ambitu copulatur, ut nubila, niv, grando, procellæ, fulmina, uenti.

Schista sectum diuisumq; significat.

Schisma tis. latine scissura, ab χίζω quod est scindo. Hic diuisionem ecclesiæ schisma dicimus, non scisma, ut multi proferunt male.

Schœnos latine funis. Quo nomine etiã dicta fuit urbs Bœotiæ a Schœno Atalãtes patre sic appellata. Schœnos quoq; mẽsura terræ, quinquaginta stadia cõtinẽs ut inquit Herodotus libro secundo.

Schœnus. untis. flumẽ Athenis proximũ, ut inquit Stra. a iuncis dictũ. Proindeq; iuncarios in Hispania cãpos schœnũtas uocãt. Sed & in Arcadia schœnũtis sit mentio ab amne quẽ schœnicã appellãt. Itẽ schœnus arbor Schœnũ locus in Bœotia collocatur (lentisci.

Schœnismos mensura terræ est.

Schœnoplocos funarius, & restio latine appellãt q funes

Schœnobates pe. cor. q p funes ludẽdo gradiẽ (facit. σχοῖνος funis dr, & βαίνω, ascẽdo q̃si funis ambulus. Iuue. Augur schœnobates medicus magus oĩa nouit. Hi a Firmico dicuntur Neurobatæ. Funerepei, & Funepei, ab Apuleio. Funambuli ab omnibus.

Schenitæ pe. pro. populi sic dicti a tabernaculis in quibus degunt, qui ciliciis metantur.

Schola lræ ludum signãt, a uerbo græco σχολάζω qđ est uaco, qa ut schola ociũ signãt, ita ludus quietẽ corpis, uel qa cæteris rebus omissis uacare liberalibus studiis pueri debent. Auso. tñ ab σχολή. i. ab uacatione & laxamento, quod pueris interdũ dandũ esse pscribit, dicitẽ. Sic eñ ait. Graio schola noĩe dicta est iusta laborifer is tribuant ut ocia musis. Augu. li. i. confes. Indẽ datus sũ in scholã, ut discerẽ lras. plura. nu. scholæ apud Festũ. Erat & in balneis schola apud Vic. ps labri sue aluei, a pstolando, ut quidã arbitrant, dicta, ut occupato ab his q priores uenissent labro, in schola cæteri circũspectãtes recte stare possent. Erat & in porticibus auctore Pli. Alexandrũ inqt & Philippũ, cum Minerua, qui sunt in schola in Octauiæ porticibus, & Philippi. Cice. li. Tus. posuit scholas pro disputationibus, & controuersiis, q in scholis inter doctorẽ & discipulos ociose agitari solent, cum inquit. hanc pfectã phiam semper iudicaui, q̃ de maximis quæstionibus copiose posset ornateq; dicere, in quã exercitationẽ ita nos studiose opam dedimus, ut iam etiã scholas græcoꝝ more hĩe auderemus

Scholaris, & hoc scholare, quod ad scholã ptinet. Hiero. ad Dama. Nec aures Quintiliani floseulis & scholari declamatione mulcendæ.

Scholasticus, qui scholæ opam dat, & in scholasticis cõtrouersiis exercet. Pli. li. ii. Epłaꝝ. Annum sexagesimũ excedit, & adhuc tamen scholasticus est.

Scholasticus. a. um. idem quod scholaris. Vnde scholastica disciplina. Et scholasticos uocamus discipulos q discendi gratia scholas frequentant.

Scirrophorion, mensis qui a latinis dicitur Maius.

Scilicet aduerbiũ signãt certe, q̃si scire licet, Et mõ affirmatiue. Liui. Terram osculo cõtigit. s. cp cois mi oium mortaliũ esset. Oui. Scilicet est aliq d cum sæuis uiuere uẽtis. Hoc est pfecto multũ. Mõ ironice, ut cũ pronunciaẽ cũ quadã acerbitate. Ná tũ negat quod dr. Vir. Scilicet is superis labor est. Cice. Furnio. Scilicet id agitur quasi dicat non agitur. Interdum signãt ad hoc. Hiero. in Paulo. Et inter equuleum, laminasq; uictorẽ iussit melle perungi. s. ut muscarũ aculeis cederet, q ignitas sartagines ante superasset.

Scylurus pe. pro. nomen uiri. de quo in dictio. Silurus.

Scindo. is. di. ssum. p duplex ss signãt findo frango. Virgi. Scindiẽ incertũ studia in cõtraria uulgus. Huius uerbi cõposita sũt Abscindo, Cõscindo. Hie. ad Cte. In mentẽ tibi ueniat tunicã saluatoris nec a militibus fuisse conscissam. Discindo uarie scindo. Terẽ. in Eu. Vestẽ oẽm misere discidit. Interscindo p mediũ scindo. Lac. li. do opi. Labra ipa q q̃si antea cohærebãt q decenter inter scidit Proscindo ualde uel ultra, seu subtus scindo. Re

Scissile. pe. cor. qđ scindi põt. (scindo. de qbus alibi.

Scissio, scissura, & scissus. us. idem significant. Var. Scissu materiæ fatigatus, quiescebat lectulo.

Scintilla. q̃si scindilla, cp scindaẽ a re ignita. Vide in Fa.

Scintillo. as. splendeo, mico. (uilla.

Scylla, saxũ in mari, periculosum mare faciẽs nautis. Vñ est illud incidit in scyllã cupiens uitare charybdim. Est & Scylla nomẽ filiæ Nysi Megarensiũ regis, q Minois amore capta succiso fatali parentis crine, nyseam arcẽ Minoi pdidit, sed ab ipso spreta, cum ex dolore defeciisset, in auẽ sui noĩs mutata est. Oui. Filia purpureos Nysi furata capillos Puppe cadens nauis facta refertur auis. Et Nysus extinctus deoꝝ miseratione in auis formã mutatus est, q aues hodie flagrant inter se magna discordia, Altera fuit Scylla Phorci filia, q uersa fertur in saxum, cui nomẽ est, scylla, in mari periculosũ. Lege Seruiũ qui latius ea ptractat. Itẽ scylla genus piscis quo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

maxime abundat Lyris amnis Cāpaniæ, Minturnen
siū urbem interfluens. Hora. Afferē scyllas inter mure
na natantes. Mar. Cæruleus nos Lyris amat, quē sylua
Maricæ Protegit, hīc scyllæ maxima turba sumus. Itē
scylla stirpis species est. Aristo. li. i. de uegetātibus. Quæ
dam inquit hūt unā tm̄ radicē, ut Scylla, quia illa nasci
tur ex solo raro, proceditq; inferne dilatādo se. Rursus
Scylla est genus cæpæ. Colu. li. vii. Sed etiam remedio
cum dulci uino tritū serpillū, & concisa, & in aqua ma
cerata scylla. Suidas σκίλλα ἐιδος βοτάνης πικρᾶς ἡ δὲ
ναπφόρος ῥίζα ἐδιοῦται graeci σκίλλα per i scribunt i his
duobus significatis.

Scylleta loca, in quibus scyllæ pisces capiūtur. Cice. Hac
lege tribunitia decēuiri uendent agrū cāpanū, accedet
ei mons Gaurus, accedent scylleta ad Minturnas.

Scylleum promontoriū in peloponeso, ut Plin. Straboq;
testantur, sed sinu argolico iuxta Hermionē, quo scylla
Nysi filia fluctibus eiecta creditur.

Scyllis nomē propriū eius q̄ anchoras p̄sicæ classis natā
do urinādoq; p̄cidit. scylax græce, catulus latine dicit.

Scyllaceum Athenienſium colonia in ultimo Italiæ, ab
Athenienſibus dū conderēt scylleciū dictū, a quo sinus
scyllaceus, q̄ Hipponiatem sinum Isthmum facit. Vir.
lib. iii. Cauloniſq; arces & naufragum scyllaceum.

Scylace urbs circa Cyzicū. ut inquit Hecatæus. Pompo.
Placia & scylace paruæ Pelasgorum coloniæ.

Scyllus. untis. oppidum Achaiæ (ut Strabo scribit) quo
Xenophon donatus est a Lacedæmoniis.

Scyllus, scylli, proprium nomen fratris Dipeli.

Scyomachia vmbratilis pugna.

Scyphus uasis potorii genus, qd̄ ꝓprie Herculi attribuit
sicut Cantharus Libero patri. Hoc ueteres in sacris usi
sūt & in cōuiuiis. Vir, & sacer impleuit dextrā scyphus.

Scyron latro fuit. cuius ossa cum in mari cecidissent, in
scopulos conuersa feruntur, q̄ adhuc scyronia saxa uo
cantur, sunt aūt in Attica regione simul cum oppido
eiusdē noīs, nō longe a Megaris, iuxta mare ita sita, ut
transitū non relinquāt. Hinc Athenienses uentū ab his
locis flantem procelloſū scyronē appellant, qm̄ spirat a
saxis q̄ Scyron latro incoluit. Hic paulo ab Argeste de
flexus esse dicitur, q̄ & Olympius uocatur, & a nōnullis
Hellespontius. Sene. li. iii. na. q̄stio. Atabulus Apuliā in
festat. Calabriā Iapyx. Athenas Scyron. Galliā Circius.

Scyrron p̄ duplex rr, Nā græce σκύῤῥον scribitur, est illud
qd̄ gignit in uētre uiri, hoc splenis ꝑtisq; uitio exube
rat, p̄sertim in hydropicis, a medicis dīr duriciæ. Vñ
scyrromata, nā de mola fœminax, q̄ a grǣcis myla dr̄,
Aristo, li. iiii. de geratione aialiū, cū ex humore crudo
conceptus stetit, tunc mola gignit, idq; in mulieribus.

Scyros insula est cōtra Magnesiā in mari Ægeo una ex
cycladibus Lycomedis regis patria, ubi Achilles puel
lari habitu educatus est, & in qua est urbs eiusdē noīs.
Patet hæc insula Plinio teste, longitudine. xxv. M. pas.
ex qua lapidē integrū fluctuare tradūt, eundē cōminu
tum mergi. Hinc Scyrius. a. um. & scyrias, quox prima
producit. Oui. Sæpe malis stupeo, rerūq; oblita lociq;
Ignara tetigi scyria membra manu. Idē li. i. de arte. Scy
rias Hæmonio iūcta puella uiro. Sunt aūt tres nomini
bus confines insulæ Scyros, Scyrnus, Syros ex qua Phe
recides, ut errent, q̄ aut scyrium, aut Syrū quasi e terra
syria scripsere. Dicta est aūt scyros, quia σκίρος dicitur
salebra, & asperitas, ut inquit Eustathius.

Scyricū color silaceus siue cæruleus. Syricū uero sine c,
color fictitius etiā ē sinopide & sandice mixtis, quo mi
nium adulteratur.

Scythia, regio septentrionalis, a Scytha Herculis filio, ut
inqt Herodo. ita dicta. Hæc diuiditur a Tanai fluuio, &
pars una remanet in Europa, altera in Asiā ꝓtenditur
Scythia Europæ terminat ad Thraciā, in ea solū est au
rū ꝓducēs, ut Pōpo. refert, inhabitabile tm̄ ꝓpter gryphos
aurox custodiētes. In ea regione sūt Arimaspi hoīes qui
bus singuli oculi esse dīr, ibi Borysthenes, q̄ gentē sui
noīs alluit inter scythiæ amnes amœnissimus. Scythia
uero Asiæ ita a Iusti. li. ii. describit. Scythia in orientē
porrecta includit, ab uno latere ponto, & ab altero mō
tibus Riphæis, a tergo Asia, & Tapsi flumine. Multū in
lōgitudinē & latitudinē patet. hoībus iter se fines nulli
neq; eīm agrox exercēt, nec domus illis ulla, aut tectum,
aut sedes est, armēta & pecora semp pascentibus, & per
icultas solitudines errare solitis. Vxores liberosq; secū
in plaustris uehūt. Quib⁹ coriis imbriū hyemisq; causa
tectis ꝓ domibus utunt. Iusticia gētis ingeniis culta nō
legib⁹. Nullū scelus apud eos furto graui⁹. Quippe sine
tecto & muniměto pecora arměta habētibus, qd̄ sa luū
ēet si furari liceret? Aurox & argētū ꝓinde aspernant, ac
reliq; mortales appetunt. Lacte & melle uescunt. Lanæ
iis usus, ac uestiū ignotus. Et q̄q̄ cōtinuis frigoribus urā
tur, pellibus tm̄ ferinis aut murinis uestiunt. Hæc conti
nentia illis morū quoq; iustitiā dedit nihil alienū cōcu
piscētibus, q̄ppe diuitiaox cupido ibi est, ubi & us⁹. Atq;
utinā reliqs mortalib⁹ similis moderatio, & abstinētia
alieni foret, profecto nō belloox tm̄ ꝓ oia secula terris
oībus cōtinuaretur, neq; plus hoīm ferrū, & arma, q̄ na
turalis fatoox cōditio raperet. Scythæ ab alieno iperio
aut intacti aut inuicti manserunt. Dariū regē Persarū
turpi a Scythia summouere fuga. Cyroox cū omni exerci
tu trucidarūt. Alexandri Magni ducē cum copiis uni
uersis deleuerūt. Romanoox audiuere nō sensere arma
Gens & laboribus & bellis aspera. Vires corpoox immē
sæ. Inde dicti sunt scythæ ppli, qui bipertiti sunt. Alteri
Europei, Alteri Asiatici. A scythia fit scythicus. a, um.
Apul. Plærique eorum scythicis moribus uiuebant.

Scythotauri populi scythiæ, qui (ut Soli. scribit) pro ho
stiis aduenas cædere consueuerunt.

Scytos, latine coriū. Vñ scytotomus, cerdo, incisor corii

Scytala mus araneus latine dicitur. Colu. li. vii. Mus ara
neus, graeci σκυτάλω appellant.

Scytrops, & scytropus pe. pro. tristē, mœstūq; significat.

Sciopodes pe. cor. umbripedes dīr, hoīes indici, singulis
cruribus miræ ꝓnicitatis ad saltū, sic dicti q̄ in maiore
æstu humi iacentes σκιᾶς ποδῶν hoc est umbra pedis
se protegāt. Augu. li. xvi. de ciui. dei. Ferūt esse gentem
ubi singula crura in pedibus habēt, nec poplitē flectūt
& sunt mirabilis celeritatis, quos sciopodas uocāt, q̄ ꝓ
æstū in terra iacētes resupini umbra se pedū ꝓtegant.

Scio. is. iui. itū. futuro sciā & scibo. Ter. in Adel. Hic scibo
iā ubi siet. Et ꝓprie scire est rem ꝓ causam cognoscere
Augu. de li. Arbi, Scire nihil aliud est q̄ rōne hīe ꝓcep
tū. Huius composita sunt Asscio, abscio, cōscio, descio
nescio, p̄scio, & rescio. A qbus asscisco, cōscisco descisco

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præſciſco,& reſciſco.De quibus alibi.

Scire uti foro,eſt ſe accommodare ad mores aliorũ, nec eorum opinioni ſtudiiſq; aduerſari.Dona. uero.Sciſti uti foro.i.ſcis quid facere oportet.

Scientia a participio ſciẽs fit.Amb.Cur æſtimabas,q̃ ad ſciẽtiã meã q̃ gereres nõ ꝓuenirẽt.Eſt aũt ſcia q̃ aliqd ſciẽ.Cuius cõtrariũ eſt inſciẽtia.Col.li.iiii.Quærunt nõ rñdere ſibi uineta,q̃ ꝓ auaritiã,uẽ inſciam,uẽ negligentiã ꝓdiderũt.Hæc ẽt inſcitia dĩ,ut apud eundẽ Nã pluri mos ꝓ hanc inſcitiam uaſtare uineta comperi.

Scitus,dĩ q̃ ſciens & argutus eſt,& uulgo dĩ ſaputus,q̃ſi ſcia ꝑditus.Vñ ſcitæ Platonis interrogationes dicũtur aſtutæ,& uafræ,& magna arte cõpoſitæ.Ter.in Eu.Sci tũ hercle hoiem,hic prorſus ex ſtultis inſanos facit.Cice.in Leli.Scitũ eſt illud Catonis,multo melius de qui buſdã acerbos inimicos mereri,q̃ eos amicos,q̃ dulces uideanẽ.Interdũ ſcitus dĩ elegans, formoſus & perinde cõſpicuus,nã q̃ pulchra ſciũt,fœda negligunt.Plau.in Mer.Scita forma.Huius dimi.eſt ſcitul9 pro pulchello Plau.in Ru.Forma ſcitula.Ter.in An.Scitus puer nat9 e Pamphilo eſt.Plau.in Am.Hæc nox ſcita eſt exercendo ſcorto cõducto male.Huic contrarium eſt Inſcitus pe.pro.qđ modo ꝓ ignorante & ĩprudente ponitur,ut apud Ter.in Hecy.Nã ſi id nunc facis,facturaue es,bonos qđ par eſt facere inſcitũ offerre tibi iniuriam me ĩmereri iniquũ eſt.Mõ ꝓ ĩelegãti,ut apđ apoſtolũ Iacobum Suſcipite ĩſcite uerbũ,qđ põt ſaluare aĩas ueſtras.

Scite aduerbium ſignãt docte artificioſeq̃,ſeu cũ bona ſcia uel cũ bona rõne.Gel.Scite ſubtiliq̃ rõcinatũ Pythagoram philoſophũ dicit.Colu.li.v.cõtratiũ poſuit Nam id plurimũ refert inſcite non facere.

Scitũ ſubſtãtiuũ ſcat decretũ.Liui.li.i.Cætera quoq̃ oĩa publica priuataq̃ ſacra pontificis ſcitis ſubiecit.Hiero. Quare diſcipulos meos arguẽdos creditis,q̃ ſeniorum iuſſa puipendant,ut dei ſcita cuſtodiãt.Hic plebiſcitũ plebis ſtatutũ.Cice.li.i.ad Herẽ.In rẽ conferẽ,ut ſi q̃s ex teſtamento,quod facere iuſſus eſt,ex plebiſcito ueteẽ.

Sciens feci.Inſciens feci.Illud eſt cum facerem aliquid, ſciui me facere,hoc autem ignoraui.Sciẽter feci,id eſt cum ſcientia,& doctrina feci,ſemperq̃ in laudem.Inſcienter ſemper ĩtuperabile.

Scius,q̃ ſcit,a quo Conſcius,inſcius,neſcius,& præſcius.

Scimpoda,pe.cor.græci dicũt ſcabellum & grabbatum Cuius diminutiuũ eſt ſcimpodion.Gel.li.xviii.offẽdimus eum cubantem in ſcimpodio græcienſi.

Sciurus animal quod quotiens ſub dio eſt,caudam pro tecto habet,atq̃ umbra ἀὸ σκιᾶς τ' οὐρᾶς.

Tenebricosus. a. um. quod tenebras inducit, tenebrosum tenebris plenum.

Tenebrosus. a. um. quod tenebris plenum est.

Tenebriones mendaces, & dolosi, qui mendaciis & astutiis suis quasdam quasi tenebras obiiciunt. Alii tenebriones interpretantur lucifugos, quasi in tenebris delitescentes. Afra. Si accusator & reus erunt tenebriones uterq; utrunq; uituperator.

Tenebro. as. pe. cor. tenebras facio. Aug. Accedamus ad eum ut illuminemur, non quomodo ad eum accesserunt Iudæi, ut tenebrarentur. Hinc contenebro, & obtenebro composita. Hiero. in lib. Numeri. At contenebrati ascenderunt in uerticem montis.

Tenebresco, obscurus fio. Vnde Augu. Aer contenebrescat inquit, id est tenebrosus fiat.

Tenuis, & hoc tenue, a teneo fieri uidetur, ꝙ quæ tenuia sunt, facile teneantur. Est em̄ tenue paruum. exiguum. Cice. in Horten. Fundum non mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus. Colu. li. ii. Quo tenue linum proueniat. Distat autem a subtili, ꝙ tenue diminutionem rei, ut plurimum notat, nec habet laudem nisi illa diminutio sit ex usu, ut si dicamus tenuia uelle ra, subtile uero acuitatem habet. Ergo laudat subtile ingenium tenue uituperat. Potest etiam & a tendo deduci, quoniam quæ extenduntur tenuia sunt. Per translationem nonnunquam ponitur pro paupere, & tenuitas pro paupertate. Cice. Tiro, Vt possum ex meis an-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

guſtiis illius ſuſtento tenuitatem.

Tenuiculus diminutiuum a tenui. Cicer. Peto. Tenuiculo apparatu ſignificat Balbum fuiſſe contentum.

Tenuo.as. tenuem, ſubtilem, macrũ, debilem facio, ſiue minuo. Vir. li. iii. Geor. Ipſa aũt macie tenuant arma uolentes. Et in hymno. Ecce iã noctis tenuatur umbra. Compoſita ſunt Attenuo & Extenuo.

Tenedos pe. cor. inſula in mari Ægeo, inter Mitylenen, & Helleſpontũ, contra Troiam, prope Sigeum, ab oſtiis xx. paſſimilib⁹ diſtat. Abeſt a Lesbo. cvi. milia paſ. Hæc prius Leucophrys appellabaꝫ, quam alii Calidnam dixerunt. In hanc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cyeni filius conditaq; ex ſe urbe Tenedon uocauit, a qua & inſula denominata eſt. Cice. Tenem ipſum, ex cuius nomine Tenedos nominatur. Hinc tenedii dicuntur eius incolæ.

Tenos inſula una ex cycladib⁹, in qua eſt oppidũ eiuſdẽ nois, quam propter aquaꝝ abundantiam Ariſtoteles Hydruſam appellatam dicit. Aliqui Ophiuſam.

Tenus, teni, laqueus. Seruius dici putat extremas partes arcus, unde tractum ſit, ut hactenus, hucuſq; ſignificet, quaſi uſq; ad finem. Apud Plau. in Bac. tenus magis p laqueo accipi uidetur, quam pro arcu, cum ait Pendebit hodie, ita pulchre intendit tenus.

Tenus præpoſitio ſcat propinquitatem, & quod dicim⁹ uſq; ad. Nam qđ propinquum eſt, quaſi teneri uidetur id cui eſt ꝓpinquum. Quidam a tendendo, q hæc ꝓpoſitio extenſionem quandam ſignificare uideaꝫ, & ablatiuo deſeruit, ſemperq; in ſingulari poſtponiꝫ ablatiuo ut hactenus, eatenus, quatenus, uerbotenus, oretenus, capulotenus. Aliqñ etiam cum actõ iungiꝫ. Vale. Flaccus in Argo. Et Tanaim tenus imenſo deſcẽdit ab Euro. In plurali poniꝫ etiam cum gtõ, Vir. Crurum tenus a mento palearia pendent. Et Cumaꝝ tenus. i. uſq; ad Cumas. Curtius. Pauci hoſtium tenus exacti penetrauere ad portũ. Hora. ſine caſu poſuit tanq; aduerbium. Eſt quodam prodite tenus, ſi non datur ultra. Aliquando ſignificat non ultra, ut geſſit conſulatum titulotenus, non ultra titulum.

Tenontes ſunt recti, & ualẽtes nerui, a rigore dicti, collũ continentes ſine qbus ſuſtinere caput non poſſent cervicis uertebræ. Siqdem hoꝫ inter oẽs flex⁹ alter ſemp intentus plabi ſupiora nõ patiꝫ. In ipſis quoq; pedibus neruum quendã latum, q a poplite demiſſus, ꝓcumbit in calcem, appellãt tenonta, ut inqt Iul. Pol. Sed & neruos, qui ex utraq; ſtomachi parte ſunt τόνους uocant.

Tener. a. um. quod eſt molle. Hinc tenera ætas, puerilis. Tranſfertur ad aium. Iuue. Cum tener uxorem ducat ſpado. Item tener dr qui facile commiſereꝫ. Hinc teneritas, & teneritudo, tenere, & teneriter aduerbia.

Tenellus. a. um. dimi. unde tenellam ætatẽ dicimus.

Teneraſco, tener fio, miteſco miſericordia ducor. Lucil. li. iii. Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentes.

Tentyri, ſiue tẽtyritæ, genus aialis uenenoſi. Pli. li. xxviii. In inſula Nili tentyri naſcentes tanto ſunt crocodylis terrori, ut uocem quoq; eoꝝ fugiant. Tentyra a Tentyris uero ciuitas inferioris Ægypti, uñ & præfectura tentyritica, uel ut Pli. ait inſula, a Nilo circundata, in qua habitant homines, qui crocodylis tanto ſunt terrori, quanto pſylli marſiq; ſerpentibus. Tentyritæ uero produ. inſulani ſunt apud Strabonem.

Tepor & tepiditas idem ſignificant. Colu. lib. ii. Si uero tepor cæli, ſiccitaſq; regionis ſuadebit Februario ſatim proſcindendi ſunt.

Tepidus. a. um. quod eſt medium inter calidum & frigidum. Vñ interdum p calido poniꝫ. Lucre. Tepidiſq; caminis. Interdum p frigido, pſertim qñ tranſfertur ad alia. Plau. Hic hõ fact⁹ eſt tepidior. i. frigidior, ſegnior. Interdum inutili, ſiue nocuo. Virg. Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ. Hinc ſubtepidus, aliquantum, tepidus, tepidulus diminutiuum.

Tepeo. es. pui. tepidus ſum. Cato de re ru. Lenibus lignis facito caleſcat, ubi temperate tepebit, tum cuminum indito. Hinc tepeſco, tepidus fio. Leo Papa. Feruor fidei non tepeſcat. Huius compoſitum eſt intepeſco, quod eſt ualde tepeſco. Colu. Nunc mitigato iam & intepeſcente frigore largiſſimis oliuitatibus, liberiq; uindemiis exuberent.

Tepefio, idem quod tepeſco. Amb. li. offi. Quis neget uerna temperie interiora terraꝝ tepefieri, quos glacies hyberna conſtrinxerit. Fitq; a tepefio.

Tepidarium, uas in quo aqua temperatur, ſiue cella, in quam ex balneis exeuntes ingrediuntur.

Terapne Helenæ patria in Lacedæmone, etiã inſula in mari Liguſtico, quã noſtri Corſicam uocant, q̃ & Cyrnos dicta fuit. Hinc terapneus. a. ũ. Oui. Rure terapneo nata puella phrygẽ. Hanc dictionem alii cum aſpiratione ſcribunt, alii ſine p, teramne, ſed male.

Tergeſte oppidum ab Aquileia ſtad. centum octoginta diſtans, ut inquit Stra. hodie Trigeſtum uocat. Sed oẽs mentiunt, nam τεργέσταν λέγει a Dionyſio Lybico, & Euſtathio, ſed inſcii tergeſtã uocãt, q̃ſi ibi res tergeſta fuerit, ſed aliqui de talibus ſcribũt, qui forſan quãdoq; laudabuntur. Etiam Suidas τεργέστη ὄνομα ἔθνους ἢ θηλυκῶς τεργέστη ὄνομα πόλεως πρὸς ἀκυλίαν.

Tero, ris, triui. tritum, frico, tundo. Plau. in Aſi. Num me illuc ducis, ubi lapis lapidẽ terit. i. piſtrinum. Plin. Dein refrigeratum terit in farinam. Terere iter, eſt iter agere. Vir. Sæpius e tectis penetralibus extulit oua Anguſtum formica terens iter. Terere tempus eſt conſumere. Salu. Triennio ibi fruſtra trito, ſimiliter terere ociũ. Liui. li. i. Quas in conuiuiis, luxuq; cum æqualibus uiderant tempus terẽtes. Idem in eodem. Regii quidem iuuenes interdum ocium conuiuiis, conceſſatiõibuſq; inter ſe terebãt. Huius compoſita ſunt attero, quod eſt ad aliquid tero, frico. Pli. li. ix. Anguillæ atterunt ſe ſcopulis. Tibul. Aut operi inſuetas atteruiſſe manus. Aliquando ſcat uehementer tero, frango, ad terram traho, aut ualde rodo. Colu. lib. ii. Demergunt ungulas, & atterunt, ſcinduntq; radices herbaꝝ. Et li. vi. Nam demiſſum ex eo palmitem germinantem inferior atteret & fructum. Vir. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. i. cõſumpta, attenuata. Et li. i. Geor. Depreſſo incipiat iam tũ mihi taurus aratro Ingemere, & ſulco attritus ſpendeſcere uomer. i. roſus. Salu. per tranſla. dixit. Poſt ubi eoꝝ famã attriuerat maiora alia imperdebant, id eſt, oppreſſerat. Contero, totum ſimul tero, tundo, conſumo, frango. Plau. in Aſi. Vtinam mihi ſtimulus in manu ſit, qui latera conteram tua. Lact. li. iii. Qui cũ ætates ſuas, niſi ſtudio phiæ cõterãt. Col. li. viii.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Remedio sunt hysopū,& sal æquis pōderibus cōtrita. Teren.in Hecy. Cursitando atq; ambulando totū hunc cōtriui diem. Detero,distero,extero, intero, intertero, obtero,protero,pertero ualde tero. Col. Per lineū fiscū quod pertriuerant,exprimunt. Retero,rursus tero,purgo,excerno. Colu.li.vii. Pura deinde frumenta si in annos recondant,reteri debent. Nam quanto sunt expolitiora,minus a curgulionibus exedunt. Subtero,subtꝰ tero. Plau.in Asi. Eos asinos prædicas uetulos,claudos, quibus subtritæ ad fœmina iam erant ungulæ. Hiero. in Deute. Et pes tuus non est subtritus. Semitero,quasi medium tero. Colu.li.vii. Huic aūt nubilarium applicari debet,maxime in Italia propter inconstantiā cæli quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit. Et omnia habent pe.cor.

Terra elementum,per duplex rr,licet a tero.is.deducat, q̄ scilicet terat. Ab hac locus communis,q̄ cir;a oppidum colonis reliquitur territorium appellatur, q̄ maxime teratur. Et in singulari q̄dem terra totū elementum est.i. ipe orbis terræ. In plurali terras aliquas significamus. Vir. Multum ille & terris iactatus,& alto. Ponitur tñ q̄nq; terra pro territorio,& pro prouincia, seu regione. Cice. Eoꝝ qui in hac terra fuerunt magnāq; græciam, quæ tum florebat institutis & p̄ceptis suis erudierunt. Vñ conterraneus,qui ex eadem terra est.i. prouincia,q̄uis hæc dictio apud neminem idoneū autorem,nisi apud Pli.legatur,& uno duntaxat loco, ubi Catullum uocat conterraneum. Var.li.i.de re ru. scribit terram tribꝰ modis dici. Cōmuni, ꝓprio, & mixto. Cōmuni,ut cum dicimus,orbē terræ, & terram Italiā, cum & lapis & arena,& cætera eius generis sint in nominando comphensa. Altero modo dī terra proprio nomine,q̄ nullo alio uocabulo, neq; cognomine adiecto appellat. Tertio modo dī terra q̄ est mixta, in qua seri quid potest,& nasci,ut argillosa aut lapidosa. Terra etiam uocat uesta,eo q̄ rebus oībus uestiat, seu qa ui sua stat. Oui.li. Fast. Stat ui terra sua ui stādo Vesta uocat. Dī & mater. Colu. Tu penitus clatris eradere uiscera matris Ne dubita. Pli.li.ii. Sequitur terra cui uni rerum naturæ partium eximiæ propter merita cognomen indidimus maternæ ueneratiōis, nos nascētes excipit,natos alit, semel æditos sustinet semper nouissime cōplexa gremio,iam a reliqua natura abdicatos, tum maxime, ut mater operiens. Et paulopost. Terra serpentem homine percusso amplius non recipit. Terræ latitudo quæ habitat,in.vii.climata diuisa est, quorum primum ab ísula Meroe usq; sienem, per quadrīgēta & .xl. passuum milia protenditur. Vide in Asi.pii lōgitudo terræ ab ortu ad occasum hoc ē ab Indiæ extremitate usq; ad Herculis columnas octoagies quinquies centena septuaginta octo milia stadia sunt.

Territorium,ut inquit Pompo. est uniuersitas agroꝝ intra fines cuiusq; ciuitatis,quod ab eo dictum est, q̄ maxime teratur,uel q̄ magistratus eius loci intra eos fines terendi.i.summouendi ius habeat.

Terraceus.a.um.quod ex terra est,ut domus terracea.

Terreus.a.um.quod ex terra est,ut uas terreum. Col.li.i. Horreum camera contectum, cuius solum terreum prius,q̄ consternatur perfossum.

Terrenus.a.um.quod in terra natum est, uel in terra uiuit,uel aliq̄d cum terra cōmune habet; ut terrenum animal. Et terrenus pro terreo. Colu. Area quoq; si terrena erit,ut sit ad tecturam satis habilis.

Terrenum dī campus. Col.li.ii. Callidissimi rusticarum rerum genera terreni tria esse dixerunt. Campestre collinum,montanum. Idem li.i. Agrum habebimus salubri cælo,uberi gleba, parte campestri,parte alia collibus,uel ad orientem, uel ad meridiē molliter deuexis, terreniscq; aliis,atq; aliis syluestribus & asperis.

Terrestris,& hoc terrestre,idem quod terrenus,ut terrestre animal.

Terrigena pe.cor. qui ex terra natus est,terricola,qui terram habitat.

Terræmotus dicitur, cum terræ incluso spiritu contremiscunt,magno sæpe habitantium damno.

Terraneola cum accentu in antepenul. auis alaudæ similis,præterq̄ q̄ in capite apicem nō habet, sicut alauda,dicta terraneola, q̄ non in arboribus, sed in terra uersetur,atq; nidificet.

Terebra siue terebrum pe.cor. instrūm, quo ligna perforantur a tero. Eius diminutiuum est terebellum.

Terebro.as. terendo perforo. Virgi. Et terebrare cauas uteri,& tentare latebras. Huius compositum est Exterebro,quod est extorqueo, & scrutor. Plau. Exterebra prorsus,atq; excute.

Teretrum instrumentum ferreum ad terendū lignū.

Teredo pe.pro.uermis in ligno nascens, a terēdo dictus, uel a sono,qui est τειλών. Eadem & tinea dī,licet sint qui distinguant,ut teredines dicantur in mari, hoc est in nauibus,tineæ terrestres sint. Col.lib.v. Nam teredinem formicamq; prohibet.

Teres.etis.pe.cor.dī quicqd rotundū oblongūq; est, ut columna & arbor, quod quasi terendo fit rotundum. Vir. Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.

Terminus proprie dī signū qd̄ agrum ab agro diuidit a terēdo, q̄ hæ partes maxime terantur. Nam utrinq; ab iis,qui agrū suum colerent fodiēdo teritur. Hinc terminus pro fine accipit. Cice. Cum nullū tot calamitatibus,atq; erumnis terminū inueniremus. Et apud antiquos termioꝝ deus putabat. Dialectici terminū definiunt esse signum oratiōis cōstitutiuum. Huius composita sunt anterminus,qd̄ est quasi circū terminus, qui circa terminos prouinciæ manet. Conterminus, qui est uicinus,& finitimus. Col.li.i. Priuatos quoq; memoria tradidit,& in regiōibus græciæ, & in hac ipa Hesperia detestabiles fuisse uicinos, nisi autolicus ille cuiq̄ potuit tolerabilis eē cōtermin⁹, aut Auētini mōtis icola Palatinis ullū gaudiū finitimis suis Cacus attulit.

Termino.as.finio. Lact.li.ii. Iam uero illa conclusio,qua sniam terminauit Tullius multo absurdior. Et terminare est terminos constituere. Cic.li.i.offi. Itaq; illoꝝ fines sicut ipsi dixerant terminauit. Huius cōposita sūt determino,quod est definio,delibero, & quasi cogitationi terminum impono. Idem li.iii. Determinanda est nobis ueritas breuiter.& in suo proprio domicilio collocāda. Distermino,diuido,dissipo. Extermino expello, & ueluti extra terminos mitto.

Terma.atis. extremū,terminus,finis, meta. planta pedis

Termes,ramus ex arbore decerptus, cū fructu, q̄ em̄ in diuisione agroꝝ,anteq̄ metæ ponerent,figi solebat,ter

mino nomẽ dedit. Et ꝓprie termes (ut ait Porphyrio) eſt oliuæ, ſicut palmes uitis. Hora. Nunq̃ fallentis termes oliuæ. Gelli. termitẽ palmę ramũ cũ fructu auulſũ dixit. Eſt & termes uermiculi genus carnẽ exedens.

Tergo.gis. & tergeo.es.ſi,ſum. & ſm antiquos tertum ſignificat mundo, nitidum facio. Iuue. Vaſa aſpera tergeat alter. Plau. Ornant, lauant, terguntꝫ, poliuntꝫ. Huiꝰ compoſita ſunt Abſtergo, ſordes remoueo. Liui. li. i. In ſpectum vulnus abſterſo cruore omnia ſalubria eſſe. Per tranſlationem ſignificat aufero. Cice. Volo abſtergere animi tui metum. Attergo. Cice. in Ver. Quod ſanum deniq̃, quod non auerſum neq̃ atterſum reliquerit. Detergo, deorſum tergo & ſordes aufero. Hiero. ad Damaſ. In cõmune deum deprecemur, ut mihi quoq̃ de altari carbo mittat, ut omni peccato & labe deterſa, primo poſſim dei ſacramenta conſpicere, dehinc enarrare quæ uideo. Colu. li. vii. Tum etiam ſpongia labra detergeri. Et lib. ii. Omnis humor ſole, uentoue deterſus eſt, id eſt, ſiccatus. Extergo perfecte tergo. Cato de re ruſt. Poſt diem omnino duodecimum pernas eximito, & ſalem omnem detergito, & ſuſpendito in uentum biduum tertio extergito.

Tergus.oris. corium. Virgil. Tergora diripiunt coſtis, & uiſcera nudant.

Terginus.a.um. poſſeſ. a tergus, ut terginum loꝫ apud Plau. quod ſcat ſcuticam de tergore animalis.

Tergũ dorſum. Vir. Manibus poſt terga reuinctis. Ouid. li. i. Met. Oſſaq̃ poſt tergũ magnæ iactata parentis. Et non tm̃ aĩalium eſt, ſed etiam aquaꝫ, & aliaꝫ reꝝ. Vñ a tergo dicimus a parte poſteriore membranæ ſiue papyri, aut alterius cuiuſq̃ rei. Iuue. Scriptus & a tergo, necdum finitus Oreſtes. Hinc poſtergo.gas. & tergiuerſor. Aliq̃ tm̃ tergũ pro tergore ponit. Virg. Mercatiq̃ ſolum facti de nomĩe Byrſam Taurino quantũ poſſit circundare tergo. Item pro ſcuto, qm̃ ſcuta pellibus tegi ſolent. Idem & tergo decutit haſtas. Et tam tergus, quam tergum a terendo dici uidentur, quoniam uehendis oneribus teruntur.

Tergiuerſor, fallo, & dicta muto. Aliqñ etiã cõtradico, quaſi terga uerto. Nam uertere terga fugere eſt, qđ & terga dare dicimꝰ. Plau. Quid expectas ĩ quid tergiuerſaris? Proprie tm̃ tergiuerſari eſt eoꝫ, qui terga uertentes, adhuc tm̃ pugnant, nec ſeſe uictos rationibus uolũt agnoſci. Cice. li. iii. Tuſ. Quid tergiuerſamur Epicure, nec fatemur eam nos dicere uoluptatem, quam tu idẽ cum os pfricuiſti, ſoles dicere, i. diſſimulamus, & ſubter fugimus. Antiqui tergiuerſatorem dicebant bouinatorem. Iuriſconſulti accipiunt tergiuerſari pro in uni uerſum ab accuſatione deſiſtere.

Terror, timoris incuſſio. Ci. li. iiii. Tuſ. Quæ aũt ſubiecta ſunt ſub metu, ea ſic diffiniunt. Pigriciã metũ conſequentis laboris, terrorem metũ cõcutientẽ. Ex quo fit ut pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequaĩ. Seruius iter terrorem & metum ſic diſtinguit, q terror proprie ſit qui aliis inferĩ, unde & terribilis dĩ. Metus quem habent timentes, licet aliquando terror pro metu ponatur. Virgi. Quod ſi tantus habet mentes, & pectora terror.

Terreo.es.rui.itum. timorẽ alicui incutio. Hiero. ad Helio. Nolo te antiquæ peregrinationis terreat difficultas. Huius cõpoſita abſterreo, cõterreo. Colu. in ꝑfati. Qui tam uariæ, tãq̃ uaſtæ ſcientiæ deſperatione conterriti nollẽt expiri, quod ſe aſſequi poſſe diffidẽt. Deterreo, exterreo, pterreo eiuſdem ſignificationis.

Territo, as, pen. cor. frequentatiuũ. Teren. in And. Di te eradicent, ita me miſeram territas.

Terrefacio, terrore afficio, a quo terrificus, a, um, quod terrorẽ facit. Compoſitũ eſt pterrefacio.

Terricrepus, a, um. pe. cor. terribiliter, ſeu cũ terrore increpans. Aug. lib. viii. cõfeſ. Quæ iſte ſenex ore terricrepo tot annos defenſitauerat.

Terribile, formidabile, atq̃ horrendũ.

Terriculamenta terrores ſunt & formidamina.

Terebinthus arbor nigrũ lignũ cum ſplẽdore ꝑferẽs, habenſq̃ ſoliditatẽ in buxi ſpẽm. Terebinthi lignũ medicinalẽ lachrymã exudat inqt Aug. Virg. li. x. Incluſum buxo, aut erithia terebintho. Ex hac terebinthina reſina, quã nos tremẽtinã appellamus. Pli. Terebinthinam in ſartagĩe referuẽti hãc cæteris ꝑferẽtes; Terebinthꝰ maſcula, & fœmina eſt. Maſcula ſterilis, fœmia duplex eſt. Alteri rubet fructus magnitudine lentis. Alteri fructus pallet & cũ uite matureſcit reſinoſus.

Tereus rex Thracum, Martis ex Biſtonide nympha filius. Ouid. lib. vi. Met. Et genus a magno ducentẽ forte gradiuo. Lege fabulam.

Terpſichore, p. cor. fuit una ex nouẽ muſis. Vide ĩ muſa.

Terpſicerotes, pe. prod. ductum nomen a modulatis, & quaſi ad lyram compoſitis cornibus.

Terentũ locus in cãpo Martio, q in eo ara ditis patris ĩ terra occultareĩ. Erat hic locus Diti, ac Proſerpinæ ſacer, ĩ q̃ oĩm q naſcerenĩ, aut morerẽĩ noĩa ſcribi ſolebant, quotiẽs ciuitas luſtrabaĩ. Mar. Bis mea Romano ſpectata eſt uita Teréto, Et nihil extremos ꝑdidit ante rogos.

Ter aduerbiũ numerale, ſeu ordinale, ut bis, ter, quater. Hinc tertius a, um, a quo fiũt aduerbia tertio, & tertiũ.

Tertio, as, quaſi tertiatã facio, ſiue diuido, ſeu tertio pono, Sic iterare iteꝫ facere. Col. li. ii. Sed iugeꝫ tm̃ is ager q̃tuor opis expediẽ. Nã cõmode ꝑſcidiẽ duabꝰ, una iteraĩ, tertiaĩ dodrãte, in lyrã redigiẽ quadrante ope.

Tertiata uerba appellanĩ impfecta lapſantia, & expauore nutabunda, qñ qs exaĩatus nõ ꝑfert uerba itegra ſed uix tertia quæq̃ enũciat mediis exturbatiõe ſuppreſſis. Apul. li. v. Tremẽs & exangui colore lurida tertiata uerba ſubſtrepens ſic ad illas ait.

Teruncius numus perexiguus, a tribus unciis.

Termentariũ Var. uocat linteũ quo corpꝰ tergiẽ a terẽdo. Mar. Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi.

Teſſereſtedecatitæ populi hinc appellati ſunt, q nõ niſi quartadecĩa luna mẽſe Martio paſca celebrabãt.

Tertullianus nomẽ auctoris, de quo ſic Aug. inquit. Cuius multa legunĩ opuſcula eloquẽtiſſime ſcripta. Hic ſicut ſcripta eius indicãt aĩam dicit ĩmortalẽ quidẽ ſed eam effigiatũ corpus eſſe contẽdit, neq̃ hanc tm̃, ſed ipm̃ etiam deũ corporeũ eſſe dicit, licet non effigiatũ. Nec tm̃ hinc hæreticus crediẽ factus.

Teſſera latine quatuor dicĩ, unde & id dĩ quod omni ex parte quadratum eſt. Teſſeræ etiam dicuntur, quibus in rabula luſoria luditur. Sunt enim quadratæ, & puncta habent, & cum iaciuntur, in quamcũq̃ partem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

incubuerint,immotam habẽt ſtabilitatem .τέσσαρα. i. q̃tuor.Cice.in Cato. Nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquãt,& teſſeras.Hæc alio nomĩe quadrãtalia dicunt,græce cubi,ut Gelli⁹& Macro.ſcribũt in/de cubicũ corpus.Talus eſt quatuor laterũ,& cõcauus ad ſimilitudinẽ tali,qui eſt os in articulo pedis,uentre eminẽs cõcaua uertebra ligatus,quadratus forma,altera parte cõcauus,altera fere planus,eſtq; in poſterio/ri ſuffragine dũtaxat, nunq̃ in prioribus pedibus, nec eſt homini,aut aliis aníalibus habẽtibus digitos, nec ſolidas habẽtibus ungulas,ſed tm̃ biſulcis.Ex iactu talorũ uaria puncta fiebant. Nam latus ,quo unitas ſignificabat,canis ſeu canicula appellat,in quẽ cõuerſo talo deponebat ab eo qui iactauerat nummus unus ſine aliquo lucro.Id circo canis dãnoſa uocat.Ouid. Quid ualeant tali,quo poſſis plurima iactu Figere, damnoſas,effugiaſq; canes.Eius oppoſitũ uenus dr̃,ſeu cous,ſignificans ſeptenariũ numerũ. Et is qui talorum iactu hunc numerũ reddidiſſet,ex lucrifaciebat. Præterea quicquid eſſet caniculæ iactu eraſum. Alia duo latera Chius,& Senio dr̃,Ternariũ ille,hic quaternarium ſignificans.Nam binarius, & quinarius numerus in talis nõ erat.Chius tris numos lucrabat,Senio quatuor. Ideo dexter,hoc eſt fœlix & propitius dicebatur.Perſi. Quid dexter ſenio ferret,ſcire erat in uoto. Sueton.de Aug.Talis iactatis,ut quiſq; canem , aut ſenionẽ iecerat in ſingulos talos cõferebat in medium, quos tollebat uniuerſos,qui uenerẽ iecerat.Aliæ quoq; i hoc ludi gñe differẽtiæ fuere,nã & uoltorios habebãt, & Herculẽ baſilicũ.Plau.Talos poſcit ſibi in manũ prouocat me in aleã,iacit uoltorios quatuor. Talos arripio Herculẽ iacto baſilicũ.Talus græce aſtragalus,a quo aſtragalizo talis ludo.Calculus eſt is quẽ latronẽ,& latrunculũ antiqui appellarũt,iuniores uero ſcacũ uocitant. Martia. Hic mihi biſſeno numerat teſſera puncto calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.Et item.Inſidio/ſoq; ſi ludis bella latronũ,Iſte tibi geminus miles & hoſtis erit.Et item teſſera ſignũ bellicũ , quod ad pugnã exeũtibus datur.ſ.propter confuſionẽ, quod & ſymbolum dicit ut in bello Matii Lar deus,In Sillæ Apollo delphicus,in Cæſaris uenus genitrix,Vir.li.vii. It bello teſſera ſignũ.Liũ.lib.vii. Cæteris oĩbus teſſeram dari iuber.Item teſſera eſt belli & pacis futuræ ſignũ.Pom. Q. Mutius miſſus ad Carthaginenſes legatus cũ eſſent duæ teſſeræ poſitæ,una pacis altera belli ,arbitrio ſibi dato utrã uellet deferre utramq; ſuſtulit,& ait Carthaginenſes petere debere utrã mallent accipere .Poníf nonnunq̃ pro ſigno frumẽtario quo exhibito unuſ quiſq; frumentũ pro portione accipiebat a principe,ſicut ex more uetuſto in patria noſtra fieri ſolitũ eſt,ab his qui pauperũ curam habẽt.Nam erogant ſigna q̃dam plumbea,quib⁹ exhibitis ſigillatim accipiũt certam menſuram farinæ,uel panis uiniue .Suet. in Aug. Ac ne plebs frumentationũ cauſa frequentius a negociis auocaret ter in annum quaternoq; menſium teſſeras dare deſtinauit. Iuuen. Sũmula ne pereat,qua uilis teſſera uenit frumẽti.Hæc teſſera etiam frumẽtatio dicit.teſſeræ numariæ,quibus exhibitis, ſumma numũ præſcripta repenſari ſolet,Præterea teſſera,ſeu teſſella calamus eſt,qui inſerit ramo, quod uero in terra ſerit talea uocat.Pli. Quidã huic generi miſcuere fiſſurã in uitibus exẽpta cortice teſſella ſurculo a latere plano adigẽdo. Itẽ teſſera eſt lignũ utrinq; cõplanatũ i quo numeri deſcribunt,qd & talea dr̃.Plau.Suã uterq; teſſerã habet ratio cõſtat,hoc & teſſerula dr̃.Pli. Frumenti rõnẽ teſſerulis oñdebat.Et teſſeræ,ſeu teſſerulæ lapilli ſũt ad cõficiẽda,ſternẽdaq; pauimẽta,Ci. li.iiii.de ora. Quæ lepide lexes ſyntheſis cõpoſitæ , ut teſſerulæ oẽs arte pauimẽto,atq; emblemate uermiculato. Itẽ teſſera figura geometrica,q̃ cub⁹ uocat,cui⁹ meminit Macro.in i.ſom.Scip. Eſt & in Arithmetica numer⁹ octonarius,ut Martian.in Arith.Si teſſera teſſerã metiat.

Teſſella,& teſſerula dimi.ſunt a teſſera p taxillo, Iuuen. Nec teſſellæ nec calculus ſimilis, figura qua aliq̃d cõcidit teſſella,unde auerbiũ teſſellatim.

Teſſerarius,qui teſſeram.i.præceptum ducis,p cõtubernia militum nunciat.

Teſſerarius,a,ũ.qd ad teſſeras ptinet, ut ludus teſſerari⁹.

Teſſellatus,a,um.quod teſſellis.i. paruis quadratis lapillis intextum eſt,ut pauimentũ teſſellatũ, a teſſeris quarũ forma quadrata eſt.Sue.in Cæſa.Munditiaq; ,lauti tiarũq; ſtudioſiſſimũ multi prodiderũt, q̃uis tenuẽ ad huc,& oberatũ in expeditionibus teſſellata , & ſectilia pauimẽta circũtuliſſe.Vict.lib.vii. meminit pauimentoq; teſſellatoq; atq; ſectiliũ , ſcribitq; pauimẽta ſectilia,& teſſeris ſtructa oñes angulos æquales habere debere,& ſectilia,qm̃ in particulas ſecta ſunt, ut quocũq; uelis poſſint circũferri.Erant & teſſellatæ quædam tunicæ.Pli.lib.xxxv.Zeuſis aureis liſis in palliorũ teſſeris intextum nomẽ ſuum oſtentabat.

Teſſeredecas,adis. quaterdena dr̃ a teſſera quatuor,& decas decem. Quidam interponunt ſyllabam teſſere ſedecas dicentes.

Teſta fruſtũ uaſis fictilis,& cũiuſq; lateris.Pli.li.xxxvi.Si teſtæ tũſæ tertia pars addat,melior materia erit,unde & p calculis ponit quos gr̃ci oſtracos dicũt. Teſta q̃q; dicit uas figlinũ in igne decoctũ,quaſi toſta,q; e molli creta fabrefacta torreat,deide coquat.Tibul.Pax aluit uites,& ſuccos cõdidit uuæ Funderet ut nato teſta paterna merum. Var.de lin.la.teſtu indeclinabile pro teſta poſuit.A teſta fit teſtaceus,a,um.quod ex teſta eſt, Plin.Inſectorũ omniũ,& quibus teſtacea opimẽta oculi mouent.Item teſtæ intelligunt omnes piſces,qui duriori cortice tegunt.Hora.in Ser.Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ.

Teſteus,a,um.idem quod teſtaceus, ut apud Hieremiã prophetam.Vade & accipe lagunculam teſteam a ſenioribus populi.

Teſtatim aduerbium ſignificat comminutim.

Teſtus,us.tegmẽ teſtaceum,ſub quo placẽtæ,& alia coquunt.Cato. In foco calido ſub teſtu coquito leuiter. Dicit & teſtũ ſiue teſtus,teſti.Pli.li.xxxii. Sub æreo teſto,hoc græci uocant clybanũ. Vñ panis teſtuaceus dicit apud nos,quẽ illi clybanitin.

Teſtuaciũ,qd in teſtu calido coquebat,cõdimẽtũ ex uariis eſculẽtis a teſtu, ſub quo calido coquit,ut ígt Var.

Teſtudo anial qd tarde gradit,& phthiſicis, lienoſis, caduciſq; opitulat,dicta teſtudo (Var. teſte) q; teſta tegat.Earũ gña ſunt marinæ,paluſtres,terreſtres,& lutariæ,quæ in dulci aqua diuerſantur.Hiero.ad Præſidiũ

Teſtudo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Testudo marina,q̃ grãdis,ut insula dũ emergit de alto oñdit se in ipo mari,tanq̃ petrã,nec se mouet ide, quo aduscq̃ naues hoies ligẽt. Et cũ hæc senserit trahit se in altũ,sed cũ esurierit, aperit os,& bonũ odorẽ reddit,ad quẽ pisces cæteri colligunt. Terrestres limacas a limo dicim⁹. Testudo ẽt dr̃ materia tabulatis cõtexta,& coriis cilicinis,aut cẽtonibus, & aliis q̃ difficulter cõburi pñt cõtecta. Hæc intrinsec⁹ hẽt trabẽ, q̃ unco pfigebat ferreo,& falx uocabat ab eo,q̃ incuruata eẽt,& de muro extraheret lapides. Retro.n.ducebat trabs funiculis suspensa,ut reducta ipetuosius feriret. Ideoq̃ & testudo dicta a simitudine reptilis,q̃ caput nũc exerat,nũc reducat. Syl. Tandẽ cõdensis arctæ testudinis armis, Subducto pœni uallo cæcaq̃ latebra Pandũt plapsam effossis mœnib⁹ urbẽ. Hoc ẽt instrũ arietẽ appellãt,ab eo q̃ aries frõte.i. capite pugnat. Rursus testudines dr̃ loca in ædificiis camerata ad similitudinẽ aquatiliũ testudinũ,q̃ duris tergorib⁹ sũt & icuruis,q̃ ideo in templis sic fiũt,ut simulachri imago cæli reddat imaginẽ,qd̃ constat esse cõuexum. Vir. Tum boribus⁹ diuæ media testudine tẽpli. Hinc & scuta dr̃ testudines,q̃ sint in testudinum modũ curuata. Nã in armoy generibus milites plærũq̃ sumũt ab aialib⁹ noia. Itẽ testudo lyra dr̃, qñ Mercurius citharã de testudine sicca meditatus est, ut Hygi. refert. Hora. O decus Phœbi, & dapibus supremi grata testudo Iouis,o laboy dulce lenimen.

Testudinatũ,tectum,qd̃ est deuexũ ĩ q̃tuor partes,sicut pectinatũ in duas. Vict. li. ii. Tecta recidentes ad extremos transtra traiiciũt gradatim cõtrahentes & ita ex q̃tuor ptibus ad altitudinẽ educũt medio metas, quas luto & fronde tegentes efficiunt testudinata tecta.

Testis gene.cois,q̃ testimoniũ pfert,ab eo dict⁹ q̃ tueat statũ causæ,uel q̃ ante stet,q̃si antestis.i. ante stans. Hiero. ad Eusto. neu. ge. iunxit,cum inqt. Nec uero inanis sopor,aut uana somnia,qb⁹ sæpe deludimur , teste est tribunal illud, ante quod iacui , iudicium teste est , qd̃ timui. Testis uero pro testiculo masc. gene. est dictus, q̃ uirilitatis testis sit . Vir. Magnis testib⁹ ista res agẽt. Contestes,qui idem testificantur.

Testimoniũ,qd̃ & testatio dr̃,testiũ sunt dicta, quanq̃ testimonium ad absentes proprie referat. Vñ Calistratus li. xxii. de probationibus & ꝓsumptiõibus inqt. Idẽ diuus Adrianus Rufino procõsuli Macedoniæ rescripsit testibus se nõ testimoniis creditũr. Et paulopost Gabino in hæc uerba rescripsit. Alia est autoritas ꝓsentium testium,alia testimonioy q̃ recitari solent.

Testiculor,quod & testillor dicitur, significat iumentis maribus fœminas,uel fœminis mares admoueo.

Testor.aris.testimoniũ dico. Virg. Testor in occasu uestro. Aliqñ testem facio,uel in testimonium adduco, & alterius implorato testionio affero. Vir. Vos æterni ignes, & non uiolabile uestrum Testor numẽ ait . Hie. in Paulo. Quod ne cui ipossibile uideatur, dñm Iesum Christum testor,& sanctos angelos eius in ea parte eremi,quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur,& uidisse me monachos,& uidere e quibus unus.xxx. iam per annos clausus ordeaceo pane, & lutulenta aqua uiuit . Interdum testari est precari,quia precando solemus numina adhibere. Plau. Ipsus tete per superos omnis testatur. Et testari testamentũ facere, hoc est uoluntatem suprem̃ testificari,quia in eo testat⁹ est quid uelit. Vñ apostolus. Testamentũ in morte confirmatũ est. Alio quin nondũ ualet,dũ uiuit,qui testatus est. Sciendũ q̃ a testor,qñ significat testimoniũ,fit testificor, qñ uero fcat testm̃ condo,fit testator & testatrix,qñ fcat ꝓcor, fit ab eo obtestor,& detestor. Huius uerbi cõposita sũt Attestor,qd̃ est testimoniũ adduco,cõfirmo. Vñ attestata fulgura dicta sũt,q̃ iterato fiebãt, uidelicet significationẽ prioy attestãtia. Plaut. in Persa. Nonne attestaris ? tua ne ego cã carnifex cuiq̃ mortali libero aures atterã. Cõtestor testem facio,testẽ inuoco , uel testificando certifico. Ci. L. Flacco. O nox illa, q̃ pene æternas huic urbi tenebras attulisti,cũ Galli ad bellũ,Catilina ad urbẽ,cõiurati ad ferrũ,& flammã uocabant,cũ ego te Flacce cælũ terrãq̃ cõtestans. Idẽ Apio. Pul. De me tibi sic cõtestans oẽs deos,pmitto,ac cõfirmo. Alioqñ cõtestari est & cõtra testari. Hie. in Exo. Quod si bos cornupeta fuerit ab heri,& nudiustertius,& contestati sunt dñm eius. Lactã. li. vii. Sacris literis cõtestantibus nõ resurrecturos esse impios in iudiciũ . Et rõne ꝓpositiõis con põt significare,simul testari sicut & cõtestes. Cõtestari litẽ qd̃ sit,uide in ordine lĩaꝝ. Detestor,obtestor uehementer precor. Protestor,quod est cauendũ, & quæ fieri non debent manifeste denuncio.

Testatus,qui testamentũ condidit. Cuius contrariũ est ĩtestatus q̃ testm̃ nõ cõdidit. Vñ & ab ĩtestato dicim⁹ aliquem diem obiisse. Et in significatione passiua testatus dicit aptus uulgatus,ab omnibus cognitus,q̃ id quasi omnes testent. Cic. Curi. Aut certe testatũ apud animũ tuũ relinquã, quod senserim. Hinc testatior, & testatissimus. Augu. lib. viii. con. Stupebamus audientes tam recenti memoriæ,& prope nostris temporib⁹ testatissima mirabilia tua ĩ fide recta. Hircius. Qua notior,testatiorq̃ uirtus esset.

Testificor,testimonium dico,ut est illud. Qui testificatus est de filio suo.

Testator qui testamentũ fecit,ut est apud Apostol. Vbi testiũ mors necesse est intercedat testatoris.

Testatio,& testimoniũ ꝓprie sunt testiũ dicta. Et ꝓprie quæ fit scriptis ab his qui absentes sunt.

Testamentũ dictũ est, quod sit uolũtatis nr̃æ, ueluti testimoniũ,unde & ultima uolũtas appellat. Vlp. Testm̃ est uolũtatis nostræ iusta sn̄ia, de eo qd̃ post mortẽ fieri uoluerim⁹. Et ꝓprie,qd̃ pfectũ est testm̃ dr̃,sed abusiue quoq̃ testã appellamus ea q̃ falsa uel iniusta uel irrita,uel rupta itẽq̃ impfecta sunt. In sacris quoq̃ literis oẽ pactũ,& placitũ testm̃ dicit,ut in Psal. Aduersus te testm̃ disposuerũt,sic Laban,& Iacob testm̃ fecerũt, quod utiq̃ inter uiuos ualeret. Testamentũ uocant ꝓphetæ legẽ,q̃ iudæis data erat,quia nisi testator mortuus fuerit,nec cõfirmari testamentũ põt nec sciri qd̃ in eo scriptũ sit,quia clausum & obsignatũ est, ita nisi Christus mortẽ suscepisset aperiri testm̃,i. reuelari,& intelligi mysteriũ dei nõ potuisset. Vey scriptura oĩs in duo testamẽta diuisa est,illud quod aduentũ domini, passionẽq̃ antecessit.i. lex & ꝓphetæ,uetus dr̃. Ea uero q̃ post resurrectionẽ eius scripta sunt nouũ testm̃ noiatur. Iudæi ueteri utunt,nos nouo, sed tũ diuisa nõ sũt, qa nouũ ueteris adimpletio. Et in utroq̃ idẽ testator Christus est qui ꝓ nobis morte susceptа nos hæredes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

regni fecit abdicato,& exhæredato pplo Iudæoꝝ.
Teſtamentarius,q teſtamenta falſa conficit. Cice. lib. iii. offi. Non de ſiccariis,ueneficis, teſtamentariis,furibus peculatoribus,hoc loco diſſerendum eſt.
Teſtamẽtarius,a,ũ,qđ ad teſtũ ptinet. Vñ teſtamẽtarię tabellę,& teſtamẽtaria lex,q̃ cornelia dr̃ q̃ irrogat pœnam ei,qui teſtamentũ,uel aliud inſtrumentũ ſignauerit ſcripſerit,recitauerit.
Teſſo,is.ſi.ſum.i.ſpolio,nudo. Plau. in Am. Illic hõ uult me denuo pallio deteſſere. Virgi. Dum teſſit Imaona Aleſus. Alii texit legunt Ænei.x.
Teſtiuilicium. Vide in dictione Licia.
Tetanothra eiuſdem formæ ſunt, cuius & pſilothra,ſed pſilotris ad pilos uellendos, tetanothris ad erugandã, extendendamq; in facie cutem utimur.
Tetanici a tetano morbo dicti ſunt,cũ muſculi,q ſm ſpinam ſunt,rigẽt ita,ut ſe inflectere nõ poſſint. Id cũ anterior ps afficit ut ſi mẽtũ pectori ãnectit, Emproſthotonos, cum poſteriot opiſthiotonus,ut ſi caput ſcapulis, cũ uero ambæ rigent ex æquo tetanos uocat, ut ſi ceruix recta,& imobilis intendit,etiã ſi ut ait Celſ. qdã minus ſubtiliter,& diſcrete his noibus utunt.
Teter,a,ũ.dr̃ quod eſt malũ,fœdũ pollutũ,crudele & inſuaue,tũ ad mẽtẽ ptinẽs,tũ ad cæteros ſenſus. Vt tetra belua,teterrimus hoſtis,teterrimũ facinus,teterrima mens. Item tetro aſpectu,tetra uoce,tetro tactu.
Tetro,ãs.fœdo,ſeu horridũ obſcurũue facio. Pacuuius. Beluarũ ac ferarũ aduentus loca tetret.
Tetra græce latine quatuor,e q̃ dictiõe multa cõponũt
Tetradoron,pe.p.q̃tuor palmoꝝ δῶρος. n. palmus. Pli. li.xxxv. Græci antiq dorum palmũ uocabant.
Tetragrãmaton,q̃tuor lr̃aꝝ. Gramma eñ lr̃a dr̃.
Tetragonus,pe.pro.qñ apud græcos ſcribit per ω. quadrus,quadrangularis,tetragoniſmus quadratio.
Tetrametrũ,pe.cor.metrũ quatuor pedum.
Tetrarcha,q q̃rtã regni pte detinet græce τετράρχης dr̃
Tetraplaſius quadruplus.
Tetraſtichia ordo ex quatuor.
Tetrapharmacũ cibi genꝰ,qđ ex quatuor ꝑciosis obſoniis cõſtabat. ſ. phaſiano,ſumie,gna & cruſtulo.
Tetrapolis dicta eſt Antiochia regio cognomiata,ut inquit Stra,in qua ſunt quatuor inſignia oppida.
Tetracolon quadrimembris ſententia.
Tetrachordium,cithara cum quatuor chordis.
Tetraptota,quatuor caſuum uarietas.
Tetraſyllabum quatuor ſyllabaꝝ,ut imperator.
Tetraones,iter gña anſerũ Pli. li.x. enũerat, q ſũt abſoluta nigricia,& q̃ſi coccineis ſupciliis qdã tũ uulturũ colore. Tetrax uero porphyrioni ſiſis tradit ab Athenæo
Tetralidos formula incenſi quæ fit ex quatuor pigmentis,tetra quatuor,idos formula.
Tetragnathii ſunt ſcorpiões,a maxillaꝝ numero ita dicti quas græci gnathos dicũt,hoꝝ meminit Pli. li. xxi.
Tetrici pe.cor.hoies triſtes,ac ſeueri a ſabinoꝝ mõte Tetrico dicti,qui aſperrimus eſt. Virgi. li. vii. Qui tetricæ horrentis rupes,montemq; ſeuerum.
Tetrinnare proprium eſt anatum natantium, ut illud In fluuiiſq; natans forte tetrinat anas.
Tettigometra cicadæ mr̃ τέττιξ. n. cicada μήτηρ mr̃.
Tethioppobatæ (teſte Herodo.) ſunt ppli in Libya.
Tethys tethyis,& tethyos, cœli & ueſtæ filia, cõiunx Neptuni,& nympharꝝ mr̃,ut inqt Sal. latie ſalacia. Oui. li. iiii. Faſ. uidet ſentire illã fuiſſe titani filiã, q fuit Saturni frater natu maior. Ait.n. Duxerat ocean⁹ quõdã titanida Tethyn,vñ & oceani uxorẽ illã fuiſſe cõſtat, q̃ qñq; ꝑ mari ponit. Thetis cũ h,in prima & correpta & i.latio exile facit gtiũ thetidis, ꝑ Pelei Theſſaliæ regis uxore Nerei marini dei filia, & Achillis mr̃e. Tethys aũt maior filia fuit terræ & cœli. Heſiod⁹ i theogonia. τηθὺν τ' ἐρατεινὴν, ἣν δὴ πολὺ πάντας γίνετο κρόνος ἀγκυλομήτης λειότατος παίδων.
Teucer,qui & teucrus nomen proprium Troianorũ regis,quo etiam nomine dictus eſt Telamonis filius.
Teucer,a,ũm. idem quod troianus,ut eſt apud Virg.
Teuchos latie uas,inſtrim,uolumẽ,liber,hic pẽtateuch⁹.
Teuta regina Illiricoꝝ,quæ ob caſtitatis meritũ meruit,ut longo tempore uiris fortiſſimis imperaret,& Romanos ſæpe frangeret.
Teutates,pe.pro. ligua gallica dictus eſt Mercuri⁹ q ab illis humano ſanguie placabat,hũc Plato inuẽtorẽ fuiſſe geometriæ & aſtronomiæ,atq; taloꝝ,ſcribit. Luc. li.i. Et qbus inimitis placat ſanguie diro Teutates, horrẽſq; feris altarib⁹ heſ⁹. Lact. li. vii. Galli heſum,atq; teutatẽ humano cruore placabãt deos,q ſane feralis ritus diu ſtr apud Italos ſtetit,qui latialem Iouẽ,& Saturnũ humana placabãt hoſtia. (tanco.
Teutrania,ut inqt Pli. li. v. Troadis pars eſt in mediter.
Texo,is.xui textũ,ꝑprie telam ſtruo. Ter. i Heau. Texen tẽ telã ſtudioſe ipam offẽdim⁹. Per trãſla. texere ponit ꝑ cõponere,facere,fabricare,ſcribere,colligere,ut hiſtoriã tabellas,& hmõi. Hie. in ꝓlo. li. Re. Quãq; diuerſo ſcribant metro,tñ eiuſdẽ nũeri texunt alphabeto .i. cõponunt uel colligant. Aliqñ ꝑ ornare,ꝑferre,ut neglectũ crinẽ more texere,& alia hmõi. Huius cõpoſita ſũt Attexo,qđ eſt appono. Augu. li. xv. de ciui. dei. Nã oia q̃ geſta narrant aliq d ẽt ſignificare putãda ſunt,ſed ꝑpter illa q̃ aliquid fcãt,ẽt ea q̃ nihil fcant attexunt. Cõtexo,cõpono,cõiungo. Vir. li. ii. Cũ iam hic trabib⁹ cõtextus acernis ſtãret equus. Detexo,qđ texũ erat, deſtruo. Interdũ etiã ualde texo,finio,ꝑficio. Virg, Viminibus molliq; paras detexere iunco,nam de hõ minuẽtis eſt,ſed augẽtis inqt Ser. Intexo intus texo, innecto, inuoluo. Vir. li. iii. Ge. Vtq; purpurea intexti tollant aulea Britanni. i. intus texti. Et lib. ii. Illa tibi lætis intexit uitibus ulmos. i. inectit. Prætexo,antetexo,retexo,ſubtexo quod eſt iuxta,ſeu ſubtus texo. Pli. lib. x, Quapropter,ut ingeniorum prædictorum, ita & reliqua ſubtexet diſſertatio.
Teudamedus nomẽ pris pelagi,ut inqt Home. li. ii. Ili.
Texim aduerbium. i. texendo.
Textilis,& hoc le.pe.cor. qđ texẽdo factum eſt,ut textilis coronã,& textilis ueſtis,aũ cui⁹ uſum fuit nexilis ueſtitus,ut docet Lucr. Nexilis aũ fuit ueſtis ,q̃ textile tegmẽ. Ægyptii primi iueneꝛ textilia. Textor,& textrix qui uel q̃ texit. Textricula dimi. a textrix.
Textura opus,ſiue actus ipſe texẽtis.
Textrina,pe.cor. locus iquo texit, qđ & textrinum dicit vnde Cicer. accuſat Verrem,ꝙ nulla domus in Sicilia locuples fuerit,ubi ille nõ textrinũ inſtituerit. Interdũ etiã textrina dr̃ ars,ſeu ſcia texendi. Plin. lib. xi. Quam non ad

non ad hoc uideꝫ ptinere crebra tapexitas telæ, & q̃dã politura artis ipſa p ſe tenax ratio textrinæ.

Texitechnos dĩ labefactor ſuæ artis ἀπὸ τοῦ τὴν τέχνην τὴν τεχνίω, hoc idẽ ſcat & cacizotechnos, ἀπὸ τοῦ κακίζειν τὴν τέχνην τέχνίω, quod eſt improbare artem ſuam.

T ante Th

Thalam⁹ p.c.cõiugis utriuſq; cubiculũ, hĩc epithalamiũ

Thalamegos pe.pro. θαλαμηγὸς nauis genus. Athene⁹. Ædificauit Ptole. Philopater nauẽ etiã fluuialẽ, q̃ thalamegos uocabaꝫ. Longitudo eius ſemiſtadium, latitudo q̃ eſſet ampliſſima. xxx. cubitis, altitudo cũ ſuggeſtu tabernaculi paulo minor. xl. cubitis. figura ei⁹, neq; longis nauibus, neq; rotundis aſſimilis, hæc nauis aliis nominibus dĩ nauithalamus, nauis cubiculata & bucentaurus, & thalamiphora.

Thales fuit unus, & primus ex ſeptem græciæ ſapientib⁹, qui eodem tpe in græcia fuerunt, hic obiit cũ certamẽ ſpectaret, æſtu ac ſiti fatigatus, hic fuit Geometriæ pene s Graios primus repertor, & naturæ reꝫ certiſſimus explorator, & aſtrologiæ peritiſſimus contemplator, q̃ reperiſſe ferẽ tempoꝫ ambitus, uentorum flatus, ſtellaꝝ motus, tonitruum ſoniora miracula, ſyderum obliqua curricula, ſolis annua reuerticula. Eius illud eſt, cũ forte interrogaretur, quod eſſet difficile, ſeipſum noſſe. Illud quoq; cum ſciſcitaretur quomodo optime & iuſtiſſime uiueremus, ſi quæ in aliis reprehendimus, ipſi nõ faciamus. Hic materiam omnium rerum poſuit in humore. Eius diſcipulus fuit Anaximander, cui⁹ auditor Anaximenes & Hecateus hiſtoric⁹ æqualis ætate Strabonĩ. Dicit aũt Thales thaletis & thalis.

Thalaſſicus color, qui ſimilis eſt fluctibus marinis, græci enim thalaſſan mare dicunt. Plau. Neſcio quis tecum incedit, ornatu quidem thalaſſico.

Thalaſſometra dĩ maris menſor. Amb. ll. Hexa. Geometram audiuimus, thalaſſometrã nunq̃ audiuimus.

Thalaſſio carmen nuptiale, ita dictum, a uoce quam in nuptiis afferebant, quæ erat thalaſſius, lege Liui. Varro ſcribit thalaſſionem in nuptiis ſignum eſſe lanificii thalaſſionem enim uocabant quaſillum uas lanificiis aptum. Plutar. uero hanc in nuptiis uocem primo habitam fuiſſe affirmat, q̃ græci thalaſſion lanificiũ uocant, ea ratione, ut prouocarentur uirgines, ad opera & potiſſimum ad lanificia.

Thalia cum accentu in antepe. a θάλλω germino uel uireo, q̃ũ in longũ tps poetaꝝ laus parta uireſcat, nam græce θαλία cum accentu in pe. una gratiarum.

Thali dĩr in porris, & cepis, & allio medii ſtipites, θάλλειν. i. uireſcere, unde & pro germine arborum ponitur Thalon græci omne uiride dicunt.

Thaleſtris regina Amazonum, quã alii Minitheam uocant, Hæc cum trecẽtis mulieribus occurrit. xxxv. dieꝝ inter conſertiſſimas gẽtes itinere facto, Alexandro in Hyrcania res gerenti, ut liberos ex rege ſuſciperet, & ut uiſa eſt uterum impleſſe, diſceſſit.

Thanatos, latine mors, a quo athanatos ĩmortalis. Eſt & thanatos inſula in oceano gallico, Britãniæ proxima (ut Solinus refert) frumẽtariis cãpis fœlix. In ea nullus anguis uiuere põt, q̃n aſportata alicũde terra angues illico perimit, dicta thanatos a morte ſerpentium.

Thapſus inſula. x. ſtadia a Sicilia diſtãs plana, & penitus iacẽs uerſus ſyracuſas ut undis merſa uideatur. Dicta θάπτω & θάπτω ſepelio. Vir. li. iii. Thapſumq; iacentẽ.

Thamnos latine arbuſtum dicit.

Thanein metropolim fuiſſe Ægypti declarant in quã Moyſes multa ſigna fecit.

Thaſium genus uini, a Thaſo inſula maris Ægei, una ex cycladibus, quæ a Thaſo Phœnicis filio, qui eã incoluit dicta eſt, uel a Thaſone Neptuni filio. Sic thaſiæ uites. Vir. li. iii. Ge. Sunt thaſiæ uites, ſunt & mariotidesa b ę. Et thaſia nux, q̃ amygdala, a Thaſo Thraciæ inſula.

Thaſii ppli in Thaſo habitãtes, fuit hæc inſula aurea uocitata, propter aurũ, quod illic effodiebaꝫ.

Thauma apud græcos miraculũ, & admirationẽ ſcat.

Theatrũ latine uiſoriũ a Caſſiod. ſpeculatoriũ a Cypriano dicit a θάομαι quod ẽ uideo, q̃ turba cõueniẽs eminus uideaꝫ, & uideat. Eſt aũt ædificiũ in hemicycli ſpeciẽ factum, ad uidenda ſpectacula idoneũ. Aliquando tñ ponit pro ſpectaculo. Mar. Quicqd in orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro Dĩ, exhibuit Cæſar arena tibi. Aliq̃ pro multitudine ſpectante, ut magno theatro hæc acta ſunt, id eſt multis ſpectantibus.

Theatricus, a, um, nomen poſſeſſiuum. Augu. lib. iii. cõ. Rapiebant me ſpectacula theatrica plena imaginibus miſeriarum.

Theatralis, & hoc theatrale, idem quod theatricus, ſeu quod ad theatrum pertinet. Vnde dicimus theatralia ſpectacula.

Theatridion dimi. forma græca a theatro. Var. lib. iii. de re ruſt. Inter has exteriores gradatim ſubſtructum ut theatridion auium mutuli crebri in omnibus colũnis impoſitis ſedilia auium.

Thebe, es. & theba, æ, & thebæ arũ. Ouid. de Sene. Quid referam Aſopon, quẽ cepit Martia Thebe. Sta. lib. viii. the. Viue ſuperſtes ait diræq; ad mœnia Thebæ ſolus abi. Et lib. xi. Aut danais adiice rogos, aut p̃lia thebis Noĩa quarundã urbiũ, quaꝝ una fuit in Ægypto, a Buſyride Ægypti rege cõdita, quæ græce Heliopolis. i. ſolis ciuitas, ambitu cxl. ſtadioꝝ, ut refert Herodo. urbs inſignis publicis, priuatiſq; ædificiis, quam Plinius totam penſilem fuiſſe ſcribit, quæ centũ portas habuit, in quarum ſingulis memoraꝫ cc. cuſtodes excelluiſſe equis, & curribus, ſubter quam reges ſoliti erãt maximos exercitus armatorũ educere, nullo ex oppidanis id ſciente. Iuuena. Atq; uetus thebe centũ iacet obruta portis. Ab hac (teſte Pli. lib. xxxvii.) regio thebaica Æthiopiæ contermina cognominata eſt. A qua thebæi cum diphthon. & fructus palmarum eius thebaides, & thebaicæ dicuntur a Pli. alia thebe fuit in Bœotia, a Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphion muris ornauit, Bacchi & Herculis clariſſima patria, ab Alexandro magno poſtea euerſa, quæ & draconigera dicit, quia a Cadmo cum quinq; uiris ex dracone ab ipſo interfecto natis conſtructa fuit. Varro tñ lib. iii. de ruſt. ſcribit hanc urbem, ab Ogyge ædificatam. Ab hac Thebani dicti ſunt. Hanc heptapylos uocat Apuleius ab eo q̃ ſeptem portas habebat, inclyta duobus ducibus Epaminunda, & Pelopida. Hæc etiam dicta fuit Dircea a Dirce fonte. Vnde & a Statio Dirceus ager thebanus uocatur. Hinc Pindarus poeta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lyrico ꝙ princeps habuit ortũ. Bacchus in Aphrica urbẽ cõdidit Thebas. Vñ Hier. in com. epłæ ad Gala. Prætereo thebas Liberi, quas in Aphrica cõdidit quæ ciuitas nũc Thebestis dr. Alia in theſſalia, a qua ẽt thebani, & thebæi. Fuit & Thebe ĩ Italia ciuitas. Fuit & alia thebe teſte Homero in Cilicia Andromaches uxoris Hectoris patria. Vñ Oui. Nec cruciere minus, q̃ cũ theba na cruentũ, Hectora theſſalico uidit ab axe trahi. Alia fuit in Lucania ab Aoniis colonis cõdita, quã interiiſſe auctor eſt Cato. Fuerũt & Thebæ corſicæ. Eſt & thebe nomẽ uirginis, e cuius gremio geminæ colũbæ, ut eſt in fabulis, cũ euolaſſent, altera ad Hãmonis fontẽ tetendit, & ibidem reſpõſa dedit, altera ad ſyluã Dodoneam, ubi futura mortalibus præcinuit.

Thebais, idis. uel idos. Et hæc thebaida, dæ, ab actõ græco formatũ nomẽ, ſicut perſis. & perſida Ægypti regio thebea denominata. Quod nomẽ poteſt eſſe patronymicũ a thebæ. Quo noie etiam appellatum eſt Statii opus in quo de thebis tractaſ.

Thebaicæ ſeu thebaides dñr palmæ generoſiores. Plin. li. xv. Cruſta thebaicæ placent ſucco una, & carice. Et alibi. Thebaidis fructus in cados conditur.

Thebæi, qui ſunt ex thebis ciuitate Ægypti.

Thebani, qui ſunt ex thebe ciuitate Bœotiæ.

Thecla nomen proprium mulieris ſanctiſſimæ.

Theca uagina, ſepũlchrũ, loculus, & repoſitorium rei, unde dictæ ſunt bibliothecæ, hoc eſt librorꝝ repoſitoria.

Thecua uiculus eſt in monte ſitus, & duodecim milibus ab Hieroſolymis ſeparatus.

Thelphuſa urbs ꝓpe Orchomenũ Arcadiæ, a thelphuſa Ladonis filia nomẽ habẽs. Telpuſſa uero ſine h, & ꝑ duplex ſſ. alia urbs in Arcadia Telphuſiũ ſiue tilphuſium eſt ĩ Bœotia, ubi laudat⁹ Bacchus eſt a Pindaro,

Thelphiſſa, fons cuius aquæ frigus Tireſias uates cũ ſe nex potaſſet, & ferre nõ potuiſſet, extinctus eſt.

Theleboæ, caprearũ ppłi quos thelon ſuo ſubiugauit imperio, capreæ aũt inſula eſt contra neapolim ſita.

Themiſones ſiue Themiſoni populi, a themiſonio Phrygiæ maioris loco prope Liciam.

Thema, atis, latine poſitum, ſeu poſitio dicit.

Themiſtocles nomen uiri Athenienſis clariſſimi, hic cũ ab ingrata patria exul factus eſſet, & a Xerſe princeps exercitus aduerſus Athenienſes magno cũ honore creatus, cum uideret patriæ ſuæ ingẽtis cladis piculũ imminere hauſto tauri ſanguine ſeipm interemit, ne aut regi de ſe merito iufidelis eſſet nõ pugnando uiriliter, aut patriæ ſuæ hoſtis, atq; oppugnator uideret. Vide Plutarchũ. Huic ut auctor eſt Emilius ob res bene geſtas nemo præferẽ, & pauci pares putanẽ.

Themis fuit una ex tribus ſororibus Iouis, ex qua Mineruam ſuſcepit. Hæc cœli & terræ filia fuit quæ Iouis nuptias fugiens ab eo in Macedonia compreſſa fuit. Hæc dea putabatur quæ præciperet hominibus id petere quod fas eſt. Fuit & alia Themis, quæ alio nomie Carmentis dicta.

Themiſtius, phs fuit tpibus Iuliani apoſtatæ, a quo etiã prætor Conſtantinopolis urbis promotus eſt. Scripſit interpretationem phyſices Ariſto. & libri de auditu, & Analyticorum, & multa alia.

Thenſæ ut docet Aſco. ſunt ſacra uehicula pompa ordinũ, & officioꝝ, ſic dictæ ꝙ ante eas linteã tẽdũt, q̃ gaudẽt manu tangere, qui deducãt uel ἀπὸ τοῦ θίγω i a re diuina. Et ſic ꝑ th ſcribit. Cice. de haruſpicũ rñſis. Te appello Lentule, cuius ſacerdotii ſunt Thenſæ, curricula, ꝓcẽtio ludi, libatiões. Liui. li. v. Quæ auguſtiſſima ueſtis ẽ thenſas ducentibus, triũphantibuſue ea ueſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedere.

Theocritus poeta græcus quem Virg. imitatus eſt in bucolicis ex Syracuſaniſ ortus dicit.

Theoria cũ accẽtu in penul. latine ſpeculatio, & intellectus dei. Hinc theoriticus ſpeculatiu⁹. Græce. n. θεάομαι cõſydero, cõtẽplo. Amb. li. Hexa. Nãq; iſtaꝝ artiũ aliæ ſũt actuoſæ q̃ ſũt in corpis motu, aut ſono uocis. Aliæ theoriticæ, q̃ uigorẽ mẽtis exercent. Idẽ ad Simplicia. Vbi legis diuinæ ꝓcepta numerauit, atq; annũciauit populo theoriã, poſtea ĩtelligibilis illius arce teſtimonii, uel cãdelabri, uel thymiamatis locutur⁹, ĩmolauit (hoſtias.

Theorema, atis. ſpeculatio.

Theoreſis contemplatio.

Theos, deus. A quo multa ꝑ compoſitionẽ fiunt.

Theologia ratio, ſiue ſermo de diuinitate.

Theoleptus, numine afflatus.

Theodectes nomen phi, diſcipuli Ariſtotelis, cui oratoriæ artis libros donauit, ut eos tãq; ſuos ederet. Hic fertur multæ memoriæ fuiſſe.

Theomachus, pe. cor. deo repugnans latine dicit.

Theomenia ira diuina.

Theogonius genitus ex deo.

Theophraſtus phs fuit ex Ereſſo Lesbi oppido. Vir ſummæ prudẽtiæ ſtudiiq; ſingularis atq; eloquentiſſimus ut cũ prius uocaret Tyrtamus ob diuinã eloquẽtiã eũ denoĩauerit Theophraſtũ. ſcribit Stra. Ariſtotelẽ oẽs diſcipulos ſuos feciſſe eloq̃ntes, Theophraſtũ uero eloquentiſſimũ. Hic dicere ſolebat doctũ hoiem ex oñibus ſolũ, neq; alienis locis peregrinũ eſſe, neq; inopem amicorũ. Dictus Theophraſtus, quaſi diuina eloquentia, a theos deus phraſis eloquentia.

Theophilus nomen proprium quo ſignificat dei amor theophiles pius amans deorũ.

Theoſebia penultima corre. pietas, cultus dei, theoſebes pius religioſus.

Theotocos deum pariens, genitrix dei.

Theodorus, cum accentu in penul. proprium nomen uiri, quaſi donũ dei.

Theodoſius, nomen propriũ duoꝝ Ro. principũ.

Theopompus nomẽ proprium tragici, & oratoris. Quo noie etiã dictus fuit un⁹ Spartanoꝝ rex, cui⁹ meminit Quin, & ẽt Val. Max. qui ephoros primus inſtituit ita futuros regiæ maieſtati oppoſitos quemadmodũ Romæ conſulari imperio Tri. ple. obiecti ſunt.

Theognis fuit poeta græcus de quo Plato in lib. de legibus, cuius opus ĩcipit. ὦ ἄνα κτος υἱὲ Διὸς τέκος οὔποτε σεῖο λήσομαι ἀρχόμενος, ὀυδ' ἀπτεύομενος.

Theon nomen pictoris Samii, de quo Quintilianus libro xii. de inſti. ora. Alter mathematic⁹, qui ſcribit de ſpiritibus ad Ptolomæum aſtrologũ. Alter etiã interpres Apollonii Rhodii.

Theotimus, theos de⁹, timo honoro, ſic Timotheus quaſi honorans deum.

Ther θήρ græce fera, inde Therodamas.

Therodamas

Therodamas,quasi ferarum domitor.

Thera insula sub Eubœa, iuxta Atticã, de qua Pli.li.iiii. Protinus ab Io abest Thera.xxv.mil.pas. In ea est Eleusis ciuitas,ut li.iii.Ptole.refert. Ab Her. Thera ponit in sula li.iiii.quã Iusti.putat Theranné,alii Corsicam.

Theriace siue Thiriaca,& Thiriaci pastilli,quoniam medentur morsibus ferarum & contra uenenata aduersantur,uel quia fiunt ex uipera, quam græco uocabulo thera θῆρα appellant. Quod Galenus indicat lib.x. de thiriaca, ubi ait. Ex uiperis fieri amputatis utrinq; quaternis digitis si modo theres, hoc est uiperæ sin utiles.Idem tradit Theriacem esse antidotum contra deleteria,id est uenena & uenenata ἀλεξιτήριον græce dicitur uenenum.Dicta Theriaca ἀπὸ τοῦ θηριακοῦ hoc est a feris, q; hæc compositio aduersus omnes beluas uenenatas instituta sit, hanc vulgus Tyriacum a Tyro serpente appellat.

Theriotrophion,locus ubi feræ aluntur. Varro lib.iii.de re rusti.Sylua erat supra quinquaginta iugerum maceria septa,quod non leporarium, sed Theriotrophium appellabant falso.

Theristrum uelamen,uel uestis tenuis, qua utebant mulieres palestinæ.Hiero. in Geñ. Quæ depositis uiduitatis uestibus assumpsit theristrum, & apud Esaiam. In die illa auferet dominus ornamenta calciamentorũ,& palliola,& linteamina,& theristra.

Thermæ inuentæ sunt ad excutiendum de toto corpore sudorem.Sunt enim balnea. Ea certe loca, quæ aut calentibus aquis,aut ipso sine fornice igni calefacto lauandi sudandi ue usibus deputata,thermas uocauere. Nam θερμὸν græci calidum dixerũt,a θέρος æstus.Quæ aũt ꝓprie ad sudãdum loca habent, ea Seneca in epis sudatoria nuncupat.Quid inq;t cum sudatoriis,omnis sudor ꝓ laborem exeat. In qbus uero descendimus, ut lauemur balneas uocam⁹ & balnearia.Est & Thermæ ciuitas in Thracia,unde thermaicus sinus.

Thermopylæ pe.cor.mons longissimus, qui incipiens a Leucade in occidente, & in Ægeum mare haud longe a Demetriade protendẽs fauces habet angustissimas, iuxta quas calidæ aquæ scaturiunt. Ideo a caliditate portarum nomen inditum est.Pylas enim portas græci nominant,& thermon calidum.Ibi enim sunt, ut inquit Strabo,thermæ,id est,calidæ aquæ Herculi consecratæ.Liui.li.xxxvi.scribit iugum thermopylarum ita mediam græciam dirimere,ut apennini dorso Italia diuiditur. Et quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt; ideo inquit,Thermopylæ locus appellatur nobilis Lacedæmoniorum aduersus Persas morte magis memorabili,quam pugna.

Thermopoliũ locus,seu caupona,ubi calida excitamenta,& potiora cibaria uendunt.Plau.in Cur. Tũ isti græci palliati capite opto q ambulant semp uideas bibentes in Thermopolio.Thermon calidũ & polo uendo.

Thermefacio significat esculentis atq; poculentis ingurgitatis,& exhaustis in thermopolio calefacio. Plau. in Sti.Me hercle uero eo quantum potest iam,ne exta cocta sunt,quod thermefecerat.

Thermodoon, siue Thermodon Cappadociæ fluuius, quæ est regio Asiatica (ut Plini.Strab.& Iusti.tradũt) Iuxta quem olim Amazones consederunt. Quarum regina, ut Diodo. refert in ostiis Thermodoontis urbem cõdidit Themiscirã nũcupatam,prius Onyzachã postea Cæsareã.Est & Thermodon oppidũ Cappadociæ.A Thermodoon fiũt adiectiua thermodoonteus, & thermodoontiacus.Vñ pugnæ amazonũ appellantur thermodoontiacæ.Proper.Qualis amazonidũ nudatis bellica mãmis Thermodoonteis turba lauat aquis.

Theron nomen regis Hispaniæ citerioris quasi ardẽs.

Therioma,ulcus uiriliũ interim & sedis,& partium aliarũ,multo,ac nigro sanguie mali odoris. Atra fit caro, & corrodit.Ex quo nasci quandoq; solet herpes esthiomenos. Ita uocatur ulcus quoniã serpẽdo corpus ossa usq; deuorat inæquale,ac cœno simile.

Therpsicore una fuit ex nouem musis,a τέρπω,quod est delector.

Thersilochus nomen uiri proprium.

Thersites,pe.prod.fuit græcus quidam uir, quo non deformior alter uenerat ad Troiam, linguaue proteruior alter.Iuuen.Malo pater tibi sit Thersites,dummodo tu sis Æacidæ similis.

Therionarca, herba inter magicas, dicta sic q; torpore afferat serpentibus,quasi θηριον ναρκὴ.

Thesaurus,& thesaurũ dicit. Et est ut Paul.Iurisconsul.inquit uetus quædam depositio pecuniæ, cuius nõ extat memoria,ut iam dñm nõ habeat.Sic enim fit eius q inuenerit, quod nõ alteri⁹ fit. Alioquin si qs aliq̃d lucri causa,uel metus,uel custodiæ cõdiderit sub terra,non est thesaurus,cuius etiã furtũ sit. Aliqñ tñ thesaur⁹ dr, cuius extat memoria,& dñm habet,ut in Euang. Vbi est thesaurus tuus,ibi & cor tuũ erit.Ponit interdũ pro loco,in quo aurũ,uel alia preciosa recondunt, ut est illud.Et apertis thesauris suis obtulerũt ei munera,aurum thus,& myrrhã.i.capsis, uel uasis.Nõnunq̃ in malum accipit,ut Plau. in Am. Qui domi uxorẽ meã impudicitia impediuit,teneo thesaurũ stupri.Idem i Ru.neutro genere pro auro,seu argẽto posuit.Quicquid inest graue quidem thesaurũ hic ego inesse reor.

Thesauratiũ,locus in quo seruant thesauri. Augu.super Psal.Inueniũt numos,& ponũt in thesaurario.

Thesaurizo,as.thesauro colloco,repono in depositio.

Theseus proprium nomen Athenarum regis Ægei, & Æthræ filius.Hic uirtuis Herculeæ æmulus,post præclara ædita facinora extorris patria factus, in insulã Scyrum nauigauit, ubi periit interemptus a Lycomede,uel ut quidã uolunt, ex loco edito post cœnam deambulando delapsus.Primus instituit Athenis Panathenea, hoc est communem celebritatem in honorẽ Mineruæ,quæ græce athena nominatur.Idem in Isthmo funebres ludos istituit.Huius gesta,natales,& obitum scripsit Plutarchus. De quo scripta fabula est nomine Theseis.Hinc illud Iuue.Rauci Theseide Codri.

Thesis latine positio,figura quæ distinguit sensus orationis,per cõmata, id est subdistinctiones, quas nos uirgula signamus,per cola.i.membra, nos duobus pũctis per periodos, id est terminos finita sententia puncto. Dicta positio,uel positura,quia punctis positis conuenientes denotat sensuum partes, uel quia ibi uox pro interuallo dictionis deponit.

Thessalia regio Græciæ,quæ sub Attica olim comprehendebatur, ex una parte Bœotiam, ex altera Ma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cedoniã habẽs. Prius Hemonia, ab Hemone rege & Pelasgis, & Conargo, atq; Hellas. Vnde reges Hellenes, ut Pli. li. iiii. refert. Dicta thessalia a thessalo Æmonis, uel Iasonis, & Medeæ filio, hanc Homerus argopelasgicõ nomiat, & Stra. li. x. scribit dictam fuisse priscis sæculis Pyrrheam, a Pyrrha Deucalionis uxore. In hac natus est Græcus rex, a quo græcia. Ibi Deucalion cũ uxore Pyrrha, quoꝝ tpe, (ut inqt Aristo.) ingens imbriũ il luuies maiorẽ partem populoꝝ Thessaliæ absumpsit, paucis q ad montiũ culmina sese receperãt, cõseruatis iter quos Deucalion Parnassum petierat ratibusq; ad se cõfugientes p summa Parnassi iuga benigne foue bat, ppter quod dictus est gen⁹ humanũ reparasse. Hu ius. s. thessaliæ a mari & Thermopylis est littus usq; ad Penei eruptionem, & extrema pelii. Dicta quoq; fuit pharsalia, macedonia, emathia, & cãpi Philippici. In thessalia sunt mõtes xxiiii. quoꝝ nobilissimi Pieria parens, domusq; musarũ, Pelion, & ossa gygantum bello memorati. Item Pindus, & Otrys lapithaꝝ sedes, item Olympus. Flumina in ea, ut scribit Herodo. sunt Apidan⁹, Enipeus, Onochon⁹, Pamisus, Pene⁹, & Phœnix. A thessalia fit thessalus, a, ũ, pe. cor. & thessalicus, a, ũ.

Thessalus nomen propriũ medici Coi q scripsit libros vi. de rebus medicinalibus.

Thessalonica, pe. produ. urbs metropolis Macedoniæ, a qua thessalonicenses dicti sũt populi. Hæc fuit patria Theodori Gazæ, qui ætate nostra in utraq; lingua doctissimus habit⁹ est, qui e græco in latinũ librũ de aĩalibus Aristotelis traduxit, & alia multa opa dedit.

Thesmophoria, cerealia latine, sacra cereris quæ græce dicit thesmophora, quasi legifera. Prima em̃ Ceres leges inuenisse prodit, quia ante frumentũ inuentũ homines sine lege uagabant, & ex agrorũ diuisione primo nata sũt iura, Ouid. Prima dedit leges. Cereris sũt omnia munus. Græci θεσμοφόρον legislatorem appellant, & legiferum.

Thespiæ oppidũ liberũ in Bœotia ad radicẽ Parnasi ut inquit Pli. Vel ut Stra. inquit. Heliconi proximũ, thespias nobilitauit Praxitelis cupido a Glycerio meretrice ibi cõsecrat⁹. Hinc thespiades dictæ sunt musæ, seu nymphæ thespias incolentes.

Thespici populi sunt Græciæ.

Thestylis nomẽ ppriũ mulieris, de q̃ Vir. in Buco.

Thestor fuit uir Troianus Calchantis pater.

Thesiphone, vide retro thisiphone.

Theta nomẽ est literæ græcæ q̃ uim retinet th aspirati.

Thetis nomen matris Achillis, de qua supra in dictione

Thetys, de nuptiis huius Luci. facit pulcherrimũ dialogũ, cuius uerba græca ponam multorũ loco latinorũ εἰσὶς ὦ γαλήνη χθὲς ὁία ἐπρίησθ᾽ ἡ ἔεις πρὰς Λεῖπνον, & subdit μᾶλόν τι πάγκαλον χρυσοῦν ὅλον ὦ γαλήνη, ἐπὶ γέγραπ̣ο̣ᾶ̣, ἢ καλὴ λαβέτω. κὐλινδόμενον ὃ τοῦτο ὦπερ ἄξεπίτηδες ἦκε ἔνθα ἥρατε νὴ ἀφοδίτη νὴ ἀθηνᾶ κατηκλίνουτο, καπὶ δὴ ὁ ἑρμῆς ἀνελόμενος ἐπελέξατο τὰ γεγραμμένα.

Theutras fuit Cilicũ, ac Mysorũ rex, a quo theutramia regia, & theutrana urbs iuxta pergamũ.

Theumesus, pe. pro. mons Bœotiæ, a quo leo Theumesius dictus inauditæ magnitudinis, qui omnibus terrori erat, quẽ Hercules adhuc pene puer occidit, eiq; pellem detraxit, qua postea p pallio semp usus est. Est etiam hoc noĩe fluuius, & regio, & paruũ oppidũ in thebanis finibus. Hic leo a Ioue in cœlum translatus dĩ, ut gloriæ herculis cõsuleret, qui eũ inermis occiderat.

Theutoni, pe. cor. populi Germaniæ, qui & theutones & theutonici dicunt. Luc. li. vi. Cantaber exiguis & lõgis theutonus armis. Hi ut Pompo. scribit, loca incolunt prope mare aciacum. Hi duce Theutoloco Romanorũ fines inuaserũt, quos Marius deuicit.

Thlasias dicit, qui habet testiculos atritos.

Thoes sunt lupi, ut lib. viii. testat Pli. quos Solin⁹ ĩ Æthiopia nasci tradit, Oppianus, thoas bigenas panthera matre lupo prẽ gigni cecinit effigie capitis lupia pardoꝝ macul. Iul. pol. Lupũ uulpi sisem uoce ait eẽ thoa. Arrianus ait thoa esse tigrim indicã.

Tholos græca dictio, qua significat ueluti scutũ breue, quod medio in tecto ponit, in quo trabes coeunt, & ad quod dona suspendi consueuerũt. Vir. li. ix. Si qua ipse meis uenatibus auxi, suspẽdiue tholo, aut alta ad fasti gia uexi. Quidam accipiunt tholũ p testudine alicui⁹ ædificii, siue pro domo rotunda. Oui. li. vi. fast. Mox dicit curuo nulla subesse tholo.

Thorax, latine pectus uñ & munimentũ siue laneũ, siue ferreũ quo pectus, ptegit thorax appellat. Sta. li. theb. Propugnat pectora thorax, Iulius Pol. scribit thoracẽ esse qcquid anterioris dũtaxat partis a collo usq; ĩ coxendicem, ptendit, quẽ cõficiunt crates costarũ, qui & ὄλμος, hoc est mortariũ dĩ. Medici tñ in resectionibus humani corpis thoracẽ accipiũt inane quiddã in pectore, extremas costarũ partes utrinq; cõtingẽs. Vñ legimus Plin. dicentẽ. Thoracis uitia purgat, quæ uidelicet intra septa pectoris continent, & Cor. Celsus docet thoracẽ tussi obnoxiũ. Amb. lib. Hexa. accipit p ea parte, in quã alimẽta recipiunt, ait em̃. Thorax ut suscipit alimenta, ita supflua ciboꝝ, & succos salubres, sanguinẽq; discernit. Iuue. Pro tunica quæ tñ pectus tegit, cuiusmodi infantes gestare motis est. Viridẽ thoraca iubebit. Suet. de Aug. Hyeme quaternis cũ pingui toga tunicis, & subuculæ thorace laneo, & femoralibus & tibialibus muniebat. Est etiã qñ thorax turrim significet, & est ge. masc. a cuius actõ græco θωράκα, qdã hæc thoraca, cæ. declinãt, unde thoracatus.

Thoracatus, qui thorace indutus est. Pli. li. xxxv. Parrhasius pinxit nauarchum thoracatum.

Thoa fuit una ex nymphis filia Oceani. & Tethyos.

Thoas, antis. fuit rex in Taurica regiõe, de quo Ouid. li. iii. de Pon. Regna Thoas habuit mæoride clar⁹ ĩ ora. Nec fuit euxinis notior alter aquis. Alter rex Lemni fuit Liberi patris filius, & pater Hysipyles. Fuerunt & hoc nomine.

Thomas nomen hebraicum uiri propriũ.

Thon, thonos fuit primus qui apud Ægyptios medicinã in artẽ redegit. Alter fuit rex Canopi. Toon uero p geminum oo. fuit uir troianus.

Thoota Phorci filia, ex qua Polyphemũ Neptunus genuit.

Thous fuit unus ex principibus troianis.

Thrace, es. & thraca, æ. & thracia Europæ regio, iter partes scythiæ posita, Macedoniam sequens, quæ a septentrione Istrum habet, ab oriente Pontũ, a meridie Ægeum mare. Olim scython postea thracia, a Thrace Martis filio, seu ab asperitate dicta. Græce enim τραχὺ asperum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aſperum dī. Eſt em̄ regio, ut Pompo. ſcribit, nec cœlo nec ſolo tractabilis, & niſi qua mari propior eſt infœcunda, frigidaq; Habet feros hoſtes aſpero cultu. In ea ſunt urbes celebriores Apollonia, Enos, Nicopolis, Bizantiū, Perinthos, Lyſimachia, Calipolis. Amnes ſunt Hebrus, & Neſtos. Montes Hemus, Rhodope, & Orbelos. A Thracia fiunt adiectiua thrax, thracus, thraciuś, & thracenſis. A thrax fit fœmininū thræſſa, uel thraiſſa diuiſa diphthōgo, & adiectiuum thraicus, & thraicius. Item a threix quod thracenſem indicat, fit fœmininū threſſa, & threiſſa. Et adiectiua threic⁹, threicius, de quibus habentur exempla apud poetas.

Thraſceas uentus, qui & thraceas, & thraſcias dicitur. Ariſtote. Poſt Argeſten uentum flat thraſceas, ſpirat inter ſeptentrionem, & occaſum ſolſtitialem.

Thraſyllus nomen uiri proprium, & latine dicitur temerarius, audax.

Thraſybulus, uir Athenienſis, de quo Æmilius Prob. ait, q; ſi per ſe uirtus ponenda ſit dubito, an hunc primum oim ponam. Illud ſine dubio neminem huic præfero fide, cōſtantia, magnitudine animi, & amore in patriam. Hic Athenas a triginta tyrannis oppſſas in libertatem redegit. Fuit & alius Mileſio⁹ tyrannus.

Thraſymedes fuit filius Neſtoris.

Thraſus nomen uiri, qd apud nos fiduciā temeritatem & ferociam ſ cat, quæ græce θράσος dicitur.

Thraſumenus pe. cor. lacus in agro Peruſino, quē ſemel totū arſiſſe ſcribit Pli. li. ii. De hoc Oui. lib. vi. Faſt. Sunt tibi flaminius, thraſumenaq; littora teſtes. Dictus a Thraſumeno puero, quē Ægyla nympha rapuiſſe dī.

Thraſo nomen uiri proprium apud Terentium.

Thraſileon audax.

Threnos generis neu. latine dī lamentum, quod in funeribus fit, quo primum Symonides uſus eſt apud græcos θρῆνος enim planctus dicitur.

Threnodia, cum accentu in penul. cantus lugubris.

Thrips tinea, ἀπὸ τοῦ θρίπτειν quod ſ cat terere. i. frangere.

Thryus. untis. urbs in Helide, a Thryunte Athenienſi cōditore dicta. Eſt & fluuius helidis, qui in Alphæum decurrit, de quo Home. li. ii. Ilia. meminit.

Thronus græcum eſt, & a noſtris ſedes ſiue ſoliū dī, ſiue ſella tanq̄ honorabilis, & proprie regum eſt, ſicut cathedra & tribunal iudicum, quāuis in ſcripturis ſacris throni quandoq; non pro cathedris, ſed pro uirtutib⁹ aliquibus in cœleſtibus, in quibus deus ſemper ſedeat, quaſi in quadriga ſua ponatur.

Thrulla, & thrulliſſo. as. Vide infra in dictione Trulla.

Thulæ inſula oceani inter ſeptentrionalē occidentalē plagā ultra Britāniam & Orchadas. Solinus. Multæ & aliæ circū Britanniā inſulæ, e qb⁹ Thulæ ultima, ultra thulas accepimus pigrū & cōcretū mare, a græcis θαλὴς

Thryallis genus herbæ, quæ hodie in Ethruria uocatur ſtrella, cæteri eam bibinellam ruſtica uoce dicunt.

Thyanas fluuius ut Thucidi. ait, qui Theſprotidem ceſtrinamq; diſcriminat.

Thyamon, mons in Thraciæ regione.

Thyatira dicuntur, qua prius ſemiramida & Myſorum eſchaten uocabant.

Thyas Bacchi ſacrificula.

Thucydides. is. & dæ. proprium nomē hiſtorici græci.

Thyaſus ſaltatio & chorea dī, q̄ Baccho exhibebaſ, a θύω ſacrifico. Vir. Inſtituit daphnis thyaſos īducer baccho.

Thyeſtes fuit filius Pelopis ex Hippodamia, & Atrei frater, ac Tantali nepos, de quo poetæ ſcripſerunt. Inde Thyeſteus. a. um. Oui. lib. xv. Meta. Neue thyeſteis cumulemus uiſcera menſis.

Thyella, a noſtris procella dicitur, ponitur q; ab Homero pro una harpyarum.

Thurinus genus eſt piſcis marini. Thurinum oppidum inter duos amnes Cratim & Sybarim, ubi Herod. condidit hiſtoriam.

Thurini populi ſunt, quos Plinius in tertia Italiæ regione collocat.

Thurion ciuitas fuit in ſinu Tarentino, quæ ut quidam putant etiam Thurana uocatur.

Thunnus per duplex nn, nomē piſcis magni. Ex quo ſalſamentum fit, quod thunnium dicitur.

Thus, & thuſcia. Vide in dictione Thus.

Thymbra genus herbæ aromaticæ abundantis in Phrygia, quā thymalem uocamus. Virg. li. iiii. Geor. Et gra uiter ſpirantis copia thymbræ. Herba hæc eſt calida, & ſicca, & latine dī ſatureia, a ſatyris, q; ſint in uenerē nimis hæc aialia prona. Naſcit in locis ſaxoſis & aſperis, ut inq t Dioſco. folia habens ſimilia thymo, ſed mollio ra & maiora. Eſt & thymbra troadis ciuitas, a q̄ thymbreus Apollo dictus eſt, ab Thymbra troadis ciuitate, in qua eius eſt nemus & tēplum. Erat q; adeo celebris, ut mētio eius nec diſſimulari poſſet, nec excidere, quā ferūt conditā a Dardano, ſed nomē accepiſſe a Thymbræo Dardani comite, hāc etiā Zymbram uocabāt, & Dymbrā, ut Hellanicus ait. Sane p̄ ſcribiť, q a a θύμβρη In deriuatione em̄ ῡ in diphthongum mutaſ, ut αἴτνα ætnæus, ἄρκτος dircæus, κρήτη cretæus, uel tymbræus, quaſi ὁ ὄμβραθείς, hoc eſt imbres excitans.

Thymbrius autore Steph. fluuius apud Thymbrā fuit.

Thymbrara ciuitatis nomen, a qua Thymbrarenſes, & Thymbrarei, ſecundum pactola appoſiti.

Thymele pe. cor. nomen mulieris, quæ prima ſaltationē in ſcæna docuit, græci Thymelen ſcænam uocāt, hoc eſt eam theatri partem, ubi geſtiunt hiſtriones. Mar. Qua thymelen ſpectas, deriſoremq; latinum. Suidas ſcribit fuiſſe aram in theatris thymelen.

Thymelici ludii hiſtriones. Vñ a Vict. dictum eſt Scænici & thymelici græce ſeparatim noiantur i decretis diſ. ulti. de conſe. ſacerdotes admonenē de conuiuio ſurgere debere, anteq̄ thymelici ingrediantur.

Thymiama. atis. odor ſuauiſſimus, thymi naturam referens. Hoc incendebaſ in ſacrificiis, appellabātq; græci thymiateria uaſa odo⁹, q̄ maiores nr̄i aceras dixerūt.

Thymus, & thymum herba apibus gratiſſima. Vir. Dūq; thymo paſcenē apes, dū rore cicadæ. Macer. Si deſit thymus p̄ thymo poneré thymbram Præcipiunt medici. Sūt aūt thymi duo genera, album. ſ. & nigrum. Vñ bithymū mel, q; ex utroq; thymo collectū eſt. Et thymus, ut inq t Iul. Pol. uerrucula eſt, ægyptiæ fabæ magnitudine, ſcabra, & ſubrubēs ſanguīe, cui⁹ sūma pars (ut Celſus inq t) floré thymi reṕſentat in genitalibus, ſedę fœminibus, palmis & īferioribus pedū partibus.

Thymos, græce θυμός, latine excandeſcentia.

Thuſſagetæ populi, de quibus Pompo. Thuſſagetæ tur-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cæq; uastas solitudines occupant,aluntur q; uenando. Idem Thyrsagetæ appellantur.

Thymallus genus piscis p̃cios,de quo Ambro.li. Hexa. Neq; te inhonoratum nostra pſecutione thymalle dimittam,cui a flore nomen inoleuit,seu Ticini unda te fluminis, seu amœni Athesis umbra nutrierit flos es. Quid spẽ tua gratius? qd suauitate iucũdi9? ẽ qd odore fragranti9? Qd̃ mella fragrãt,hoc tu corpe tuo spiras.

Thyoneus cognomen Bacchi,quod a θύω pro sacrificio deductum putant,quod illi adhuc inter humanos uersanti sacrificia reddebantur.

Thyia nomen cuiusdam mulieris,quæ prima Liberi patris initiata sit orgiis, a qua Thyiadæ,& Thyiæ.

Thyricos populus in Attica regione ex Acamantide tribu,autor Strabo.

Thyre ciuitas Messenioꝝ, sed diuus Augustus Lacedæmoniis ascripsit, q; Messenii cũ Antonio sensisse uiderent.Papi.Et lacedæmonium Thyre lectura cruorem. Hinc thyreaticæ Spartanoꝝ corollæ q̃dam appellatæ Sciendum est thyre numero plurali, genere neutro p sinerẽsim efferri, θύρεα καὶ θύρη, etiam si numero singulari thyrea quoq; dici potest. Stra .thuriã appellat. Est & Thyreum oppidum in Arcadia.Thyræ etiam græce latine ostia dicuntur. A quo thyridion ostiolum.

Thyrsis nomen pastoris proprium.

Thyrsus uirga, & caulis cuiuslibet herbæ, p̃sertim lactucæ.Pli.Inuentum oẽs thyrsos,uel folia lactucaꝝ prorogare,urceis conditos,ac recẽtes in patinis. Idem.Folia lactucæ tosta,thyrsusq; ex aceto bibunt. Alii accipiũt thyrsum pro hasta aculeata hederis obtecta, quas in orgiis bacchicis quatiebant. Tacitus. Messalina crine fluxo thyrsum quatiens, scribit Diodo. Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas, & Macro. ait,Liberum Patrem tenere thyrsum, quod est latens telum, cuius mucro hedera lambente protegitur. Vñ Thyrsigerus dict9 est Bacchus.Seneca in Medea. Candida thyrsigeri proles. Lucretius accipit thyrsum pro furore,seu ardore,& instinctu,cum ait.Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.

Thysbe,thysbes, uel thysbes.e.nomen puellæ babyloniæ,de qua Ouidius.

Thyssagetæ populi fuerunt in Scythia, ultra Sauromatas. In horum agro sunt quatuor flumina,uidelicet Lycus,Oarus,Tanais,& Syrgis.

T ante I

Tiara generis fœminini,pe.pro.ornamentũ capitis,Persicaꝝ prius mulieꝝ. Quo postea usi sunt reges & sacerdotes.Iuue.Et phrygia uestit bucca tiara. Vir.per usurpationem dixit. Sceptrumq; sacerq; tiaras. Hiero.ad Fabiolam.Quaꝝ est genus uestimenti rotundum pileolũ, quasi sphæra media sit diuisa, & pars altera ponatur in capite,hoc græci,& nostri tiaram, nõnulli galerum uocant. Non habet acumen in summo,nec totum usq; ad comas tegit,sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit, atq; in occipitio uitta constrict9 est,ut non facile labatur ex capite.

Tiaratus dicitur qui tiaram in capite gestat.

Tiatira urbs in Mysia ad sinistram Caici fluminis partem,quæ fuit una ex septem Ecclesiis, ad quas Ioannes Apostolus scripsit Apocalypsim.

Tibia proprie os cruris oppositum suræ.Itẽ instrũm musicum,quo tibicines canũt,sic dicta,q; primo ex gruum tibiis facta sit,a qbus nomẽ hẽt, cũ ex harundinibus facta sit.Hora.Tibia non ut orichalco iuncta,tubæq;.

Tibialis,& hoc tibiale,quod est idoneum ad tibias faciendas.Plini.Tertia harundo est tibialis calami, quam auleticon uocant.

Tibialia substantiuum dicuntur uelamenta tibiaꝝ, qn etiam arma, quibus crura muniunt tibialia uocant. Sue.de Aug.Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis,& subuculæ thorace laneo,& fœminalibus, & tibialibus muniebatur.Paulus Iurisco.Si tibiale,uel humerale miles alienauit castigari uerberibus debet.

Tibicen pe.cor.qui tibia canit.Dicit& tibicina fœm.genere.Gel.Fœminas etiam tibicinas in exercitu habuit. Mar.Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis.Et tibicines in ædificiis appellant columellæ, qbus rustici tecta sua fulcire solent,a similitudine tibia canentium qui ut cantantes sustinent,ita illi ædificioꝝ tecta. Nec habet in hoc significato,nisi ablatiuum in singulari.Iuue.Nos urbem colim9 tenui tibicine fultam.Quicqd etiam in sustentaculo alterius ponit tibicen dr. Ouidi. li.iiii.Fast.Hæc modo uersabat stantem tibicine telã, Vnde Virgi.per translationem sua hemistichia tibicines uocauit, ipsæ quoq; particulæ, qbus uersus replentur tibicines a grammaticis appellantur. Virg. Sic forte precatur, Nam forte uacat.

Tibicinium,ars canendi tibiis,ut apud Apul.in Flo.

Tibareni,ut Herod.li.iii.testat, fuerunt populi Scythici in Asia,de quibus Hiero.Tibareni, quos dilexerint senes suspendunt in patibulis.

Tyberius nomen imperatoris Ro.Augusti successoris. Tyberii aũt ex eo dicti sunt, q; iuxta Tyberim fluuiũ nascerentur,unde per y scribi solet.

Tibisis fluuius in Scythia,ut autor est Herod.li.iiii.

Tibin,inquit Origenes super Exodum esse genus tegminis ex uirgis aut ex papyro contextũ,uel etiã ex arboꝝ cortice formatum intra quod Moyses expositus fuit.

Ticinus fluuius insubriæ in Eridanum fluens,a quo Ticinum urbs,q̃ nũc Papia dr,insignis diui patris Augusti ni corpore. Serenus penultimã huius nois corripuit, cum ait.Alia præcepit Ticini sententia necti.

Tignus masculini generis, & tignum neutri trabs, quæ uarie dispositæ dom9 extruit.Et proprie cui superponitur tectum,a tegendo nomen deductum.Et tigni nomine omne genus materiæ ex qua ædificia constant, continetur. Sed & in uineis tigni appellatione omnia uineis necessaria cõtinentur,utputa perticæ pedamenta.Hinc contigno.as.quod est tignis tectum iungo.Plini.li.ix. Alexãdri magni classium p̃fecto prodidere in domib9 fores maxillis beluaꝝ scilicet balenaꝝ facere ossibus tecta cõtignare, ex qbus multa quadragenum cubitoꝝ lõgitudinis repta. Et cõtignatio textura ipsa trabium,ac tignoꝝ.Coassatio uero assium dicitur.

Tignarius faber,nõ solũ is q tigna dolat, sed etiã q̃ solaria lignea, hoc est qui trabes, cæteraq; ad tabulata domus utilia,& ois q ædificat intelligit, inqt Caius.

Tigillus diminutiuum est a tignus, tigillum a tignum, sicut sigillum a signum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tigranes.is.& tigranæ pe.pro.proprium nomẽ regis Medorum,ſeu maioris Armeniæ. Luca.li.ii. Tigranemq; meum,nec Pharnacis arma relinquas.

Tigrana urbs in Media regione.

Tigris animal uelociſſimum & truculentum,a uelocitate nomen trahit. Nam Medi tigrim ſagittã appellãt. Abundat Hyrcania tigribus. Virgi. Hyrcanæq; admorunt ubera tigres. Arrianus qui res geſtas Alexãdri cõdidit,tigrim feram indicam nõ eam eſſe uoluit,quam vulgus tigrim nominat,ſed hanc eſſe thoa. Tigrim uero equi magnitudie,flumenq; magnum Tigris etiam appellaſ propter celeritatem, qui inſtar beſtiæ nimia pernicitate decurrit. Vel q; Liber cum ad amnem Meſopotamiæ peruenieſſet,qui tunſylis appellabaſ,& trãſire non auderet. tigris diuinitus aſtitit, & deum dorſo ſublatum in ulteriorem ripam tranſtulit. Hic de paradiſo exiens iuxta ſcripturæ fidem,pgenſq; contra Aſſyrios,& poſt multos circuitus,Ioſepho teſte, in mare rubrum defluit.Solinus tigrim fluuium in Armenia caput attollere dicit in loco edito,& lucido,conſpicuoq; fonte. Nec ab exordio ſtatim totum eſſe, primo pigre fluere,non cum ſuo nomine. At cum fines Medoz; inuectus ſit tigrim ſtatim uocari. Aretuſam lacum influere grauia pondera ſuſtinentem, cuius piſces nunq; ſe alueo tigridis immiſceant,ſicut nec amnici ſtagnum attingant Aretuſæ.Mox Arabas ꝓterfluens Meſopotamiam amplectitur,& Hidaſpem accipiens,Euphratemq; defertur in ſinum Perſicum. A tigri fluuio dicti ſunt tranſtigritani, qui trans tigrim habitant, ſicut tranſpadani.Et tam pro fluuio,quam pro animali tigris uel tigridis genitiuum facit. Et apud græcos tigrios & tigridos, & tigretos pe.pro.

Tigurini fuerunt populi Germaniæ, qui quartam partem Heluetiæ continebant.

Tile nomẽ duarum inſulaz;,quaz; una eſt in oceano,inter ſeptentrionalem,& occidentalem plagã, ultra Britanniã,q; ultima fuit ex cognitis a romanis Vir.li.i.Ge. Tibi ſeruiat ultima Tile. In ea ſolſtitio æſtiuo nullas eſſe noctes Pli.tradit,e contrario, ut Solinus refert brumali ſolſtitio nullus pene dies Vltra eam pigrũ,& concretum mare eſſe ferunt. Altera in Aphrica cõtra ſinũ Carthaginis,ſunt tñ qui ſcribant Tyle per ypſilon.

Tilos inſula (ut ſcribit Pli.li.vi.) cum oppido eiuſdẽ nominis in mari Indico,celeberrima plurimum margaritis. Iꝑa fert palmas,oleas creat,uineis abundat.In ea omnis arbor nunq; ſpoliaſ.Mons Caucaſus non longe ab ea incipit,qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat.Eadem inſula habet lanigeras arbores,ut ſcribit Pli.li.xii.Quæ cotonei mali amplitudine cucurbitas,& maturitate ruptæ oſtendunt lanuginis pilas, ex quibus ueſtes precioſæ fiunt.

Tilia arbor,quam græci philyra appellant, quãuis & ex aliis arboribus tiliæ dicanſ; Nam de interioribus corticis ulmi tunicis,e qbus uincula tiliæ uocanſ. Vñ Pli. de ulmo differens.Corticis inquit interior tilia lepras ſedat.De arbore tilia. Vir.li.ii.Ge. Nec tiliæ leues, nec torno raſile buxũ. Hic tileaceꝰ,a.ũ. Vñ faſciæ tiliaceæ. Iul.Ca.de Antonino Pio.Cũ ſenex inqt,& longus eſſet incuruaretur; tiliaceis tabulis in pectore faſciabaſ.

Tilium urbs littoralis a latere occidentali Sardiniæ.

Timauus pe.prod.nomen fluminis iuxta Aquileiam, qe mõtibus delatꝰ decidit in ꝓfundũ, deinde infra terrã abſorptus ſtad.circiter.xxx.& centũ erũpit in mare.

Timæus nomen proprium philoſophi Locrenſis, cui diuinum illud opus Plato inſcripſit,in quo de rerum creatione differit,quod Cice.poſtea latinum fecit.

Timarchides nomen uiri proprium, cõpoſitum ex τιμὴ qui eſt honor,& ἄρχων principis.Facitq; in genitiuo timarchidis,& timarchidæ.

Timantes nomen pictoris celeberrimi,Parrhaſii æmuli inter eius uero ingenii monumenta Iphigenia oratorum laudibus celebratur.Hic fuit ex cythno inſula una ex cycladibus,huius meminit Plinius li.Iv.

Timagoras nomẽ pñi,de quo fit mẽtio apd Ciceronẽ.

Timiopolæ,a græcis dñr q; ꝓmercanſ res ut reꝛ precia accendant,annonamq; flagellant:i.duriorem faciant, & ingraueſcat quaſi pretio non parcentes.

Timor(ut Ci.li.iiii.Tuſ.ſqt)ẽ metꝰ mali appropinq̃ntis

Timeo.es.mui.uariis modis conſtruiſ. Dicimus em̃ timeo te tanq̃ inimicum,timeo tibi tanq̃ amico, ne qd mali tibi accidat.Teren.Pamphili uitæ timeo.Timeo mihi abs te.Idem.Hei mihi timeo a Chryſide.Inueniſ etiam cum ablõ mediante de.Oui.li.iiii.Faſt. Nec timui de morte tamen metus abſtitit. Item dicimus timeo furẽ tauro. Iuue.Cum furem nemo timeret Caulibus,aut pomis. Et timeo mihi abs te mortem. Sciendum eſt hoc uerbum timeo idem efficere, uel cum negatiõe,uel ſine ea,ut timeo ut moriaſ, & timeo ne moriatur.Hoc idem facit,metuo,uereor,& hmõi. Cõpoſita ſunt extimeo,quod eſt ualde timeo.Plau.in Ciſ.Extimuit tum illa.Hinc extimeſco. Cice. in Cato. Quod igitur adoleſcentes,& hi quidem nõ ſolum indocti,ſed etiam ruſtici contemnunt, id docti ſenes extimeſcũt. Pertimeo ſimiliter ualde timeo. Idem lib.ii. ad Herẽ. Defenſor ſi pertimuerit,magnitudine periculi,non cõſcientia peccati,cõmotum ſe eſſe dicet.Si non ꝓtimuerit,fretum innocentia negabit ſe eſſe cõmotum. Hinc Pertimeſco.Lact.li.iii.Quare non eſt, q; pñis tantum honoris habeamus, ut eoz; eloquentiam pertimeſcamus.Hiero.huic uerbo addidit ualde.Ex quo timeo,& ualde ꝓtimeſco.Prætimeo,añ tꝑs timeo.Lactan.li.vi. Nam parcere.i.mediocriter uti pecunia, quaſi q̃dam animi puſillanimitas eſt, aut ꝓtimentis, ne ſibi deſit. Plau.ĩ Am.Humana matre natꝰ,humano patre mirari nõ eſt æquũ ſibi ſi ꝓtimet. Et hñt ti ſyllabã correptã.

Timens & timidus ſic differunt, quia timens, ex cauſa ad tempus timet,timidus ſemper timet.

Timotheus pe.cor. nomen proprium Cononis Athenienſis filii, qui acceptam a patre gloriam multis auxit uirtutibꝰ. Fuit em̃ diſertus,impiger,laborioſus, rei militaris peritus, & quod ſupra omnia eſt, εὐτυχὴς, id eſt, fortunatus imperator habebatur. Nam Olinthios, & Byzantios bello ſubegit,Samum cepit, in cuius oppugnatione ſuperiori bello Athenienſes mille &.cc.talenta conſumpſerant, ille ſine publica impenſa reſtituit. Corcyram ſub Athenienſium ditiõe redegit. Lacedæmoniiſq; maris imperium eripuit,ex quo ſtatua publicitus in foro Athenis poſita eſt. Poſt huius obitum nõ fuit quiſquã fere Athenis dignus memoria. Fuit alter Timotheus in arte tibiaz; clariſſimus, qui Alexãdrum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in conuiuio ad arma excitauit phrygio cantu,& iterũ mutata modulatione ad epulas reduxit. Hunc ferunt duplices ab his quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes,quam ſi rudes traderentur,geminatum ſibi opus dicebat, dedocendi prius, mox docendi. Dictus Timotheus, ex τιμὴ honor, & θεὸς deus.

Timon Appolloniates phūs,q apud Calcedoniam philoſophiam & oratoriã exercuit,charus Ptolemeo philadelpho.Scribit tragœdias & comedias,& ſatyras.Dictus amarulẽtus, & mordax ſyllogi.i.dicacitatum ſcriptor,de quo Gel.Timon amarulentus, librum maledicentiſſimũ conſcripſit,qui ſyllos inſcribit. Fuit & alius Timon Athenienſis,qui ob naturæ aſperitatem inhumanus,ac inhoſpitalis appellatus eſt,& miſanthropus id eſt oſor hominum. Fugiebat enim hominum conſpectus,atq; colloquia,præter unius Alcibiadis.In eius ſepulchro hoc erat epitaphium, quod ipſe ſibi fecit.

Hic ſum poſt uitam miſeramq;, inopemq; ſepultus.
Nomen non quæras dii lector te male perdant.

Timoniacus fuit pictor Byzãtius Cæſaris dictatoris ætate,qui Aiacem Cæſari pinxit.

Timoleon,uir Corinthius clariſſimus omnium iudicio qui oppreſſam a tyranno patriam liberauit, de quo Plutarchus multa ſcripſit.

Tinea uermiculus eſt,qui de carne editus,ueſtes aut libros abrodit.Hora.ad librum. Aut tineas paſces taciturnus inertes,Aut fugies uticam,aut uinctus mitteris Ilerdam.Et in Eccleſiaſti.De ueſtimentis ꝓcedit tinea, & a muliere iniquitas uiri.Item tineæ uentris animalia ſunt.Elminthes græci dicunt in inteſtini recti extremo repertæ. Has Gel.lumbricos appellat. Item tineæ ſunt uermes in aluearibus apibus noxii. Colu.li.x.Præterea ut tineæ,ſi apparuerint euertantur, papilioneſq; enecent, qui plærunq; inter alueos morãtes, apibus exitio ſunt. Nam & cæras erodunt,& ſtercore ſuo uermes progenerant,quos alueoꝝ tineas appellamus. Hinc tineoſus.a.um.ut aluei tineoſi,apud Colu.lib.x.

Tinia uaſa uinaria apud antiquos fuere,ut inquit Feſtꝰ. Nonius tineas appellauit, apud quos grandiora non erant,ueluti apud nos ſub hoc uocabulo habẽtur, nec ad eos uſus parata.His nanq; e ligno fabricatis muſta cum uinaceis noſtra ebulliunt,apud ueteres autem inter epitrapezia numerantur.

Tinnio.is.iui. itum. proprie de metallis dī, cum ex eoꝝ pulſatione ſonus efficitur. Tinnit enim aurum argentum, æs,ferrum, ſtannum orichalcum, & huiuſmodi. Hinc componit obtinnio,quod Apul.in Flo. ad aures tranſtulit cum ait.Ecquid illi aures obtinnirent.

Tinnulus.a.um.pe.cor.qd eſt acutũ,ut uox tinnula,& ſonus tinnulus,q reddit ex æneis uaſis,cũ pulſant. Ouidi. Tinnulaq; æra ſonant,& olent,myrrhæq;,crociq;.

Tintino.as pe.cor.ꝺcat ſono, ut tintinat apud Catul. in carmine ſaphico.Dicit & tintinno.is.iui.Afra. Tintinnire ianitoris impedimenta audio.

Tintinabulum,& tintinale inſtrũ æneum, uulgo campanellus,nomen factitium,a uoce quã facit tintin. Iuue.Et tintinabula dicas pulſari nemo tubas.

Tingo.is.xi.ctum.ꝺcat inficio,madefacio,ĩmergo.Mar. Mentiris iuuenem tinctis lentine capillis. Lact.li.iiii. Cum primũ cœpit adoleſcere,tinctus eſt a Ioanne propheta in Iordane flumine. Vir. Quid tantum oceano properent ſe tingere ſoles.i.immergere. Huius cõpoſitũ eſt Intingo.Pli.Omnibus q̃ condiunt quæq; intinguntꝰ deſideratum fœtorem tollit manducatum.

Tinctura infectio. Plini.lib.xxxvii. Adulteratur maxime tinctura,idq; in gloriam regis Ægyptii adſcribitur, qui primus eam tinxit.

Tinctile pe.cor.quod intinctum eſt.Ouid.de triſt. Et tinctile uirus.ſ.quod intinctum eſt ſpiculo ſagittæ.

Tintinaculi ſunt uirgatores q flagris cædunt ſontes ob noxam, & loris bubulis caſtigant fictitio uocabulo a ſonitu quem uerbera efficiunt. Nam dum uerberãt & cædũt flagris tinnitum reddere uident ex crepitu plagarum,quæ percuſſio a Plauto dicit tax per onomatopeiam a ſonitu quem reddit. Id genus homines flagratores dicebantur, quamuis quidam flagriones ponãt, ut ſint qui mercede flagris cæduntur.

Tiphernum ciuitas Vmbriæ,q̃ nũc ciuitas caſtelli dīno bilis alumno Gregorio, græcis latiniſq; līis apprime docto,ſicut eius opa eloq̃nter elucubrata manifeſtãt

Tiphys uir arte carpentaria celebris,q primꝰ gubernandi naues adminicula inſtituit. Sene.in Medea.Tiphys in primis domitor profundi. Apollonius in principio, τῖφυς Ἀρνιάδης σφέα κάκλιπε λῆμον,ibi aũt θεῶν,& alii interp̃tes ἀπαθὲς μὲν ἡμέρας τῷ ἡλίῳ νυκτὸς ὃ πρόσω τινα τῶν ἀστέρων ὃν καιρὸν τοῦτ᾽ ἐκμέρεσθαι.

Tipula pe.cor.uermis ſex pedes habẽs,ſed tãtæ leuitatis, ut ſuper aquam currens nõ deſidat. Plau. Neq; tipulæ leuius pondus eſt,quam fides lenonina.

Tiridates nomen proprium uiri magi,de quo apud Suetonium in Nerone,Et apud Pli.li.xxxvii.Erat & Romæ in ſeptima regione uia, quæ lata dicebatur locus ab equo Tiridatis regis Armeniorum nomen habẽs, ut P.Victor ſcribit.

Tiryns.this.generis maſc.fluuius eſt in Argo. Tiryns generis fœmi.nomẽ eſt patriæ Herculis in Peloponeſo,q̃ proxima Argo.A Plini.Tirynthia uocat. Vñ & Hercules tirynthius appellatꝰ eſt,q̃uis thebanus quoq; dicat.

Tiſiphone pe.cor.ultricem cædis ꝺcat.Eſt eñ vna ex furiis a cædibus plectendis dicta τίσις ultio uel pœna φόνος, uel φόνη,cædes aut mors, cui cura ſit mortis ultio. Hora.in Ser.Seruilibus utq; iam peritura modis Hecatem uocat altera ſæuam,Altera Tiſiphonem.

Titan,& titanus pe.pro.Saturni frater,Cæli & Veſtæ filius,qui etiam pro ſole ponitur, quoniam a titanibus duxit originem. Tradunt Titanas ſex fratres fuiſſe, & q̃q; ſorores,a Titea matre dictos,ut autor eſt Diodo. Ex quibus vnus fuit Iapetus pater Promethei Hyperionq; ,ex titanum numero,qui ſolis ac lunæ,ſtellarũq; motus obſeruaſſe,atq; demonſtraſſe primus fert. Ideo ſolis parens & aſtrorum fertur.Hinc ſol titan,luna titania a poetis dicuntur.Ser.ſic habet.Ferunt fabulæ titanas ab irata contra deos terra in eius ultionem creatos.Vnde & titanes dicti ſunt ἀπὸ τῆς τίσεως,id eſt ab ultione.Hi cum Ioue bella geſſerunt, quos domitos Iupiter ad inferos relegauit.

Titanus Saturni frater. Quo etiam noīe dictus eſt mõs Theſſaliæ a cãdore dictus.Titanis.idis. dicta eſt Luna.

Titio lignum aduſtum, quod ab igne extrahitur, ut eſt apud Eſaiam. Noli timere, & cor tuum ne formidet a

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

duabus caudis titionum fumigantium iſtorum.

Titillo.as.per blandimenta ingero, prouoco, commoueo, ut fit cum quis carnis pruritum ſentit. Nam titillari dicuntur ſenſus, quando mouentur, geſtiuntq; uoluptatis dulcedine. Verbum tranſlatū a titillatu alarū, ubi dulcedo ſcalpendi eſt, ſicut ſcribit Pli. li. xi. Lactan. li. vi. Ergo illecebræ iſtæ uoluptatum arma ſunt illius cuius unum opus eſt expugnare uirtutem, iuſticiamq; ab hominibus excludere. His blandimentis, & ſuauitatibus titillat animas. Scit em̄, quia mortis fabricatrix eſt uoluptas. Cice. in Cato. At non uoluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus.

Titus p̄nomen romanoꝝ eſt a τίω honoro, ſiue a tuēdo.

Titulus, index cuiuſcūq; operis. Vnde i ſtatuis ſiue pictu ris titulum dicimus literas, quæ uel artificis, uel eius cuius ſtatua, uel imago eſt, nomen demōſtrāt, uel tempus quo factum eſt, declarāt. Sueto. Plurima, & ampliſſima opera incendio conſumpta reſtituit, omnia ſub titulo tū ſuo, ac ſine ulla priſtini autoris memoria. Iteē titulus libri dicitur, qui uel qualitatem operis, uel nomen autoris, uel numerum oſtendit. Mar. Primus ubi eſt inquis, cum ſit liber iſte ſecundus, Quid faciam, ſi plus ille pudoris habet? Tu tamen hunc fieri ſi mauis Regule primum, Vnum de titulo tollere iota potes. Oui. li. de re. amo. Legerat huius amor titulū, nomēq; libelli. Dictus titulus a tuendo, quaſi tutulus, q̄ tueat factum autoris, & ſi quis alterius opus eſſe contendat, ueri opifícis indicet nomen. Per tranſlationem quandoq; ponitur pro laude & dignitate. Ouid. li. ii. Faſt. At tua proſequimur ſtudioſo pectore Cæſar Nomina, p titulos ingredimurq; tuos. Aliquando pro monumento. Apul. Auoꝝ & proauoꝝ titulus clarus. Tituli etiam dicti ſunt milites, q̄ſi tutuli, q̄ patriam tueant. Vñ & Titi p̄nomen ortū eſt. Perſi. Hic neq; more probo uideas, nec uoce ſerena Ingentes trepidare Titos.

Titulo.as. titulum impono. Hie. in prolo. ſup Pſal. Sciendum eſt centum quinquaginta pſalmos Dauid eciniſſe, quamuis aliorum nominibus titulentur.

Titi Liuii duo fuerunt, alter tragœdiarum ſcriptor, qui ob ingenii meritum a Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus eſt. Alter patauinus, q̄ floruit ſub Auguſto, laudatur in hiſtoria quam ſit in narrando miræ iucunditatis, clariſſimiq; autoris.

Titubo.as. pe. cor. proprie pedibus inſiſtere nequeo, quales ſunt ebrii, aut infirmi. Quintil. Sed iugulaſti vulneratum, titubantem ſtrauiſti. Tranſfertur ad animum, ut apud eundem. Neq; ulla unquam tāta fuerit dicendi facultas quæ nō titubet, aut hæreat, quotiēs ab animo uerba diſſentiunt. Titubare quoq; lingua & dēte dicuntur. Lactan. de ira dei. Areſcant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes concrepent.

Tithymalus pe. cor. genus fruticis, quæ à noſtris lactuca marina dicitur. Col. li. x. Tithymalus maiorum quoq; animalium uentrem ſoluit. Idem paulo ſupra. Maximuſq;, uel minimus annuus earum labor eſt initio ueris, quo tithymali floret frutex.

Tityrus pe. cor. nomen paſtoris. Vir. in Buc. Tityre tu patulæ. &c. & apud nos aries maior dicitur.

Tityus, Iouis filius, de quo Vir. lib. vi. Nec non & Tityon terræ omnipotētis alumnum Cernere erat. Hic ut ferē in fabulis, cum Latonæ uim inferre uellet, ab Apolline ſagittis confoſſus, apud inferos magno cum cruciatu demerſus fuit. Ouidi. lib. i. de Pon. Sic inconſumptum Tityi, ſemperq; renaſcens Non perit, ut poſſit ſæpe perire iecur. Huius magnitudinem corporis poetæ dixerunt fuiſſe nouem iugerum. Vnde Tibul. Porrectuſq; nouem Tityus per iugera terræ Aſſiduas atro uiſcere paſcit aues.

Tithonus pe. pro. fuit Laomedontis filius. Qui, ut fabulæ ferunt, cum iuuenis eſſet, & decorus, ab Aurora dilectus, & raptus fuit. Ex qua Memnonem genuit, ſed tandem poſt longiſſimam uitam, audita Memnonis filii morte, in cicadam uerſus dicitur, dicēte Horatio. Longa Tithonum minuit ſenectus.

Tante Ø

Tmolus pe. pro. mons Lydiæ, ut ſcribit Plin. lib. v. Croco florentiſſimus, & uitibus conſitus. Ser. ſcribit eum eſſe Ciliciæ. de quo Ouidi. Riget arduus alto Tmolus in aſcenſu, cliuoq; extenſus utroq; Sardibus hīc, illinc patuis finitur Hypæpis. Eſt ergo iuxta Sardis, quæ urbs ex Herodoti, Plinii q; teſtimonio in Lydia eſt. A quo nomen flumini datum eſt. Plini. lib. xxxiii. Non ſolitum inueniri, niſi in flumine Tmolo. Apud Col. li. iiii. Tmolus uidetur eſſe genus arbuſculæ, cuius flores ſint croceī. A poetis tñ q̄ñq; ſuperaddi i poſt t inuenimus. Oui. li. vi. Meta. Deſeruere ſui nymphæ uineta Tmoli.

Tante Ø

Tocos, a tĭcto pario, id eſt, quod corrupte dicim⁹ ſtocus præpoſitos, ſicut fœnus a fœtu, quia pecunia pecuniā parit. Tocos etiam genitrix uel parens, unde Theotocos dicitur dei genitrix.

Toga ueſtis cōmunis omnium Romanorum, tam fœminarum, q̄ marium, ſed prætexta honeſtiorum, toga uiliorum. Dicta toga a tegendo, q̄ corp⁹ tegat. Hæc laxa erat, & in ſinum multis criſpulis ſubtracta ſuccingebatur. Tibul. Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu. Hinc Romani togati dicuntur. Virgi. Romanos, rerum dominos, gentemq; togatam. Quoniā uero in pace tm̄ togæ uſus erat (nam i bello, depoſita toga, chlamydem ſumebant, aut lenam) factum eſt, ut toga pro pace, ſicut arma pro bello ponatur. Plini. Vt dubium ſit, toga ne, an bello præſtantior fuerit. Togarum uero uaria erāt genera. Vt toga prætexta, toga uirilis, toga picta, toga regia, quæ erat auro & purpura intexta, qua reges utebantur, quæ a Liuio inter inſignia triumphantis numeratur, purpura ante uocitata, & erat ſine pictura. Tunica palmata, a latitudine clauorum dicebatur, quæ nunc a genere picturæ picta appellatur. Interdum toga accipitur pro peculiari habitu clientum, & ſalutatoꝝ, qui togati ibant ſalutatum ut ſportulam cōſequerentur. Mar. Mane, uel a media nocte togatus ero.

Togati, togis induti. Vnde Romani togati dicti ſunt, q̄ñ toga Romanorum propria erat. Sic hi, qui principes ciuitatis, officii gratia in forum deducebant, ſic deinde domum reducebant, quoniam togis amicti erāt, togati uocabantur. Iuue. Turbæ rapienda togatæ. Hi etiam per diminutionem togatuli dicebantur.

Togatæ comœdiæ, quæ ſcriptæ ſunt ſm ritus Romanorum, ſicut græcas fabulas, ab illorum habitu palliatas.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

appellamus. Nam græci ſupra tunicam pallium fere/bãt. Togatæ tabernariæ dĩr comœdiæ, in qbus nõ ma giſtratus, ſed humiles pſonæ inducunt. Dictæ taberna riæ, ꝙ olim tabulis domus cõmuniter tegerentur.

Tolero.as. uerbum eſt mala patiẽtis, a cuius participio fit toleranter, tolerantia, quæ ſic diffinitur a Speuſip/po. Tolerantia eſt perpeſſio laborum honeſti gratia. Et toleratus.tus. ut hoc eſt difficile toleratu, per ſim/plex l, ſemper ſcribitur.

Tollo.is. ſuſtuli, & ſm antiquos tetuli ſublatum ſignifi/cat eleuo, ſublimo. Plau. Tolle caput. Vlpia. Ius uicino non eſſe altius edere tollere. Aliquando tollere eſt ca pere. Virg. li. iiii. Geor. Et ſæpe lapillos, ut cymbæ inſta biles fluctu iactante ſaburram. Aliquando ſuſcipere. Sueto. de Neronis parente. Deceſſitq; Pyrgis morbo aquæ itercutis, ſublato filio Nerone ex Agrippina ger manici genito. Aliquando nutrire. Teren. Quicqd pe periſſet, decreuerunt tollere. Aliquando auferre. Cice. in Lelio. Solem enim de mundo tollere uidentur, qui amicitiam e uita tollunt. Aliquando differre. Plautus, Omnes tollo ex hoc die in alium diem. Aliquando in ferre. Virg. Tollentemq; minas, & ſibila colla tumen tem. Aliquando emendare, corrigere. Gel. lib. i. Var. in Saty. Meni. Vitium uxoris aut tollendum, aut feren/dum eſt. Compoſita huius uerbi ſunt Attollo, quod eſt in altum eleuo. Contollo, contra tollo. Plau, in Au lu. Contollam gradum. Extollo, in altum eleuo, exal/to, magnifico. Plaut. in Amphi. Deuolant angues iu/bati deorſum impluuium duo maximi continuo ex/tollunt ambo capita. Saluſtius. Ita eorum, qui ea fece re tanta habentur, quantum ea uerbis potuere extol/lere præclara ingenia. Interdum differo. Cecil. Abi in/tro, atq; iſthæc aufer, tamen hodie extollat nuptias. Protollo, & ſuſtollo, de quibus locis ſuis.

Tolles dicuntur, ꝙ tollantur, & tumeant. Cuius diminu tiuum tonſillæ, quæ ſunt in homine, ſicut glandulæ in ſue, cum tumor fauces occupat.

Tolutim pe. pro. quaſi uolutim, hoc eſt uolubiliter. Var ro. Vt equus, qui ad uehendum eſt natus, tamen tradĩ magiſtro, ut equiſo doceat tolutim incedere. Ade qui/tatio hæc ἐνδρομος a Iulio Polluce dĩ, quia carpatĩ cur ſu terram, & tollat uolubiliter, ac modice ueſtigia.

Tolutarius, ſiue tolutaris equus, quaſi uolutarius, a pe/dum uolubilitate, qui alio nomine aſturco, ab Aſtu ria Hiſpaniæ oppido appellatur. Hos gradarios uoca mus, qui molli gradu, & ſine ſuccuſatura geſtãt. Vnde Martia. Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit ungues Venit ab auriferis gentibus aſtur equus. Se/ne. in epi. Aſturconibus inquit & tolutaribus mannis.

Tolutiloquentia, uolubilis locutio. Neuius. O peſtifera trux, acerba tolutiloquentia.

Tomacula, uel per ſyncopam tomacla, edulia ſũt, quæ fere ex iecore porcino minutatim conciſo & iam ſe/micocto, infuſis ouis crudis, & caſeo optimo, & liqua mine pipere aniſo gingibere fieri conſueuerunt, tegun turq; omento ſuillo. Plin. Tomacinæ appellantur quæ tomacula inſubres Galli, noſtris temporibus tomacel las. Iuuena. Candiduli diuina tomacula porci. Varro. Quotannis e Gallia apportantur Romam pernæ to macinæ & tomacæ, & petaſones.

Tomices pe. cor. græco nomĩe appellant, ex canabi im polito & ſparto leuiter tortæ reſtes, ex quibus funes fi/unt. Plini. lib. xvii. Tomice moris ſpinarum circum/lita. Victru. lib. vii. docet aſſeres tomice religandos. Puluilli quoq; quos in collo habent animalia, ne reſte ledantur, tomices uocantur

Tomentum lana breuis ac conciſa, quæ ex ueſtibus a ful lone poliendo detrahitur, & quicquid farciminis ex quacunq; re, ſiue ex fœno & palea, ſiue ex pluma fue/rit, quo culcitræ farciuntur. Varro. Poſtquam tranſie runt ad culcitras, ꝙ in eas fagos, aut tomẽtum, aliudue calcabant, ab inculcando culcitra dicta. Videtur autẽ tomẽtum deduci a τέμνω, quod ſignificat incido, ſicut & tomos, & tomicus. Sue. in Tibe. Adeo alimenta Dru ſo ſubducta, ut tomentum ex culcitra tentauerit man dere. Tomentorum aũt aliud leuconicum, ſiue lingo nicum dicebaĩ, quod fiebat ex lana alba cõciſa. Aliud circenſe, ex harundinibus conciſis factum. Idq; ſtramẽ tum habebatur populare triuialeq; non dicatum no/bilibus. Mar. Oppreſſæ nimium uicina eſt faſcia plu/mæ. Vellera lingonicis accipe raſa ſagis. Dictum cir/cenſe, ꝙ in circo Romano ſternebatur, illicq; egeſtoſi quieſcebãt. Sene. li. de beata uita. Nihilo miſerius ero, ſi laſſa ceruix mea in manipulo ferri acquieſcat, ſi ſuper circenſe tomentum, per ſarcinas ueteris linthei effluens incubabo. Mar. Tomentum conciſa palus cir cenſe uocaĩ. Hæc ꝙ leuconico ſtramina paup emit.

Tomos ciuitas in Ponto, ab eo dicta, ꝙ illic Medea Abſyrti fratris mẽbra fruſtulatim concidit. Oui. Inde tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra ſo ror fratris conſecuiſſe ſui. Item tomos fragmentum li bri abſciſſum, Quod tamen & pro ipſo libro, ſeu uolu mine imperfecto accipitur. Vnde Origenes tertium li broꝝ ſuoꝝ genus tomos inſcripſit, quos, ut ait Hiero. nõ poſſumus appellare uolumina. Idẽ ait. Edidit innu merabiles cõmentarios, quos ipſe appellat tomos.

Tomyris pe. cor. fuit regina nobilis Maſſagetaꝝ in Scy/thia, quæ Cyrum debellauit & interemit. De qua Hero do. & Iuſtinus ſcripſerunt.

Tomus thuriarius, canis marinus dĩ ab Athenæo.

Tondeo.es. totondi, tonſum, licet eius compoſita non geminent ſyllabam præteriti, & ſignificat lanam, ſiue capillos, & huiuſmodi incido. Hiero. in lib. Reg. Acci/dit ut tonderetur grex eius in Carmelo. Cice. lib. v. Tu ſcu. Regiæ uirgines, ut tonſtriculæ tondebãt barbam, & capillum patris. Et tondere paſcere, & aliquando ſe care. Virgi. lib. primo Geor. Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci. Idem. Nocte arida prata tondentur, id eſt ſecantur. Huius uerbi compoſita ſunt, Attondeo quod eſt perfecte tondeo. Hiero. ad Marcellam. Et cur ua attondens uitem falce uinitor aliquid dauidicum cantat. Plau. in Cap. Sed utrum ſtrictim me attonſum eſſe dicã, an p pectinẽ neſcio. Detondeo, de quo ſupra.

Tonſo.as. frequentatiuum, vnde & detonſo. Gel. Capil/los dialis, niſi qui liber homo eſt, non detonſet.

Tonſus.a.um. participium, quod eſt coma abſciſſa, ut tonſus homo, ſicut intonſus capillatus. Hic tonſi mon tes, qui ſyluis carent, intonſi ſyluoſi. Var. Intonſi mon tes, & feris pleni. Aliquando tonſus ponitur pro minu to. Virgil. Tonſiſq; ferunt mantilia uillis. Tonſa oliua

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicitur, quæ minutis frondibus compta est, quasi a tonsore composita. Virgi. lib. v. Ipse caput tonsæ foliis euinctus oliuæ.

Tonsus. us. nomen, idem quod tonsio, & tonsura.

Tonsor, & tonstrix nomina uerbalia.

Tonsæ dicuntur oues. Hiero. in canticis. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. Et tonsæ dicuntur remi a circuncidendis fluctibus. Vir. li. vii Et in lento luctantur marmore tonsæ.

Tonsorius. a. um. quod ad tondẽdum pertinet, ut culter tonsorius. Vide in dictione Candeo.

Tonsilis & hoc tonsile, penultima correpta, quod tonsum est, ac in orbem & comam putatum, ut tonsiles oleæ, & tonsilis buxus.

Tonsilla, tõsillæ, palus dolatus in acumĩe, & cuspide præferratus, qui nauis religandæ causa in littore figitur. Acti. Tacete, & tõsillas in littore edite. Tonsillæ etiam diminutiuum a tole. Toles autem, ut inquit Festus, est tumor faucium. Et proprie fiũt circa uuam ex utraq; parte infra fauces, uocanturq; glandulæ, ob quandam glandis similitudinem. Possunt etiam dici tonsillæ, tanquam loca in quibus fistulæ, & cibalis, & spiritalis religatæ sunt, uel quia huiusmodi morbus tam uehemens, acutusq; est, ut non minus quam acutiores paxilli pungat.

Tonstrina penul. produ. locus in quo tonderi solet. Plautus in Asina. Libanum in tonstrinam iusseram ueni re, is nullus uenit.

Tono. as. aui. atum. & tono. is. tonui, itum. Varro in Eu. Sonitus matris deum tonimus tibi semiuiri. Et a tonatum fit tonatio, a tonitum fit tonitus. Est autem tonare tonitum reddere, sonare, alte loqui. Huius composita sunt Attono, vnde attonitus, stupefactus. Virgi. Talibus attonitus iussis. Contono simul tono. Hieron. ad Heliodo. Diuinis uocibus Euangelium contonat, non potestis duobus dominis seruire. Circuntono, circumstrepitum facio. Hora. in Ser. Hunc circuntonuit gaudens Bellona cruentis. Detono. intono, ualde tono, ut Intonuit de cælo dominus. Hora. ĩ Epo. intonata protulit. Pertono, perfecte tono, resono. Hiero. contra Helui. Quando uero uox illa pertonuit, tempus breuiatum est, reliquum est, ut qui habẽt uxores, sic sint, quasi non habentes. Et omnia habent penul. corre.

Tonitrus. us. & tonitru, & tonitruum declinari potest. Ouidi. lib. ii. Meta. Vnde solet tonitrus, & flumina mittere terris. Iuue. Et facient optata tonitrua cœnas. Est autem tonitrus, ut in quæstionibus docet Seneca, nubis ictæ sonus, qui & tonus dicitur.

Tonescit, tonus fit. Var. Tonitribus templũ tonescit.

Tonitro. as. tonitrũ facio. Hierony. in Psal. expositione. Quando tonitruat deus, similem uocem facit rotæ.

Tonus græca uox est, nam græci τόνον dicunt sonum Vnde accentum quoq; tonon appellant, quos ueteres nostri imitati tenorem, quasi tonorem accentum uocauere. Et tonus, qui & tonitrus. Item tonus, neruus, q ex utraq; parte stomachi est. Item tonus spacium, id, quanto abest a terra circulus cæli citimus, hoc est lunaris, centum scilicet uigintisex millia stadiorum, ut inquit Martianus, quoniam ut in sonis iteruallum, cum legitima quantitate minimum ex duobus sonis inter se diuersis, ita in cælo minimũ a terra spatiũ ad lunam tonum appellare placuit. Huius mensuræ dimidium hemitonium. Tonus uero cum hemitonio proportionem facit sesquiplam, hoc est sesquialteram.

Tophus genus lapidis asperi, qui de facili in arenam resoluitur. Ouidi. Et leuibus tophis. Hinc tophinus, & tophaceus adiectiua. Sueto. Quæ tophina, ac lignea antea erant. Plini. Est alba, rufa, columbina, argyllacea, tophacea, arenacea.

Topos latine locus. Topicus localis. Vnde Aristo. & Cice. topica libros appellarũt, id est locorum sedes, in quibus huiusmodi loci demonstrantur. Hiero. Non topica, id est locales sedes argumentorum.

Topiarium dicitur opus ex arbore, aut frutice, aut herba factum, ad decorem, ut sunt testudines, cameræ, naues, auiculæ, & huiusmodi, quæ ex buxo, uel hedera, & huiusmodi, quarum natura sequax est & flexibilis, fieri consueuerunt. Dictum topiarium ἀπὸ τῶν τόπων hoc est a locis, quæ in his uaria constituuntur. Quæ & topia ab idoneis scriptoribus nuncupantur. Victr. li. vii. Habentes deorum simulachra, seu fabularum dispositas explicationes, nõ minus troianas pugnas, seu Vlyssis errationes per topia, cæteraq; quæ sunt eorum similibus ratiõibus ab rerum natura procreata. Quidam a funiculis, quos in oleo terendo circumligatos instrumentis illis, topia græci uocant. Cice. ad Q. Fratrem. Topiarium laudaui, ita omnia cõuestiuit hedera. Pli. Accedit in topiario opere lauri genus quæ taxa dicitur, ramos spargit, a radice topiarii ac coronarii operis. Hinc topiarii dicuntur, qui topiaria faciũt, sicut coronarii, qui faciunt coronas. Idem. statiuæ myrti genera topiarii faciunt. Et ars ipsa topiaria dĩ, ut argẽtaria. Cic. Vt deniq; illi palliati topiariam facere uideant.

Topeia, a græcis dicuntur chordæ τοπεῖαι.

Topothesia, dici potest loci positio, uel descriptio, nam topos locus, thesis positio

Toparcha dĩ ille qui vnius regionis uel loci curã admi nistrat, q̃ toparchia uocabat. Euse. in histo. Eccle. Abagarus Vchame filius, toparcha. Erãt em̃ in Arabia p̃fecturæ, quas etiam tetrarchias appellarunt.

Tornus instrumentũ fabrile, quo ligna polita reddunt.

Torno. as. seu torneo ad tornum polio. Pli. lib. xxxvi. Lapis est, qui cauatur, tornaturq; in uasa coquendis cibis utilia. Item tornare est circumagere. Idem in eodem. Quarum in officina turbines ita uibrati pependerũt ut puero circumagente tornarent. Hiero. in Esai. usurpauit torneo nisi textus falsus est. sic enim ait. Et circino torneauit illud. Hinc detorno, quod est de aliquo torno. Pli. lib. xiii. Lignum grande intus, firmæq; duriciæ, ex quo uelares detornant annulos.

Tornatile pe. cor. quod torno factum est.

To corasion latine puella dicitur.

Toreuma. atis. & toreumatum, opus politum, cælatum, τορεύω enim sculpo, & cælo significat. Sunt autem toreumata opera delicate, & eleganter sculpta, siue cælata. Salu. Tabulas signa toreumata emunt, τορευτὴν cælatorem græci dicunt. Toreutice ars ipsa, quæ & anaglyptice sculptor, & cælator, scribit Pli. lib. xxxiiii. primum Phidiam artem toreuticen aperuisse & demonstrasse, quã Polycletus Sicyonius mox erudiuit, ac con

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſumauit.Martia.Artis Phidiacæ toreuma clarum.

Torus,lectus,ab intortis herbis dictus. Vir. Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto. Toros etiam appellamus pulpam carnis muſculoſam,in qua eſt robur, & ualentia,ut ſunt partes membrorum neruoſæ calloſæq; & in ſe propemodum collectæ. Taxat Hiero. diaconum cui ceruix taurina eſſet toris adipeis intumeſcens. Vñ toroſus.a.um.ſcribit Colu.parandos eſſe boues nouellos ceruice longa,& toroſa. Vale.Flaccus.protulit,horrendoſq; toris informib⁹ artus,quod & de uenis quoq; dicitur, cum uaricum in morem quibuſdam in locis turgeſcunt.Cor.Celſus li.vii. Ac per ipſos uenarum toros inæquale eſt.in herbis.Pli. utitur hoc uerbo de Inula ſcribens.Breuioris eſt,ſed toroſior,amariorq; Inula. Colu.lib.iii. Arbuſtiuam uitem, quam putare tam alligare diligenter oportet. Nam in ea fructus uis maxime conſiſtit,diutius perennat, quæ firmis toris, & idoneis locis religata eſt.

Torulus dimi.pro carne muſculoſa. Eſt & torulus quaſi torus quidam.i.lectus.Plau.in Am.Tum meo patri torulus inerit aureus ſub petaſo. Victru. etiam torulum dici tradit ex arbore exciſa.Vbi accipi uidetur pro materie torta & callo ligni in ſe conuoluto.

Torale,& per apocopen toral,a toro,mappa longa, quã ſuper lintheola ponimus, & omnia lecti ſtragula toralia dicuntur.Hora.Ne turpe toral, ne ſordida mappa. Nam ſuper toros ſternũtur ueſtes ſtragulæ purpureæ ſeu uirides,aut uerſicolores. Idem in ſermo. Et tyrias dare circum illota toralia ueſtes.

Torniamen,ludus erat q troia dicebat, quaſi pro troiano agmine dicatur troniamen.

Torqueo.es.ſi.ſum.& tortum,ſignificat inflecto.Pli.Nec tantum binas per diuerſas coaſſationes ſubſterni capita earum præfigi clauis ne torqueãtur.Vir.li.ii.Geor. Ithureos taxi torquentur in arcus,id eſt torquendo fiunt.Teren.Vide,ut ille ſibi os contorſit carnifex. Hinc Aliquando torquere ponitur pro gyro celeri rotare. Virgil. Aſt illum ter fluctus ibidem torquet agens circum.Aliquando pro torquendo iacere. Idem.In medios telum torſiſti primus achiuos.Aliquando pro gubernare,ut Cælum & terras qui numine torquet. Aliquando p ſuſtinere, ut Vbi maximus Atlas Axem humero torquet.Aliquando pro tormentum inferre.Lactan.lib.iii.Beatus eſt igitur ſapiens in tormentis. Sed cum torquentur pro fide,pro iuſticia,pro deo, illa patientia doloris beatiſſimum faciet.Dona.Torquemus hominem,extorquemus ueritatem.Hinc tormentum & tortura.Aliquando pro filare, ut eſt illud Iuue.Penelope melius,melius torquetis Arachne. Aliquãdo pro trahere,ut Virg.Torquent ſonantia ſaxa. Huius compoſita ſunt Abſtorqueo, quod eſt torquendo aufero. Contorqueo.Virgi.lib.i.Geor. Proluit inſano contorquens uertice ſyluas Fluuiorum rex Eridanus.i. euertens.Detorqueo,diſtorqueo,extorqueo,intorqueo,intertorqueo,obtorqueo,contratorqueo,retorqueo, retrotorqueo,iacio,remitto.Cic.in Cato. Quo quidem me proficiſcẽtem haud ſane quis facile retraxerit, nec tanquam pilam retorſerit.Et retorquere eſt rurſus flectere.Colu.lib.v. Id, ut ſcite fiat meminerit alligator, ne retorqueat ſarmentũ, ſed tantum inflexum deuinciat. Prætorqueo, anteflecto. Idem lib.iiii. Sed Iulius Atticus prætorto capite,& recuruato,ne paſtinatum effugiat prædictum ſemen demerſit.

Tortus.a.um.quod non eſt rectum,ſed flexum.Aug.Habes unde corrigas,quod in te tortum eſt.

Tortum, machina ad torquendum ſaxa. Pacu.Nam in tenebras ſæpe lacerabo fame clauſum,& fatigans artus torto diſtraham.

Tortuoſus, ſa, ſum, quod eſt tortum. Cicero in Lelio. Neq; enim fidum poteſt eſſe multiplex ingenium, & tortuoſum.

Tortile pe.cor. quod retortum & replicatum eſt.Ouidi. Tortilis a digitis excidit anſa meis.

Torto.as. frequentatiuum, ſignificat uehementer torqueo. Pomponius, Ibi inſilui in cocleatum eculeum, ubi tolutim tortor.

Tortor,qui torquet,ideſt cruciat,uel ad quæſtionem ponit,uel qui lapidem tormento iacit.Vñ ab Ammiano tortores baliſtarum appellati ſunt, qui ex baliſtis tela contorquent,& iaculantur.

Tortura,ſupplicium,ut in ſacris literis. Seruo maliuolo tortura,& compedes.

Tortiuum uinum eſt,nouiſſime expreſſum,ut apud Catonem.

Torculum,quod uſu torculare, & per apocopen torcular,pe.pro.ædificium uinarium,& machina a torquendo, quo uua torquetur. Prælum a præluendo,pro trabe accipi ſolet, qua uuæ calcantur. Lacus qui continet muſtum prælo ex uinaceis expreſſum. Improprie aũt lacus,prælum,& torcular,pro eodem accipiunt.

Torcularius.ria.rium.quod ad torcular pertinet. Varro Si ſit centum iugerum habere oportet uaſa torcularia inſtructa trina.

Tormina, genus morbi, a torquendo, cum dolore torquentur inteſtina exulceratione.Græce dyſenteria, ut lib.iiii.ſcribit Celſus.Ex his cruor manat,frequens deiiciendi cupiditas,dolor in ano eſt. Plini.Menta aſtrum torminibus cholericis efficaciſſimum. Hinc tormino ſi, qui eum morbum patiuntur, quos & dyſentericos græco uocabulo appellant. Cice. Ita dicimus grauedinoſos,quoſdam torminoſos. Noni. Tormines maſculino genere protulit. Hippocrates mortifer⁹ eſſe ſignũ in dyſenteria ſi carnes egerãtur. Galenus ſcribit dyſenteriam fieri, quando materia exuberans calore æſtatis inficitur,& fit ſalſa.

Tormentum, ſupplicium quod datur alicui, ad perquirendam ueritatem,uel ad cruciatum inferendum, ut eſt illud. Omnes ſancti, quanta paſſi ſunt tormenta. Var. meſſis trituram tormentum appellat, q ibi frumentum teratur. Et tormẽtum generale uocabulum eſt omnium machinarum,ſaxa,tela,& id genus uaria torquentium.Cæſar.ii.com. Ad extremas foſſas caſtella conſtituit, ibiq; tormenta collocauit. Dicit aũt tormentum a torquendo, ἐπὶ τῶν εἰς βάσανον ἢ βασανισμὸν ἢ σῆμα βασανίζεω. Torméta etiam numerant inter pbationes artificiales,quas græci ἄτεχνους uocant.

Torques,& torquis,tam maſculini q̃ fœminini generis, ſm Probum, ſignificatq; circulum aureum, flexilem, obtortum,colli ornamentum,& ſummi pectoris. Propertius.Torquis ab inciſa decidit unca gula.Gelli. Ca-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

put galli præcidit, torquem detraxit, eamq; sanguinolentam in collum posuit. Refert Pli. torquibus aureis auxiliares externos donatos fuisse a Romanis. At ciues non nisi argenteis. Scribit Vege. lib. ii. Quibus aureus torquis, ob uirtutis premium dabatur, & hi duplas consequebantur annonas.

Torquatus, cognomẽ Titi Manlii, qui ad Anienem occiso gallo torquẽ detraxit. Hic est ille Torquatus Manlius, cuius iniussu cum filius aduersus hostẽ, a quo ꝓuocatus fuerat, pugnasset, eoq; occiso, equestria spolia uictor ad patrem tulisset, subito eum, ꝙ aduersus edictũ suũ, & rei militaris disciplinam fecisset, iussit occidi.

Torris, lignum teres cum ardet. Titio torris extinctus. Lactan. Titionem uulgus appellat extractum foco torrem semiustum, extinctum.

Torreo. es. torrui, tostũ, sicco, atq; arefacio. Quod etiam de frigore potest intelligi. Varro. Frigore torret. Sed usurpatur quandoq; pro urere. Virgil. Iam rapidus torrens sitientes sirius indos. Quandoq; pro assare. Plini. lib. xix. Si radicem betæ in pruna tostam superederint, ardorem extingui, unde carnes tostas appellat vulgus Quandoq; pro uertere, miscere. Luca. Ingẽtes fato torrente ruinas. Quidam hoc uerbum, ἀπὸ τοῦ τορεύειν deriuant, quod est sculpere, cælare.

Torresco, torridus fio. A quo retorresco, rursus coquo, uel rursus uro. Col. lib. iiii. Deinde fata non ita nutriũt ut ante conualescant, q̃ retorrescant.

Torridus. a. um. quod est aridũ. Vnde æstas torrida dr̃. Hinc retorridus. Col. li. iii. Nisi eum recideris, arbor tota fiet retorrida. Et inde torrida zona, quæ an sit habitabilis uel non, aliis ad dicendum relinquo.

Torrefacio, comburo, coquere facio, aut multum calefacio. Columel. lib. ii. Et subinde oportunis solibus torrefacta proteritur.

Torrido. as. pe. cor. significat comburo.

Torrens nomen generis masculini, significat fluuium q̃ nõ de fonte, neq; de uiua aqua, sed a pluuiis, uel de mõtibus in ualles descendit, & in mare uadit, & æstate sic catur, aquis uero hyemalibus inundatur, & currit, dictus torrens, ꝙ in caloribus & siccitatibus torreat, id est arescat. Sed quoniam quando augetur subitis imbribus cum maximo impetu per præcipitia defertur, propterea dicimus res torrentes quæ concitatæ uehementes sunt, ut genus dicendi torrens. i. concitatum. Et tũc est participium. Virg. Hic tm̃ boreæ curamus frigora quantum, Aut numerũ lupus aut torrentia flumina ripas. i. cõcitata, & rapida. Interdũ sumit̃ pro fluuio. Hie. in psalmis. Inebriabunt̃ ab ubertate domus tuæ, & torrente deliciarũ tuarũ potabis eos, nõ siccabit̃. Hinc torrentior & torrentissimus. Iuue. Et Isæo torrentior, id est uolubilior, uehementior.

Torpeo. pes. pui. piger sum. Vir. lib. iii. Geor. Confertoq; agmine cerui Torpent mole noua, & summis uix cornibus extãt. Hinc torpesco, piger fio. Sal. in Iug. Cæteræ ingeniũ, quo neq; melius neq; amplius in natura mortalium est, incultu, atq; discordia torpescere sinunt.

Torpor, animi & corporis debilitatio, a torpedine pisce cuius contactu corpus hebescit.

Torporo. as. pe. prod. torporem induco. Turp. Stupidus astat, ita eius aspectus torporauit hominis amore.

Torpedo piscis genus, qui limo mersus occultat se, & pisces supra natantes torpentes facit, postq̃ uero obtorpuere, deuorat. Ponitur & pro pigritia.

Toruus, ua. um, a terendo, e. in o. mutata, ut ait Seruius. Vel a tauris, qui irati cum quadam truculentia respectant. Nam toruitas proprie taurorum est, uel a torto aspectu. Hinc aduerbia torue, toruum, & torua. Plaut. Quid me torue aspectas? Apule. Cum toruum in eos intueretur. Virgil. Talibus Æneas ardentem & torua tuentem lenibat dictis.

Totum, & omne sic differũt, ꝙ totũ dicimus uniuscorporis plenitudinẽ, omne de uniuersis, ut totũ auditorium habet scholasticos. i. plenũ est auditoriũ scholasticis. Omne auditorium habet scholasticos. i. omnia auditoria. Poetæ tamen ista confundunt. Fit aũt totus, a tot, q̃uis tot breue sit, tot9 uero productũ. Quotus nero remanet breue. Sciendũ, ꝙ si totũ est pluralis numeri, partes quoq; pluralis numeri esse debent, ut binas literas a te suscepi, quaꝫ alteris mihi gratularis, alteris significas te esse icolumẽ. Si uero totũ licet pluralis sit numeri, singulare habeat, tum partes singulares esse debent, ut delector duobus poetis, altero græco, altero latino.

Totidem, significat tot similiter, seu plane tot, nec plures, nec pauciores.

Toxicum dictũ est, quasi taxicum, ut inquit Plin. Qm̃ taxos arbor est ueneni præsentissimi, adeo ut si iumenta taxi folia comederint, emorianť. Hanc quidã Smilacẽ dixere, & esse in Arcadia, tam præsentis ueneni, ut si qs sub ea dormiat, cibumue capiat, moriať.

T ante R

Trabea, pe. cor. nomen poetæ, cui inter comicos octauus locus assignať. Huius meminit Cice. lib. iiii. Tusc. Et de finibus. Est & trabea genus uestis. Cuius tria sũt genera, ut Suet. lib. de genere uestiũ inquit. Vnũ quod diis sacrať, tantũ de purpura. Aliud purpureũ quod habet aliquid albi. Tertiũ augurale, ex purpura & croco mixtũ. Erat aũt uestis togata purpura circũducta sub tegmĩe puniceo, quã aureæ fibulæ annectebãt. Vir. de trabea regali ait. Ipse quirinali lituo, parmaq; fedebat Succinctus trabea, leuaq; ancile gerebat Picus equum domitor. Hinc trabeati, qui trabea sunt induti. Ouidi. lib. de Fastis. Hoc igiť uidit trabeati cura Quirini, Cũ rudibus populis annua iura daret.

Trabs, & trabes, trabis, utroq; modo dicit̃ genere fœminino. Dicta a trahendo, ꝙ in altum trahatur. Proprie trabs, ut Festus ait, sunt duo tigna ædificii gratia simul compacta. Nam cum simplicia sunt non trabes, sed tigna dicuntur, quamuis abusiue pro uno ligno quandoq; dicatur.

Trabica, nauis dicta est, ꝙ sit trabibus confixa. Pacu. Labitur trabica in alueos.

Trabales, species tormentorum a trabibus. Hora. lib. Carmi. Te semper anteit sæua necessitas, clauos trabales. Augusti. super Ioan. Qua iusticia illa tanq̃ trabali telo percussi.

Trachea, uel trachia, arteria pulmonis, quæ & spiritalis fistula dicitur. Vide in Fistula.

Trachelus, pe. prod. collum, spina a uertice ad finem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Trachys,latine aſperum.Hinc trachino,trachinas,aſperum facio.

Trachina,oppidū campaniæ,quæ nunc interpoſita a, Tarachina,uel tarachinæ,arum tm̄ pluraliter,quod etiam Anxur antea dicebaſ. Nunc aūt taracina uocatur,uide ſupra.Eſt & Trachina ciuitas Theſſaliæ,quæ Heraclea ab Hercule cognominata eſt.Hinc ab Ouidio trachynius dictus Ceix cōiunx Halcyones. Græci trachina uocant aſpera.Vnde taracinam,quaſi trachinam ab aſpretis dici autumat Strabo. Et a trachyna Theſſaliæ Sophoclis tragœdia trachiniæ dicta eſt.Vnde Cice.li.ii.Tuſcu. Quas hic uoces, apud Sophoclem in trachiniis edit.

Trachoma,pe.pro.Græce enim τράχωμα uocaſ ſcabricia palpebrarū interior, ſicut in eadē parte glabritas, hoc eſt defluuiū pilorū madroſis,& milphoſis.

Trachonitidis regio,pars iudeæ, quā ferunt inter montem Libani,& lacum tiberiadis ſitam eſſe. Cuiꝰ tetrarches fuit Philippus iuxta Euangelium Lucæ.Et eſt ut Hiero.inquit,trans Boſram Arabiæ ciuitatē in deſerto contra hauſtralem plagam, quaſi ad Damaſcū reſpiciēs.Hanc gentem inſtituit Cis filius Aram,ut ſcribit Ioſephus lib.i.antiquitatum.

Tractoria,organa appellat Victru.machinas qbus onera pertrahuntur.

Trado,is.tradidi,traditū,ex trans & do n.& s.abiectis, ſignificat in poteſtatē do.Teren,in Phormio. Verū ſciēs tacitū cauſam tradere aduerſariis etiā ne id lex coegit.Tradere etiā docere eſt.Augu. Quicquid de arte loquendi,& differendi, quicquīd de dimenſionibus figurarꝝ,& de muſicis,& de numeris ſine magna difficultate,nullo hominū tradente,intellexi.Itē ſignificat dicere.Gel.Demoſthenē tradūt,& ueſtitu cæteroq; cultu corpis nitido uenuſto nimiſq; accurato fuiſſe.Item mandare,ut cū dicimus. Memoriæ traditū eſt. Itē fidei alicuius cōmittere, ut Nuper mihi tradidit Ægon. Item quaſi uendere.Hier.in Gene.Pecunia digna tradat eā mihi corā uobis in poſſeſſionē ſepulchri. Itē permittere,nam in ſacris literis,dei a quouis ſeceſſio, ſiue deſtitutio nomīaſ.Vnde apoſtolus ad Romanos.Tradidit illos deus in reprobū ſenſum, id eſt a deo pmiſſi ſūt deferri in reprobum ſenſum.

Traduco,is.pe.pro.ex trans,& duco,in quo n.& s.ſimiliter abiiciunſ,ſignificat de loco ad locū duco. Cæſar.i. com.Heluetii p anguſtias,& fines Sequanorꝝ ſuas copias traduxerāt,& in Heduorꝝ fines puenerūt. Amb.trāſduco uſus eſt.De profundo ad lumen extrahūt fluctuātes, de infimis adſuperna tranſducūt. Aliqñ traducere eſt ad ulteriora ducere.Plau.Traduce apud lineam pluſculum.Aliqñ transferre.Mar.Traducta eſt Getulis.Vnde & traducere librū ex una lingua in aliā quidam dicūt,hoc eſt interp̄tari. Aliqñ agere, ſiue p̄terire.Cic.Ser.Sulp. Qua ratiōe nobis traducendū ſit hoc tp̄s.Aliqñ deridere,& infamia afficere,& uelut in exēplū ꝓponere,ut eſt apud Euange.Ioſeph cum eſſet uir bonus,& nollet eā traducere,Mar. Multoq; magis traduceris Apher.Et traducere,nutrire,fouere, ſuſtinere. Iuue.Altera quos nudo traducit Gallia talo.

Traduces,in uitibus dīr,qui aliunde tracti, ac ꝓpagati ſunt.Var.lib.i.de re.ruſt. Arbuſta,ubi traduces poſſint fieri uitiū,ut mediolanēſes faciūt arboribus, qs uocāt opulos.Var.appellat traduces rūpos,ubi ex arboribꝰ, in arbores traductis uitibus,uinea fit.Huius ſingularis ntūs eſt tradux.Colu.li.xi. Si tradux ducē nō cōtingit, media uirga inter eas deligeſ. Trāſferturq; ad genitu ram ex corpore in corpus, de qua doctores eccleſiaſtici.Aliqñ ad liguas.Vnde fama dicta a Tertulliano ſerpere in linguarū traducēs & aurium, propterea q̄ fama in his qui loquunt̄,& his qui audiūt traducit,& qſi ſerpendo p linguas rumigerulorum,& aures curioſorꝝ capit incrementum.

Tragos latine hircus.Vñ tragœdia.Rurſus tragos herba q̄ alii ſcorpion uocant,ſemipede alta foliis puſillis racemis rubentibus, grano tritici. Hinc paratragedo uerbum Tragus conchæ genus mali ſaporis. Suidas. τράγος πρὸς ὃ τραχὺ σέρμα ἔχειν, τράχος ὡς ὧν ἢ πρὸς ὃ φαχεῖαν φώνην ἔχειν ἢ ἀπὸ τοῦ φέχειν. καὶ τραγᾶν φασὶ τὰς ἀμπέλους ὅταν μὴ καρπὸν φέρωσι.

Tragum neutri generis genus piſcatoriæ retis,quod & uerticulum dicitur.

Tragœdia,pe.cor,q̄uis apud græcos producaſ ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς, hoc eſt ab hirco, & cantu,quaſi hyrci cantus. Nā hyrcus dabaſ in p̄miū tragicis auctoribus, qui ruſtici & paſtores erāt. Vel ab hyrco uineaꝝ hoſte, & a cātilena. Vel q̄ uter eius muſti plenus ſolēne p̄miū cātoribus erat.Hora.Carmine qui tragico uilē certauit ob hyrcū.Alii a fece putant q̄ græcorꝝ qdā Trigan & triga uocant,appellatā,q̄ ora ſua faucibus ꝓlinebāt ſcænici,ante uſum p̄ſonaꝝ ab Æſchilo repertū. Idem. Ignotū tragicæ genus inueniſſe camœnæ Dī & plauſtris uexiſſe poemata Theſpis,Quæ canerent,agerētq; infecti fecibus ora.

Tragicus,quaſi hyrcinus,q̄ tragœdiam ſcribit. Tragice aduerbium,ſignificat crudeliter, quaſi more tragico.

Tragœdus,qui tragœdiam canit,& recitat.

Tragelaphus.pe.cor.ſpecies cerui,qui hyrco,& ceruo ſimilis eſt barba,& uillo diſtans,ab aliis dicit hyrcoceruus,τράγος hyrcus,ἔλαφος ceruus,de quo in Deute.hī.

Tragopogus,pen.pro.herba in acetariis laudata, quæ a quibuſdā barbula hyrcina,ab aliis come, q̄ folia habet inſtar croci in rotundū ſparſa, uulgo barba petræ dī in Gallia trāſpadana,cōponiſ aūt ex τράγος q̄ ꝓcat hyrcū καὶ πώγων barba ut iure hyrcobarba nomieſ.

Tragonia herba, quæ adalligata triduo dicitur conſumere lyenes.

Tragion ſiue trogonis, herba quæ naſcitur in Creta iunipero ſimilis.

Tragopa,auis in Æthiopia, quæ cornibus arietinis præfert caput armatum.

Tragemata,bellaria,ſm Macro. id eſt omne menſæ ſecundæ genus.

Tragea,ſiue tragia inſula una ex cycladibus. Exq̄ Theogiton peripateticus Ariſtoteli familiaris.

Tragula genus teli,haſta dī,q̄ ſcuto infixo trahatur. Salu.lib.iiii.Hiſto. Auidiſſimis, atq; præparatis ducibus & Metellus ictu tragulæ ſauciaretur. Plau.in Epi.Tragulam in te iniicere adornat, neſcio quam fabricā facit.Et tragula rete,quod uulgo nunc tractam uocant. Plini. Vſus ſuberis anchoralibus maxime nauium, piſcantiumq; tragulis,& cadorum obturamentis. Dicta

tragula

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tragula,q̄ ex undis,ut plurimum trahatur.
Tragurīū,insula in mari adriatico,adiacēs Dalmatiæ,ī qua ciuitas eiusdem nois. Autor Ptole.lib.ii.
Traho,xi.ctum.p uim duco. Trahimur inuiti, ducimur uolētes. Vir. Altaria ad ipsa trementē traxit. Aliq̄ sim pliciter ducere. Lac.li ii. Nec quicq̄ possit esse oīno, qđ nō originem a deo traxerit. Aliq̄ leuare. Cice. Atq; ēt ex puteis iugibus aquam calidam trahit. Aliq̄ ptra here. Sal. in Iug. Adherbal,ubi itelligit oīes fortunas suas in extremo sitas,hostem infestū,auxilii spem esse nullam,penuria reꝝ necessariaꝝ bellū trahi nō posse. Aliq̄ remouere. Salu. Nisi ea res lōgius nos ab icepto traheret. Aliq̄ extēdere. Virgi. Ille horridus alter desi dia,latamq; trahēs inglorius aluum. Aliter idem usus est. Necnō & uario noctem sermone trahebant. i. terebant,uel consumebāt. Huius uerbi composita Abstraho,attraho,ad me traho. Cice. Treb. Me qui te nō Romam attraham,te qui huc aduoles. Cōtraho,detraho, distraho,extraho,intraho,pertraho,perfecte seu ad finem traho. Protraho,differo,prolōgo. Terē. in An. Impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis protrahat dies. Intraho,intro traho. Apul. lib. ii. Met. Iam dies aderat diuino destinat⁹ uadimonio, & sol inclinatus ītrahebat uesperam. Retraho,retro,seu rursus traho. Item. Postq̄ poeta uetus poetam nō pōt retrahere a studio. Sal. Fuere tū extra cōiurationem cōplures,q ad Catilinā ī initio ꝓfecti sunt. In his erat Fuluius senatoris filius, quē retractū ex itinere,parēs necari iussit. Hie. in Exo. Retrahe manū tuā in sinū tuū. Subtraho,pprie ſcat sub,si ue de medio aufero. Lac. li. ii. Qui uel morte subtracti uel absentia fuerāt separati. Hiero. ad Iuli. Audio Faustinam tibi subita dormitione subtractam. Q̄q̄ furripio,furor. Plau. in Cas. Nam peculii probam nihil trahere addecet clam uiro,& q̄ habet partē eius haud cō modi est,quin uiro,aut subtrahat,aut stupro iuenerit.
Tracto frequentatiuum est,quasi frequenter traho, uel sursum traho. Terē. in Heau. Hæc arte tractabat uirū ut illi⁹ animum cupidum inopia incenderet. Et tracta re est mereri,ut bene tractasti me,id est, bene meritus fuisti de me. Itē differere,q̄ ea,de quibus differimus frequenter tangere uidemur. Hic tractatus. Item frequenter tangere. Colu. lib. vii. Talis notulæ uirulos oportet, cum adhuc teneri sunt,consuescere manu tractari. Iuue. Per puppim & duros gaudet tractare rudentes. Itē exercere,ut quod medicorum est,promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Item gubernare. Cice. Bru. Fuit in Cilicia mecum tribunus militum, quo in munere ita se tractauit,ut accepisse ab eo beneficium uiderer, non dedisse. Huius composita sunt Attracto. Hiero. in Gene. Si attractauerit me pater meus,& senserit,timeo putet sibi uoluisse me illudere. Contracto, detracto, retracto,obtracto,quasi aduersus aliquem tracto. Pertracto,perfecte tracto.
Tractus.us.spatium,regio,plaga. Vir. Indicio tractu surgens oleaster eodem.
Tractim aduerbiū,ſcat trahendo in longum sine intermissione,longo tractu,diutine. Plau. in Amp. Quid si ego tractim tangam,ut dormiat. Virg. Tum sonus auditur grauior,tractimq; susurrat.
Traha,genus uehiculi,sine rotis, quo coloni utuntur, a trahendo dictum. Hiero. in li. Para. Et fecit sup eos tribula,& trahas,& ferrea carpenta trāsire. Vir. li. i. Geor. p epenthesim traheæ dixit,sicut nauita,pro nauta, tribulaq;,traheæq;,& iniquo pondere rastri.
Trahax,auidus,rapax oīnia ad se trahens. Plau. Eho lutum lenoniū,eho sterquiliniū publicū,impure, inhoneste,iniure,illex,labes populi,pecuniæ accipiter, auide,atq; inuide, procax,rapax, trahax trecentis uersib⁹ tuas impuritates loqui nemo potest.
Traiicio,is. ex trans,& iacio. remotis n. & s. significat traduco,trāsporto,trāsueho. Nam proprie nautæ q̄ traiiciunt,transportare,seu transuehere,aut traducere dici possunt. Alii uero traducūt tantū, cū traiicere dicunt, sicut lib. i. docet Liuius. Præse armentum agens nando traiecerat. Plancus. exercitū ad kalen. Maias Rhodanū traieci. Ex his exemplis nō capit traiicio, ꝓ transporto,ut quidā uolūt dicētes. Traiicio exercitū, id est transporto exercitū trans mare,aut trans flumē. Traiicio mare,uel flumen. i. transeo. Liui. de secundo bello pu. Amnem uado traiecit. Aliq̄ cōiunctim. Idē. Traiecit copias Iberū. Aliq̄ traiicere est transfigere,transuerberare. Idē lib. ii. Contra quē & ille cōcitat equum, tantaq; uis infestis ueniētiū hastis fuit,ut brachiū Ebutio traiectum,Manilio pcussum pectus. Hic traiectio transitio. Cic. li. i. de diui. Cum cœlū ex omni parte patens,atq; apertū intuerent,traiectiones,motusq; stellarum obseruauerunt.
Trallis,urbs Lydiæ non lōge à Magnesia sita,in uertice quodam promontorium natura munitum habet,ab Argiuis,& Thracibus quibusdam condita. Sunt & aliæ Trallis in Phrygia,ubi sunt Cariæ fines, hæc aliis noībus dicta est euātia,& Seleucia,& Antiochia. Hic Trallianus,a.um,Cic. in Phil. Tralliānā, aut Ephesinam dicere putes. Ex trallibus fuit Menodor⁹ uir doctus. Hoc nomen trallis ꝑm Prisciā tū pluraliter declinatur, & tam accusatiuū,q̄ nominatiuū in is tantū mittit,sicut alpis,sardis & syrtis.
Tralucidum,quod p medium lucet. Pli. Suauiores albæ uiæ,qm̄ e tralucido facilius accipiat aer.
Trama,subtegmē. Per. Mihi trama figura fit reliqua.
Trames gene. masc. semita transuersa. Liui. li. v. Obliqs tramitibus egressi,a transmeando dī trames.
Trans præpositio est,quæ significat ultra, ut cum de loco ad locū,& de uno ad alterū, & de una ad alterā trāsitionē facimus. Separat quādoq; ut trans mare, trans montes. Sed plærūq; componit, præsertim cū his literis. A. ut transalpinus. C. ut trāscurro. D. ut traduco. E. ut transeo. F. ut transfero. G. ut transgredior. I. ut traiicio. L. ut translego. M. ut transmigro. N. ut trano. P. ut transpono. S. ut transcribo. T. ut trāstigritanus, qui habitat trans tigrim, V. ut transueho. Sed sciendū est q̄ composita cū n. uel i. consonante, uel d. amittit n. & s. ut trano, traiicio, traduco. In reliquis manet integra, nisi cum s. in quo s tantū abiicim⁹, ut transcribo. Apuleius tamen docet, q̄ si trans ponat, cū eo, duco, pugno potest retinere, & perdere ns. transduco, traduco, transpono, trapono, transeo, & traeo. In aliis retinet ns. nisi in trano, trado, traiicio.
Tranare ſcat ultra nare. i. natare. Liuius lib. ii. Multisq; super incidentibus telis incolumis ad suos tranauit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Virg. Superant montes, & flumina tranant.

Tranquillo, as. quietũ facio. Aug. li. viii. con. Trãquillat cœlũ, & mare, & exultãt nimis qm̃ timuerũt nimis.

Tranſactus participiũ, idem eſt quod præteritus. Cic. li. i. ad Heren. In conſequenti tpe ſpectabit nunqd re trãſacta relictum ſit, quod uidelicet, aut factum eſſe male ficium, aut a quo ſit factum.

Tranſcendo, ex trans, & ſcando, ſignificat aſcendendo tranſgredior.

Tranſcurro, ultra curro. Teren. in Eu. Tu abi, atq; obſera oſtium intus, dum ego tranſcurro ad forũ.

Tranſcribo idem quod exſcribo, hoc eſt ab exemplariis quicq̃ deſcribo. Qñq; tñ ponit pro trado. Virg. lib. vii. Et tua Dardaniis tranſcribi ſceptra colonis.

Tranſeo, is, iui, & tranſii. itũ, ultra eo, a quo tranſitio, & tranſitus, & compoſitum Pertranſeo. Tranſire ad uitã apud Plinium li. xx. dicitur pro reuertere ad priſtinas ſuas uires a morbo.

Tranſitorius, a, ũ, quod cito tranſit. Leo P. Hæc ergo nõ trãſitorie, ſed cũ ingẽti tremore debemus attẽdere.

Tranſeunter aduerbiũ, a tranſiens, tranſeũtis formatũ Aug. li. iii. ciui. dei. Qd̃ uitiũ Saluſti⁹ magis trãſeunter attigit, hoc eſt in tranſitu, ſiue tranſeundo.

Tranſenna, p quã aſpectus trãſire põt, ſiue locus p quem tranſitus fit. Cic. lib. ii. de ora. pro feneſtra ſeu cancello poſuit, cũ ait. Nũc petis a Craſſo, ut illã copiam quam cõſtructam uno in loco, quaſi p tranſennã, prætereun tes ſtrictim aſpeximus, in lucem pferat. Tranſenna eti am funis extẽtus dr. Salu. li. ii. hiſto. Tranſenna demiſ ſum uictoriæ ſimulachrũ cũ machinato ſtrepitu toni truũ coronã capiti imponebat Metello. Qñq; ponit p decipulo, laqueo, & funiculo ad decipiẽdũ cõcinnato. Plau. in Bac. Nũc e tranſenna hic turdus lũbricũ pe tit. Et in Ru. In ætate agẽda hoĩm plurimæ fiũt trãſen næ, ubi decipiunt dolis atq; ædepol ĩ eas plærũq; eſca ponit, quã ſi quis auidius poſcit eſcam auariter, deci pit, ut tranſenna, ſua auaritia.

Tranſfero, pe. cor. tranſferri dr res, cũ nõ remanet apud eos, a q̃bus trãſfert. Ci. li. i. offi. Quod ab Ennio poſitũ in una re, trãſferri in multas põt. Hinc translatio, q̃ fit quotiens, uel deeſt uerbo⁊ pprietas, uel uitat iteratio. Cic. aũt trãſlationẽ uerbo⁊ maxie probat, lib. de opti. gene. dicẽ. cũ inqt. Sed Phalerius Demetrius meo iu dicio, põſtat cæteris, cui⁹ oratio, cũ ſedate, placideq; lo quit, tũ illuſtrãt eã, quaſi ſtellæ q̃dã trãſlata uerba atq; imutata. Tranſlata dico, ut ſæpe iam q̃ p ſimilitudinẽ ad aliam rẽ, aut ſuauitatis, aut inopiæ cauſa transferũ tur. Quint. aũt quæ ſint uerba ppria quæq; tranſlata, quo modo trãſferant, q̃ ſit uitioſa trãſlatio, & cur rep ta ſit translatio, diffuſe tradit li. i. inſti. dicens. Propria ſunt uerba, cũ id ſignificãt, in quod denoĩata ſunt, trãſ lata cũ aliũ naturæ intellectũ, aliũ loco põnt. Vſitatis tutius utimur, noua nõ ſine piculo quodã fingimus. Et lib. viii. Transfert igit nomen, aut uerbũ ex eo loco, in quo primũ erat, in eũ, in quo aut ppriũ deeſt, aut tranſ latũ, pprio melius eſt. Id facimus, aut quia neceſſe eſt, aut quia ſignificantius eſt, ut dixi decentius. Vbi nihil ho⁊ præſtabit, quod transfert in pprium. Aſco. ſcribit translatiua dicta eſſe, nõ noua, nec nup inuẽta, ſed ali unde trãslata. Tranſlatiũ græce μετάφορα, id eſt pro miſcuũ, uulgare, publicũ indifferens. Tranſlatiua ſunt & uerba p metaphoram in alienum migrantia. Sene. Tranſlatiuas, ſiue tranſlatitias ſententias, quæ ſua ora torũ ſupellex eſt pro locis cõmunibus intelligit. Sunt & ſacra tranſlatitia apud Macrobium.

Tranſfugio, de loco ad locum fugio. Liui. lib. ii. Magna clientium comitatus manu tranſfugit.

Tranſfuga, pe. cor. qui transfugit, Idem in eodẽ. Deinde metuẽs, ne ſi conſulũ iniuſſu, & ignarus oĩbus iret, de prehenſus forte a cuſtodibus romanis retraheret, ut transfuga, fortuna tum urbis crimẽ affirmãte ſenatũ adit. Nec ſolũ ut iuriſcõſul, inquit, transfuga is accipi endus eſt, qui aut ad hoſtes aut a bello trãsfugit, ſed & qui p. inducia⁊ tps ad eos cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſpecta transfugit.

Transfigo, pe. pro. transfodio, ſeu tranſuerbero. Liui. li. i. Stricto itaq; gladio, ſimul uerbis increpans transfigit puellam.

Transfundo, is. de uaſe in uas fundo. Ca. Vbi dies trigin ta præterierint transfundito, ita relinquit uſq; ad uin demiam. Cice. per translationem Dolobellæ ſcripſit. Libentius oẽs meas laudes, ſi modo ſint aliquæ meæ laudes, ad te transfuderim.

Tranſgredior, trãſeo, a pedum greſſu proprie dr, ſed au ctoritas uetuſta liberiorẽ loquẽdi uſum dedit. Sal. lib. i. Hiſto. & de his qui nauigaſſent, & de ipis nauibus eo uerbo uti uoluit, in quibus gradus nõ ſit deceptio. Na ctus obſcurã noctem æſtu ſecũdo, ac inde trãſgreſſus omnes recipit mons præceptus a Luſitanis, Sic & trãſ greſſus, us. pro transfretatione.

Tranſigo, is. pe. cor. ex trans, & ago, fcat trãſeo, ſeu ultra traduco. Sal. Sed multi mortales dediti uentri, atq; ſo mno, indocti, incultiq;, ſicuti pegrinãtes trãſegere. Hie. Et ĩmolantes deo ſacrificiũ laudis, noctem totã trãſe gere. Aliqñ fcat tracto. Terẽ. in And. Intus tranſigẽt, ſi quid eſt, quod reſtat. Aliqñ cõuenio, concordo, paci ſcor, cõpono, & decido, quod ptinet ad creditores & de bitores, ut debitor tranſigat cum creditore p deciſio nẽ, & ita lis finit. Cic. pro Roſcio. Qui p ſociis tranſigit ſatisdat neminẽ poſtea eo⁊ petiturũ. Apul. Cũ luce iã trãſegerat, id eſt cũ uita deciderat tanq̃ debitor cũ cre ditore, ut nihil ſibi amplius foret cũ luce, ut luci reſol ueret totũ quod debebat, & ſic trãſiret ad tenebras. Ci. Treba. Puto cũ Auiano tranſigere poſſemus.

Tranſilio, pe. cor. ex trãs, & ſalio, ſed s. abiicit, fcat ultra ſalio. Colu. li, vii. Si foſſam ſine cõtatione tranſilit.

Translego, pe. corre. legendo trãſcurro, ſiue ultra lego. Plau. in Aſi, Age quæſo me hercle translege.

Trãſmigro, as. pe. cor. ſignificat habitatũ eo, ſiue trãſeo, uel in longiorem locum domicilium habitationẽq; commuto. Hiero. Et perſecuti eos ſunt de ciuitate in ciuitatem, expellentes de Iudæa, ut ad gentium popu lum tranſmigrarent.

Tranſmitto, is. ultra, uel de loco in locum mitto. Pli. li. viii. Item cribraria, quæ ſimili modo in tertio reman ſit cribro anguſtiſſimo, & tantũ arenas tranſmittente. Aliquando celeriter trãſeo. Virg. Alia de parte patẽtis tranſmittunt curſu campos.

Tranſpicio, ultra aſpicio. Lac. de opi. Per eas igit mẽbra nas ſenſus ille, qui dr mens, ea q̃ ſunt foris, tranſpicit.

Tranſtra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Transtra,sunt loca uel tabulæ sup quas sedent remiges. Vir. Transtra per & remos. Et apud Ezechielē. Querc⁹ de basan dolauerūt in remos tuos, & transtra tua fecerunt tibi ex ebore indico. Hæc etiā iuga dici solēt. Vir. Inde alias aias, q̄ per iuga lōga sedebant Deturbat, laxatq; foros. Et transtra tigna, quæ transuersa a pariete in parietem porriguntur. Vitr. li. v. Trabes etiam supra columnas, & parastata, & antes ponunt, in contignationibus tigna & axes sub tectis, si minora spatia sunt, & transtra, & capreoli, si commoda columen, & canterii, sed & sedilia in nauibus.

Transuador & transuado pe. cor. p uadū traiicio. Hiero. ad Helio. per transla. Sed qm̄ scopulosis locis enauigauit oratio, & inter canas spumeis fluctibus cautes fragilis in altū cimba processit, expandenda uela sunt uentis, & quæstionū scrupulis trāsuadatis lætantium more nautar⁹, epilogi celeuma cantandum est.

Transueho, ultra ueho. Sal. in. Iug. Ex eo numero Medi, & Persæ, & Armeni cū nauibus in Aphricā transuecti proximos nostro mari locos occupauere. Augu. Caro Iesu est Mariæ, quam transuexit honorās omnem humanam naturam, & multo magis maternam.

Transuerbero. as. transfigo. Cice. Mario. Sed quæ potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus, a ualentissima bestia laniatur, aut præclara bestia uenabulo transuerberatur.

Transuersus, a trāsuerso esse debet, qd̄ est in obliquū uerto, licet nondū legerim. Col. li. ii. Sed in arando maxie obseruandū est, ut transuersus mos sulcet. Cic. li. iiii. ad Herē. Ecce ibi iste de transuerso. Heus inqt adolescens pueri tui modo me pulsarunt, satisfacias oportet.

Transuolo. as. pe. cor. ad aues pertinet, sed per transla. ponitur pro transcurro, uel pro repēte accedo. Hiero. ad Damas. Meq; dubium, & quid facerem nescientem ita festinus exterruit, ut omnibus prætermissis ad scribendum transuolarem. Plau. in. Epi. pro transfugio posuit Transuolauerunt ad hostes.

Transsumo, ex alio sumo. Vnde quæ ex primis tabulis transcripta sunt, solennitate iuris adhibita, dicuntur transsumpta, & actus ipse transsumptio.

Transsumptio figura est, quam græci μετάλημψιν uocāt, cum rem ex alio ad aliud trāsmouemus.

Transuo. is. ex trans & suo, sed s abiicit. Colu. lib. viii. Media pars descripti orbiculi eadem fibula transuitur.

Trapetes, uel trapetū, & trapeta, fm Var. pe. produ. mola olearia a τρέπω voluo, seu uerto. Var. a terēdo deducit. Vir. li. ii. Geor. Teritur sycionia bacca trapetis.

Trapeza mensa, seu tabula, qua argentarii utunt.

Trapezitæ p². p. mēsarii, pecuniæ cāpsores. Plau. i Ca. Subducam ratiunculam, quantillū argenti mihi apud trapezitam siet. Hiero. cōtrā Ruffi. Quasi bonus trapezita adulterinæ monetæ pecuniam reprobet.

Trauli, q maiore difficultate loquunt. Vñ & traulis. Lucre. li. iiii. Magna atq; magnificata cataplexis, plenaq; honoris balba loqui nō qt traulis muta pudens est.

Trebia, fluuius extra Placentiam, apud quem Annibal Romanos uicit. Est & Trebia Celtiberorum ciuitas, quæ est pars Hispaniæ.

Trebula oppidum fuit haud longe ab urbe, ut scribit Plin. Et olim trebulanis ciuitas data fuit. Hinc casei trebulani dicti sūt, de qbus Mar. Trebula nos genuit, cōmendat gīa duplex. Siue leui flāma, siue domamur aqua. Prope trebulanos sūt & alii ppli noīe Trebiani auctore Plinio li. iii. Suet. in Tibe. Iterū eo censente ut trebianis legatā in opus noui theatri pecuniā ad munitionē uiæ trāsferre cōcederet, obtinere nō potuit.

Trechedepna, uestis, Iuue. Rusticus ille tuus sumit trechedipna qrine & cæromatico fert niceteria collo.

Tremo, is, a similitudine uocis, q̄ tunc cū ualde tremuit apparet. Quo etiam in corpe pili, ut arista in spica hordei horrēt. Et tremere qdē cōmoueri, seu agitari scat. Plaut. in Asi. Non placet, pro mōstro est qñ qui sudat, tremit. Interdū ponit p timere. Vir. li. ii. Hic aliud maius miseris, multoq; tremendū. Hui⁹ cōposita sunt tremo, intremo, itus seu ualde tremo. Vir. li. iii. Et t sum quotiēs motat latus ītremere oēm Murmure T nacriā. Pertremo, ualde tremo. Et habēt pe. cor.

Tremisco, is, tremore concutior. Virg. li. iii. Sonitūq; dum, uocemq; tremisco. Hinc cōtremisco, & pertre sco, Lactā. li. vii. Itaq; trepidabunt omnes, & ad luctu sum illum sonitū contremiscent, Hiero. contra Vigil. Ita totus, & corpore, & animo pertremisco.

Tremefacio, sicut & sonat. Virg. Tum uero tremefacta nouus p pectora cunctis insinuat pauor.

Tremor modo ipam cōmotionē seu agitationē, modo timorē significat. Virg. li. ii. Geor. Vnde tremor terris. Et alibi. Cur ante tubā tremor occupat art⁹? uenit tñ ex græco τρέμω, & illa quæ deducunt.

Tremebundus, abunde tremens. Cic. li. iii. ad Heren, Si erit sermo in locutiōe leuiter, & tremebunda uoce cū parua significatione risus.

Trepidus, a, um, idē quod pauidus. Cuius cōtrariū est intrepidus. Eius dimi. est trepidulus. Gell. Pulli trepidulī circūstrepere. Et trepidus festinus. Vir. li. iii. Hic me dū trepidi crudelia limina linquūt Immemores socii uasto Cyclopis in antro deseruere. Ser. Trepidi festini, ut p timorē, non p odiū relictus fuisse uideat.

Trepido, as, pen. cor. timeo. Amb. Trepidare uirginū est ad omnes ingressus uiri pauere, oñesq; uiri affatus uereri. Et trepidare festinare. Virg. li. iiii. Dum trepidant alæ, saltusq; indagine cingunt.

Treueri populi Galliæ, inter belgas, in cōfinibus Germaniæ Neruiis finitimi.

Tressis, tres asses. Persius. Non tressis agaso.

Tris a græco, nam græci τρεῖς dicūt. Vñ trias, adis. trinitas. Aliqñ scat ualde. Hinc trifur, trismegistus.

Triangulus, figura tres angulos hns, quā græci τρίγωνον uocant. Hinc triangularis, & hoc triangulare.

Triarchus, nauis triremis ppositus, ab archon princeps.

Triarii, erant milites fortissimi, qui in legione romana ultimi erant. Hi si quando res fuisset in periculo, in frōte acierum poplitibus flexis stabant, ita ut potius animam amitterent, q̄ de loco decederent. Vnde ortū est illud prouerbium cum res sunt dubiæ. Ventum est ad triarios. Var. Triarii dicti, q̄ in acie tertio ordine extremis subsidio ponerentur. Plaut. Agite nunc subsidete omnes, quasi solent triarii.

Tribus, us, a tributo dando, uel q̄ ager romanus primo diuisus in tres partes fuerit, & tres partes populi factæ, una Tatiensium a Tatio sabinorum rege iam amico.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

poſt fœdera,alia Ramniũ,ſiue ramnẽſiũ, a Romulo. Tertia Lucerũ,a Lucumone.Var.eũ ſcribit Romulũ dimicanté contra Titũ Tatiũ,a Lucumonibus,hoc eſt thuſcis,auxilia poſtulaſſe.Vñ qdam uenit cũ exercitu, cui recepto iam Tatio pars urbis eſt data. Vñ in urbe thuſcus dictus eſt uicus.Siue ut aliq uolũt,a Luco quẽ Aſylum uocauerat Romul⁹. Ergo in tres partes diuiſus erat populus adeo,ut qui etiã uni præerat parti, tribunus diceret,& ſumptus dati populo tributa uocaré. Sed poſtea aliæ quoq; ptes urbis factæ, quæ ſiñr tribus appellatæ ſũt.Nam in ſex ptes fuit diſtributa ciuitas, in primos,ſecũdoſq; Tatienſes,Ramnes,Luceres.Quæ libet ex tribubus decẽ curias cõtinebat,quæ de noibus Sabinaꝝ appellatæ ſunt. Varro,Feſtus,Plutarchus,& Aſconius.Diſſentit paululũ Liuius ſcribẽs a Romulo Centurias equitũ tres fuiſſe conſcriptas Ramnenſes,& Tatienſes,& Luceres,nec uideé exiſtimare totũ populũ in hos fuiſſe diſtributũ,ſed ſolos equites. Aug.i pſal. interp̃tatione ſic ſcribit.Tribus alio noíe dici poſſunt curiæ,ſed nõ ꝓprie.Nam ꝓprie ſi diximus curias,non intelliguné niſi curiæ; quæ ſunt in ciuitatibus ſingulis ſingulæ. Vñ curiales,& decuriões.i. q̃ ſint i curia,uel de curia. Et noſtis, quia tales curias, ſingulas habent ſingulæ ciuitates.Sunt aũt,uel erant aliquando in iſtis quoq; ciuitatib⁹ curiæ ét populoꝝ,& una ciuitas multas curias habebat,ſicut Roma xxxv.curias habet populi.Hæ dicuné tribus.Has populus Iſrael xii.habebat ſm filios Iacob.Pli.refert quatuor ſolas urbanas trib⁹ fuiſſe appellatas a ptibus urbis, qbus habitabãt.Nam Suburrana,Palatina,Collina,& Exquilina dicebané.

Tribulis,pe. pro. qui ex tribu eſt.Hor. in Epi.Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis.Cice.Ser. Lucio Coſſino amico,& tribuli tuo ualde familiariter utor.Hinc contribulis,qui ex eadem tribu eſt.Hie.lib.ii. Macha. Qd cum rex annuiſſet ſtatim ad gentilem ritum contribules ſuos tranſferre cœpit.

Tributim aduerbiũ,ſignificat p ſingulas tribus.

Tributũ a tribubus Var. dictum oſtẽdit, q̃ ea pecunia quæ populo imperata erat, tributim ſoluebatur. Feſtus.Tributum dictum, quia ex priuato in publicum tribuié.Sumi poſtea hoc uocabulũ cœpit largius pro omni munere,quod a ſubditis ſoluiť, diciť & tributus. Plau.in Epi.Tributus maior.

Tributarius,qui ſoluendo tributo obnoxius eſt.Iuſt.li. i.Sed ciuitates, q̃ Medoꝝ tributariæ fuerãt. Tributarium quod debeé,ut ait Hiero.li.Macha.

Villa domus extra urbē, casa uillatica,& suburbia, quæ habitandi cā constituta est. Domus proprie in urbe est Pli. Modus hic probatur,ut neq; fundus uilla,neq; uilla fundum quærat. Cic. li. i. de Ora. Quin tu igitur facis idem,quod faceres, si in aliquam domum plenam ornamento y,uel in uillam uenisses. Hæc Pœno y lingua Magar appellatur,unde uillæ magalia appellant. Dicta uilla a uehendo, quasi uehilla,q; in eam fructus cō uehebant ex agris. Cuius diminutiuum est uillula.

Villicus,pe. cor. pprie uillæ gubernator, uel q̄ præest pago,& totius rei rusticæ curæ,& q̄ familiā rusticā habet sub sua tutela. Cato uocat Epistatas uillicū & uillicā. Vñ a uilla uillicus nomen accepit. Var. li. i. de re Rust. Villicus agri colēdi causa cōstitutus atq; appellatus a uilla, q; ab eo in eam conuehunt fructus,& uehūtur cū ueneūt,a quo rustici etiā nunc quoq; uiam uehā appellant propter uecturas;& uellam non uillā,quo uehunt, & unde uehunt. Oeconomus aūt tam pecuniæ, q̄ frugum,& oīum quæ dominus possidet dispēsator est. Ponitur tamen q̄q; uillicus pro rustico,agri cultore. Hora. Villice syluarum.& mihi me reddentis agelli. Colu. lib. xii. Villicus semper caueat,ne improuidus ab opere uincatur res est agrestis insidiosissima cunctanti.

Villico,as.& uillicor deponens ſcat rusticor. Pomp. Ego rus eo,ut aliquot diebus uillicer. Ter. in Ecy. Hic uillicor ante urbem. Aliquando uillicari est uillæ præesse. Pomp. Longe ab urbe uillicare,quo herus rarenter uenit,non uillicari,sed dominari mea est sententia. Hinc uillicatio, ipsa rustica negotiacio,uel uillæ dispēsatio, ut in Euangelio. Redde rationem uillicationis tuæ.

Villaticus,a.um. quod ad uillam pertinet. Vnde uillatica pastio dicitur alimentum,quod pertinet ad animalia muta,quæ ruri nutriuntur,ut puta pecudes,aues,pisces. Sic dicitur uillaticus canis,qui in uilla tenetur.

Villanus,qui in uilla habitat. Vnde & Semiuillanus,Semirusticus.

Villaris,& hoc uillare,sicut uillaticus. Plini. lib. x. Villaribus gallinis & religio inest, inhorrescunt ædito ouo excutiuntq; sese.

Villicones,idem quod uillici, uel præfecti uillicationis, ut est apud Apul. in apologia, qui & Epistatæ.

Vile adiectiuum, quod qdam a uilla deducunt una littera abiecta, q; omnia in uilla uiliora sint,q̄ in urbe. i. minori precio uendantur. Vile enim proprie dicitur quod parum ualet. Cuius contrarium est carum. Ponitur interdum pro abundanti, quia omne quod plurimum abundat,uile est. i. paruo precio uenditur. Virgi. lib. i. Geor. Si uero uiciamq; seres,uilemq; faselum.

Vileo, es. uilis sum,a quo uilesco,uilis fio, Augu. Ipse est deus,qui per uniuersam creaturam quotidiana miracula facit, quæ hominibus non facilitate, sed assiduitate uiluerunt. i. uilia facta fuerunt.

Vilito, as. penul. cor. uile facio. Turpilius. Et quærat tua uitia,quæ te uilitant.

Villus pilus. Mar. Calfaciunt uilli pallia nostra mei.

Villum diminutiuum a uinum, sicut ullus ab unus.

Vimen omne uirgultū molle,& ad ligandū aptū, quasi uincimen. Colu. Nec refert cuius gñis uimen seras,dū sit lentissimū. Plin. Et allæ arbores uirgas sequaces ad iuncturas lentitiæ, aliæ p̄tenues uiminibus texēdis spectabili subtilitate. Fiunt āt uimina ex populo y uirgis ulmi, & sanguineo y fruticū,& betulæ,& uitis,& coryli intortæ, & salicis, quæ principatum obtinet. Hinc uimineus,a.um. quod est ex uimine,ut Vasa uiminea.

Viminale, quod est ad ligandum aptum seu quod pertinet ad uimina. Plin. Hæc est uiminalis cultura. Viminalis collis dictus est Romæ, q; ibi uiminum sylua fuit,uel a Ioue uimineo, q; ibi aræ sint,a qua & uiminalis uia,quæ ad uiminalem collem ducebat. Eadem numentana,a Numentano agro.

Vinco,is.uici,uictū,supero. Per transla. ponit pro exprimo, & q̄si difficultatē rei dicēdo supero. Vir. Nec sum animi dubius uerbis ea uincere magnū,q̄ sit. Item pro animi compos fio. Idem lib. iii. Geor. Illi uictor ego,& Tyrio cōspectus in ostro. Composita huius uerbi sunt Conuinco. deuinco,euinco.& prouinco. Deriuata sunt Victor,uictrix,uictoria,uictoriosus,& uictima.

Vincibilis,qui uinci potest. Colum. lib. iiii. Grauem terram uix ulla cultura uincibilem.

Vincio, cis. xi. ctum. cum n. ante c. significat ligo, quasi uim iniicio. Vir. Purpureoq; alte sutas uincire cothurno. Huius cōposita sunt Deuincio,ualde uincio. Cice. Maxima mecum familiaritate deuinctus. Reuincio, Gel. Videbamus Androclū, & leonē loro tenui reuinctum urbe tota circū tabernas ire.

Vincula,& per syncopam uincla,dicunt ligamina. Colu. lib. iii. Salix humida loca desiderat, geniſta etiā sicca, utræq; tamen circa uineam serunt,cū palmitibus idonea præbent uincula. Et per translationem dicitur carcer, in quo noxii uincti seruantur.

Vinctus ligatus & aliquādo captus dicitur. Vnde etiam quandoq; pro seruo sumitur. Sen. Qui unus erat e uinctis Cæsaris mox libertate donatus est.

Vinculatus apud Hiero. pro uinculis impeditus dicitur.

Vindex proprie ultor iniuriæ,& qui alterius causam suscipit uindicandam, ut quos nunc procuratores uocamus, ut apud Plinium lib. xxxi. illud est Quod tua Romanæ uindex clarissime linguæ. i. aduocate. Cicer. in Top. Cum lex Ælia sancia assiduo uindicem assiduum esse iubet, locupletem iubet locupleti, locuples enim assiduus,ut ait Ælius appellatus ab ære dando. Et uindex, qui se ex seruili conditione in libertatem uindicat, a Vindico seruo ex urbe Setia, qui quoniam coniurationem de reducendo Tarquinio detexit liberatus est,ut inquit Liui. li. i. Hinc & uindiciæ,dñr sententiæ quæ in libertatem asserunt. Vel dicūtur res de quibus est controuersia. Ser. Sulp. ait dici ab eo, q; uindicantur res ex controuersia.

Vindico, as. pe. cor. proprie ulciscor,uñ uindicta. Amb. Non ultionē quærebat, eouſq; ut dicenti sibi Saruiæ filio, q; uindicare in eum uellet, non permisit. Et uindicare est ab iniuria, contumeliaue, aut damno defendere, liberare. Cic. Et est senectus natura loquacior, ne ab omnibus eam uitiis uidear uindicare. Liuius libro iii,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A cuius crudelitate uosmetipsos armis uindicastis. Itē protrahere, & in libertatē asserere, unde uindicta uirga, qua serui libertate a prætore donabantur.

Vindicta ultio, aliquando libertas, siue uirga qua serui libertate donabant. Nā faciendi liberi tres partes sunt Vna ut censu liber fiat. Censebantur enim antiqtus soli ciues Romani. Si quis enim consentiente, uel iubente domino nomen detulisset in censum Romanus fiebat, & seruitutis uinculo soluebat. Altera pars adipiscēdæ libertatis, quæ uindicia uocabatur, scilicet uirgula quam prætor manumittendi serui capiti imponens, eundē seruū in libertatem uindicabat dicens quædam uerba solennia, atq; ideo illa uirgula uindicta uocabatur. Pers. Vindicta postq̄ meus a prætore recessi. Dicta uindicta, a Vindicio Bruti seruo, qui Romæ primus consul fuit, qui filios Bruti ciuitatem prodere uolētes accusauit, a quo & uindicia, ut ait Ascon. Tertia pars faciendi liberi est si quis suprema uoluntate in testamenti serie seruum liberum scripserit.

Vindelicia, prouincia Europæ, sicut a Ptol. lib. iii. scribit. Est aūt inter Rhetiam, quā habet ab occasu & Noricū ab oriente. Eam Lycus amnis disterminat a Rhetia. Enos fluui⁹ diuidit a Norico. A septentriōe Danubio terminat. A meridie alpibus supra Italiā extensis. Eius ciuitas insignis fuit Augusta uindelicia. Vindelicos uicit Drusus, in cui⁹ laudē cecinit Horatius. Videre Rheti bella sub alpibus Drusum gerentem Vindelici.

Vinea locus uitibus consitus, a uite multa. Vineaꝝ tria sunt gña iugata, humi proiecta, & arbustiua. Est etiā uinea instīm bellicū ex lignis compactū, latum pedibus octo, altū septem. longū xvi. tectū duplici ligno, cratibusq; contexit, latera quoq; uimine sepiunt, ne saxoꝝ, ac teloꝝ impetu perfringantur. Extrinsecus aūt ne crementur, crudis ac recentibus coriis integuntur. Cum plures fuerint, iunguntur ordine, sub quibus oppugnātes tutius ad muros subruendos pugnant.

Vinearius, a. um. quod est uineæ, uel quod ad uineam pertinet. Col. lib. vi. Validam uitem in ramos deducere cōsueo, & traducibus dispergere, atq; durare, certosq; uinearios colles præcipitare.

Vineaticus, a. um. quod ad uineam pertinet, ut falces uineaticæ. Varro. Sic alia quoq; nonnulla genera species habent plures, ut falces. Nam dicūtur uineaticæ opus esse sex. Colum. libro v. ait. Vnum, atq; alterum reprehēdisse quippe seminibus uineaticis nimium me profundos censuisse fieri.

Vinealis, & hoc uineale, quod est aptum ad uineam. Colu. lib. iiii. Sed ne nunc per infinitas terreni species euagemur, nō intempestiue commemorabimus Iulii græcini conscriptam uelut formulam, ad quam posita est imitatio terræ uinealis.

Vinum a ui deducit, q̄ uim inferat mēti. Et in plī habet uina & uinis. Oui. Et uenus in uinis, ignis in igne fuit. Mar. Resinata bibis uina, falerna fugis. Quatuor præcipui sunt uini sapores, dulce, acutū, lene, & austerum, Primus Noe uinū inuenit, sicut sacræ testantur līæ. At gentiles docēt Bacchum uini repertorē fuisse. Primus uero Italis Saturnus dedit e Creta i Latium aduectus. Vinum tortiuū dicitur, quod nouissime expressum est protopum, anteq̄ calcentur uuæ sponte defluēs. Diminutiuū a uinū est uillum, quod etiam uinellū dicitur, uel uinum ἀπὸ τοῦ οἴνου. In Ouidio legam in uenis.

Vinolentus, ebriosus, uino se ingurgitans.

Vinosus, qui ad uinum effectus est. Pli. ait idcirco uinosos dici homines, q̄ soli animalium non sitientes bibunt. Vinosus succus (ut idem auctor est) proprie est moro, pyro, myrto. Idē inter mala punica genera uinosa q̄dam appellant, quæ aluū sistunt, & stomachum

Vinetum locus ubi multitudo uitis consita est, hoc est ubi multæ uites, uel multæ uineæ sunt. Colum. lib. iiii. Cui uineta facere cordi est, faciat uitiariū, ex quo possit agrum uineis uestire.

Vinitor, pe. cor. rusticus uinearum cultor. Col. li. i. Separandi sunt aratores, a uinitoribus. Vir. lib. ii. Geor. Iam canit extremos effetus uinitor antes.

Vinarius, uini uenditor. Vñ Lampri. scribit Alexādrum Romanū imperatorē cōstituisse corpora uinariox, & caligariox, & omnino oīm artiū. Et apud Plau. in Asi. Sarmontio uinarii exerambi, Sue. de Clau. Cum de laniis, aut uinariis ageretur exclamauit in curia. Vinarius etiam qui uinum concupiscit, & libenter utitur.

Vinarius, a. um, quod ad uinum pertinet, ut taberna uinaria, uas uinarium, in quibus aut uenditur, aut tenetur uinum. Hieron. in Iosue. Tulerunt sibi cibaria, saccos ueteres, & utres uinarios.

Vinacea, sunt grana uuæ iam pressæ. Col. li. ix. Vinacea q̄uis tolerabiliter pascāt, dari non debent, nisi quibus tēporibus anni auis fœtum non edit. Aug. Vina recondit in apotheca, uinacea uero pecoribus proiecit.

Vinaceus, a. um. Plinius. Legimus quendam grano uinaceo suffocatum, hoc est acino uuæ.

Vinalia, tam scd̄æ, q̄ quartæ decli. pro die festo, quo ueteres nouum uinum Ioui libabant mense Aprili.

Vindemia quasi uinidemia, a uino demendo. Vir. li. ii. Geor. Non eadē arboribus pendet uindemia nīis. Sunt q̄ distinguāt inter uindemiā, & uīdemias, q̄ uindemia sit totius orbis generaliter, uindemiæ singulariū partium, ut plus significet singulare, q̄ plurale. Sicut plus est cū dicimus, per terrā pluit, q̄ per terras. Tunc enim omne elementū significamus. Transfertur quandoq; uindemia ad alia. Pli. Prima mellis uindemia melior. Col. li. x. Mox uere trāsacto sequitur mellis uindemia.

Vindemio, as. a quo uindemiator, cuius de. syllaba cor. metri causa. Hor. in Ser. Vindemiator, & inuictus, cui sæpe uiator. Oui. uero detraxit a. ut de. syllabam prod. ait em̄ in Fast. At non effugiet uindemitor hoc quoq; causam. Sic Col. li. v. Vindemiatoribus quoq; hæ semitæ, & iugū pedamētaq; sarrientibus opportunā laxitatem præbent, per quem uel fructus, uel statumina portentur. Est aūt uindemiator, qui uindemiat. Et uindemiator sydus, quod tertio nonas Martii apparet.

Vindemialis, & hoc ale. qd̄ ad uindemiā pertinet. Aug. li. ix. con. Et opportune iam pauciſſimi dies supererāt, ad uindemiales ferias, & statui tolerare illos ut solennīter abscederē. Idem substantiuū protulit. Renunciaui peractis uindemialibus, ut scolasticis suis Mediolanēses uenditorem uerboꝝ alium prouiderent.

Vindemiatorius, a. um. quod ad uindemiam pertinet. Var. Nihilo magis torculæ uasa uindemiatoria, aut ferias olearias, ac trapetas.

Vinulus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vinulus, pe.cor. molliter ſe gerens, & minime uiriliter, quod facit illecebroſus. Plau. Compellando blanditer oſculando, oratione uinula uenuſta.

Viniolus, qui molliter ſe gerit, & effœminate.

Violo, pen. cor. corrumpo, polluo, & quaſi uim infero, quod proprie de uirgine dī. Aug. lib. iii. Con. Violatur ipſa ſocietas, quæ cum deo eſſe nobis debet, cum eadē natura, cuiꝰ ille auctor eſt, libidinis peruerſitate pollui tur. Hinc inuiolatus intemeratus.

Violentus, qui uim facit.

Violabilis, qui aptus eſt ut uioletur. Et inuiolabilis, qui non facile uiolari poteſt.

Viola, quaſi minime uiolata per antiphraſim, uel q̄ nō uiolanda, uel ab olendi ui, uel per diminutionē, a græ co ἴον. Violarum tria ſūt genera, nam eſt uiola purpu rea, quæ nomen græcum tenet, & appellatur ἴον ἄνθος, quod eſt uiola flos. Vnde & ueſtis ianthina, hanc eandem quidam a colore baccæ uacinum dixerunt, ut in q̄t Apul. Scḋa eſt lactea. Tertia eſt coloris palliduli.

Violaria loca, ubi naſcuntur uiolæ. Virg. lib. iii. Geor. Ir riguum libant uiolaria fontem.

Violaceus, a.ū. idē qḋ purpureus, q̄ in uiolæ colorē ten dit. Cor. nepos. Me iuuene uiolacea purpura uigebat.

Violarius, ii. dicitur uiolacei coloris infector. Hoc græ ci Iobaphes uocant, ut inquit Athenæus.

Violaris, & hoc uiolare, quod eſt coloris uiolæ. Plautus. Flammare uiolari ueſte.

Vipera, pe.cor. ſerpētis genus, q̄ ui pariat. Nihil em̄ atti net ad huius dictionis etymologiā pario, nā deberet tunc dici uipara, nō aūt uipera. De uipera uero Nican drus ita ſcribit, appellans ipſam echidnā, quæ tñ dici tur ét echis, uulgo dicunt maraſſum. Vñ ait Nicander θολέρῶ κωϛάδνπ θερὰς ὁδὰξ ἐνφῦ& κάρην ἀπέκοψεν ὁ μεύ νου, ὁἱ ᾗ πρὸϛ λώβην μετεκίαρν ἀυτίκα τῦτοὶ γινόμβνοι ἐχθὸϛ ἐπεὶ ἅμέρος πατέρ' ἀνᾳβρώϑαντεϛ ἀμήτορεϛ ὄξεμέ νοντο. Nā corroſis lateribus exeūt pulli, cū matris inte ritu. Ambr. li. Hex. Vipera nequiſſimum genus beſtiæ, & ſuper oīa q̄ ſerpentini ſunt generis aſtutior, ubi co eundi cupiditatē aſſumpſerit, murenæ maritimæ no tam ſibi requirit copulam, uel nouā præparat, progreſ ſaq̄ ad littus ſibilo teſtificata præſentiam ſui ad coniu galem amplexū illam euocat. Murena aūt iuitata nō deeſt uenenatæ ſerpenti. Expetitos uſus ſuæ impertit cōiunctionis. Atq̄ ubi aduentāre uipera cōparem ſen ſerit uenenum euomit reuerentiam marito deferens. Hie. uero ad Præſidium ſic ſcribit. Viperæ per os coi tum faciunt, maſculi mortem contemnunt, ſed fœmi na in ipſo coitu, ſiue magna dulcedine exagitata, ſiue futuri præſciens periculi, dum abſorbet ſemen, caput maſculi excidit, & ſic eum occidit. Sed cum concœpe rit, uiſcera illius ab ipſis quos concœperit, comedunt, & ſic matrem occidunt. A uipera fit uiperinus, a.um. Pli. E uiperina carne fiunt theriaci paſtilli.

Vipiones ſunt minores grues, ſicut pipiōes minores co lumbi. Pli. li. ix. Balearibus inſulis ait in honore menſa rum eſſe uipiones. Sic enim uocant minorem gruem.

Vir a ui dī, q̄ in eo maior uis eſt. i. potentia q̄ in fœmi na, & hinc uirtus nomē accepit, ut inq̄t Lact. Et modo reſpectu ætatis dicitur uir. Pli. Qḋ non modo in puero ſiue adoleſcēte, ſed etiam in uiro admiratione dignū uideretur. Modo reſpectu ſexus, ut eſt ne uir an muli er? Vnde ſemiuiri dīr eunuchi, & molles atq̄ effœmi nati. Mō reſpectu coniugii, ut unius uxoris uir. Nec ſo lum de hoībus, ſed etiam de brutis. Vir. Vir gregis ipſe caper. Modo reſpectu fortitudinis. Virum em̄ hoīem præſenti excellentiq̄ animo nuncupamus. Cur. Exur gite inquit aliquando, ſi uiri eſtis, atq̄ arma capeſſite. A uir fiunt ſemiuir. duumuir. triumuir. quinq̄uir. ſep temuir. decemuir. centumuir. leuir. Vir potens, uir illu ſtris, uir deuotus, uir magnificus, uir ſpectabilis, quæ omnia ſecundum Priſc, ideo compoſita accipiuntur, quia ſub uno accentu pronunciantur.

Virago, pe. prod. mulier fortis, quæ uiro ſimilis ſit, & ui rilia opera faciat.

Virilis, & hoc uirile, pe. pro. quod eſt uiri, ut opus uirile. Aliquando dicitur fortis, magnanimus. A quo uirili tas, & aduerbium uiriliter.

Virbius, uir bis dictus. Quo nomine dictus eſt Hippoly tus Theſei, & Hippolytæ amazonis filius. Vide in dicti one Hippolytus.

Viripotens, cum accentu in antepe. dī uirgo, quæ annos pubertatis exceſſit, quæ iam uirum ſuſtinere poteſt.

Viro, aṡ. fortifico, a quo euiro, de quo ſupra.

Viriplaca, dea q̄dam erat cuius cura erat ad placandū quoties inter uiꝝ & uxorē aliq̄d iurgii interceſſerat.

Viritim aduerbium, ſcat per ſingulos uiros. Cato. Præ da q̄ capta eſt uiritim diuiſa. Dī ét de uno uiritim. Ho ra. in Epiſt. Quod legeret tereretq̄ uiritim publicus u ſus. Cur. Si quis uiritim dimicare uellet prouocauit.

Viritanius ager, qui uiritim populo diuidebatur.

Viroſa mulier dī, q̄ uiri appetēs eſt, ſicut mulieroſus uir, mulieris appetens, Et uiroſi loci, a Catone dīr qui coi tum uiri affectant. Et ſic habet primā cor. Lucil. Vetu lam, atq̄ uiroſam uxorē cædam potius, q̄ caſtrem ego met me. At uiroſus, a.um. a uirus fit, & habet primam prod. ſignificatq̄ quod mali odoris, & quandoq̄ quod eſt mali ſaporis. Virg. Viroſaq̄ Pontus caſtorea. Con ſtat enim caſtoreum fœdi, & execrandi odoris eſſe, a deo ut prægnantes odore eius eiiciant fœtum. Varro. Rancidam carnem appoſuit nobis, & uiroſam. i. mali ſaporis. Poteſt etiam dici uiroſus pro forti a uiribus.

Virgo a uiridiori. i. ualidiori ætate appellata eſt, unde & matres ſæpe uirgines dīr. Vir. de Paſiphae quæ trium liberoꝝ mater erat. Ah uirgo infœlix quæ te demētia cœpit? Nunc uero uirgo generis coīs & tam marē, q̄ fœminam ſignificat rei uenereæ expertem, ſicut mu lier, a mollicie dicitur, q̄ amplius uirgo non eſt. Cic. ob iurgantibus, q̄ ſexagenarius Popiliam uirginem du xiſſet, Cras mulier erit, inquit. Vlpia. Quod ſi ego me uirginē emere putarem, cū eſſet mulier, emptio non ualebit. Veteres ét omne incorruptum, & intactū uir ginem duxerunt. Cic. Philoſophia caſta, uerecunda, in corrupta uirgo. Et Aug. ſaliuam uirginem dixit, quæ nondum cibo potuq̄ corrupta fuit, dicit em̄. Quanta ſit orandi differentia, inter uacuum uentrem, & refer tum, inter rubentem faciem, & ora pallentia, inter ſali uam uirginem, & labia crapulis diſſoluta.

Virguncula diminutiuum, accipitur pro parua puella, & pro parua uirga.

Virgineus, a.um. quod eſt, aut fuit uirginis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Virginalis,& hoc le.quod eſt dignũ uirgine, q̃uis & pro uirgineo qñq; accipiatur, quale eſt illud. Deus qui uirginalem aulá beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es. Virginalia ſubſtantiuum uirginitatis ſigna ſunt,ut ait Augu. in quæſtionibus ſuper Deutero.

Virtus a uiro dicta eſt, & proprie fortitudiné ſignificat, ꝙ uiri maxime fortitudo ſit,ſiue ꝙ uir fortis dr̃. Virgi. Tunc pudor incédit uires & conſcia uirtus. Lact. lib. de opi. Vir noiatus,ꝙ in eo maior uis eſt,q̃ in fœmina. Et hinc uirtus nomé accepit,unde cum uiꝝ dicimus,non tam ſexus ſignificamus,q̃ robuſtũ,& fortẽ. Viri eñ propria uirilitas eſt, & robur. Et tunc diffinir̃ uirtus, ꝙ ſit perferendoꝝ maloꝝ fortis,atq; inuicta patientia. Qñ aũt fortitudo cæteris uirtutibus excellit,factum eſt,ut rectæ animi affectiones uirtutes appellentur. Sic qcqd uitio contrarium eſt,uirtus dicitur,q̃ ſic diffiniri ſolet. Virtus eſt affectio animi conſtans, conuenienſq; laudabiles efficiés eos,in quibus eſt, & ipſa per ſe ſponte ſe parata etiá utilitate laudabilis. Hora. Virtus eſt uitiũ fugere,& ſapientia prima. Ariſto. Virtus eſt habitus electiuus, in mediocritate conſiſtens. Sene. Virtus non aliud q̃ recta ratio eſt. Aug. lib. iiii. de ciui. dei. Virtus a ueteribus diffinita eſt, ars bene recteq; uiuendi. Vnde ab eo, ꝙ græce ἀρετὴ dr̃ uirtus nomen artis latinos traduxiſſe putauerunt. Virtuté antiqui deam fecerunt quã Auguſtinus, non eſſe deam ſed donum dei aſſerit. Luci. de uirtute. Virtus albini eſt p̃cium perſoluere uerum. Virtus eſt hoi ſcire id,quod quæq; habeat res, uirtus ſcire homini qd nam utile, qd ſit honeſtum. Quæ bona, q̃ mala, item quod inutile, turpe, inhoneſtum. Virtus quærẽdæ finem rei ſcire,modumq;. Virtus diuitiis preciũ perſoluere poſſe. Hoſtem eſſe, atq; inimicũ hominũ,morumq; maloꝝ. Contra defenſorem hominum, morumq; bonoꝝ. Hos magnificare, his bene uelle,his uiuere amicum. Commoda præterea patriæ ſibi prima putare. Deinde parẽtum tertia iam, poſtremaq; noſtra. Aliquando uirtus dicitur uis illa, qua res cuius eſt uirtus,perfecta redditur. Cice. lib. v. de fini. At qui in ſenſibus eſt,& ſua cuiq; uirtus. Aliquando pro ope, & auxilio Plaut. Deum uirtute eundem hoſpicio accipiam. Aliquando pro merito. Idem. Quæ improba eſt merx precium ei pro uirtute ut ueniat.

Viriatus magnarum uirium. Lucil. Contra flagitium neſcire bello uinci a barbaro uiriato Annibale. Et uiriatus Luſitanorum ducis nomen, qui uir calliditatis acerrimæ fuit quippe qui ex uenatore latro, ex latrone ſubito dux, atq; imperator factus, Romanos exercitus contriuit, ſed tãdem ſuorum fraude interfectus eſt. Hinc uiriatinum bellum dictum eſt.

Viriculæ diminutiuum a uiribus, hoc eſt puſillæ uires, dicim⁹ etiam uiriculas patrimonii, puſillum patrimonium ſiue falcultatulam.

Viriculũ genus teli, terebra uulgo a græcis Ceſtron dr̃.

Viridis, & hoc uiride, a uigore dr̃, unde dicimus uirides plantas,q̃ nondũ aruerunt,& in uigore ſuo ſunt. Et qm̃ in his herbis herbaceus color eſt, eum etiam coloré uiridem dicimus. Vnde Vir. Iam ſenior, ſed cruda deo, uiridiſq; ſenectus. Apud Aug. uiride ſubſtantiuũ eſt li. ii. contra Mani. cum ait. Quo die fecit cœlum,& terram,& omne uiride agri,& omne pabulum.

Vireo,es. uiridus ſum. Vir. lib. vi. Quale ſolet ſyluis brumali frigore uiſcũ Fronde uirere noua. Hinc uireſco, uiridis fio,& ſic primam corripit. Sta. li. i. Syl. Exuit atq; alios melior reuireſcit in annos. Hinc etiam euireſco, quod eſt ſine uiriditate fio. Var. Atq; ex ſanguinibus dolore euireſcat colos. Interdum uireſcere. i. maioꝝ uirium fieri. Et ſic prima producit̃. Veri⁹ in poematis. Hinc creſcunt animi uireſcit uulnere uirus.

Virido,as. uiridem facio,a quo uiridans,quod eſt uiride Pli. Viridantium,& alia plura ſunt genera.

Viror,& uiriditas,ſunt eiuſdem ſignificationis.

Viridariũ locus,in quo ſunt herbæ,& plantæ uirentes,& amœnitate refertus. Sue. in Tib. Militem prætorianũ ob ſurreptum e uiridario pauonem capite puniuit.

Viretum locus uiretis plenus, uirentiumq; herbarum. Vir. Deuenere locos lætos,& amœna uireta. Aliquando ipſæ herbæ uirentes. Col. lib. xxii. Ficus neq; nimiũ uireta, neq; nimium matura legi debet, & in eo loco expandi,qui toto die ſolem accipit. Hic uireta,id eſt uiridia, & male matura accipit. Hieron. in Gene. Quæ in paſtu paludis uireta carpebant.

Viridia etiam dicuntur prata, ſeu horti arboribus conſiti,uoluptatis cauſa comparati.

Viridicatus,a.um. quod eſt uiride. Cicero ad Q. fratrem Equidem hoc,quod melius intelligo,affirmo mirifica ſuauitate te uillam habiturum, piſcina, & ſalientibus additis, palæſtra, & ſylua uiridicata.

Virga dicta eſt, ꝙ uim gerat ligando, uerberandoue, a quo nomine ſunt tria diminutiua,ſcilicet uirgella, uirgula, & uirguncula. Sed uirgula etiam linea dicitur. Et uirguncula puella.

Virgula diminutiuum a uirga. q̃uis & pro linea ſumat. Virgula diuina dari dicuntur ea,quæ non expetuntur, ſed uidentur uenire e cœlo,prouerbium apd̃ antiquos Cice. lib. i. Offi. Quod ſi omnia nobis quæ ad uictum cultum pertinent, quaſi uirgula diuina, ut aiunt,ſuppeditarentur tamen optimo quiſq; ingenio negociis omnibus omiſſis totum in ſcientia collocaret.

Virgeus, a. um. quod eſt factum ex uirgis. Virgil. lib. i. Georgi. Virgea præterea cælei, uiliſq; ſupellex,id eſt uaſa de uimine facta.

Virgulata ſeu uirgata ueſtis, ut Iul. Pol. inquit, dicebatur tunica, in qua intexebantur uirgæ purpureæ, hoc eſt lineæ,quas græci πάρυφος. Sed eas ueſtes grammatici interpretant purpureas, ꝙ uirga galloꝝ lingua dicatur purpura. Vir. lib. viii. Virgatis lucent ſagulis.

Virgultum multitudo uirgarum pullulantium.

Virgindemia collectio uirgarum ob uerbera,aut ad aliquid uinciendum. Var. in Aga. Quid triſtiorem uideo te eſſe? an ideo, quia ſcapulæ metuunt uirgidemiam.

Virgilius Mantuanus poeta celeberrimus Marone,Maiaq; natus, qui primum apud latinos inter poetas obtinet locum. Sed ſunt ex recentioribus, qui Vergilium non Virgilium ſcribi debere autument.

Virus indeclinabile, & generis neutri, quod & uirus,uiri apud antiquos,ſicut uulgus uulgi dicitur. Lucr. Liquet eñ ſupra tetri primordia uiri. Et proprie ſignificat aſperitatem odoris in homine iam adulto. Quippe talis odor in puero non eſt, nec ante coitum mulieris. Pli. Prodeſt & ad uirus alarum. Idem. Signum eſt uernis tpibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nis tpibus odoris uirus. Aliqñ significat asperitatẽ saporis. Idem. Aqua marina uetustate uirus deponit. i. amaritudinẽ illam, & salsedinem. Idem. Virus mali medici. i. acor, & amaritudo. Aliqñ asperitatem coloris. Idem de sanguine purpuræ. Tum super additum decoquitur uirus. Aliqñ genituram. i. humorem, qui e genitalibus fluit. Idẽ. Virus uerrinum a scropha, a coitu exceptũ prius, q̃ terram attingat grauitati auriũ pro dest. Aliquando uirtutẽ naturalem. Lucre. li. ii. Concoctosq; suo cõtractus perdere uiro. Pli. de magnete. Sola hac materia uirus ab eo lapide accipit, retinetq; longo tpe aliud appendens ferrũ. Aliqñ uirorem, seu herbas uirentes. Sta. li. i. Syl. Atq; oñe benigne uirus odoriferis arabũ quod crescit in aruis. Plærunq; uirus, pro ueneno ponitur. Vir. Ille malum uirus serpentibus addidit atris. Hinc uirosus, a. um. de quo supra.

Virulentus, qui est plenus ueneno. Gel. Vt serpentium uirulentorum domitores sint.

Virunium ciuitas quã nostra lingua Ciuidal de belim uocamus. Suidas. Virunium nomen ciuitatis Norici (Goricia uulgo dicitur) natio ubi suis opus adeo missum regione uastabat, & ipse oẽs conantes nihil expediebant, quousq; quidam uirsuem circũuertens in humeros posuit. Simile quiddam & de Calydone dicitur Norici aũt exclamauerũt. Vnus uir in propria lingua hoc est Virunus. Vnde ciuitas Virunium est uocata. Distat a Venetiis ad xliiii. lapidem uersus septentrionem ad mõtes supra Tauriscium, ad lapidem xxx. Veru nesii dicti sunt incolæ Virunii.

Vis, huius uis, actõ uim. Plr uis, actõ uis, utõ uis. Sal. li. iii. Histo. Male iam assuetũ ad oẽs uis controuersiarum. Ponitur aũt uis pro uirtute. Salust. Sed oñis nostra uis in aĩo & corpore sita ẽ. Aliqñ pro possibilitate seu fortitudine. Vir. Non ea uis animo nec tanta superbia uictis. Aliqñ pro uiolentia. Idem. Fit uia ui rapiunt. Hinc uiolo, as. Aliqñ pro multitudine ac copia. Liu. Magna uis ex Sicilia aduecta. Sal. Secunda tempestate expono uis piscium erupit. Aliqñ pro celeri impetu.

Viscus, uisci, & uiscum glutinum, quod ad aucupiũ pertinet. Nam uisco propter eius tenacitatem aues captantur. Hora. in Ser. Summus ego, & prope me uiscus turrinus. Aug. lib. de uerbis domini. Amor rex terrenarum uiscum est spiritalium pœnarum. Et uiscum antiqui dicebant esse rete. Hinc fit inuisco, as. quod est uisco in ficio. Viscosus, a. um. qđ est tenax. Dĩ etiam uiscidum.

Viscus, uisceris, caro, non tantum intestina, sed quicquid sub corio. i. caro, quæ inter ossa & cutem. Virg. Tergora diripiunt costis, & uiscera nudant. Ambro. Ossa omnia tenui operta sunt uiscere. Hinc Euiscero, as. quod est uiscera retraho. Vir. lib. xi. Compressamq; tenet, pedibusq; euiscerat uncis.

Visceratio dr cũ carnes crudæ dant pplo. Et uiscerationis noie ueniunt res comparatæ ad mensam, sed incoctæ.

Viscerari ueteres dixerunt carnẽ populo distribuere, & uiscerationis crudæ carnis distributio, q̃ fieri solebat, uel in solenni festiuitate, uel in funere alicuius excellẽtis personæ. Gel. Tũ in albano uiscerationis latinis data. Liui. li. viii. Et populo uiscerationis data, a M. Flacco in funere mris. Ser. Viscerationis est caro, a uiscere noie dicta

Visceratim aduerbium significat per uiscera. Ennius Dissipat uisceratim membra.

Viso, is. ad uidendũ eo. Cice. ad Atti. Cupio equidẽ, & iã pridẽ cupio Alexandriã, reliquãq; Ægyptũ uisere. i. ad uidendũ ire. Teren. in Hecy. Nõ uisam uxorem Pamphili cũ in pximo sit ægra? Illud uero in And. Id uisotu ne, an illi insaniãt, exponit Dona. ad uidedũ uenio Aliquãdo ponit pro uideo tiñ, pñertim qñ iungit cum eo, is, aut uenio. Plaut. in Ru. Nunc hũc ad ueneris fanum uenio uisere rem diuinã facturũ se dixerat. Terẽ. in Hecy. Postq̃ accersiuit sæpius ægrã simulãt mulierem, nostra ilico it uisere, ad eam admisit nemo. Et in Phor. Vultis ne eam9 uisere. Et in cõpositis etiã. Terẽ. in And. Reuiso quid agant. Redeo inquit Dona. ut uideã quid agãt. Et in Adel. Hera ego ad hos prouisam, q̃ mox uirginẽ accersant, puiso inquit, duas res significat, pcedo & uideo. Plau. ĩ Mene. Prouisam q̃ mox uir meus redeat domũ. Similiter quãdo gratia, causa, studio & huiusmodi iungunt gerundiuo. Salust. Multi autem qui e castris uisendi aut spoliandi gratia processerant, uoluentes hostilia cadauera amicũ alii, pars hospitem, pars aut cognatos reperiebant. Teren. in Hecy. Ne mittas quidẽ uisendi causa quenq̃. Virgi. Vndiq; uisendi studio troiana iuuẽtus Circũfusa ruit. Ex quibus dat intelligi hoc uerbũ nõ esse desideratiuũ, sicut multi putant, sed magis excitatiuũ. Nam si uisendi pro desiderio uidẽdi in istis sumeret, sensus esset inceptus ex gratia, causa, studio, quæ cũ pro desiderio capiantur, superflua forent. A uiso fiunt composita circũuiso, inuiso, prouiso, reuiso.

Viso opus est, significat oportet uidere.

Visito, tas. frequẽtatiuum est a uiso, a qũo fit uisitatio q̃ proprie ad officiũ ptinet. Plaut. in Cur. Ibi me interrogat in Epidauro Lyconẽ trapezitam si nouerim, dico me nouisse, quid lenonem capadocẽ, annuo uisitasse. Hic uisitasse, pro sæpe uidisse capitur, sicut in Epi. Noscito hanc, nam uideor nescio ubi me uidisse pri9. Est ne ea an non est? quam animus retur meus. Dii boni uisitaui ante hac, certe ea est.

Visus, us. & uisio ipe uidẽdi actus, sicut gustus p actu gustandi, Vir. Horrendũ uisu. Ponit interdũ, p eo qđ uidet. Idem li. iii. Rite secũdarẽt uisus. Visiões etiã phantasiæ dicunt. Quint. Quas phãtasias græci uocant, nos ipi uisiones appellamus, p quas imagines rerũ pñti um ita repræsentant animo, ut eas cernere oculis, ac pñtes habere uideamur. Visio em̃ mõ significat inspectionem. Apul. Ciuitas iuncta uacuatur studio uisionis. Modo id quod in somnis uidetur, ut inquit Macro. quando eodẽ modo quo apparuerat eueniet. Græce ὅραμα uocant. Præterea uisa somnia dicunt & nocturna siue etiã diurna phantasmata, quæ etiam uigilantibus apparent. Virg. Hoc uisum nulli non ipsi effata sorori est.

Visum est faciendũ facere, modus dicendi ut uisum est facere, ut te admonerẽ, qđ est, putaui te admonẽdũ.

Visus autem proprie ut Speusip. ait, est habitus quo corpora discernuntur.

Vita a uiuo, is. & modo animã significat, sine qua nemo uiuit. Et hæc triplex est. Seminalis, quæ uegetatiua dicitur, & nobis cum arboribus cõmunis est. Sensualis, quæ cũ pecoribus. Intellectualis, q̃ cum solis angelis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

modo denotat mores. Cice. li. ii. ad Heren. Deinde uita hominis ex anteactis ſpectabit. Modo alimentū ſeu uictū. Teren. eadē quippe homo iam grādior, cui opera uita erat. Modo ſpatiū uiuēdi. Aug. li. v. confeſ. Vita hæc miſera eſt, mors incerta, ſi ſubito ſurrepat, quo mō hinc exibimus. Mō fortunū. Teré. Nam tua quidē Hercle hæc uita certe expetēda atq; optāda eſt. Variat in plurali. Cice. Serpit p omniū uitas amicitia. A uita fit euitari, quo uſus eſt Cic. in Tuſc. quæſtio.

Vita uiuere ſm ſcripturas inquit Ambro. admirabilē quandā illā uitā, beatāq; ſignificat, & hūc uiuēdi uſum ſpirādiq; mun⁹ cū beatæ uitæ gratia ueluti cōiunctū, & quadā participatiōe pmixtū demōſtrare uideat, hoc eſt eā uita uiuere, beatæ uitæ actus habere in iſti⁹ corporis uita. Contra aūt morte mōri, quid aliud, niſi cū morte corporis deformitatē ſignificat morientis? Cuius & caro cōmuni uiuēdi munere defraudat, & ania uitæ æternæ uſum habere nō poſſit. Eſt & q uita moritur, ut qui uiuit corpe, ſed actu morit ſuo, quales ſunt de qbus ppheta ait. Deſcēdant in infernū uiuētes, & illa de qua Apl⁹ dicit. Qui uiués mortua eſt. Morte uiuere dicunt martyres, q utiq; moriunt ut uiuāt. Moritur caro, ſed uiuit gratia mortuoꝝ.

Vitta p duplex tt. ſignificat ligamentū capitis.

Vitalis, & hoc le, quod uitā pſtat. Vitalis uero ſubſtantiuum propriū nomē eſt.

Vitellus, a uita dictus eſt, oui pars rubra, q ex eo uiuat pullus. Ipſum eū animal ex albo liquore oui corporatur cibus eius luteo, hoc eſt in uitello. Horat. in Ser. Quatenus ima petit uolués aliena uitellus. Mar. Candida ſi croceos circūfluit unda uitellos.

Vitulus bos nouus dicitur.

Vitis a uino dicta eſt, q ferat uinū. Var. Et uitis, eo q in uitē ad uuas pcipiēdas dicta primo uidet. Erat & uitis geſtamē centurionis, nō carnificis aut lictoris. Honorificentior eū pœna q a cēturione, q quæ a lictore eſſet illata. Pli. li. xiiii. Cēturionū in manu uitis, atq; etiā delictis pœnā ipam honorat. Hinc a Macrobio uitis centurialis dicta, a poetis uero uitis latiæ nuncupatione cēturiones deſignant. De hac uite Iuue. Nodoſam poſt hæc frangebat uertice uitem, Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.

Vitiariū uitiū ſeminariū. Colu. li. iiii. Vitiariū neq; ieiuna terra, neq; uliginoſa faciendū eſt, ſuccoſa tñ ac mediocri poti⁹ q pingui. Et paulo ſupra. Cui uineta facere cordi eſt, pcipue caueat ne alienæ poti⁹ curæ q ſuæ credere uelit, neq; mercē uiuiradicē, ſed gen⁹ ſurculi pbatiſſimū domi cōſerat, faciatq; uitiariū, ex quo poſſit agrū uineis ueſtire. Et uitiariū locus, in quo ſunt uites, ſicut pomariū, ubi ſunt poma. Var. li. i. de re ruſti. Ideo in uitiario primit⁹, cū exit uitis, tota reſecari ſolet, ut firmiore ſarmēto e terra exeat, atq; in pariēdis colibus uires habeat maiores.

Viticula dimi. a uite. Virg. in Diris. Dulci nanq; tumet nondū uiticula Baccho.

Vitiſcere eſt uitem facere. Col. li. iii. Reliquas gēmas q in tertiā abſcondunt, exceptis quatuor imis, fac adradas, ne in ſumma radice uitiſcat.

Vitigineus, a. ū. qd ex uite fit, ut uitigineū ſimulachꝝ.

Vitiſator, pe. cor. q uites ſerit. Quo noie ē dict⁹ Saturn⁹. Vir. Vitiſator curuā ſeruās ſub imagine falcē.

Viticul⁹, cāpolus uitis. Pli. Frutex folio hederæ minus tamen longis uiticulis.

Vitex ſalicis genus, ex quo uaſa uiminea fiūt.

Vitilia dicunt quæcūq; ſic lēta ſūt, ut cōmode flecti poſſint, a uinciendo dicta, ut uitex, uitis, uimina, uiticulæ. Pli. li. xix. Cucurbita oīmodo faſtigiat uaginis maxime uitilib⁹. Idē. Nō multū a ſalice uitiliū uſu diſtat.

Vitula uacca uiridioris ætatis. Virg. Ego hāc uitulā ne forte recuſes Bis uenit ad mulctrā &c. depono, ab animi alacritate atq; laſciuia q maxime ſpectat in uitulis. Piſo ait uitulā uocari uictoriā, q poſt uictoriā certis ſacrificiis fiat uitulatio, uolūtq; nōnulli ſic dictā q cauſa ſit uitæ tolerandæ. Et ob hoc huic deæ p frugibus q uitā ſuſtentant fiunt ſacra, quæ ſane dea lætitiæ præeſſe putabat a romanis.

Vitulus a uitulādo. i. laſciuiēdo, qui nō modo de bobus genitus, ſed etiā ex aliis quadrupedibus maioribus. Plini. de elephātis. Atq; ita ſalutato ſidere in ſyluas reuertunt, uitulo⁊ fatigatos pferētes. Virgi. ad equos trāſtulit. Iam uitulos hortare, uiāq; inſiſte domādi. Quin etiam ex piſcibus. Pli. de balenis. Irrūpunt orcæ in ſecreta, & uitulos earū ac fœtus lacerant morſu. Vitulus etiam nomen piſcis eſt, ſiue potius maris belua corio & pilis tecta. Quæ & Phoca dicitur. Parit in terra pecudum more, uituli autē nomen accepit, q illi in ſomno mugitus fit, nullumq; animal (teſte Plinio) grauiore præmitur ſomno.

Vitiligo totius corpis uitiū eſt, nam uitiliginē faciūt diuerſi coloris maculæ, p oia mēbra diſperſæ. Dicta uitiligo uel a uitio, uel a uitulo, ppter eius mēbranæ candorē, q naſcit inuolut⁹. Et hanc maculā græci alphon unde nos albū dicimus appellant, ut inquit Feſt⁹, allegans Lucil. Hæc odioſa mihi uitiligo eſt, unde dolet inquit. Sed Cel. uitiliginē dicit eſſe herbā q alphos dī, quia alba cū alia quoq; ſit guttis diſpſa, q melas a colore nigro dicit, utraq; tñ ſerpit. Ob hāc igit ſimilitudinē magis dictā puto. Nō. n. hæc herba, ſiue uirgultū, ut ait Feſtus, a uitulo, uel a uitio, ſed a uite nūcupat, cuius natura eſt, ut ſine adminiculo ſtare nō poſſit, de morbo ſic meminit Apul. in Magia. Cū caro in humorē craſſum & ſpumidū inimico ignicolli, quæ facit & ſpiritu in idem parto, ex candore cōpreſſi aeris, albida & humida tabes fluit. Tetra nanq; tabes ſi foras e poris proſpirauit maiore dedecore, q noxa diffundit pectoris, primorē cutem uitiligine inſignit, & oībus maculatis onibus cōuariat. Plini. lib. xx. Ferūt eos, qui quotidie edūt capparim paralyſi nō piclitari, nec a lienis doloribus, radix eius uitiligines albas tollit. Mar. lib. iii. linguæ uitiliginē dedit p quandā ſimilitudinē, cū inquit Scabros dentes, uitiliginemq; linguarum, quas in ſola equidē ciuitate cōtraxerat.

Vitiligo, as. pe. cor. obſtrigilo, carpo, crimīor, mordeo. Vnde uitiligatores dicti ſūt obtrectatores, ex uitiis, & litigatoribus cōpoſita dictio. Plini. in Prolo. Scio ego quæ ſcripta ſunt, hæc ſi palam proferant, multos fore qui uitiligent.

Vitulari ueteres uſurparunt pro uoce lætari. Et uitulantes dicuntur lætantes, & uitulatio, lætitia, quoniam eā ueram uitam putabant, quæ in ſumma læ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ticia ac trãquillitate degeret. Varro li. xv. rer̃ diuinarum. Põtifex quibuſdã ſacris uitulari ſolet, quod græci πανάγειν dicunt. Hinc uiuere ſæpenumero ponit̃ p lætam uitam agere.

Vito, as. caueo, cui⁹ cõpoſita ſunt deuito, euito, perfecte uito. Lactan. Sic hominẽ pœnitentẽ cautũ ac diligentem facit ad euitãda peccata, in quæ ſemel fraude deciderit, & habent pe. cor.

Vitabũdus idẽ qd̃ uitans. Salu. Mari⁹ uitabũd⁹ claſſem hoſtiũ ad oppidum uenit.

Vitiũ ꝓprie dicit̃, qd̃ uirtuti opponit̃, a uito, ꝙ uitandũ ſit ac fugiendũ. Sene. Siquid uitii cõmiſit. Aliq̃ dĩ error. Plini. Libr̃ uitiis plenũ. Aliq̃ morbus, q̃uis ab inuicẽ ſeparent̃, ꝙ morbus ſit habit⁹ quidã cõtra naturã qui uſum rei facit deteriorẽ, ut febris inſania. Vitiũ uero ꝓpetuũ corpis impedimentũ, ut cœcitas, claudicatio, uecordia. Et nõ ſolũ in homĩe, ſed in aliis quoq; rebus dĩ. Cic. Peto. Si nihil eſt ĩ parietib⁹, aut tecto uitii, cætera mihi ꝓbabunt̃. Põt tñ q morboſus eſt etiã uitioſus dici, ſed nõ ecõtrario. Equus mordax & calcitroſus, uitioſus nõ morboſus eſt. Claud⁹ uero aliquo actu factus, & morboſus & uitioſus dici põt.

Vitio dare eſt culpare, uitupare. Terẽ. in And. Nũc quã rem uitio dent quæſo animaduertite. Et paulo poſt. Id iſti uituperãt factum.

Vitioſitas (ut Cice. li. iiii. Tuſc. inqt) eſt habitus aut affectio in tota uita incõſtans.

Vitioſus & morboſus quõ differãt, Vide in uitium.

Vitioſi magiſtrat⁹ dicunt̃ uitio creati, unde apud Liuiũ legim⁹ expugnatũ eſſe, ut uitioſus dictator ꝓ augures fieret. Cice. in Philip. Vitioſum cõſulem appellat, hoc eſt uitio creatũ ex augurum diſciplina. Quãdo enim comitia Romæ habebãtur cauſa magiſtratuũ creandorum, ſolebãt augures de cælo ſeruare, ſi aut fulmen uidiſſent, aut tonitrua audiuiſſent. qua re per augures nũciata, illi magiſtratus uitio creati eſſe dicebant̃, & ita ſe abdicare cogebant̃

Vitio, as. corrũpo, deſtruo, Lact. lib. vii. Aer uitiabit̃, ac corruptus & peſtilens fiet. Plau. in prologo Aulu. Eius filiã Lyconides uitiarat. Nam uitiatã uiginẽ dicimus, cũ pudicitiã amiſit, & uitiare eſt fœdare. Apul. Vtroq; oculo uitiatus. Hinc corpore uitiatos dicim⁹, qui cœci uel manci, ut̃ claudi nati, factiue ſunt. Hinc uitiatio uiolatio, corruptio. uitioſitas uero uitiũ dicit̃.

Vitupero, as, uitio aliquid do, quaſi uitiũ paro, Terẽ. Id iſti uituperãt factũ. Hinc uituperatio, quæ ſi cũ uerbo uenio, uel ſimilibus iungit̃, paſſiue accipit̃. Cice. ut propter eũ in ſermonem hominũ atq; in tantã uituperationẽ ueniret.

Vituperiũ, idem quod uituperatio. Cic. Vel etiam a uitio dictum uituperium,

Vituperones, idem qui & uituperatores.

Vitrum, materia tranſlucida, quæ ex arena & cinere fieri dicitur.

Viuo, is. xi. ctum. quaſi uim & uigorem habeo, quod licet abſolutũ ſit, dicimus tamen quandoq;, uiuo fœlicẽ uitam. Interdũ uiuere eſt lætam uitam agere. Huius uerbi compoſita ſunt Conuiuo, unde & conuiuiũ, pui uo, quod eſt uſq; ad finẽ uiuo. Plau. in Capt. Etiã ſi pui uo uſq; ad ſummã ætatẽ, tñ breue ſpatiũ eſt ꝓfruẽdi q̃ minitas, Reuiuo, a quo reuiuiſco, rurſus uiuus fio. Sup uiuo. Hiero. in Exod. Si uno die uel duobus ſuperuixerit, non ſubiacebit pœnæ. Huius uerbi frequentatiuũ eſt uicto, as. a quo fit uictito, as.

Viuere in diẽ dicunt̃, qui quotidie parant noua cibaria nihil reſeruãtes, nec recõdito utunt̃, hodie appetentes hoc, cras illud, quoꝝ uaria eſt uita & uictus. Cic. lib. v. Tuſcu. Non in diem uiuimus. Col. lib. iiii. Nec ꝓuidẽt futuro tempori, ſed quaſi plane in diẽ uiuant, ſic imperant uitibus, & eas ita multis palmitibus onerãt, ut poſteritati nõ conſulant.

Viuus, a. ũ. qd̃ uitã habet, q̃q; ponit̃ pro naturali. Virg. li. ii. Geo. Et uiua ſua plãtaria terra. Q̃q; ꝓ eo qd̃ uim aliquã habet, unde uiuũ lapidẽ dicim⁹ ignitũ, ꝙ uim habeat emittẽdi ignem. Q̃q; ꝓ ualido ac uehemẽti. Virg. Paulatim abolere Sichæũ Incipit, & tentat uiuo ꝑuertere amore. Hinc ſemiuiuũ, qd̃ mõ ſignificat ſemimortuũ, mõ debile ac uigoris exigui.

Viuax, ualidũ, uigoroſum, diu uiuens, & qd̃ abſumi non poteſt. Hinc uiuacior, uiuaciſſimus, uiuacitas, quæ eſt uigor ac robor, & uiuacia, æ.

Viuidus, a, um. quaſi uiuũ. Prop, Quatuor artificis uiuida ſigna boues, quaſi ſpirantia atq; uiuẽtia. Alias inter grũ. Plau. in Ru. Nõ uides me referre uiuidũ rete, ſine ſquãmoſo pecu, Legit̃ & uuidum.

Viuariũ locus, in quo uel aues uel piſces uel feræ cõtinẽtur, q̃ ad uictũ dũtaxat ptinẽt. Plini. Oſtrearũ uiuaria prim⁹ Sergius orata in Baiano inuenit. Idem leporariũ dĩ & roborariũ, ꝓprie tñ piſcinæ, ubi piſces cõtinẽtur, ſicut apiaria loca ĩ qbus aluei apũ tenent̃, q̃ meliſſones, & mellaria nominant̃.

Viuiradix uitis, q̃ cũ radice ſerit̃, quaſi uiuã radicẽ hñs, ad differentiã malleoli & talearũ. Pli. In arido ſolo ui uiradix quoq; fruſtra ſerit̃. Col. Sationis aũt duo ſunt genera, malleoli, uel uiuiradicis.

Viuipara dunt̃ ea q̃ animal pariũt, pe. cor.

Viuerra animal paruũ qdem, ſed magni uigoris, Muſtella ruſtica dicit̃. ut ait Strabo, ex Aphrica importata. His utunt̃ adoleſcẽtes ad extrahẽdas de parietũ nidis auiculas. Græce dicunt̃ γαλῆ. Ariſtoteles lib. ix. de aĩalibus. In pordoſelena uia interiacet, cui⁹ ultra alterũ latus gignit̃ gale, citra alterũ gigni nõ poteſt. Plin. in Pordoſelena inſula uiã muſtellæ nõ trãſeũt. Eſt aliud muſtellaꝝ ſylueſtriũ gen⁹, q̃ longe domeſticis maiores ſunt, a græcis ictides uocant̃. Ariſt. Ictis ſylueſtris muſtellæ gen⁹ eſt, magnitudine melitenſis catelli, ſed pilo, facie albedine partis inferioris & morum aſtutia muſtellæ ſimile eſt, manſueſcit maiorẽ in modũ, officit aluearib⁹. Genitale ei⁹ oſſeũ eſt. Sed ſylueſtriũ quoque muſtellaꝝ duo gña ſũt, alteꝝ ſub uentre ruffeſcit martẽ appellãt. Mar. Venator capta marte ſupb⁹ adeſt. Alteꝝ cãdidi⁹, & uiuerra uocat̃. Pli. Magna ꝓpter uenãtũ eoꝝ uiuerris gratia eſt, ĩmittũt eas in ſpec⁹, q̃ ſunt multiformes in terra, vñ & nomẽ aniali, ſcilicet cuniculus. Vtrũq; genus græci γαλαϲ ἀγρίας, noſtri ſylueſtres muſtellas nũcupant.

Vix aduerbiũ ſignificat cũ ui, ac difficultate, & labore. Virg. lib. ii. Geor. Vix humiles apibus caſias roriq; miniſtrat. Teren. Vix retraxi filiũ ab amore ancillæ. Aliquãdo ad tempus. Virg. Vix e cõſpectu Siculæ telluris

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in altũ Vela dabant læti.i.ſtatim.Idem.Et quos ſido/nia uix urbe reuelli.i.nuper.Aliquando ponit̃ pro nõ. Luca.Carcer uix carcere dignus.Ouidi. Vix Priamus tanti,totaq; Troia fuit.

Vix tandem ſignificat poſt multũ tẽporis. Cice. Appio Pul,Vix tandem legi literas dignas Appio. Virgilius. Vix tandem Ithaci magnis clamoribus actus Com/poſito rupit uocem.

Vlcus eſt recta & clauſa malignitas.Eſt em̃ ſanies cõcre ta intra cutem latitans,quæ ut propere abrupta cute erũpat emplaſtris ſupne alligatis ſolet cõfoueri.Vir/gili.li.iii.Georg.Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummũ Vlceris os,alitur uitiũ,uiuitq; tegẽdo. Vuln⁹ uero eſt hians, patẽsq; aptura corpis ictu facta,ulcera capitis manantia ſunt,q̃ græci ἀχώρας uocant,impe/ritum uulgus reumam.Quidam hoc nomen aſpiran dum putant,quoniam a græco originem trahat. Illi enim ἕλκω helcos dicunt.

Vlcero,as.pe.cor.dilanio, & q̃ſi ulcus facio.Hinc exul/cero,ulcus dilanio.Col.li.viii.Fere aũt p æſtatẽ ſic mu ſcis aures canum exulcerant̃ ſæpe ut amittant,p trã/lationem ſignificat exaſpero,exacerbo.Cice.Ita mihi animũ exulcerauit.

Vlciſcor, eris ultus uindico,& iniuriã non impunitam relinquo.

Vlex,frutex roris marini ſimilis,aſper,aurũ retinẽs.

Vligo,penl.pro.terræ humor,ex ea nunq; recedẽs, unde uliginoſus ager,qui ſemp eſt humidus. Humidus qui aliqñ ſiccat̃.Var.Solum oportet eſſe eruderatũ,& pro cliuũ,ut euerri facile poſſit,ac fieri purum. Non enim ſola uligo lanam corrumpit ouiũ,ſed etiam ungulas ſcabras fieri cogit.

Vllus a.um.quaſi un⁹ aliq̃s.quod nomẽ nunq; affirma/tiue ponit̃. Neq; em̃ dicimus ,ullus homo currit, ſicut aliq̃s homo currit,ſed ponit̃ uel negatiue,ut nõ eſt ul/lus qui curat,uel interrogatiue,ut eſt ne ullus qui cu rat̃ uel ſubiũctiue,ut ſi ullus me uocauit,ſtatim ueniã Ab ullus fit cõpoſitũ nullus.

Vlna cubitus ſeu brachiũ,quantũ utriuſq; manus extẽ ſio. Vlna inquit Seruius in Bucol.proprie eſt ſpatium inquantũ utraq; extẽditur manus.Dicta ulna ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, id eſt brachiis, licet Suet.unum cubitum ue lit eſſe tantũmodo.

Vlpicum,pe.cor.græci appellauere genus allii grandi⁹ inter pulmẽtaria ruris auctores Plini.& Col Quidã ul picũ uocant alliũ punicũ.Græci aũt ἀφόσκορδον appel lãt,lõge maioris uis q̃ alliũ.Plau.in Pe.Tu aũt plenior allii ulpici,q̃ romani remiges.Colu.Luna infra terrã ſit,qñ alliũ uel ulpicũ ſerimus,uel in tabulatũ reponi mus.Sic.n.neq; acerrimi ſaporis exiſtere neq; mãden tiũ halitus inodorare exiſtimant̃.

Vltra p̃poſitio eſt,cũ accuſatiuo deſeruit,& nõ niſi ſepa rata inuenit̃.Cuius elegãtiã oſtẽdit Salu.in Iug.Mau/riq; uanũ genus,ut alii aphricæ contendebant antipo das ultra Æthiopiã,cultu Perſaꝝ & iuſtos & egregios agere.Aduerbiũ eſt cũ ſine caſu ponit̃, ut aſſidue lego nihil ultra faciẽs.Et tũc ex ſe facit ulterior & ultimus Fit aũt ultra ab uls q̃ ueteres utebant̃,ſicut citra a cis.

Vltra famã.i.opinionẽ ſignificat perq̃ multũ,ſicut in/tra famã,quod eſt huic cõtrariũ.Quint.Hortẽſii ſcri/pta tantũ intra famã ſunt.

Vt coniunctio causatiua, ut Dedi tibi librum, ut legeres, idē, propter hanc causam. Cic. Len. Non illi quidē, ut mihi stomachum facerent. Interdum adiunctiua est. Plau. Is mihi suasit, ut ad te irem. Interdū elegātiæ causa ponitʒ. Cice. Inuitus feci, ut C. Flaminium de senatu eiicerē. Nihil em̄ significat, nisi inuitus feci. Interdū ponitur pro ꝙ. Ter. Nihil do, ut etiam impuratus ille me irrideat. Interdum est aduerbium tpis, & significat statim, postq̄, ex quo, q̄primū. Vir. Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidit. Idē. Turnus ut infractos aduerso marte Latinos. Interdū aduerbiū qualitatis, & significat quo modo. Vir. Vt uidi, ut perii, ut me malus abstulit error, id est statim postq̄ uidi, siue cū primum uidi, quo modo perii. Vñ amicos interrogamus, ut uales. i. qūo uales. Significat etiā qualitatē certam, & īcertam. Ter. in Adel. Non me hanc rem, ut erat gesta patri indicasse, q̄si dicat quo, quomō, bene, male. Aliqñ admirantis. Plau. in Ru. Vt in ocellis hilaritudo est? Et illud. Vt nunc fluctuat mare? id est q̄tum siue quo modo. Aliqñ similitudinis. Idē. Vt imbrices fluunt oculi. i. sicut. Qñq; ei postponitur ita. Cice. li. de Ora. Vt quisq; optime græce sciret, ita esse nequissimum. Vbi notandum, ꝙ licet quidam præceperint in hac iunctura ita, & ut semper respondere gradus. Oui. tamen li. Heroi. dixit. Vt ferus est, multoq; suis truculentior euris spectasset siccis uulnera nostra genis. Non em̄ siccioribus dixit. Ponitur nōnunq̄ pro utpote. i. tanq̄. Liui. Gens, ut in ea regione diuitiis ꝑpollens. Quandoq; pro quippe. Quint. Nec ignoro quos transeo, nec utiq; damno, ut qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid. Interdum significat ita ut, siue propter quod, uel q̄ propter, ut si dicam, quotidie ad me hospites ueniunt, ut inciam iam stomachari tantam frequentiam. Item aduerbium optandi, & ponitur, ꝙ utinam. Ter. in Heau. Vt illum dii, deæq; omnes perdant. Item significat secundum ꝙ. Quint. At uero orator, ut est semper ad dicendum paratus. Cice. Qui sermo, q̄ præcepta, quanta notitia antiquitatis, scientia iuris auguꝝ, multæ etiā ut in homine romano litteræ. Interdū significat quantum. Plau. in Asi. Vt nostræ fortunæ procedunt Libane. Ter. in And. Ego postq̄ te emi a paruulo, ut semper tibi apud me iusta, ac clemens fuerit seruitus, scis. Ponitur pro q̄uis. Plau. Vt illuc periculum ingens sit me tamen non terrefacit. Oui. ad Rufi. Vt desint uires, tamē est laudāda uoluntas. Pro q̄. Vir. Vt te post multa tuorum funera. Pro ne non. Teren. in And. Dies hic mihi ut satis sit, uereor ad agendum. Iungit modo indicatiuo, ut sustinui. Modo optatiuo, ut faciam. Modo subiunctiuo. Vir. Infandū regina iubes renouare dolorem Troianas ut opes & lamentabile regnum eruerint Danai. Ab ut fit uti, & addendo nam fit utinam. Sicut sicuti, uelut ueluti, Pro ut, id est sicut.

Vtut come se uoglia. Teren. in Adel. Immo hercle hæc quæso scire utut hæc facta sunt.

Vtcunq; similiter, significat quomodocunq;. Liui. Vt cunq; erit, iuuabit tamen rerum gestarum memoriæ principis terrarum populi me ipsum consuluisse.

Vtinam aduerbiū optantis. Qñq; etiā dicimus O utinā. Oui. O utinam tunc cū Lacedæmona classe petebat.

Vtputa significat quemadmodum.

Vtiq; aduerbium similitudinis, & quādoq; ponitur pro certe, uel prorsus. Quin. Solent huiusmodi negotiatores aliquid proprium, ac priuatū stipulari, utiq; cum rem alienā uendant. Hie. in prologo Para. Quæ utiq; in codicibus nostris non habentʒ. Suet. in Tito. Cæterū Titum, qui prope adstabat utiq; imperaturum.

Vtquid significat quamobrem, propter quid, ut quid repulisti nos in finem. Vt quid perditio facta.

Vtpote aduerbium confirmantis, & causatiuum, significat enim quoniam, quandoquidem. Salustius. Antonius aberat a bello, utpote æger, ac iacens. Ponitur etiam pro tanq̄. Sueto. in August. Ædes sacras uetustate collapsas, aut incendio absumptas refecit, easq; opulentissimis donis adornauit, utpote qui in cellam capitolini Iouis sexdecim millia pondo auri una donatione contulerit. Ambro. lib. i. Offi. Erat Isaac dominū timens utpote Habraæ indoles deferens patri honorē, id est quoniam, uel tanq̄.

Vter, a. um. significat quis unus ex duobus, poniturq; interrogatiue, ut uter uestrum fecit hoc? Infinite, ut scio uter uestrum hoc fecerit, id est quis unus uestrū hoc fecerit. Dicimus uter alterum. Plin. Vter alteri dixerit nescio. Similiter dicimus uter utri. Cice. Vter, utri insidias fecerit. Hinc fiunt composita quæ sequuntur.

Vterq; significat ambos, licet inter se differant, ꝙ cum utrunq; aliqd fecisse dicimus, & ab hoc, & ab illo separatim id factū intelligimus, ut uterq; sibi domū ædificauit, hoc est & hic ædificauit sibi domū, & ille. Cū uero ambos dicimus fecisse, ab utroq; coniunctim id factum ostēdimus, ut ambo sibi monumentū cōstituere hoc est, hic & ille simul una sibi cōmune monumentū fecere. Propter quod utrūq; alteꝝ uerberasse dicimus, hoc est hunc illum, & illū hunc uerberasse. Cic. Quoꝝ uterq; suo studio delectatus contempsit alterū. Quintilia. Cum enim uterq; alteri obiiciat, palā est utrunq; fecisse. Eodē modo utrūq;, utriq; aliqd fecisse dicimus. Ter. Quia uterq; utriq; est cordi. Ambos aūt alteꝝ uerberasse, uel ambos, uerberasse ambos non recte dicimus, quia significaretur ambos se ipsos uerberasse, sed ambo se mutuo uerberarunt. Augu. Vterq; significat ambos, & tamen singulari sono est, sed significatione duali. Nam cum dixit Virgil. Constit in digitos extemplo arrectus uterq;, duo significati sunt, cū dixit uterq;

cum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cum aũt arrectus noluit exprimere pluralitatẽ, ut sit in plurali utriq; Sed hoc interest quia licet uterq; duo significet, tamen solum duo. Vtriq; aũt duo significat, sed sic, ut in singulari multi sint. Si dicas utriq; exercitus duo significo, sed sic, ut in singulis turbam intelligi uolo, hæc quidem distincta sunt, sed item auctoritate confusa. Nam cum ait Virgi. Super utraq; quassa tempora, confudit, dicere enim debuit super utrunq; tempus, cum de duobus temporibus loqueretur.

Vterlibet, penultima cor. alter ex duobus, hoc est uter quem tibi cãpere libet.

Vteruis, uter quẽ tu uis. Sic quis, qlibet. Nihil em̃ est aliud quis, q̃ unus, quẽ tu uis, & qlibet q̃ unus qui tibi magis libet. Hoc.n. differunt, uteruis, & uterlibet, a quis & qlibet, q̃ illa unũ ex duobus significãt, hæc unũ ex pluribus. Ter. Abs quiuis hoĩe, cũ est opus beneficiũ accipere gaudeas. Quint. Periculosum & cũ cura intuendũ genus, q̃ si in ꝓponendo unũ quemlibet amiserimus, cũ risu quoq; tota res soluit, tutius sic iterrogare. si hæc actio non sit, quæ sit. Simul em̃ remouent omnia uel cũ duo ponent inter se cõtraria, quoꝝ tenuisse utrũlibet sufficiet. Ecce in eodẽ loco, utrũlibet & quodlibet usus est, altero, pro eo quod est unũ de duobus, altero, pro eo quod est unum de pluribus. Hiero. Adducentur ad Aaron, uel ad unumquemlibet filiorum ipsius.

Vtroq; aduerbium loci, hoc est ad unum aliquem locũ, & ad alterum. Liui. Vtroq; coloniæ missæ. Vtraq; per utrumq; locum.

Vtrobiq; cum accentu in antepe. ſcat utroq; loco.

Vtrinq; ex utroq; loco. Vtraq; per utrunq; locum.

Vtrum aduerbiũ, modo interrogãtis est. Plaut. Vtrũ id uerũ putas, an non? Modo dubitantis. Sen. Vtrum nobis id conueniat, animaduertendũ. Componitur quandoq; cum nam. Hie. li. R e. Et consuluerũt post hæc dominum, utrum nam uenturus esset illuc.

Vter, uteri, & uterus, uteri dr, quẽ alio noĩe locos appellãt, & uulgo falso matricẽ, cũ matrix sit fœmina, q̃ fœtus gratia tenet. Ser. Vterus est mulieꝝ aluus quo fordes effluunt, uenter q̃ uidet. Existimat Pli. uuluam dici in cæteris aĩalibus in muliere uterum. Ideo uterus dicitur quia cõtinet, & tanq̃ uter est, ad prægnantesq; pertinet. Q̃nq; tamen sumitur pro uentre. Vir. Vterũq; armato milite complent. Cecil. Nunc uter crescit, nõ potest celari. Huius diminutiuum est uterculus.

Vter, utris, ge. masc. pellis q̃ uinũ, aut oleũ deferri solet.

Vterculus pusillus uter, siue uessica. Plin. Et in uterculos congestus apum liquor, ore enim eum euomunt. Diminutiuum est ab uter pro uentre.

Vtriculos in farina uidetur Plinius accipere libr. xviii. quos Galli cisalpini redundaginem, in Venetia prouincia plæriq; subuentres uocant.

Vtricularius, qui inflat ex utre phystulam. Et a græcis ascaules dicitur. Sue. in Nero. Vouerat se prodituru hydraulam & choraulam & utricularium.

Vtor, eris. usus, usum habeo, & semper de rebus bonis, ac necessariis, nec non de diuinis, inanimatisq; dicitur, ut utor domo, diligentia, consuetudine, studio, & huiusmodi. Ter. Scio te non esse usum aũ hac amicitia mea Sed cum de personis loquimur accipitur pro conuersari. Cice. Len. Trebonio multos annos utor ualde familiariter. Inde usus pro conuersatione. Quin. Mulierem, cum qua longus illi fuerat usus. Et quia aliqua re utimur, ut ex ea fructũ percipiamus, factum est, ut dicamus usum pro utilitate. Construitur q̃nq; cum accusatiuo. Cic. lib. Acad. Et quæ a superiobus acceperant utebant. Var. Vtile utamur potius, q̃ ab re abutamur. Huius composita sunt Abutor & Coutor.

Vtensile pe. cor. quod est ad usum necessarium. Col. lib. xii. Vtensilia, quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolit. Vtensile uas in quo utile aliqd reponit.

Vtilis, & utibilis homo dicitur quo utamur. Sed de re potius dicimus sicut utensile.

Vtica, penul. cor. ciuitas Aphricæ, distans a Carthagine xxx. milia passuum, apud q̃ Cato se interemit. Vndé & uticensis dictus est.

D ante D

Vuã est, q̃ in uite fit, dicta ab uuido. Aliqũ ponit ꝓ uite. Virgi. Et turpes auibus prædam fert uua racemos. Et uua morbus quẽ græci staphylem uocant. i. inflammatio, est ei⁹ partis, q̃ in ore columellæ dr, & staphylophoros ab Aristotele. Distenditur hæc & luteo colore subrubescit acino persimilis. Est aũt uua id, qd in fine palati dependet, circa fauces, ut inhiante hoĩe conspicit. sic dicta, quia ut uua dependet, & humiditate uariatur, & est uocis moderatrix. Serenus. Ægrescũt teneræ fauces, cum frigoris ora uis subiit, uel cum uentis ágitabilis aer uertitur, atq; ipsas flatus grauis inficit uuas. Sub uua est minor lingua quæ Epiglossis dicitur. Dicitur etiam uua de apibus, cum collectæ in modum botrionis dependent. Col. Cum examen glomeratum in proximo frondentis arbusculæ ramo consederit, animaduertito, an totum examen in speciem unius uuæ dependeat. Plini. lib. xi. Tunc ostenta faciunt priuata, ac publica uua dependente in domibus, templisq;. Virg. Et densis uuam demittere ramis. Ser. Vuam demittere, id est in morem uuæ botrionem defluere.

Vuidum, humidum, pingue, quod præcipue habet aliquid humoris intrinsecus, unde & uua dicta. Humidũ quod habet humorem extrinsecus.

Vulcanus deus ab antiquis putatus est, quo significatur ignis, q̃ canus per aera uolet. Volat enim flamma, & candida est. Hic & mulciber appellat, q̃ ferꝝ mulceat. Fingũt enim pbetæ hunc fuisse deum, Iouis ex Iunone filiũ. Qui faber Ioui fulmina contra gigantes fabri cauit. Hinc uulcaniæ insulæ appellatæ sunt.

Vulcanius, a. um. possessiuum ut insulæ Vulcaniæ, & arma uulcania.

Vulcanum in cornu conclusum geris, significat ignem in latena portas.

Vulcens, tis. sine s. post l. & per u.

Vulga, sacculus scorteus, siue ex alia materia, in quo pecuniã, uel alia uitæ necessaria ferre solent hoĩes, dicta q̃ nũmos, aliasq; res inuoluat. Lucil. In uulgã penetrare pilosam. Var. Vt uiaticũ ex arcula adderẽ in uulgã. Hæc ẽt a ueteribus bulga dr. Est & uulua, siue uulga folliculus ad brachium pendens, gerendæ pecuniæ gratia. Lucil. Cui neq; iumentũ est, nec seruus nec comes ullus bulgam, & quicquid habet nummoꝝ secum habet, cum bulga cœnat, dormit, lauat. Quãdoq; ponitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pro uulua, & econtrario uulua p̃ sæculo. Idem. Ita, ut quisq; nostrum e bulga est matris in lucem editus.

Vulgus neutri generis, & indeclinabile. Et uulgus, uulgi mascul. gene. significat multitudinem ignobiliorem. Virg. Sæuitq; animis ignobile uulgus. Cice. Saturnum maxime colunt uulgi. Virgil. In uulgum ambiguas & quærere conscius arma. Et a uoluẽdo quidam dici putant, q̃ stulte huc, atq; illuc uoluatur.

Vulgo, aduerbialiter positum significat passim, per omnes, cateruatim. Vir. Hinc lætis uituli uulgo moriũtur in herbis. Vulgo concepti dñr, qui patrem demonstrare non possunt, uel qui possunt quidem, sed eũ habent, quem habere non licet. Qui & spurii uocantur.

Vulgaris, & hoc gare. quod est uulgi, hoc ẽ uile, ac commune, unde & respõdet singulari. Ci. in arte ueteri. Magna, an parua, facilia an difficilia, singularia sint, aut uulgaria, uera an falsa. Aliquando uulgare dĩ, quod est tritum & consuetum. Quin. Simul ne uulgarem uiam ingressus, alienis tandem uestigiis insisterem.

Vulgo, as. in uulgus do, & quasi multis audiẽtibus, ac nõ tacituris dico, & cõmune oĩbus facio, manifesto, uile habeo. Vir. li. x. Quid me alta silentia cogis Rumpere, & obductũ uerbis uulgare dolorem. Lact. lib. vii. Quæ uaticinia eo⁊ cum paulatim fama uulgasset. Liui. li. i. Sunt q̃ laurẽtiam uulgato corpore lupam inter pastores uocatam putent. Plau. in Am. Cui me absente corpus uulgauit suum. Huius cõposita sunt Diuulgo. euulgo, quod est extra in uulgus exeo. Liui. li. ix. Ciuile ius repositum in penetralibus pontificũ euulgauit. Inuulgo. Gel. Labris foras editis inuulgaret. Peruulgo, ualde uulgo. Teren. Vbi rem sciui, cœpi inhumanius, neq; ut animum decuit ægrotum adolescẽtuli tractare, sed ui, & uia peruulgata patrum quotidie accusabam.

Vulnus. Vide in dictione Vlcus. Inde

Vulnero, as. saucio, uuln⁹ infero. Transfert q̃q; ad aĩm, & significat ango. Vnde & uulnus animi, pro angore accipitur, seu damno. Pli. Maximũ illi fortuna uulnus intulerat, duobus filiis immatura morte sublatis.

Vulnerarius medicus chirurgus, qui uulnera curat. Vulnerarium emplastrum, quod uulneribus imponitur.

Vulpes, & uolpes animal teste Varrone, q̃ pedibus uolet. Huius dim. est uulpecula. Hor. Forte per angustam tenuis uulpecula rimam. A diectiuum uulpinus, a. um. quod est a uulpe. Suet. Vbi leonis pellis deficit, uulpina insuenda est. Aliquando ponitur pro astuto. Plaut. Vulpinus animus, ne quid moliatur mali.

Vulpinor, aris. significat mẽdaciis ac fraudibus uera peruerto, siue effugio. Tractũ ab intorto uulpium cursu.

Vulpio, onis. dolosus, palpator, ueterator, lingua quoq; uernacula retinemus. Apul. in Magia. Etiam cum matri blandirere tũ iam tũ uulpioné, & impium fuisse.

Vulsinus, pe. pro. lacus, a Vulsini oppido, cui adiacet nominatus, in Ethruria, piscium fertilis. Vulsini enim oppidum fuit opulentissimum, a quo Vulsinenses dicti.

Vultur apud antiquos uarie declinatũ est. Na & uultur, & uulturis, & uulturius dicebat. Nũc in usu est uultur. Enni. Vulturis in syluis miseꝛe mãdebat homonẽ. Catul. Lingua execta auido sit data uulturio. Ci. Duo uulturii paludati. Auis rapax, carniuora, a uolatu tardo, dicta q̃ propter magnitudinẽ corporis tarde uolet. Plinius scribit esse transmarinam auem cadauera sentire & triduo, aut biduo illuc p̃uolare, ubi cadauera futura sunt. Plaut. in Tru. Iam q̃si uulturii triduo prius p̃diũ nabant, quo die esuri sient. De hac aue sic scribit Ambro. Negãt uultures indulgere cõcubitui & iugali quodam usu nuptialisq; copulæ sorte misceri, atq; sine ullo masculo⁊ cõcipere femine & sine coniũctione generare, natosq; ex his in multã ætatem uitæ p̃cedere, ut usq; ad centũ annos uitæ eo⁊ series p̃ducatur. Hinc ad captatores, & bona defuncto⁊ inhiantes translatũ est nomen. Mar. Cuius uulturis hoc erit cadauer. Penna uulturis subiecta pedibus adiuuat parturientes. Pli. Aquilæ clarius q̃ nos cernunt, uultures sagacius odorantur, liquidius audiunt talpæ. Græci γύπας uultures appellant. Est & uultur mons in Apulia.

Vulturnus uentus, q̃ ab oriente hyberno spirat. Dictus a uulturis uolatu ut quidã aiunt, qm̃ alte resonat, græci euronotum uocant, q̃ inter notum & eurum sit. Hoc noie etiã dictus est fluuius, q̃ per Campaniam labens, haud longe a Cumis mergitur, quod & uulturnum dicitur. Sil. lib. viii. Fluctuq; sonorum uulturnum.

Vulturnum oppidum Campanorum est, & fluuius, de quo modo est dictum.

Vultus, a uolo, uis, sicut a colo cultus, proprie scat uolũtatem hoĩs, quæ pro motu animi in facie ostenditur. Cum facies sit ipsa oris species quæ permanet, uultum sibi fingere multi possunt, formam nemo. Lucre. li. iii. protulit uulta neu. genere. Sed quos utriusq; figuræ esse uides mixtim referentes uulta parentũ. Vultus aũt in nullo animante est præter hominẽ. Huius dimi. est uulticulus, quo usus est Cicero.

Vultuosus, tristis. Cice. de opti. gñe dicendi. In quo cum effeceris, ne quid ineptum sit aut uultuosum. Hinc aduerbium uultuose, quod Dona. usurpat pro eo quod est indignãter, facie mœsta, & fronte subducta, & cum gestu rebus accommodato. Vultuosa frons apud Apulei. pro mœsta accipitur. Ait enim lib. iii. Met. Longe dissimilis aduenit, non læta facie, sed uultuosam frontẽ rugis insurgentibus adseuerabat.

Vulua, seu uolua, idem quod uterus & loci, & matrix uulgo dĩ, licet falso dicta, q̃ fœtus inuoluat. In ea em̃ conceptus fit, & fœtus continet. Hanc multi ex Romanis ex porca in deliciis habuere, q̃ duplici nomine appellabatur, Eiectitia scilicet porcaria. Eiectitia a partu eiecto, siue enecto. Porcaria ab edito. Eiectitiam Plinius optimã esse ait, q̃ fuerit porcæ occisæ, cũ eiectus siue enectus est partus. Porcariam cũ editus est, meliorq; erat eius, q̃ peperisset q̃ uirginis. Nam a partu statim suem primiperam interficiebãt, tum habendæ uuluæ gratia, tum ut sumen optimũ efficerent. Mart. Te forte tasse magis capiet de uirgine porca, Me materna gra ui de sue uolua capit. Apitius sterilem commendat. Quandoq; accipit uulua p̃ ore uuluæ. Iuue. Adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ. Plinius quoq; boletorum prorumpentium in oui speciem album illud in uolucrum uoluam nuncupat.

Vxor, quasi unxor, ab ungendo. Nam cum puellæ nuberent apud ueteres, ac mariti domum intrarent, axungia postes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gia postes ungebãt,putãtes ex hoc oĩa mala ab ea domo arceri,uel q̃ loto maritos ungebant.En. Exin Tarquinium bona fœmina lauit,& unxit. Ser.in cõ.li.iiii. Æneid.sic habet. Mos fuerat, ut nubẽtes puellæ simul cũ uenissent ad limen mariti,postes anteq̃ ingrederẽt, ornarẽt laneis uittis,& oleo ungerẽt.Et inde uxores dictæ sunt,quasi unxores.Pli. quoq; scribit nouas nuptas lupino adipe postes inungere solitas,ne quid mali medicamenti inferretur.Tribus aũt modis uxor habebatur,usu,farreatiõe, coemptione,sed farreatio solis pontificibus conueniebat,quæ aũt in manũ per coemptionem conuenerant hæ matres familias uocabant, quæ uero usu uel farreatione minime, coemptio uero certis solennitatibus peragebatur, & sese in coemendo interrogabant inuicem. Vir ita an mulier sibi materfamilias esse uellet,ille respondebat uelle. Itẽ mulier interrogabat an uir sibi paterfamilias esse uellet,ille respondebat uelle, itaq; mulier uiri conueniebat in manum & uocabant hæ nuptiæ per coemptiõem, & erat mulier materfamilias uiro loco filiæ. Huius diminutiuum est uxorcula. Hiero.ad Oceanum. Tu mihi olim emortuam de sepulchro uxorculam protrahis.

Vxorius, a.um.quod ẽ uxoris,uel quod ad uxorem pertinet,ut res uxoria.Aug.lib.ii.Con. Non curauit hæc quametus erat,ne impediretur spes mea compede uxoria. Aliquando uxorius dicitur, qui uxori nimis inseruit. Vir. Pulchramq; uxorius urbem extruis.

Littera semiuocalis

X est, quæ uim duplicis consonantis habet, pro qua modo cs,modo gs, primitus utebantur, ut apecs,grecs, pro quibus nunc apex grex dicimus. Sciendũ q̃ x. transit in u. consonantem, ut Nix niuis, in ct.ut nox noctis. Et in aspirationem subit, ut ueho, uexi. Quotienscunq; autem hæc præpositio ex, componitur cum dictione incipiente a uocali,uel c.p. t. & s. remanet integra. Sed quando cum s. abiicitur s. ut Exaro. Exigo. Exeo. Exoleo. Exuro. Excutio. Explodo. Extraho. Exequor. Expes.

X ante A

Xanthus,latine flauus dĩ. Quo nomine dictus est fluuius troianus q & Scamander dĩ. Nã q̃ in campis troianis proxime flumen arméta rufa,& pecora leucophea nascunt,flumen ideo Ilienses Xanthum appellauisse dicuntur. Est & nomen uiri & nomen urbis Lyciæ a fluuio sic nuncupatæ.Et nomen equi Hectoris.

Xanthii populi Asiæ, qui cum eorum urbs ab Harpago præfecto Cyri obsideretur uxores suas,ac seruos & omnes opes in arcem posuerunt, deide adhibito igni cremauerunt, ipsiq; in bello irruentes cuncti cecidere.

Xanthicus aprilis mẽsis hebræoꝝ lingua appellatus est.

Xantho fuit una ex nymphis Oceani, & Tethyos filia. Vir.lib.iii.Geor.Drymoq;,Xanthoq;.

Xanthippe, nomẽ uxoris quærulæ Socratis philosophi.

X ante E

Xenos latine hospes,siue peregrinus. Xenia hospitalitas amicitia externorum.

Xenium hospitale. Vsi & pro munere quod hospiti mittebatur accipi solet. Vnde Iuppiter hospitalis,& Martia.li.xiii.in quo eiusmodi munera distichis describit, xenia noĩauit, q̃ uersus ipsos pro xeniis mitteret. Oĩs in hoc gracili xenioꝝ turba libello Cõstabit nummis quatuor empta tibi.Quatuor est nimium? poterit cõstare duobus.Et faciet lucrũ bibliopola Tryphon Hæc licet hospitibus, pro munere disticha mittas, Si tibi tã rarus,q̃ mihi nũmus erit. Huius diminutiuum est Xeniolum paruũ xenium. Apul. Commodum meridies accesserat, & mittit mihi xeniola porcum optimum, & quinq; gallinulas,& uini cadum in ætate præciosi.

Xenodochium,& xenodocium hospitale locus publicus quo peregrini,& hospites hospitaliter recipiuntur, ξένος hospes, δοχεῖον receptaculum, quasi hospitum receptaculum.Hiero.Xenodochium in portu Romano situm totus pariter mundus audiuit. Alio nomine xenodocia dicuntur xenones.

Xenocrates pe. cor. nomen philosophi Chalcedonii auditoris Platonis, qui in academia Speusippo successit, & uigintiquinq; annis docuit.Fuit tardus ingenio adeo ut cũ illũ Plato Aristoteli cõpararet alteꝝ freno,alteꝝ calcaribus idigere dicebat. Hic sophoꝝ seueriſſimus extitit. Ferunt cũ Phryne nobile scortum dedita opera a quibusdam intra eiꝰ cellam missa esset, atq; ab eo orans lectuli partẽ accepisset,demũq; imperfecto opere discessisset, dixit se non a uiro, sed a statua uenisse. Eius uerbis tanta fides adhibebatur, ut cum iniurati nullius testimonium admitteretur, huic soli iurato crederetur.Hunc Athenienses aliquando uendiderũt, ut ita in exilio degens frangeretur. Obiit secundo,& octogesimo ætatis suæ anno, cum noctu forte in sartaginem offendisset, fuit & alius hoc nomine.

Xenodotus, fuit historicus patria Troezenus.

Xenodorus, quasi ξένος,id est peregrinum, quod & egregium denotans,& δῶρον donum, fuit nomen statuarii nulli ueterum cælandi arte postponendi.

Xenophanes pe.cor.poeta Colophonius,qui cõtra Homerum & Hesiodum elegias scripsit. Fuit & alter Xenophanes,ex Lesbo poeta Iambicus.

Xenologos ξενολόγος, latine dicitur congregans milites externos.

Xenophon nomen phi,& ducis insignis Athenienſis,Socratis discipulus,& Platonis æmulus fuit,speciosus,moratus, & oĩbus gratus. Hic primus oĩum philosophoꝝ scripsit historiam. Exercitum quoq; ex ultimis Babyloniæ finibus, per aspera, & difficillima itinera incolumem in patriam reduxit.Fuere & alii Xenophontes.

Xenophilus, penul. correpta nomen musici chalcidensis pythagorici,de quo Valer.Max. Biennio minor, q̃ Gorgias,qui centum & quinq; uixit annis Xenophilus chalcidensis pythagoricus,sed fœlicitate non inferior Siquidem,ut ait Aristoxenus musicus, omnis incommodi humani expers summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est.

Xerampelinæ uestes, ut ĩqt Probus,fuerũt ad usum matronarum ampelini coloris, qui inter coccinũ, muriceum medius est.ξηρόν siccũ significat. Itaq; xerampelinus coloris esse creditur, quem uulgo rosam siccam nominamus. Alii xerampelinas dũt latine dici Atra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

baticas, hoc eſt quæ colorẽ atrum.i.nigrum habent.
Xerolophus, pe.cor. dici poteſt ſiccus tumulus ξηρὸς ſiccus, λόφος tumulus. Namq; ex lapidibus conſtrui conſueuerãt principũ tumuli. xerolophon etiam colũna erecta, ut quidã aiũt in qua annulares ſunt ſcalæ dicta Mineruæ in qua incidebantur epigrammata, & aliquando oracula ſacrificiaq;. Xeros nanq; lapis eſt ſine cælo fabricatus, λόφος locus erectus, hoc eſt tumulus.
Xerolibya, latine ſiccalibya dicitur.
Xerophagium, comeſtio ſiccorum ciborum.
Xerophthalmia arida lippitudo, cuni nec tumẽt, nec fluunt oculi, ſed graueſcunt.
Xeria emplaſtra ſicca, ſicut hygremplaſtra uocantur liquida emplaſtra.
Xerxes, latine dicit̃ bellator, unde Artaxerxes magnus bellator, fuit Perſarum rex qui contra Athenieſes magnum collegit exercitum. Tradunt ſcriptores numerum copiarum terreſtrium, quas in Græciam duxit Xerxes, fuiſſe clxx. myriades, id eſt decies ſepties centena milia. Myrias enim numerus eſt continens decem milia. Tranſiuit eius exercitus per ſeptem dies, totidemq; noctes nullo tẽpore intermiſſo. Sed nauali prælio a Themiſtocle græcorum duce uictus, rex ipſe cũ paucis aufugit. Fuit filius Darii regis, ex Atoſa Cyri filia. Hanc hiſtoriam Herodotus late ſcripſit.

Ξ ante Ꝛ

Xylon græce, latine lignum. Vnde xylobalſamum, lignum balſami.
Xylinum, quod & xylon dicitur.i. quod uulgares bambatium dicunt. Vnde xylinæ ueſtes.
Xylocaſia, lignum Caſiæ.
Xylophagus, pe.cor. uermis qui albus, obeſus, nigello capite eſt, ac naſcitur in ligno ex carie, lignum corrodens In Ponto & Phrygia comeditur, ut auctor eſt Hie. contra Ioui, Et quomodo inquit, apud nos ficedula, & attagen, mulus, & ſcarus in deliciis cõputantur, ita apud illos ξυλοφάγον comediſſe luxuria eſt.
Xyphis, græce ξίφος ſignificat enſem. Vnde xyphiæ ſtellæ ex cometarum genere in mucrones faſtigiatæ. Itẽ xyphiæ piſces marini ex cetorum genere, ut balenæ thynni & gladii dicuntur.
Xyſtus, a græcis dicitur porticus ampla latitudine exercitatiõi accõmodata, in qua athletæ, per hyberna tpa exercentur. Hinc xyſtici dñr athletæ in xyſtis pugnantes, ſeu a xyſto ſpiculo. Suet. in Aug. Nec tñ eo minus, aut xyſticorum certationes aut gladiatorũ pugnas ſeueriſſime ſemper exegit. Xyſtici etiam dñr, qui xyſto ludunt. Significat eñ xyſtos ſpiculũ, uel haſtile, telum, unde xyſtophorus latine ſpiculator. Interdũ xyſtus ſumitur pro ambulatione, in qua arbuſculæ ſunt in plurimas ſpecies effigiatæ. Pli. Ante cryptoporticũ xyſtus eſt uiolis odoratus. Aliter Pli. li. v. Epi. Ante porticum xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctuſq; buxo. Idem. Non tam ſtatuarũ, & tabularum pictarum ornatu ædes ſuas, q̃ xyſtis & nemoribus excoluit. Vict. Latini xyſta ambulationes appellant, quas græci paradromidas dicunt. Cic. in Bruto. Cum ambularem in xyſto, & eſſem ocioſus domi. Quando uero xyſtus adiectiuum eſt, ſignificat ornatum, terſum, politum.
Xyſtis, urbs Cariæ, a qua Xyſtiani dicti ſunt populi, ut ſcribit Plinius.
Xyſticus, a.um. ut exercitatio xyſtica, & athletæ xyſtici, a xyſto ſpiculo uel haſtili ſeu etiam a xyſto porticu.
Xyſtophorus, latine ſpiculator dicitur.

Littera muta eſt: pro

Z qua primitus nõnunq̃ ſimplex ſ. ut Sacynthus, pro ζάκυνθος, ſethus pro zethus. Qñq; duplicatũ ſcribebamus, ut patriſſo, pro πατρίζω, pytiſſo pro πυθίζω. Aliquando pro illa d. ponebamus, ut Medentius, pro Mezentius, zeta etiam ſiue zetecula diminutiuũ apud Plinium in Epiſt. Erat locus capax unius lecti cũ ſellis duabus qui uelis obductis, & reductis modo adiicitur cubiculo, modo auferẽ. Nomẽ qñ tribus e partibus feneſtras & proſpectus habeat, atq; ſolem multipliciter accipiat, quaſi ἀπὸ τοῦ ζέειν quod eſt ferueſe. Quando & heliocaminus in ipſa zeta ponitur, hoc eſt uaporarium quoddam ſolare, non ad ignis uſum, ſed ad ſolis uelut quod uulgo luminare dicitur, & in Paduana Gallia Lucerio, uel ἀπὸ τοῦ ζῆν, ꝙ in ea cõmodiſſime uiuatur, ut quam delicias, & amores ſuos nocet Cæcilius, ſicut a conuerſatione uictuq; diæta. De heliocamino Vlpianus in ſeruitutibus urbanis. Si arbor inquit, heliocamino, uel ſolario ſolem adimat, dicendũ erit, quia umbram facit in loco cui ſol fuit neceſſarius, contra ſeruitutẽ impoſitã fieri. De zeta Lampridius. Indicos odores Heliogabalus ad uaporandas zetas ſine carbonibus iubebat incẽdi. De zetecula Plinius. Mox zetecula refugit, quaſi in cubiculum.

Ʒ ante Ꝛ

Zazynthos, inſula Ionii maris parua, cũ urbe eiuſdẽ nominis, a Zazyntho Dardani filio, in qua imperauit dicta, cuius incolæ Zazynthii uocantur. De hac Vir. li. iii. Iam medio apparet fluctu nemoroſa zazynthos.
Zageius mons, qui nunc Orontes uocatur.
Zagrus, ut inquit Strabo, mõs eſt quo Media a Babylonia diuiditur, & interiora Indiæ percurrit.
Zacanthei, fuerunt zazynthio coloni in medio Pyrenei montis ſiti, & iuxta fluuium Hybeq; habitantes.
Zacharias, nomen prophetæ proprium.
Zai litteta hebraica, quæ ponitur loco z.
Zamolſis, teſte Herodoto libro iiii. hiſto. fuit Pythagoræ ſeruus, cui Getæ (putantes illum Saturnum eſſe) ſacrificia impendebant.
Zancle Peloponnenſe oppidum fuis in regione Meſſania, in qua ipſa Meſſene. Fuit & Zancle oppidum Siciliæ a Meſſeniis condita in Pelori ſinu, ubi ab oriente maxime flectitur, quã a ſuo nomine dixerunt Meſſanam. Hinc Zanclei Meſſeniorum apud Plinium. Et Zanclea charibdis. Vel a fonte dictam urbem putant, uel ab occultata ibi a Saturno falce, quam lingua Sicula zanclon uocant, uel a gigante Zancle, uel a loci curuitate. Curua enim zanclia uocant.
Zancleum, ſaxum in freto Siculo dictum a Zancle pro pinquo Siciliæ oppido.
Zame, ut inquit Pli. li. xxxi. fons in aphrica, ex quo canoras uoces fieri tradit Varro. Vbi pueros ait Victru. ad hoc munus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hoc munus quæri à regibus & calaſtros appellari.

Zamiæ, tãmuli in arbore qui alios ledũt a græcis ζημιαι, uerſa littera η. in α. more Dorico. Plin. lib. xxi. de pinu. Quæ ſe in arbore ipſa diuiſere uocant zamiæ, lædũtq; cæteras niſi detrahantur.

Zazynthus inſula eſt libera prope Cephalleniam Ithacam & Dulichium quæ omnes inſulæ ſub Vlyſſis dicione fuiſſe memorantur. Pli. lib. iiii. ſcribit Zazynthũ fertilitate præcipuam fuiſſe cum oppido magnifico quæ aliquando appellata Hyrie ſit.

Zariaſpa, ciuitas, de qua Strabo. Bactra inquit, quam & zariaſpen uocant. Apud Ptolom. diuerſa eſt bactris, a qua Zariaſpæ populi.

Z ante E

Zea genus frumenti ſimile farri, q̃ uulgo ſpelta dicitur. Ex hac fit Alica. Et zeatico, hordeaceoue cibario, qui ſunt principũ equiſones equos alere conſueuerunt.

Zedoron, dicitur terra zean donans.

Zelo, as. & zelor deponens, ſignificat æmulor. Aug. lib. i. Confe. Vidi ego, & expertus ſum zelantem paruulum, nec dum loquebatur, & intuebatur pallidus amaro cõſpectu collactaneum ſuum. Ponitur interdum zelari, pro iraſci, ſecundum illud, quod per prophetam dicit. Indignatione magna zelatus ſum Sion. Et zelare eſt imitari, ut illud. Neq; zelaueris facientes iniquitatem.

Zelus, modo inuidiam, modo amorem, modo æmulationem ſignificat.

Zelotes, pe. cor. idem eſt quod æmulator. Vnde Simon apoſtolus dictus eſt zelotes, quandoq; dicitur amator Et ſic dominus noſter appellatur, quoniam ita nos amat, ut nolit fornicari poſt deos alienos.

Zelotypus, penultima correpta zelator, ſeu æmulator formæ. Nam ζῆλος æmulatio eſt, τύπος forma. Qui igitur ita amat, ut ſollicitus ſit, ne quis amore ſuo perfruatur, zelotypus eſt. Iuuena. Ponere zelotypo iuuenis prælatus hiarbæ. Zelotypia, ægritudo animi, ex eo proueniens, q̃ timeat, ne adſit alteri, qd̃ cũ nemine ueſtis habere commune.

Zeno philoſophus Cittieus ex Cittio Cypri ciuitate, Stoicorum ſectæ cõditor, tanto in honore apud Athenienſes habitus, ut apud eum claues urbis deponerent, ornarentq; ipſum aurea corona, & imagine ærea. Hic adoleſcenti cuidam inepta multa loquenti ait. Ideo duas habem⁹ aures, os aũt unum, ſcilicet ut multa audiamus, pauca uero loquamur. Hic nunciato naufragio bonorum ſuorum, dixit, iubet me fortuna expeditius philoſophari. Deceſſit nonageſimo ætatis ſuæ anno, ſine morbo. Nam ut ferunt, cum abiret ex ſchola lapidem offendens digitum perfregit, mane uero terram feriens, illud ait, ex Niobe. Venio, qd me uocas? continuoq; ſe ſtrangulans interiit. Fuit & alius Zeno Eleates, quem dialecticæ inuẽtorem fuiſſe ſcribit Ariſtoteles. Huius celebratiſſima fuit in peferendis cruciatibus patientia. Qui cum adoleſcẽtes nobiliſſimos cupiditate liberandæ patriæ inflammaſſet contra Nearchum tyrannum, facto indicio comprehenſus tradituſq; eſt tortoribus torquendus. Qui cum laceraretur, ut conſcios coniurationis nominaret, neminem illorum nominauit, ſed amicos intimoſq; tyranni partices coniurationis eſſe dixit. Deinde cum quippiam ſe in aurem tyranni loqui uelle ſignificaſſet, eam mordicus correptam, non ante dimiſit, q̃ rapta aure populatum caput reliquiſſet. Sed cum complices coniurationis proferre cogeretur, cõciſam dentibus linguam in os tyranni conſpuit. Quo facto ciues tyrannum lapidauerunt. Fuit & alius Zeno philoſophus epicureus Ciceronis ſynchronus, id eſt contemporaneus, de quo idem Cic. lib. i. de fin. meminit, & eum cum Attico frequenter audiuiſſe Epicuri ſentẽtias explicantem. Fuere & alii Zenones, quos hunc prætereo.

Zenobia, fuit mulier, quæ a Ptolemæis originẽ ducens, græcis, ac latinis litteris ornatiſſima, nec non & rebus bellicis celeberrima, in Palmira Syriæ urbe regnauit. Hæc cum Saporem Perſarum regem ſuperaſſet, tandem ab Aureliano Auguſto uicta, Romam in triumphum ducta fuit. Quæ in urbe ſummo in honore conſenuit, a qua Zenobia familia nuncupata eſt.

Zephyrus, pen. cor. fauonius uentus occidentalis. Flat eũ ab occaſu æquinoctiali aduerſus eurũ, quaſi ζωηφόρος uitã ferens, uel quia fert, quæ ſunt ad uitam. Eo ſane plantæ oẽs germinant, & pullulant, uel ab eo quod eſt ζέω feruco, cõplexione frigidus & humidus temperate tũ, hyemes aũt reſoluit & germina floreſq; producit, flat ſuauiter, & placide, & a meridie uſq; ad noctem, a principio ueris uſq; ad æſtatis finẽ, a dextris eius aphricus ponitur q̃ tempeſtuoſus fulmina, & tonitrua generat, a ſiniſtris chorus qui in oriente nebuloſum aerem facit cum ſerenum faciat in occidente.

Zephyrium uero promontorium eſt.

Zethis fuit filius Boreæ, ex Orithyia, & frater Calais.

Zethus, cum h. & u. fuit Iouis ex Antiopa filius, & frater Amphionis.

Zeugma, is. latine connexio, ſiue adiunctio dicitur. Figura cum plures ſenſus uno connectũtur uerbo, quod tribus modis fit. Aut præpoſito uerbo, ad quod reliqua reſpiciant, ut uicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amẽtia. Aut uerbo poſtpoſito, ut neq; is es Catilina, ut te, aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore reuocauerit. Aut in medio ſenſuum poſito uerbo, ut Troiugena interpres diuum, &c. Ænei. iii.

Zeuſis, latine iugatio dicitur. Quo noĩe appellatus eſt clariſſimus pictor Heracleotes, qui in certamen picturæ cũ Parrhaſio deſcẽdit. Ferũt hic pinxiſſe puerũ uuas ferentẽ, ad quas cũ aduolaſſent aues, iratus erit mira ingenuitate operi ſuo, & dixit. Vuas melius pinxi, q̃ puerum. Nam ſi hunc conſummaſſem, aues timere debuerant. Hic etiam pinxit Helenæ ſimulachrum.

Zeuxo fuit (teſte Heſiodo) una ex nymphis, filia Oceani, & Tethyos.

Z ante I

Zigæna, nomen piſcis maritimi, ut eſt apud Ambroſium. Quid gladios loquar, aut zigænas.

Zigarum ea terra fertur ex qua populi exierint, qui noſtra ætate cũ liberis & uxoribus Europam peruagantur zigari appellati inſignes fures, & ſine tecto uiuẽtes.

Zinziber, radix. Et apud nos immutatis litteris dicimus Genziber.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ziph, nomen uici, a quo ziphei dicti sunt, de quibus in lib. ii. Regum fit mentio.

Zizania, zizaniæ, & zizanium, zizanii, quid significet, Ambrosius lib. Hexa. declarat dicens. Lolium, & reliqua adulterina semina, quæ frugibus sæpe miscentur, zizaniam nuncupari, euangelii lectione cognouimus sed ea proprium quoddam genus habent, nam ex tritici semine in aliud genus seminis de colora mutatione translata degenerem traxere naturam, hoc docet dominus dicens. Venit inimicus, & superseminauit zizania, inter triticum.

Zizyphus, pen. cor. genus arboris, quam nostrates zibebos uocant, zizypha fructus dicuntur. Pli. lib. xv. Æque peregrina sunt zizypha, & tuberes, quæ ipsa non pridé uenere in Italiam, hæc ex Aphrica, illa ex Syria.

Z ante Ø

Zodiacus penultima correpta dici potest animalis, ab effigie animalium. Nam circulus est, in quo xii. signa sunt in formam animalis figuratus, ut Aries. Taurus. Græci enim ζῶα animalia dicunt, zographia animalis pictura. Alexander autem aphrodiseus dixit galaxiam circulum realem esse in cœlo, & subdit in commétariis meteorologicorum Aristotelis. ἱστορεῖ δὲ τῶν μὲν καλουμένων πυθαγορείων τίνας γαλαξίαν ὅλον λέγειν εἶναι δὲ κύκλον οὗτον καὶ ἥλιον πρότερον οὗτον φέρεσθαι.

Zodiacteus, a. um. possessiuum. Martianus. Zodiactea in Pliadum numero salutaret.

Zographos, pictor animalium, zographia pictura.

Zona cingulum, quo cingimur. Mar. Longa satis nunc sum, dulci sed pondere uenter Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis. Hæc & lorum dicitur, & baltheus, q̃uis baltheus sit etiam a quo arma dependent, & cinctus & cingulum, a cingendo.

Zopyrus penul. cor. physionomista dictus est, ꝙ profiteretur hominum mores, naturasq; ex corpore, oculis, uultu, fronte se posse pernoscere. Qui cum turpia quædam, & a uirtute aliena de Socrate dixisset, ac a multis idcirco derideretur. Nõ errat (Socrates respondit) Zopyrus. Huiusmodi enim natura essem, nisi naturam philosophia superasset. Fuit & alius zopyrus, de quo dicere solebat Darius, se Zopyrum malle integrũ q̃ uiginti capere Babylonas, zopyri enim astu Babylone potitus erat Darius.

Zopissa, apud Plinium uiuam picem significat. Vel zopissa pix, quæ e nauibus eraditur, admixta cæra, & marino sale macerata, multo ad omnia efficacior, q̃ aliæ pices. Sed proprie resina, ex pinu, quamuis Dioscorides addit alia etiam significata, cum ait. ζώπισαν δὲ οἱ μὲν εἶπον τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητινὴν μετὰ τοῦ κήρου καλουμένην ὑπὸ νηῶν ἀπόχυμα οὖσαν διαχυτικὴν δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχεσθαι οἱ δὲ τὴν πιτυκὴν ῥητινὴν οὕτως ὠνόμασαν.

Zoroanda, lacus quem efficit Tygris fluuius, ab uno latere Tauri montis.

Zoroastres ζοροάστρης magiæ conditor.

Zomos, ζωμὸς latine dicitur ius pro brodio, unde & zomopœos coquus.

Z ante Y

Zyme, fermenta, zymes panis fermentarius. Azymus, a. um. sine fermento.

Zythus, quid sit nemo potest dubitare, ex uerbis Suidæ nostri, qui ita scribit (etiam Dioscorides tractat) ζύθος οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος.

Zygos, ζύγος latine iugum. Vnde zygia Iuno quasi iugatiua siue iugalis, ab eo ꝙ præest maritali coniugio, cuiq; sunt iugalia curæ.

Zygia, a græcis Carpinus arbor appellatur, ꝙ ex materia fiunt iuga iumentis, quæ apud eos zyga uocantur. Est & zygia tibia nuptialis. Apuleius. Et sonus tibi zygi emittatur.

Zuthum, est compositio facta ex Gith, qua utebantur Alexandrini, ut inquit Galenus in expositione sententiarum Hippocratis.

REGISTRVM

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz.

A B C D E F G H I K.

Omnes quaterniones sunt, præter a & K quinterniones,

Finis dictionarii Ambrosii Calepini Hagenoæ impressi per Thomam Anshelmum Badensem, impensis Francisci Birckman ciuis Coloniensis.
Anno dñi M. D. XXXIIII.
Mense Iulio.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AD CLARISSIMVM AC SAPIENTIS
SIMVM THEOLOGVM DOMINVM
Magiſtrum Ægidium Viterbienſem totius Auguſtiniani gregis
Eremitarum paſtorem digniſſimum; Ambroſius Calepi-
nus Bergomas eiuſdem religionis de obſeruantia
nuncupatæ minimus. S. P. D.

Quum hominem ſenem præſertim, bullam, quod dicitur, eſſe non ignorarē, meq; ingraueſcens ætas colligendas iam eſſe ſarcinas admoneret, dictionū interpretamenta olim quidem a me edita; proximis uero annis incudi reddita, & aliquanto diligentius amuſſitata collegi, effeciq; ut caſtigatiora & uberiora in manus hominum exire poſſent. Nam de priore editione & quæ incautius dicta uidebantur, & quæ neſcio quis peruerſæ ſedulitatis corruptor me neſciente adiecerat, detraxi. Neq; non plurima quæ deinceps uel apud alios inueneram, uel ipſe excogitaueram addidi, fore ſperans ut mihi, ſi non eruditionis, quæ perexigua eſt, laboris ſaltem & induſtriæ teſtimoniū non ingratus lector exhiberet. Hoc uero quicquid eſt operis quamuis & ipſe nomini tuo dicare exoptarem, idq; ipſum religioſi quotquot Bergomi degunt, collegæ noſtri, pro ſua quiſq; in te pietate a me certatim contenderent, hærebam tamen, neq; ingenii tui iudicium præſertim (ut Secundus ait) laceſſitum ſubire audebam. Neq; enim ſic toto (ut dici ſolet) cœlo errabam, ut non uiderem eum eſſe te, quem quaſi Lucillianum illum Perſium omnium doctiſſimum metuere etiam eruditi debeant. Quis enim quæſo uſunicam odem tuam Ægidii Romani laudes continentem legere potuit, ut te ſummum in poetica non agnoſceret? Quis librum de eccleſiæ incremento a te conſcriptum, & diuina Ponti. Maxi. uoce laudatum non admiratur? Quis uero eloquentiæ tuæ fulmina æquauerit? Quis ad populos te concionantem audiuit, qui non uoces tuas Pauli eſſe tonitrua exiſtimauerit? Quis tuæ illius dialecticæ ſubtilitatis ceratinas, & ſoritas effugerit? Quem porro lateat quantum in hi-, quæ Phyſica, quæq; item Metaphyſica nominantur, quantum denig; in ſacrarum litterarum ſtudiis, ſemper excelluerīs? Quid plura, te unum intelligebam cui nihil non lectum, nihil non intellectum eſſet. Sed bene q̄ quem ſumma doctrina formidabilem effinxerat, eundē uitæ ſanctitas amabilem reddidit. Neq; enim mihi quamuis a te longiſſime diſſito neſcire permittitur, q̄ bonus commiſſi tibi gregis paſtor exiſtas, ut languentes foueas, ut demiſſos erigas, ut ſalubribus medelis, aut uenienti morbo occurras, aut eundem ſi forte irroborauerit amoueas. Noſter ordo (quod diu exoptauimus) te authore eſt integratus, te magiſtro ſibi reſtitutus, te intercedente, ſummis priuilegiis honeſtatus. Quæ cum animo uoluerem facile percipiebam te qui uniuerſos ita diligeres, ſingulos non contemnere. Hoc deniq; quaſi addita obrepſit audatia, meq; illuc impulit, ut ad te quaſi ad numen aliquod confugerem; & qualeſcunq; uigilias meas tibi dicarem. Quod factum meum tibi boni conſulas obſecro, memineriſque me quaſi non poſtremæ notæ uillicum hac ipſa dicatione ratiōem ocii mei exhibere tibi uoluiſſe, quam tu uel ut diligens paterfamilias inſpicere non grauaberis, uel certe, ut bonus paſtor, ne reiiculæ quidem ouis fœtum tibi contemnēdum putabis, ſed umbra potius tui nominis proteges. Quod ſi (ut ſpero) feceris ad ſummam uotorum meorum peruenīſſe mihi uidebor, ac tuo quaſi colophonio ſuffragio (ut in ueteri uerbo eſt) adiut⁹, non omnis modo tribus, ſed in ſingulis etiam tribubus puncta omnia tuliſſe me exiſtimabo, nec ætatis tantum noſtræ oblatratores, ſed & celebratum illum ueteribus Momum contemnam.

Vale pater R. & congregationem noſtram ac præſertim Bergomenſem conuentum habe commendatiſſimum. Nam & te, ut debent, oēs mirifice amant ac reuerentur, & me decrepitum iam ſenē, atq; oculis captum mira pietate cōplectuntur. Bergomi Kalendis Octobris M.D.IX.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

127

DICTIONARIUM

CALEPINI

Centre d'études supérieures de la Renaissance





© Centre d'Etudes Supérieures de la Renaissance